


C.3.C








# D·DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI, INSIGNE COMMENTARIORVM OPVS, IN PSALMOS omnes Dauidicos.

Quos ipſe multiplici ſenſu, quantum fieri potuit, nempe Literali, Allegorico, Tropologico, & Anagogico (id quod nemo hactenus præſtitit) non niſi ſolidiſſimis ſacræ ſcripturæ locis, doctiſſime explanat.

¶ Accedit & iis, eiuſdem in matutinalia VII. Cantica, in Magnificat quoq;, Nunc dimittis, Benedictus, In ſymbolum etiam fidei: Quicunque vult ſaluus eſſe, & in hymnum diuinum: Te deum laudamus, exactiſſima elucidatio.

¶ Aeditio prima, cum tabulis aliquot Chriſtiano lectori ſummopere neceſſariis, atq; iucundis.










¶ Coloniæ, Per me Petrum Quentell. Anno M. D. XXXI. Menſe Martio.

VENERABILIBVS AC RELIGIOSIS PATRIBVS, PETRO A LEYDIS PRIORI, AC Theodorico Loer a Stratis Vicario, clarissimæ Carthusiensium domus in Colonia Agrippina, viris multa veneratione longe dignissimis, Ioannes Romberch Kyrspensis familiæ Dominicanæ eiusdem vrbis Theologus & Cōcionator. S. P. D.



Vam omnibus non obscurum sit patres celeberrimi, nouistis plurimos iā olim magnæ autoritatis viros, luculentissima in Dauidis Psalterium scripsisse commentaria. Nempe (quod mihi constet) ante Dionysium Leuuuis a Rickel cœnobij vestri Ruremundensis monachum eruditissimum iuxta & sanctissimum haud minus triginta duobus. Inter quos Athanasius Alexandrinæ vrbis decimus nonus episcopus, de Psalmorum titulis scripsit libros tres. Et Serapion ex monacho Thomuseos episcopus, de iisdem titulis librum vnum, cæteriq; integros in totum Psalterium commentariorum suorum libros. Origenes quippe qui & Adamantius presbyter, natione Alexandrinus, centū quinquaginta composuit tractatus. Et Hippolytus episcopus et contemporaneus, fertur quoq; tum in Psalmos scripsisse, & Arnobij presbyteri, philosophi & rhetoris liber vnus ad nos vsq; peruenit. Eusebius etiam ecclesiæ Cæsariensis Palæstinæ episcopus librum in omnes Psalmos vnum edidit. At quid referam Dydimum Alexandrinum Hieronymi præceptorem, & Hieronymum ipsum, item Ambrosium, Augustinum, & Cassiodorum: Nam & Ioannes episcopus Constantinopolitanus diuersos libros in diuersos Psalmos edidit. Ita Columbanus primus abbas Luxoniensis cœnobij composuit, ita Isidorus iunior, Haymo episcopus Halberstatensis, Rabanus, Maurus, Maguntinus, Remigius, Othridus, Smaragdus, Bruno Lanfrācus, Guilielmus Hyrsaugiensis, Honorius Augustodunensis ecclesiæ presbyter, Gilbertus episcopus Pictauiensis, & Petrus Lombardus episcopus Parisiensis. Hi omnes in Psalterium scripsere clarissimos commentarios. Quibus addo posteriores, Hugonem Brachionensem, Petrum de Tharentasia ordinis nostri prædicatorij, Nicolaum quoq; de Gorram dominicanum Nicolaum item de Lyra Franciscanum, Guilielmum episcopum Parisiensem, Petrum de Perpiniano Cathalanum, Thomam Eualensem de Aliaco episcopum Cameracensem, & postremo Ioannem de Turre cremata: vt interim multos alios silentio transeam, qui ante hunc (vestrum inquam Dionysium) laudatissima scripserit, huius gratia non sine fructu volumina quibus abdita Psalmorum pro sua virili panderent. Vos tamen patres optimi sancta quapiam & pia ratione, post tot tantosq; scriptores, etiam plerosq; neotericorum, qui in hac re haud parum desudarunt, optatis & ipsi de thezauris vestris proferre noua & vetera. Quamobrem præter libros summæ deuotionis, quos indies magis haud segniter ad Christi fidelium inflammationem proprijs laboribus editis, quo vberior sit fructus vester in ecclesia: Studetis quoq; modis omnibus quoad fieri potest, priscorum religionis vestræ patrum monumenta, quæ hactenus sub puluere absconsa, delituerunt, tandem non sine magnis solicitudinibus & impensis abacta vetustate in lucem reuocare: vt vel sic huiusmodi priorum labor posteris commodo esse queat. Inter quæ pia vestra studia pensiculantes, verū Psalmorum regij vatis intellectum & cognitionem, hisce potissimum pernecessariam, quibus semper laus diuina in ore esse debebit: prudenter cogitastis præclarissimum & insigne commentariorum Dionysij vestri volumen super librum soliloquiorum, Hymnorum, seu Psalmorum Dauidis pijs lectoribus communicandum: quod vbi statuissetis, non tam me rogastis manum vobis porrigere adiutricem ad ea ad prototypum recognoscēda mendis & erroribus, quos notariorum manu contraxisse poterant, vbi opus fuisset ad amussim castiganda, emendanda, & purganda, argumentisq; & locorum sacræ scripturæ (quibus nititur) adnotationibus locupletanda, acrius instantes, nequid derrectē hāc prouinciam vobis obsequendi. Nempe qui minores sitis quam vt inter tot occupationes soli librorum Dionysij (quorum magna copia est) absq; doctissimorum in sacris literis exercitatorum virorum præsidio efficere valeatis. Huc itaque multis vestris adactus importunis precibus, diuino numine fretus, effeci quod cernitis. Et si quæ plura hic ex nostris laboribus desiderari poterant, non tam ignauiæ quam multis occupationibus deputetis: spero tamen fore, vt vel vobis iudicibus videri poterimus non frigide ad hosce labores fuisse adfectos, nec abs re profecto. Licet egdem multos antehac in Italia diuersorum omnis generis autorum libros, ex obstrusis receptaculis in lucem reuocauerimus, & etiam apud nostrates īsignium doctorum pia studia iuuerimus (quæ in præsentiarum missa facimus) In quibus studijs tum vehementer oblectati sumus, Nunc tamen silentio minime supprimendum reor, vestrum Dionysium me cum multorum commentarijs (pro more nostro) contulisse. Inter quos oblati nobis sunt vetus ille Bruno, sanctus ordinis vestri initiator, nec nō & Ludolphus Saxo & ipse ordinis vestri. Franciscus quoq; de Puteo vtriusq; iuris doctor, eiusdem ordinis vestri vt qui generalem præsidentiam per annos plurimos laudabiliter defunctus est, Guilielmo Bibaucio viro non tam eruditione quam vitæ integritate conspicuo reliquerit vtriusq; iuris doctor, & alter Bruno episcopus Herbipolensis, Conradi secundi imperatoris patruelis, vir religione & vita sanctus, quibus & alios præclare autoritatis viros in hoc studio nostro iunximus, præcipue Iacobum de Valētia, & Nicolaum de Gorram summæ eruditionis virum: cuius doctrina in magno mihi semper pretio fuit, vtpote quæ nihil nisi sacras redoleat (quibus omnīū refertissimus est) literas, quem etiam vehementer cupimus euulgatum iri in bonum reipublicæ Christianæ. Horum omnium (vt verbo dicam) summe placet in Psalterium explanatio, & quorundam aliorum, pręcipue diui Hieronymi, & quæ noster Aquinas in tres priores nocturnos disertissime digessit. Atqui inter hos non postremum obtinet locum hic vester Dionysius, quem modo in manibus habemus: qui quantum placet, tum res ipsa ostendet quando procusores chalcographi extremam imposuerint manum. Interim autem noueritis velim (quod obiter tangere oportuit) hæc suauissima eius scripta, quibus carmina diuini vatis, clara interpretatione in oēm scripturaȝ sensum enucleauit, nō sine oblectatione animi me legisse. Porro hoc peculiare mihi videnť habere, ꝙ non mō intellectum instruant, & mores componant sed & ad effectum vehementer inflamment. Quam enim ad pietatem & deuotionem vltra omniiugā rerum Theologicarum scientiam valeat, vel is mihi testimonio erit, qui hac cœlesti ambrosia, & diuino nectare absque vllo fastidio satiatus fuerit. Is siquidem facile testabitur in huiusmodi commentarijs sub cortice plus latentis energiæ esse & secretorum mysteria & sacramenta, quam prima fronte in speciem proferant. Vt pij igitur lectores prælibare queant quam altos sensus, & obstrusissima mysteria in huius patris lucubrationibus contineanť, summarios Psalmorum, & eorū quæ in commētarijs peculiaria sunt, indices præmittere operæpretium duximus. Nec vlteriori operis cō mendationi immorandum, quandoquidem sacis seipsum commendet: quod illi mecum testabuntur, qui ea diligenter perlegerint, atq; post lectionem diligenter continuo probaturi sunt, ad ornatum voluminis haud frustra contendisse, quod votis omnibus optamus, volētes deo acceptū referri, quicquid ex nostris studijs commodi perceperint. Valete.

# REVERENDISSIMO

IN CHISTO PATRI ILLVSTRISSIMOQVE PRINCIPI ac dño, Domino Erardo de Marka, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Tituli sancti Chrysogoni præsbytero, Cardinali, Archiepiscopo Valentiæ, Episcopo Leodiensi, Duci Bulloneñ. comiti Losseñ. &c. Domino ac patrono suo colendissimo Theodoricus Loer à Stratis, domus Carthusieñ. in Colonia humilis Monachus & Vicarius. Salutem & omne bonum exoptat.



NTER Christianæ ecclesiæ cæteros scriptores, qui spiritu diui-
no afflati, catholicæ fidei documẽta miꝝ in modũ suis studijs & la
boribus illustrarunt, etiã eximius pater Dionysius Leuwis à Ric-
Kel, ordinis nostri Carthusiani monachus, vir in diuinis scriptu-
ris illuminatissimus, haud immerito cõnumerari (ni fallor) debe-
bit Reuerẽdissime pater & illustriss. princeps, nẽpe cuiꝰ doctrina
oĩm copiosissima, toto orbe terrarum proculdubio micantissimis
splendescere poterat radijs, si nõ incuria vel ignauia fuisset hacte-
nus neglecta, aut certe propter impensaꝝ inopiam, qbus nos mi-
nime sufficimus, pijs lectoribus nondũ in vulgus ædita. Tot equi-
dem atq; tantos scripsit saluberrimæ eruditionis tractatulos, libellos, epistolas, & opera, vt
apud Latinos vix parem habuisse (vt res ipsa probat) credamus. Quoꝝ aliquos iam vtcũq;
licuit in bonum rei publicæ Christianæ chalcographoꝝ typis excudi curauimus à proximo
anno. Nempe cõmentaria in oẽs B. Pauli epistolas & cæteroꝝ apostoloꝝ, quas canonicas
vocãt: & in Apocalypsim diui Iohãnis secretoꝝ cœlestiũ cognitoris, item in septẽ psalmos
pœnitentiales. Epistolã item paræneticã ad oẽs principes christianos, quo pacto instituẽdũ
esset ꝑlium aduersus Turcas, cum tribus reuelationibus Dionysio ipsi cœlitus factis de statu
ecclesiæ, qbus permotus eã huiusmodi epistolã ad præfatos principes scripsit, cõmentarios
quoq; in septẽ psalmos pœnitentiales. Insup clarissimũ speculũ amatoꝝ mundi, de arcta via
salutis & cõtemptu mũdi, de grauitate & enormitate peccati, de cõuersione pctõris, de fonte
lucis & semitis vitæ. Præterea ꝑcordiale (vt vocãt) Dionysii, & meditationes eius. Amplius
Dialogũ inter patronũ & canonicũ, elementationẽ philosophicã, & elementationẽ theolo-
gicã. Cæteꝝ adhuc sub prælo madẽt Monopanton .i. vnũ ex oĩbus Pauli epistolis ad ma
terias retractas opusculũ. Insup liber de natura æterni & veri dei, Exhortatoriũ nouitioꝝ,
de professione eorũdẽ, de vtili deductione tpis, de mortificatiõe viuifica & reformatiõe in-
terna, de ꝑfectu spũali & custodia cordis, atq; duo alij tomi minoꝝ opusculoꝝ. Cũ hæc atq;
id genus illius ꝑclari scriptoris monumẽta in lucẽ dari curauerimꝰ, eis tutelares q̃rentes patro
nos, indignũ vehemẽter existimauimꝰ Reuerẽdissime pater, & illustrissime princeps, te oĩm
studiosoꝝ fautorẽ, amicũ & singularẽ patronũ, nostro etiã Dionysio iam iam in publicum
prodeunti, nõ cõciliare patronũ. Nulli equidem potius hæc opa dedicari poterãt vel iustius
debebãt, q̃ tibi Epo Leodiensi, in cuius ditiõe olim author eoꝝ procreatus, ea multo studio
atq; labore cõscripsit, nos vero tui oseruantissimi grauibus admodum curis & solicitudini-
bus, diuinisq; per diem & noctem officijs, ea æneis imprimi characteribus enitimur pro no
stra virili, nihil interim diffidẽtes, quin recte ab omni zoiloꝝ seu æmulorum impetitiõibus
hic author sit defensus, vbi tãti pricipis meruerit patrociniũ. Et qs oportuniꝰ vno Dionysio
patrocinabit, illũq; defendet, q̃ Erardus de Marka, adeo apud summũ põtificẽ magnus, vt
inter ecclesiæ colũnas firmissima basis, & tãtus apud Romanoꝝ Imp. semp Augustũ Carolũ
quintum, vt nihil non possit quod ad bonũ reipublicæ christianæ attineat. Tibi itaq; cũ tãta
sit in rẽ christianã eaq; innata pietas, vt acerrimus existas catholicæ religionis propugna-
tor, tam vigilãs quoq; dñici gregis pastor, vt oues tibi cõmissas inuadẽdi lupis illis rapacibus
ac vanæ, & qdẽ pditissimæ hæreseos sectatoribus, nullus pateat aditus, nullus siquidẽ errori
bus fauẽs sub ditione tua delitescere, ne dicã hiscere de illis rebus ausit: vsq; adeo oẽs tuam
reformidãt iustitiã, qua in pditissimos quosq; animaduertere soles. Quis mihi hic recensebit
studiũ tuũ, diligentiã, & solicitudinẽ in fidei christianæ tuitionẽ, quãdoqdem semp extitisti
princeps pacificus, amator atq; author pacis, vt nõ modo pacẽ & trãquillitatẽ sub tuo mode
ramine haberẽt tui subditi, (qbus iam viginti & sex annis in põtificia maiestate, digno pro-
fecto reipsa pontificis nomine ꝑfuisti, duplici, quod inqt apostolus, honore dignus) cũ tamẽ
antea pluribus annis ne dicã seculis, ꝓpe assiduis bellis iactati fuerint. Sed & hoc curasti sedu
lo, vt & pacẽ cõponeres inter vicinos, q̃d Imperialia, Gallica, & Geldrẽsiũ cũ Brabantinis
meis testanť sedata bella, inter quos nemo inficiabitur te vnicum reformatorem fuisse pacis

atq; cōcordiæ,vt post deū tibi acceptū referāt,q̄ quiete potiantur. Et hæc mihi profecto maximo sunt argumento,te vni nostro catholico authori,& illi quidē à generalium studiorum Academijs approbato,facile & absq; negotio pacē procuraturū,si qui leuiusculi & bonorum osores,bella aduersus eum mouerint. Quis enim hoc assequetur facilius,ac tua Reuerēdissima Dominatio,qui ferme omnibus vltramontanis pacē pro innata tua prudētia tam magnifice sæpius procurasti? Quis eqdem fœlicior est,admirabili prudētia & dexteritate in rebus etiā arduissimis obeundis,vt non nisi ad res maximas à deo,in quē omnia sunt referenda,videare procreatus? Quid alioqui sacra Cæsarea Maiestas horum nō inscius nullius consilio libētius quoties ardui aliqd in hisce regionibus sese obtulerit,quàm tuo omnium prudētissimo vtitur? Nec est quod dubitem clementissime pater huius authoris cōmentaria luculentissima in psalteriū totū,& Cantica(vt vocant)ferialia,qbus indies in laudibus diuinis sacrosancta dei vtitur ecclesia,quæ tibi affatim nūcupanda censuimus grata eē,vel eo potissimū nomine q̄d venerādo qdem & humili licet stilo,instar priscorum alta profecto sensa cōplexus sit: Dauidici corum quippe carminū interpretationē,explanationē,seu elucidationē tam enucleatissime nobis aperto sermone & familiari eloquio,quo nō esset simplicioris literaturæ sacerdotibus & clericis intellectu difficilis,absq; verborum inuolucris,fucis,lenocinioq; tradidit,vt non minorē ecclesiæ fructū attulisse mihi videatur,q̄ cæteri q ante eum vel hactenus in regij Psaltis Soliloquiū cōmentaria scripsere. Nec quicq̄ dubito,quin & priores se quotquot habere potuerit(cuiusmodi multi proculdubio fuere)viderit,legerit,eorumq; sententias suis cōmentarijs,vnà cū Theologorum(quos scholasticos vocāt)dictis,ad rem hanc accommodis hæc sua cōmentaria locupletarit. Ipse etiā omnē exponendi scripturarum modū obseruat,vt & literalem & mysticos,nempe Tropologicū,Allegoricū & Anagogicum,vbi litera patitur,q̄d hactenus nullus præstitit,prosequatur,& id quidē satis solide,solicite,pie & religiose,vt & mētes vero intellectu instruat,& corda legentiū sursum ad cœlestia rapiat & inflāmet. Vt autē tem operi maiorem conciliaremus authoritatem,curauimus ipsum post nostros labores ad æditionē exornari per venerabilē,eximiūq; insignis nostræ Coloniensis Academiæ Theologū,Iohannem Romberch Kirspeñ. in diuinis literis apprime exercitatū,eruditumq;,cuius studio & diligentia ad prototypum recognosceretur. Qui & ipsum diligenter emēdauit & castigauit,adiectisq; flosculis exornauit,sua quoq; in singulos psalmos argumenta præfixit. Quare si hoc opus hilari exceperis vultu Reuerēdissime Domine & pater clementissime venerabilis Prioris mei noīe D. Petri Bloemeuenne de Leydis(quē gratia tua inter clētulos suos,iā olim ante annos aliquot connumerare cœpit) atq; cognati mei. M. Theodorici Hezei Theologi,ecclesiæq; vestræ sancti Lamberti Leodiensis canonici,ineoq;:animū nobis facies,vt admitamur in maioribus tibi gratificari. Interim tuæ Reuerendissimæ Dñationi,& illustrissimæ gratiæ nos omnes,nostrumq; ordinem commendamus,exorātes,vt deus optimus maximus,ad gloriā suam,& christianæ religionis bonū diu te nobis seruare dignetur incolumem. Ex Carthusia D. Barbaræ Colonieñ. Anno M.D.XXXI. mensis Martij,die vicesimo secundo.

# INDEX SEV TABVLA IVXTA SERIEM LITERARVM ALPHABETI.

¶ Finis Indicis psalmorum secundum seriem alphabeti.

# TABVLA ALPHABETICA DE PSALMORVM MYSTERIIS DIVERSIS & eorundem titulis. Numeri appositi requirentur in alia tabula, vbi ponuntur Psalmi secundum ordinem quo in Psalterio habentur.

A.

De Aduentu Christi in carnem.

Septem sunt Psalmi quibus Aduentus Christi in carnem exprimitur nempe.18.29.39.70.81.84.&.96.

De Aduentu Christi ad Iudicium.

Aduentum Christi ad Iudicium insinuant nobis Psalmi.9.&.82.

De Vtroq; Christi Aduentu mixtim

Vtrumq; Christi Aduentum simul complexus est propheta in Psalmis tribus nempe.49.95.&.97.

De Afflictis.

Tres Psalmi pro afflictis.31.63.68.

De Angustiatis.

Septem pro Angustiatis scilicet.12.43.56.55.54.70.119.

De Aggeo.

Duo Psalmi intitulantur Aggeo & Zachariæ videlicet.147.&.148.

De Alphabeticis Psalmis.

Septem sunt Psalmi per literas Alphabeti distincti scilicet.24.33.36.110.111.118.144.

De Halleluia.

Viginti & vnus sunt Psalmi quorum titulus est Halleluia scilicet .103 .104.105.106.110.111.112.113 .114.115.116.117.118.134.135.145.146.147.148.149.

De Asaph.

Duodecim Psalmi intitulantur Asaph nempe.49.72.73.74.75.76.77.78.79.80.81.82.

De Athomis.

Tres sunt Psalmi Athomi, id est, sine diuisione secundum aliquos videlicet.116.132.&.150. C.

De Charitate dei.

Charitatem dei comendat nobis propheta in tribus potissimum Psalmis .41.83.133.

De Canticis.

Quindecim sunt Psalmi qui intitulantur cantica graduum scilicet.119.120.121.122.123.124.125.126.127.128.129.130.131.132.133.

De Core.

Vndecim Psalmi intitulantur pro filiis Core videlicet.41.43.44.45.46.47.48.83.84.86.87.

De Commutationibus.

Vnus Psalmus inscribitur pro his qui commutabuntur videlicet. 68. D.

De Dauide.

Nonaginta septem Psalmi inscribuntur Dauidi.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.17.18.19. 20. 21.22.23.24.25.26. 27.28.29.30.31.32.33.34.35.36.37.38.39.40.50.51.52.53.54.55.56.57.58.59.60.61.62.63.64.67.68.69.85.100.102.107. 108.109.131.137.138.139.140.141.142.143.144.

De Dauidis figura Christum exprimente.

Mysteria Christi per actus Dauid declarantur nobis in quinq; Psalmis, vt patet Psalmis.7.26.33.43.143.

De officio defunctorum.

In officio defunctorũ leguntur hi Psalmi.114.119.120.129.137.5.6.7.22.24.39.40.41.50.64.62.148.149.150. Alii in libri fine Magnificat Ego dixi & Benedictus. E.

De Ecclesia Christi.

Propheta in duobus Psalmis nempe.44.&.47.differit.

De Eman.

Vnus duntaxat Psalmus intitulatur Eman videlicet.87.

De Ethan.

Vnus solum Psalmus inscribitur Ethã puta.88. F.

De Fine.

Psalmi intitulati in finem sunt quinquaginta nouem. H.

De Hieremia.

Hieremiæ Aggei & Ezechielis intitulantur duo Psalmi.64.&.136. I.

De Increpatione iniquorum.

Propheta in quatuor Psalmis ponit singulariter increpatione Iudæorum atq; aliorum peruersorum & iniquorum puta 13.51.52.57.

De Inscriptione.

Quinq; sunt Psalmi qui intitulantur de inscriptione videlicet.55.56.17.58.59.

De Idithum. L

Tres Psalmi inscribuntur pro Idithum nempe.38.61.76.

De Lamentationibus.

Tres ponuntur Psalmi singulariter de lamentationibus cuiusmodi sunt. 73.8.136. M.

De Malorum persequutionibus in bonos.

Dauid in sex Psalmis describit persequutiones quas boni ab huius mundi amatoribus patiuntur nempe.11.13.24 26.8.89.

De Mose.

Vnus Psalmus duntaxat intitulatur Mosi videlicet 89. N.

De Natura duplici Christi.

Natura Christi tam diuina quam humana proponitur nobis in octo Psalmis videlicet.2.8.20.40.71.81.109.128.

De Oratione. O

Quinq; Psalmi intitulant de orone.16.85.89.101.141.

De Occultis filii.

Vnus Psalmus inscribit pro occultis filii videlicet.9. P.

De Passione Christi.

Propheta in sex Psalmis potissimum præconisauit nobis dominicam passionem vtpote.21.30.54.54.68.&.108. Insupet mixtim de passione & resurrectione agitur in.3.15.27.29.56.&.63.

De Pœnitentia.

Septem sunt Psalmi præcipue ad pœnitentiam ordinati videlicet.6.31.37.50.101.129.147. R.

De Christi Resurrectione.

Resurrectionem Christi obiter tetigit propheta in sex Psalmis nempe.3.15.27.29.56.&.63 S.

De Salomone.

Duo Psalmi intitulati sunt Salomoni.puta.71.&.126. T.

De Titulo.

Psalmi sine titulis sunt octodecim.1.2.32.41.70.90.91.91.94.95.96.97.98.99.103.115.136.147.

De Torcularibus.

Tres Psalmi intitulantur pro torcularibus scilicet.8.80.83.

## ❡ARGVMENTVM IOHANNIS ROMBERCH Kyrspensis ex familia Prædicatorum in Commentarios D. Dionysij Leuuis a RycKel super Psalterium.



Ruditissimus iuxta & deuotissimus ac pius pater D. Dionysius a RycKel cognomento Leuuis, sacratissimæ Carthusianæ religionis apud nobilem illam atque percelebrem Ruremundam professor, inter plurima studiorum suorum monimenta etiam reliquit posteris in librum soliloquiorum Regij prophetæ Dauidis commentarium locupletissimum. In cuius prologo primum luculenter quidnã prophetia sit edisserit, de eius quoque insuper gradibus, dignitate, speciebus simul & infallibilitate. Dehinc quanta sit excellentia authoris psalmorum. Quam varia scripturarum explicatio. Et rursus de diuersis intelligẽtiarum regulis proloquitur. Amplius agit quoque de titulo & authore psalmorum, & varia libri eorundem tralatione. Adhæc denique docet non mediocrem esse vim atque virtutem psalmorum, quibus addit modum magis opportunum huiusmodi tum concinendi, tum etiã deuotius orandi. Et postremo quænam sit intentio eius in hisce commentarijs: ac quem ordinem in illis explicandis obseruaturus sit. Post hæc tandem ad literam accedens varie explicandam iuxta multiplicem (cuius in prologo meminit) sensum, nudis & apertis verbis absque fuco & orationis lenocinio, ecclesiasticorum more rem ipsam prosequitur. Imprimis cuiuslibet psalmi titulum (si quem habeat) declarans: deinde mox continua expositione literalem sensum consentanee ad veritatem scripturarum multa claritate deducit. Post sensum vero hunc mira industria & præclaro ingenio, ceu cœlitus quopiam afflato, ex eiusdem literæ (vt aiunt) cortice typicos seu figurales elicit sensus, vel vnum vel plures, aut simul omnes: vt nedum mysteria Christi & ecclesiæ in litera occlusa referet: sed & ita componat mores, & inflammet affectus ad superos, vt nihil eorum quæ saluti hominum conducere quoquo modo possent, omisisse videatur: quominus corda legentium vehementer sursum ad supermundana rapiat. Cum gratia & in calce elucidationum procoronide adiecit conclusionem haud parum fructuosam, nempe in qua disserit de vtilitate psalmorũ & affectibus pijs vnde oratio vim suam colligit atque virtutem nanciscitur. Hinc de multiplici compunctionis specie in psalmorum decantationibus habenda, quibus addit perbreuem quorundam versuum catalogum, in quibus affectus diuini amoris amplius flagrat. Et tum de his psalmis in quibus charitatis affectus magis inflammantur recensens. Post hoc multorum capita huc spectãtium. Deinde vero de primi psalmi varia consideratione. Hinc enumerat aliquos ad moralem instructionem conducentes. Et postremo omnium quibus commodius ex affectu congratulationis, imitationis, ædificationis, atque gratiarum actionis deũ laudemus. In quo & totum opus Commentariorũ in centum quinquaginta symphonidis nostri Regij que psaltis Dauid psalmos seu hymnos concludit. Cui tamen operæpretium, pijsque lectoribus rem omnium gratissimam fieri putauimus, si elucidationes eiusdem authoris in diuersa Canticorum ecclesiasticorum, ex vtriusque testamenti locis collectorum in vnam fascem colligatæ, cum quibusdam alijs huic operi subiungerentur, vt deuoti oratores haberent quod ex abundanti in templis ad dei laudem offerrent: donec cum cœlitibus satiati ab vbertate domus dei æterna perfruentes lætitia, iugiter domino iubilent. Quo & nos perducamur concinantes Christo in psalmis & hymnis, & cãticis spũalibus, donec detur nobis interesse choris cœlestium: Vbi non cantabimus canticum domini in terra aliena, sed laudabimus eum cum angelis in perpetuum, qui est benedictus in secula. Amen.

# COMMENTARIA

CLARISSIMA, ILLVMINATISSIMI, DOCTISsimiq; Theologi, Reuerẽdi patris, diui Dionysii à Rickel, Carthusiani, in Librum Psalmorum.

## PROOEMIVM AVTHORIS.

A 

Dixit Dauid filius Isai, dixit vir cui cõstitutũ est de Christo dei Iacob, egregius Psaltes Israel: Spũs dñi locutus est per me, & sermo eius per linguã meã. Quẽadmodum vnigenitus dei patris, dñs noster Iesus Christus, ex semine Dauid specialiter nasci ac incarnari elegit, (Vnde & germẽ, seu filius Dauid singulariter appellat̃): Sic spũs sanctus animã beatissimi Dauid prophetico lumine excellenter impleuit, eũq; de Christi mysterijs præcipue illustrauit: quatenus Dauid promissa dei beneficia recognoscens, deo largitori gratissimus esset, atq; hæc ipsa toti mũdo clarissime propalaret. Hanc igitur gratiam prophetalẽ sibi tã eminenter diuinitus datã considerans, grata & hilari cecinit mente verba nunc introducta: in quibus de seipso tanq̃ de alio loquitur: Dixit (inquiens) Dauid filius Isai, dixit vir cui cõstitutũ est de Christo dei Iacob, id est, cui specialiter facta est repromissio de Christo dei. Videlicet q̃ ex semine eius saluator mundi prodiret. Sic enim ad eum alibi ait: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Hic quippe fructus seu filius Dauid est is, de quo archangelus Gabriel ad virginem matrẽ dixit: Dabit illi dñs deus sedem Dauid patris sui: & regnabit in domo Iacob in æternũ. De quo Esaias quoq; p̃dixit: Super soliũ Dauid & super regnũ eius sedebit. Quod qualiter impleat̃ in Christo, inquiri potest, p̃sertim cũ ipse

B Pilato r̃nderit: Regnũ meũ nõ est de hoc mũdo. Vnde & alibi p̃testat̃: Vulpes terræ foueas habẽt, & volucres cœli nidos, filius aũt hoĩs non habet vbi caput suũ reclinet. Nã & req̃situs à pplo vt constitueret̃ in regẽ, fugit seq; abscondit. Nõ ergo de tẽporali dñio, mũdano ve regno exponẽda sunt testimonia p̃inducta: sed de spũali regimine & æterno principatu, q̃bus nunc in domo Iacob & solio Dauid, id est, in militanti ecclesia & cordibus electo℞ regnat per gratiã: in futuroq; seculo regnabit fine sine per gloriã. Merito igitur Dauid qui tã præclare vaticinat̃ de Christo, vocatur egregius Psaltes Israel: id est, Psalmista p̃cipuus populi deũ fideliter cõtemplãtis: Quod aũt adiungit: Spũs dñi locutus est per me: ei cõcordat quod Christus discipulis dixit: Nõ vos estis qui loquimini, sed spũs patris vestri qui loquit̃ in vobis. Deniq; p̃ter alia multa quæ in verbis p̃habitis innuunt̃, hoc p̃cipue aduertendum est, q̃ pulchre & clare trinitas persona℞ in ipsis exprimit̃. Tãgitur nãq; persona filij noĩe Christi: persona aũt spũs sancti designatur noĩe spũs: patris vero persona exprimit̃ tã nomine dei, q̃ noĩe dñi. Christus eñi dicit̃ Christus & filius dei, sicut natus ex deo patre æterno: quẽadmodũ scriptũ est: Ex vtero ante lucifer℞ genui te. Spũs sanctus dicitur spũs dei & dñi, tanq̃ spiratiue procedẽs ex deo, id est, patre ac filio, q̃ sunt vnus deus: ex quo tanq̃ ex vno principio æternaliter maneat spiritus sanctus.

2. Reg. 23
Roman. 1
Hie. 23. 33
Luce. 1
Psal. 131
Luce. 1
Esaiæ. 9.
Iohan. 18
Matt. 8.
Iohan. 6.
Luce. 1
Matt. 10
Psal. 2
Iohan. 10

¶ Quid sit prophetia, Et de gradibus eius, Et qualis prophetia sit dignior.

C Prophetia aũt ad intellectũ potissimũ pertinet. Est eñi prophetia supernaturalis futuro℞ cognitio, ex diuina inspiratione adepta. Prophetæ nãq; dicunt̃, q̃ deo reuelante cognoscũt ea quæ cęteris abscõdita sunt, & procul ab ipsis posita. Propter q̃d in libro Regũ dicit̃. Qui nunc dicit̃ propheta: olim vocabatur videns. Et Samuel ad Saul dixit: Ego sum vidẽs. Porro prophetia ad gratias gratis datas p̃tinere cognoscit̃: sicut operatio miraculo℞, interpretatio sermonũ, discretio spirituũ. Tales eñi ac siles gratiæ, cõmunes sunt bonis & malis. Gratiæ vero gratis datæ ad alio℞ vtilitatem dant̃ & ordinantur: quẽadmodũ ad Corinthios ait ap̃lus. Vnicuiq; datur manifestatio spũs ad vtilitatẽ. In quãtum igit̃ prophetalis notitia ordinat̃ ad hoc vt alijs innotescat: sic prophetia secũdario p̃tinet ad locutionẽ: sicq; propheta à p̃fando nomen accepit. Sed q̃m prophetia est de his quæ naturalẽ rationẽ excedũt, neq; naturali ratiõe probari possunt: idcirco tertio ad prophetiã pertinet operatio miraculo℞, tanq̃ cõfirmatio ho℞ quæ propheticæ annũtiant̃. Et ita intelligendũ est q̃d in Ecclesiastico scriptũ est. Helizeus nõ timuit principẽ: & mortuũ prophetauit corpus eius: Videlicet q̃a post mortem mortuũ suscitauit. In q̃ ostẽdebat̃ eum ve℞ fuisse prophetã. Et simile de ossibus Ioseph ait scriptura. Porro quẽadmodũ naturale lumẽ intellectus agẽtis est omniũ naturaliũ cognitionũ intellectus possibilis principiũ: sic lumẽ supnaturale atq; diuinũ est prophetaliũ cognitionũ principiũ. Ideo sicut naturalis cognitio intellectus possibilis ad oĩa se extẽdit seu oĩm capax est, quæ p̃ naturale lumẽ intellectus agentis inueniri agnosciq; possunt: sic prophetalis cognitio circa oĩa illa versat̃, quæ p̃ lumẽ supna

1. Reg. 9
Ibidẽ.
1. Cor. 12
1. Cor. 12
Eccle. 48
Gene. 50
Iosue 24
3. de anima, 17

turale ac diuinū ostendi valēt ac sciri. Per lumē aūt diuinū omnia vtiq; manifestari queunt, D
videlicet diuina & humana, creata & increata, spūalia & corporalia, naturalia atq; moralia.
Vnde ad omnia ista extendit se prophetia. Facta est eñ aliqñ prophetica reuelatio de his q̃
Esai.6 ad dei maiestatē seu excellentiā pertinent, sicut Esaias de se loquēs: Vidi (inquit) dñm seden
Daniel 7 tē super soliū excelsum & eleuatū, & q̃ audiuit Seraphim ter clamātia: Sanctus, Quod ad su
perbenedictæ trinitatis pertinet reuelationē. Danieli quoq; prophetæ ostēsum est qualiter
millia milliū ministrabāt deo, & decies millies centena millia assistebāt ei. Quod ad supnorū
Esaie.58 spirituū prophetalē reuelationē spectare nō dubiū ē. Cōtinet etiā prophetiā illa q̃ ad mores
Michee.6 hoīm instruendos respiciūt, vt est illud Frange esurienti panē tuū. Et Michæas propheta:
Indicabo (ait) tibi ò homo quid sit bonū, aut quid dñs requirat à te. Vtiq; facere iudiciū & iu
stitiā, & solicitū ambulare cū deo tuo. Quanto aūt aliqua naturalē rationē magis excedunt,
remotiusq; à nostra cognitione distant, tanto amplius, magisq; propriæ rationē prophetiæ
cōcernūt, sicut sunt futura pure contingentia, vt actus humani. Propterea prophetia pro-
priissime pertinet ad futurorū euentuū cognitionē. Sic nāq; Cassiodorus prophetiā diffinit
cū ait: Prophetia est inspiratio seu reuelatio diuina, rerū euentus immobili denūtians verita
te. Et ideo Gregorius super Ezechielē testat, qa prophetia ita vocat, qm̄ futura prænuntiat.
Dū vero p̄terita aut p̄sentia manifestat, nominis sui rationē amittit. Præterea multi sunt
Iudicū.11 gradus prophetiæ, quorū infimus dicitur dū aliquis ex interiori spūs sancti instinctu moue-
Iudic.14, tur ad exteriora opera, sicut frequenter in libro Iudicum scribitur, q̃ spiritus domini irruit in
Iudic.15, Iepte vel Samson, ex quo inducebantur ad aliqua opera exterius exercenda. Secundus & al-
tior prophetiæ gradus est, dū aliquis ex illustratione spūs sancti, quædā supernaturali modo
1.Regū.4 cognoscit & percepit, quæ tamen naturaliter cognosci possunt, quēadmodū de Salomone
habet, q̃ dñs dedit ei sapiam & prudentiā multā nimis, ita q̃ disputauit super lignis à Cedro
quæ est in Libano, vsq; ad hyssopū quæ egreditur de pariete, disseruitq; de iumentis & vo- E
lucribus reptilibus ac piscibus. De talibus eñ gentiles quoq; philosophi plura disseruisse sub
tiliter inueniuntur. Vnde hi duo gradus ad perfectā prophetiæ rationē non attingunt, quia
ad supernaturalem veritatem non p̄tinēt, Nihilominus aliqua Salomoni reuelata sunt, quæ
naturalis rationis limites omnino excedūt, p̄sertim in canticis: propter quorū cognitionem
Salomon vere & proprie propheta vocatur. Est ergo tertius gradus propheticæ cognitio-
nis, quando p̄ imaginariā visionem alicui supernaturalis veritas reuelatur, Quemadmodum
Daniel.7 Daniel vidit antiquū dierum, id est, deū æternum, sub similitudine imaginabiliū rerū, quem-
admodum apud Danielem legitur: Aspiciebā (inquā) donec throni positi sunt: & antiquus
dierū sedit, & vestimentum eius quasi nix candidū, & capilli capitis eius quasi lana alba. Isti-
2.2.q.174 usmodi vero prophetiæ multi sunt gradus, prout doctor sanctus in secunda secūdæ pulchre
ar.3 deducit. Prima distinctio est penes differentiam somnij & visionis siue vigiliæ. Interdum
Iob.33 eñ prophetica reuelatio in somno infunditur, sicut scriptū est. Per somnū in visione noctur
na aperit aures virorū. Interdum autem infunditur prophetia in visione vigiliæ, quemadmo
Daniel.10 dū Danieli factum legimus. Et hic gradus est dignior primo, quoniam maior est vigor pro-
phetici luminis quando animā vigilantis & circa sensibilia occupati ad supnaturalia erigit,
q̃ dum animam dormientis atq; à sensibilibus iam vacantis ad diuina ac supernaturalia ele-
uat. Secundo aūt attenditur gradus prophetiæ penes differentiā imaginabilium sensibi
liumq; signorū, quibus mens prophetæ ad intellectualē supnaturalis veritatis notitiam ele- F
uatur. Quanto eñ signa huiusmodi fuerint expressiora, tanto prophetia erit sublimior. Cū
ergo secundū Augustinū inter signa primū ac summū locū teneant verba, cōstat q̃ prophe
tia eius, qui vel in vigilando, vel in dormiendo audit verba secū loquētis, sit altior prophetia
eius cui ostēdunt res q̃dā seu similitudines aliarū rerū signatiue, quēadmodū septē spicę Pha
Gene.41. raoni ostēsæ, septē fertilitatis annos p̄figurabant: & olla succensa Hierimiæ ostēsa, ciuitatis
Hierem.1 Hierusalē incēdiū designauit. Tertio insup̄ gradus prophetiæ accendit penes accessum ad
causam ipsam propheticæ cognitiōis. Altior eñ est gradus prophetiæ dū nō solū verba lo-
Zachar.1 quentis p̄cipiunt, sed ipe quoq; loquēs aspicit, sicut Zachariæ prophetæ, ac Danieli, multis-
Daniel.7 q; alijs: angeli, p̄ quos (teste Dionysio) propheticæ reuelatiōes administrant ac infundūtur,
apparuerūt. Quarto aut gradus prophetiæ pensatur ex conditione apparentis atq; docē-
tis. Si eñ qui videt, apparet in p̄sona hoīs, inferior erit prophetia q̃ si appareret in p̄sona an
geli. Altissima autem censet, si apparet in p̄sona dei, quemadmodum Michæas ait: Vidi do-
minum sedentem super solium excelsum, & omnem exercitum cœli assistentem ei, à dex-
tris & sinistris. Postremo summus atq; excellentissimus prophetiæ gradus est, quando intel
ligibilis supernaturalisq; veritas absq; imaginaria visione ostenditur, puta per solam ana-
gogicam ac intellectualem illuminationem. Et hic modus excedit rationem prophe-
2.2.q.174 tiæ propriæ dictæ, vt Thomas affirmat. Vnde huiusmodi modus potius dicitur tertiū ge-
ar.3. nus prophetādi, q̃ gradus prophetiæ. In ratione eñ prophetiæ q̃dā obscuritas includi videt,

sicut

A sicut in ratione fidei. Propterea nec prophetia, nec fides, cōprehensoribus seu beatis in patria conuenit. Sed ad ratione̅ prophetiæ propriæ sumptæ requirit, vt per imaginariā visione̅ tanq̃ per mediū, mens prophetæ ad intellectualē notitiam perducat. Hoc aliqui asserunt. Ideoq́ȝ secundū hos gradus prophetiæ, secundū imaginariā visionē distinguuntur.

¶ De speciebus prophetiæ, & q̄uo prophetia infallibiliter impleatur.

Sicut deniq́ȝ gloriosissimus aplorum princeps in secūda sua canonica ait: Non voluntate humana allata ē aliquādo prophetia, sed spū sancto inspirati, locuti sunt sancti dei homines. Obiectū eñ prophetiæ est veritas supernaturalis, prout in diuina cognitione cōsistit, ac naturalē rationē transcendit. Intellectus vero diuinus, futura ac prophetabilia dupliciter cognoscit, videlicet secundū seipsa seu in ipsis, prout scilicet sunt fienda à deo. Secūdo cognoscit ea in suis immediatis ac proprijs causis, id est, secundū ordinē quem habēt ad eas. Prophetalis aūt cognitio est quædā expressio seu diriuatio à diuina scientia fluens, ac prophetis infusa. In quantum igitur deus benedictus & sanctus cognoscit res primo modo, accipit prophetia ꝓdestinationis, quæ de necessitate semper implet. In quantū vero agnoscit res secūdo modo accipit prophetia cōminationis, quæ nō semper implet, nisi forte secundū secretā intelligentiam, vt de subuersione Niniue, & morte Ezechiæ. In hac quippe prophetia, annunciat aliquid secūdū ordinē causæ ad suū effectū, qui quidē ordo alijs ac fortioribus causis superuenie̅tibus impediri potest, ꝓsertim dū diuinæ volūtati, quæ est omniū rerum prima causa, placuerit. Et ideo talis prophetia non semper implet, sicut nec prophetia promissionis, queadmodū apud Hieremiā apertissime declarat, Ibi eñ dñs ait: Repente loquar aduersus gentē & regnū, vt eradicē & destruā illud. Si pœnitentiā egerit gens illa à malo suo, agā & ego pœnitentiā. Et hoc ad prophetiā cōminationis clarum est pertinere. De prophetia aūt promissionis mox subditur. Subitò loquar de gente & regno vt ædificē & plantē illud: si fecerit gens illa malū in oculis meis, agā & ego pœnitentiā super bono quod loquutus sum, vt facerē eis. Vnde huiuscemodi propheticæ annūtiationes semꝑ intelligēdæ sunt, nisi aliunde proueniat impedimentū, videlicet ex meritis siue demeritis hoīm, aut alia simili causa. Hinc eñ dicit Gregorius, ꝙ deus nō mutat consiliū, quāuis mutet sentētiā. Est aūt & alia spēs prophetiæ, quæ dicit prophetia ꝓscientiæ, quæ est de rebus, secundū ꝙ deus prænoscit futura, prout ꝑ nostrū arbitriū adimplent, & ista est bonorum atq́ȝ malorum. Quatuor sunt ergo spēs prophetiæ, verūtamen, glossa in principio libri psalmorum ponit duas dūtaxat spēs prophetiæ, videlicet præsciæ & cōminatōis. Prophetia nanq́ȝ promissionis ad prophetiam comminatōis reducit, vel sub ea continet. Prophetia quoq́ȝ prędestinatōis continet sub prophetia præsciētię, q̄a prædestinatio est pars ꝓsciētiæ. Dicit eñ præscia ꝓnotio tam electorum, q̃ reproborum. Vnde Apostolus interdū vtit nomine præsciæ, quantū ad bonos: quemadmodum ad Roma. loquēs de deo: quos (inquit) præsciuit & ꝓdestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Sed quoniā electorum ꝓnotio propriū nomē habet quod est ꝓdestinatio: ideò præscia cōmuniter sumit, quantū ad malos: ita ꝙ præsciti dicunt mali & reprobi. Dicit etiā glosa prætacta: ꝙ prophetia præscientiæ semper impletur.

2.Petri.1.

Ionæ.3.
Esaiæ.38.

B

Roma.8.

¶ An Dauid fuit excellentissimus prophetarum.

C Dionysius pimo cœlestis hierarchiæ caplo quinto duplicē tangit modū reuelatōis propheticæ, quæ sanctorum theologorum prophetarumq́ȝ mētibus est infusa. Interdū eñ ꝑ sensibilia signa, demonstrata ē veritas supnaturalis ac prophetalis: qñq́ȝ vero ꝑ solam mētis eleuationē in diuina purè contēplata, sine sensibiliū tegumento formarum: & sine imaginariarum similitudine specierum. Prima aūt harum reuelationū symbolica dr̃ citur: quoniā symbolū est collatio sensibiliū formarum, ad inuisibiliū demonstrationē. Secūda vero anagogica nuncupat. Anagogæ nanq́ȝ est pura mētis ascensio ad diuina. Deniq́ȝ scd̄m Augustinū tribus modis causat, seu fit prophetaliū formarum ostēsio. Aliquādo eñ fit sola imaginaria visio, sine intellectuali reuelatōe: sicut in Nabuchodonosor, qui vidit statuā grandē & in Balthasar filio eius, qui vidit articulos. Atq́ȝ in Pharaone, q̄ vidit septē boues, & septem spicas, & horum nullus erat propheta. Ad prophetiā eñ exigit primo alicuius reuelandi ostēsio. Scd̄o propositę veritatis ꝑceptio. Propter quod in Daniele scriptū est: Intelligētia opus est in visione. Et ideo Ioseph & Daniel, q̄ ꝑdictas visiones imaginarias intelligebāt & exponebant prophetæ fuerūt. Interdū aūt in prophetali reuelatōe simul infundunt imaginaria visio & ītellectualis ꝑceptio, & hoc modo omnes prophetæ duodecim quorum libros habemus, prophetauerūt. Interdū vero īnfundit prophetia scd̄m solā intellectualē illustrationē, & hic modus prophetādi est purior atq́ȝ ꝑstātior. Sicq́ȝ Dauid prophetasse ab oībus dr̃. Vnde glosa in exordio psalterij asserit, ꝙ alij prophetæ ꝑ quosdā rerum imagines, & integumēta verborum prophetauerūt: videlicet ꝑ somnia, & dicta ac facta. Dauid aūt solus spūs sancti instinctu, sine oñi exteriori adminiculo, suā ædidit prophetiā. Fit aūt prophetia quatuor modis. Primo ꝑ facta: Vt archa Noe significauit ecclesiā, & ꝑ sartaginē ferream inter Ezechielē &

Daniel.2.
Daniel.5.
Gene.41.

Daniel.10

Gene.6.
Ezech.4

Hierusalem positam designabat, deuastatio vrbis Hierusalem. Secundo, prophetia fit p verba seu dicta, sicut ad Abrahã dictũ est: In semine tuo benedicent omẽs tribus terræ. Tertio, p visiones, sicut Moyses vidit Rubum ardere, nec tñ consumi. Quarto, p somnium. Præterea quædã est prophetia de pterito, sicut Moysi prophetica reuelatiõe, innotuit creatio mundi. Vnde quod ait: In principio creauit deus cœlũ & terrã: prophetia est. Alia est prophetia de psenti, sicut dum aliquis spũ sancto reuelante cognoscit, qd alius cogitat. Et sic Elizabeth de incarnatõe Chr̃i & eius psentia prophetauit: Vnde (inquiens) hoc mihi, vt veniat mater dñi mei ad me. Tamẽ vt dictũ est: Prophetia propriè dicta, non est, nisi de futuro. Et qa donum prophetiæ ptinet ad grãm gratis datam, non ad grãm gratũ facientẽ: idcirco p malos etiam spũs prophetiæ aliqñ loquit, sicut p Balaam: qui quis ariolus, & magus ac pessimus fuerit, pulcherrimè tñ prophetauit: queadmodũ libro numerorũ habet. Est igit quæstio, an Dauid sit maximus prophetarũ, & q sit cæteris prophetis q imaginarias aut corporales visiones habebãt, sublimior: palàm est ex pinductis. Sed de hoc maximè est q̃stio, an sit maior Propheta q̃ Moyses. Hanc vero quæstionem sanctus Thomas inducit: eamq; soluẽdo testat, q omnibus consideratis simpliciter loquendo, Moyses excellit in dono prophetiæ sanctũ Dauid, quãuis vel Dauid, vel alij, quantũ ad aliqd possint excedere Moysen, qa videlicet de Chr̃i mysterijs plenius sunt locuti vt Dauid, vel qa maiora fecerũt miracula vt Iosue: ad cuius pceptũ sol & luna steterunt immobiles in cœlo vnius diei spacio. Quòd vero Moyses absolute loquendo, sit Propheta altissimus: probat. Quia ad Prophetiã pcipuè spectat visio tam imaginaria q̃ intellectualis. Item denũtiatio veritatis ostensæ, atq; miraculorũ ostensio. Moyses aũt in omnibus his excellebat. Primo, quo ad intellectualem visionem, qm̃ scd̃m Augustinũ in hac vita vidit deum p essentiã, sicut & Paulus in raptu. Vt Augustinus. 12. sup Genesim ad literã, & in libro de videndo deũ fatet. Vnde in libro Numerorũ de Moyse dicit: Clarè & non p ænigmata deum videt. Secũdo, Moyses reliquos omẽs pcellit quantũ ad imaginariã visionem, q̃ quasi ad libitũ habet non solũ audiendo & in somno, sed & videndo angelũ colloquentẽ sibi & vigilãdo. Et ideò in Numeris dicit, q loquebat ei dñs, facie ad faciẽ, id est, angelus dñi, sicut loqui solet homo ad amicũ suũ. Tertio, Moyses excellit quo ad denũtiationẽ, quoniã toti populo loquebat, proponẽs ei legem. Quarto, excellit Moyses, quoad miraculorũ ostensionẽ, qa multa & magna fecit miracula corã iniquis & populo vniuerso. Sed huic responsioni contradicit Nicolaus de Lyra, psertim in hoc q Thomas idcirco pfert Moysen Dauid in dono prophetiæ: qa vidit in psenti vita deum p essentiã, qm̃ talis visio ad prophetiã nil ptinet. Veruntñ determinatio Thomæ conueniens est. Quàmuis em̃ visio ista directè ad prophetiã nõ ptinet, tñ eo modo quo miraculorũ opatio ad eam ptinere asserit, ipsa quoq; ad eam ptinere censet. Vnde in Deuteronomio scriptũ est: Nõ surrexit vltrà Propheta in Israhel sicut Moyses, qui nosceret dñm facie ad faciem, in omnibus signis atq; portẽtis quæ p eum fecit dñs in terra Aegypti. Quòd ergo Dauid dicit, eximius prophetarũ, intelligendũ est quantũ ad hoc, q de Christi mysterijs excellentius & euidentius prophetauit.

Margin references: Genes. 26; Exo. 3; Gene. 1; Luce. 1; Num. 24; 2. 2. q. 174 ar. 4; Josue. 10; 1. Cor. 14; Nume. 12; 2. Cor. 12; Nume. 12; Nume. 12; Exo. 33; Deut. vl. — Section letters: D, E.

¶De quadruplici expositione sacræ scripturæ, & septem regulis ad intelligentiam scripturarum sanctarum valde vtilibus.

TOta ferè sacra scriptura seu theologicalis doctrina sub qbusdã figuris ac similitudinibus mirabiliter est velata, quatenus veritas indignis & prauis hoĩbus occultetur: studiosis vero ac pijs occasio bonæ exercitatõis præstet. Et item qm̃ scd̃m Dionysiũ, impossibile est aliter nobis innotescere diuinũ radiũ, nisi varietate sacrorũ velaminũ anagogice circũuelatũ. Vnde Damascenus: Scire (inqt) oportet nos hoĩes in hac grossa carne, existentes, res diuinas & immateriales non posse agnoscere, nisi quibusdam notis imaginibus, & connaturalibus formis vsi fuerimus. Et ideo Augustinus ait: Notitia proprietatũ naturalium rerũ, reserat nobis sanctarũ abdita scripturarũ. Hinc ergo contingit, q sacra scriptura multis modis exponit: eò q non solum nomina significent res, sed etiam res vna significet aliam. Nam res ipsæ comparantur ad intellectum diuinum, sicut verba ad proferẽtem: quoniam ipse dixit, & facta sunt. Sacratissima igitur theologia non solum attendit vocum significationes, sed etiam rerum proprietates. Quatuor itaq; modis exponit sacra scriptura: videlicet literaliter seu historice, & spiritualiter seu mystice. Sed mysticus intellectus est triplex, s. allegoricus, tropologicus, seu moralis & anagogicus. Historia em̃ docet qd sit factũ, allegoria qd credẽdũ, tropologia qd faciendũ, anagogia qd sperandũ. Historia aũt est rei gestæ narratio. Sensus vero historicus seu literalis, est fundamentũ, seu basis intellectuũ aliorũ, & ex eo solo valet argumentũ ad fidei probationem: sicut in epistola contra Vincentium donatistam asserit Augustinus. Deniq; sensus allegoricus est, quando ex dicto vel facto alicuius personæ, aliud aliquid intelligitur, pertinens ad Christum & corpus eius mysticum, quod est ecclesia, sicut dum ea quæ in veteri testamento ad literam sanctis patribus contigerunt, de Christo intelliguntur. Vel ea quæ ad synagogam spectabant, ad Ecclesiam referuntur.

Margin reference: Psal. 148 — Section letter: F.

A Omnia nanq; in figura contingebant illis, & scripta sunt ad nostram eruditionem. Sensus 1. Cor. 10 Roma. 15
vero tropologicus est, quando ea quæ de Christo vel de sanctis scribuntur & recitantur, ad
nostram moralem informationem aptantur & exponuntur. Sensus autem anagogicus est,
quando ex his quæ temporaliter facta sunt, ad contemplationem æternoꝝ perducuntur, &
ea quæ ad militantem ecclesiam pertinent, ad statum triumphantis ecclesiæ referuntur. Ho-
rum autem solet poni exemplum in hac dictione Hierusalem, quod quia commune est, & pe- Exodi. 16
nè omnibus notum omitto, ponamq; exemplum in integra oratione. Id enim quod de man
na scriptum est secundum literalem sensum exponitur de cibo illo quem deus pluit filijs Isra-
hel in deserto. Allegoricè vero exponitur de superdignissimo corporis & sanguinis Christi
sacramento. Manna enim figura fuit sacramenti altaris. Tropologicè quoq; exponitur de
spirituali nutritiõe, qua deus quotidie seruos suos fideles in præsenti exilio interius alit, cõso
latur, ac roborat: per charitatem & gratiam. Anagogice autem exponitur de felicissima illa
refectione beatorum in patria, vbi ipsa supessentialis diuinitas est beatorum edulium, per bea Luce. 14
tissimam fruitionem. Vnde & scriptum est: Beatus qui manducabit panem in regno dei. Et Psalm. 35
iterum: Inebriabuntur ab vberbate domus tuæ, & torrente voluptatis tuę potabis eos. ¶Por
rò septem sunt regulæ quas Augustinus, Beda & Haymo referunt à Cyconio positas, ꝑ quas
omnes ambiguitates contrarietatis literalis explanatur & dissoluuntur. His enim regulis, san
ctarum scripturarum series variatur, atq; expositio immutatur. Prima regula est, ꝙ interdũ
de Christo & corpore eius mystico fit sermo sub vna inuariataq; voce, & ita fit transitus de
vno in aliud, ac si de eodem fieret sermo. Tunc ergo considerandum est, quid vni, & quid al-
teri congruere possit: Christus nanq; sæpius in persona membrorum suorum aliquid lo- Psalm. 21
quitur, quasi de seipso, vt ibi: Quare me dereliquisti longe à salute mea? Et iterum: Esuriui, & Mat. 25
non dedisti mihi manducare. Et rursus: Saule, Saule, quid me ꝑsequeris? Secunda regula est, Actoꝝ. 9
B ꝙ sancta scriptura aliquando simul loquitur, de corpore Christi mystico, quod vere ad Chri
stum pertinet, & corpore mystico quod solo nomine ad ipm spectat: vt sunt reprobi. Sicut Psalm. 27
dum dicit: Cum occideret eos, quærebant eum & reuertebant, & diluculo veniebant ad eũ.
In tali enim locutione, videtur scriptura de eisdem loqui, cũ tamen de diuersis loquat. Nam
alij occidebantur, & alij quærentes deum reuertebantur. Tertia regula est, ꝙ sacra scriptura
interdum sub eadem voce, aliquid pro suo tempore faciendum literaliter indicat, & spiritus
nobis ex hoc alia suo tempore facienda instruat, Sicut in præceptis cęrimonialibus veteris le
gis, quæ modo ad literam mortifera essent: sed tempore legis vtiliter obseruari volebãt. Vn-
de Apostolus: Litera (inquam) occidit, spiritus autem viuificat. Quarta regula est, ꝙ diuina 2. Cor.
scriptura nonnunq̃ quasi sub eadem voce ac pari sententia, transit de genere ad speciem, de
toto ad partem, & econuerso: talisq; modus loquendi in prophetis, est maxime generalis, vt
quando sub comminatione vnius gentis seu regni, intendunt prophetæ prædicere ea quæ
omnibus generaliter sunt futura. Sicut dum Esaias de Babylone & Tyro vaticinatur, inten-
dit similia esse ventura omnibus eadem mala agentibus in communi. Vnde & Chrus in euan
gelio ait: Quod vni dico, omnibus dico. Quinta regula est, cum totum per partem, vel par- Marc. 13
tem per totum scriptura designat, sicut de triduo dominicę sepulturę: tales modi loquendi, ꝑ
C synecdochen excusantur. Ad hunc autem modum referuntur omnes numeroꝝ ac temporꝝ
defectus, atq; excessus. Sicut dum ponitur, præteritum pro futuro. vel aliquid minus de inte-
gro numero: tunc nanq; q̃d modicum est, pro nihilo reputatur. Sexta regula est de recapitu
latione & anticipatione. Vt cum scriptura redit ad ea, quæ præterierãt, quatenus aliquid ad-
dat, vel conuenientius recitet. Quemadmodum in Genesi: Postq̃ commemorauit scriptura Genes. 11
filios Noe diuisos per linguas & gentes, postmodum subdit: Et erat populus vnus & labium
vnum, quod vtiq; ante diuisionem prædictum fuit. Simili modo quod postea factum est: per
anticipationem, aliqñ antea narratur: talia ergo ꝑ hanc regulam verificantur & excusantur.
Septima regula est, de diabolo & corpore eius, sicut dũ ea quæ dæmonis sunt, reprobis ascri-
bunt, vel viceuersa, vt in Esaia offendimus, ꝙ sub persona regis Babylonis, fit sermo de Lu- Esaiæ. 14
cifero, qui caput est omniũ malorum. Vnde sic legitur: Quomodo cecidisti Lucifer, qui ma-
ne oriebaris? Similiter in Ezechiele, sub ꝑsona regis Tyri, fit sermo de casu diaboli. Et Chri- Ezech. 28
stus in euangelio de Iuda proditore dixit: Vnus ex vobis diabolus est. Hæc autem memori- Iohan. 6
ter retinenda sunt, propter intelligentiam futurorum.

¶De titulo & authore ac varia translatione libri psalmorum.

NVnc de titulo libri psalmoꝝ, videndum est. Est igit titulus talis. Incipit liber hy-
mnoꝝ seu soliloquioꝝ prophetæ de Christo. Hic titulus à catholicis doctoribus
diuerso modo valde exponitur. Id tamen in quo omnes concordant, primo tan-
gendum est. Dicitur igitur liber iste, liber hymnoꝝ, quoniam hymnus est laus dei
cum cantico. Canticum vero est exultatio mentis de bonis æternis concepta in vocem pro-
rumpens: Quoniam itaq; liber iste docet nos deum laudare cum exultatione habita de æter-

 nis nõ

nis, non solum corde, sed etiam voce, idcirco congrue dicitur liber hymnorum. Sunt vero D
hi hymni in Hebræo metrice scripti, quod in translatione seruari difficile fuisset. Additur
autē in titulo seu soliloquiorum, & hoc ideo, quoniam Dauid ex sola spiritus sancti inspira-
tione, ac intellectuali reuelatione, sine omni exteriori adminiculo, psalmos ædidit, sicq; in-
ter ipsum & spiritum sanctum, quasi quoddam soliloquium fuisse videtur. Vel ideo, quoni-
am liber iste de solo Christo principaliter tractat & loquitur. Vel ideo, quia deuota mens
psalmos decantando, cum deo quoddam soliloquium habet, quod vtiq; tanto suauius, affe-
ctuosius, ardentius, atq; syncerius est, quanto anima virtutem, ac sensum psalmorum, pro-
fundius, clariusq; cognoscit & sapit. Sequitur autem in titulo prophetæ. Omnes nanq; con
cordant in hoc, ꝙ vniuersi psalmi ex diuina inspiratione conscripti sunt ab aliquo prophe-
tarum. Sed an ab vno dumtaxat, vel certe à pluribus de hoc varia extat opinio, sicut infra pa
tebir. Sequitur quoq; in titulo, de Christo, Ecce materia seu subiectū libri psalmorum. Est
enim de Christo, non vtiq; de sola Christi persona, sed de toto Christo, hoc est, de ipso &
ad eum pertinentibus, nempe de sponso & sponsa, seu capite & mystico corpore. Interdum
enim agit de capite, id est, de ipso Christo secundum se. Interdum de corpore eius, id est, ec
Psal. 2 clesia. Interdum vero agit de Christo secundum vtrunq;. Deniq; de Christo secundum se
Psal. 21. agit tripliciter. Primo secundum eius diuinitatem, vt ibi: Ego hodie genui te. Secundo, quo
ad eius humanitatem, vt ibi: Ego sum vermis. Tertio, transumptiue, Sicut dum Christus v-
Psal. 68 titur voce membrorum, vt ibi: Deus tu scis insipientiam meam. Nūc considerandum est,
in quo doctores dissentiant, exponendo titulum istum. Primo ergo discordant in hoc quod
dicitur. Incipit liber. Quidam enim dicunt quinq; esse libros Psalmorum, propter quinq; di-
stinctiones, quæ fiunt in libro isto, per fiat fiat. Alij autem asserunt vnum tantummodo esse
Psal. 39 librum, quoniam postea dicitur. In capite libri scriptum est de me. Et in actibus Apostolo-
Actor. 1. rum dicitur. Sicut scriptum est in libro Psalmorum: Non dicitur, in libris, sed, in libro. Ve-
runtamen videtur, saluo meliori iudicio, quòd vtraq; positio posset verificari, vt videlicet E
dicatur vnus liber totalis, & plures libri partiales, quemadmodum & liber Regum vnus vo-
catur, qui tamen in quatuor libros partitur. Liber quoq; duodecim prophetarum dicitur
vnus, quem constat diuidi posse in duodecim libros partiales, præsertim cum Naum pro-
pheta, cuius vaticinium pene breuissimum est, in prophetiæ suæ exordio dicat. Liber visio-
nis Naum. Secundo discordant circa hoc, quod dicitur, prophetæ, videlicet de authore Psal
morum. Quidam enim affirmant omnes Psalmos à Dauid compositos, nempe Augustinus,
Cassiodorus glossator, & alij multi. Alij vero contra tenent oppositum, puta Hieronymus,
Hilarius, Chrysostomus, quos sequitur Nicolaus de Lyra, asserentes Hebræorum doctores
affirmare multos esse authòres Psalmorum. Quid autem horum sit verius certitudinaliter
discernere nequeo. Veruntamen sicut Gregorius primo libro moralium super Iob, superua
cuum esse testatur, multum inquirere quis fuerit author libri Iob, quando certissimū est, librū
ipm à spū sancto, sicut à principali authore æditū. Sic etiam mō, videt superuacuum curiose
scrutari, aut multū contendere, an solus Dauid ædiderit psalmos, cū vtiq; planum sit omnes
psalmos reuelatione spūs sancti esse conscriptos. Nihilominus probabilius, veriusq; opinor
à solo Dauid librum psalmoꝝ esse compositum. Alias nanq; verum non appareret, omnes
psalmos ex anagogica spūs sancti reuelatione, id est, sine omni exteriori adminiculo imagi-
nariaꝝ formarum, & corporalium specierum, sensibiliumq; signoꝝ, fuisse reuelatos ac ædi- F
tos. Vel certe Dauid dici non poterit eximius prophetarum, tanquā qui solus anagogica, &
Roma. 13 non symbolica reuelatione prophetauit. Præterea cum omnia quę à deo sunt, ordinata sint,
& vt penè omnes concorditer astruunt, Esdras spū sancto reuelante ac disponente, psalmos
recuperauerit, ac in vnum collegerit, non videtur, ꝙ tam diuersoꝝ authorum se propheta-
rum psalmos, tam cōfuse misceret ac inordinate disponeret, nunc vnius, nuncq; alterius psal
mum describens, quasi liber iste esset rapiarius quidā, siue quoddam ex dictis diuersoꝝ col-
lectum. Et mirū videtur cur psalmos Dauid non redegerit in librū specialem, cū certum sit
maiorē partem psalmoꝝ ab ipso cōpositā, p̄sertim cum in reparatione alioꝝ prophetarum
talem formā seruauerit. Quamuis em̄ duodecim prophetaꝝ vaticinia in vnū collegerit li-
brum, singuloꝝ tamen scripta seorsum posuit, cuilibetq; prophetæ specialem ac partialem
deputans librum, non obstante, ꝙ nonnulli eorum in materia multum concordent & aliqui
valde breues sint. Attamen si non solus Dauid ædidit psalmos, tum vtiq; ista cōmixtio psal-
morum non est inordinata dicenda, neq; confusa, sed ex certa ratione facta, quam quia inue
nire nō valeo, id q̄d modo dixi probabilius puto, quāuis nihil determinatiue affirmo. Aduer
tendum aūt est, ꝙ sanctus Hieronymus ter transtulit librum psalmoꝝ. Primo, secundum se
ptuaginta interpretes, quod appellatur psalteriū Romanum, quoniā ecclesia sancti Petri vti-
tur eo. Secundo, ad instantiam Paulæ & Eustochij fecit aliam translationē non multum à
prima differentem, licet Hebraico magis vicinam, & dicitur psalterium Gallicanum, quia

A Damasus papa ad preces Hieronymi fecit illud in ecclesiis gallicanis cantari, & ista translatio apud Latinos communior ē. Tertio, transtulit librū hunc purè iuxta Hebraicum ad instantiam cuiusdam sancti episcopi nomine Sophronij, q cum Iudæis frequenter disputabat. Vnde indiguit textu per omnia simili psalterio quod in Hebræo habetur. Nam illud solum à Iudæis recipitur. Intentio vero libri Psalmorum est Christi mysteria pandere, sicq́ genus humanum in veteri Adam lapsum ac deformatum, in nouo homine Christo erigere, reformare ac beatificare.

¶De virtute Psalmorum, & de modo orandi atq psallendi.

QVoniam igitur psalmodia est quoddam soliloquium spiritus sancti, cum pia deuotaq́ anima, constat neminem posse virtutem psalmorum verè & experimentaliter cognoscere, nisi eum qui puro & stabilito ac libero animo, sacratissima psalmorũ verba decantat, munda ac fixa mente deo intendens, sensumq́ verborũ cum ingenti attentione aduertens, & velut ex proprio affectu ea formans atq pronuntians. Hoc enim (vt ait Basilius) est psallere sapienter, quatenus cum intellectuali ducedine, & interno sapore verba spiritus sancti promamus, cum omni reuerentia & cordis custodia nosmetipsos ante dei conspectum, qui verè vbilibet pręsens est, statuendo, ac recolendo quod scriptū est: Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Et iterum: Viuit dominus in cuius conspectu sto hodie, illud quoq Hieremiæ: Maledictus homo q facit opus dei negligenter. Nam spiritus sanctus qui est ignis innocuè ardens, ac ardentissima charitas, affectuosissima verba in psalmis deprompsit, omniq́ generi hominum conuenietes sermones descripsit: Nunc ea proponens quæ perfectos respiciunt, & ex magno charitatis feruore canenda sunt. Nunc vero proponens quæ pœnitentes & imperfectos concernunt, imò omi virtuoso affectui, apta cantica exhibet. Interdum enim proponit ea quę in persona Christi dicenda sunt. Interdum quæ in persona ecclesiæ, interdum in persona peccatoris ac pœnitentis, interdum quæ in psona efficaciter proficientis, interdum quę in persona perfecti & feruidę diligentis, interdum q in psona iusti, & cum deo æquitatē zelantis, interdū quę in persona gratias agentis. Vnde q psalmos cum perfecta deuotione cantare seu legere cupit, necessario indiget vt suum affectū sensui psalmorum conformet, omniumq́ prædictarum personarum similitudinem sibi assumat, prout psalmorum sententia exigit. Ait nanq Dionysius tertio cœlestis hierarchiæ capitulo, φ psalmi per modum diuinæ laudis, includunt & continent quicquid sacra pagina comprehendit. Idcirco verissime dictum est: quod nullus mortalium potest vel mente concipere vel verbis exprimere virtutem psalmorum. Omnium enim vitiorum eradicationem, omnium virtutum adeptionem, omnemq́ perfectionis plenitudinem docent, fidem illuminant, spem roborant, charitatem inflammant, humilitatem instruunt, mansuetudinem, specialissime commendant, patientiam cæterasq́ virtutes erudiunt, mentem deuotè psallentis vehementer oblectant, omnem vitiosam seculiq́ tristitiam auferunt. Et qui in continua psalmorũ decantatione lætatur, cœliformem atq angelicam vitam in hoc seculo nequam ducit, carnales delectationes fastidit, vanos & infructuosos sermones, seculares rumores, ac temporis amissionem, vehementer abhorret, ab humano colloquio separari satagit cum deo sermocinari conatur, omniumq́ gratiarũ splendore incessabiliter adornatur. Insuper in psalmis ignitissime & affectuosissimè orationes continentur, & iocundissima gratiarum actio, humillima peccatorum confessio, excellentissima dei laudatio, omnis boni commendatio, omnis mali detestatio, & præclara ac sublimissima ad deum mentis erectio. In psalmis quoq descripta sunt impiorum tormenta, electorum merces, & gaudia, incipientium rudimenta, proficientium progressio, perfectorum plenitudo, vita actiuorum, speculatio contemplatiuorum.

Psalm. 18
4. Reg. 5.
Hiere. 48

B

C

De modo autem psallendi quid aptius potest doceri, quàm quod deuotissimus atque dulcissimus ille Bernardus inducit. Moneo (inquiens) vos dilectissimi fratres strennuè laudibus interesse diuinis, vt sicur reuerenter, ita & alacriter domino assistatis, non pigri, non somnolenti, non oscitantes, non parcentes vocibus, non verba dimidia proscindentes, non integra transilientes, non fractis & remissis vocibus muliebre quiddam balba de naribus resonantes: sed virili vt dignum est sono atq affectu, voces sancti spiritus depromentes, nec aliud quàm quod canitur cogitantes. Spiritus enim sanctus gratum non habet, quicquid ei obtuleris, neglecto eo ad quod teneris. Nempe vt ait Basilius: Deus orandus est atque laudandus, non vaga & huc illucq́ discurrente anima, sed in spiritu solicito ac timorato adorare oportet, & ante orationem animam præparare, varias & impertinentes occupationes abijciendo ac aliquid salutare interioribus imprimendo, & cum magno serio inchoando, ne modicus error in principio augeatur in prosequutione: magnusqué fiat in fine. Sed sic orare, & psallere multa requirit, & sanctam conuersationem efflagitat, quatenus homo ante orationem ita se habeat, vt possit per gratiam Dei in ipsa oratione ac laudis tempore, stabili mentis intuitu, atque ardenti affectu, DEO intendere, sensum perpendere, diuinorum

Sup Cā-tica, ser. 47

eloquioꝝ virtutē gustare. Omnino eñ oportet aggrauantē vitare tristitiā, resoluentē odio D
habere lætitiā, inordinatū timorē, immoderatā solicitudinē, omnemq́ irrefrenatā concu-
piscentiā, & irrationabilē animæ passionē expellerēt, quanto poterimus animā nostram ab
omniū inferioꝝ viriū operationibus magis suspendere, & à sensibiliū memoria & amore ma
Iohan. 4 gis abstrahere: tanto poterimus diuinis ꝑconijs, sanctisq́ precibus, affectuosius, dulcius, atq;
salubrius, intendere ac vacare. Spūs eñ est deus, & eos qui adorant in spū, oportet adorare.
Deniq; in cantu omnis curiositas, omnis dissolutio, omnis discordia, summe vitādæ sunt, &
summopere satagendū, ne alicui placere intendamus, nisi altissimo, in eo dūtaxat spirituali-
ter gloriantes, ab eo solo, videri, audiri, ac ꝑmiari optantes, sensui verboꝝ semp, & deo ma-
gis q̃ cantui & modo cantandi intendentes, illud dictū beati Augustini pensando: Dū mihi
contingit, vt me cantus magis q̃ res quæ canitur moueat, pœna cōmittere digna me profi-
teor: & tunc mallē non audire cantantē. Conemur ergo vt id in mente nostra verset, quod
ore profertur. Et si quispiā tantæ scientiæ non est vt scripturas sanctas intelligat, & proinde
psalmodię sensum mente cōsiderare nequeat. Vel certe si id quod canitur, quantū ad super-
ficiem atq; historicū sensum, tale sit, vt nullā vel modicā videat deuotionē includere, cuius-
Psal. 83 modi est illud: Etenim passer inuenit sibi domū, & turtur nidū sibi vbi ponat pullos suos, tūc
studere debemus vt mentē nostrā cū cordiali affectu ad deū leuemus: pensantes [illegible]nte dei
conspectū astare, & summo vniuersoꝝ dominatori ac iudici ministrare, Sicq́ diuinā maie-
statē aut aliud aliquid diuinū cōsiderātes, poterimus semp cū magna deuotiōe deo assistere. E

¶De intentione & forma procedendi ꝑsentis æditionis.

QVamuis aūt sacra scriptura iam à sanctis & magnis ac orthodoxis doctoribus ple-
nissime videat expósita, ꝑsertim liber Psalmoꝝ, nullusq́ possit Dauid ꝑfecte ex-
ponere, nisi spūs sanctus, qui ꝑ Dauid locutus est, animā eius copiose illustrauerit,
docuerit, atq; perfecerit. Nihilominus in dei bonitate vehementer confidens
conabor quod proprias vires prorsus excedit, nēpe ipsum psalteriū vtcunq; illucidare spe
Eccl. 24 ꝑmij, quod sapientia pollicetur, dicens: Qui elucidāt me, vitā æternā habebunt. Et iterum:
Qui multos erudiunt ad iustitiā, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates: Quod de ijs
Danie. 12 intelligere congruit, quoꝝ vita seu conuersatio doctrinæ concordat. Peccatori aūt dixit de
us: Quare tu enarras iustitias meas? imò sicut beatus Thomas sup quartū sententiaꝝ ostendit,
qui nō implet quod alios docet, eo ipso quo sibi docendi onus assumit, mortaliter peccat, q̃m
quantū in se est, intentionem sacræ scripturæ euacuat. Porrò cuius vita ad docendū idonea, F
profecto aureolā promeret, etiam si nunq̃ ore populo ꝑdicet, sed sacram scripturam expo-
nendo, seu de theologia codices cōponendo, vniuersis qui eos legerint, ad eruditionē loqua
tur. Sed ne quis opus istud omnino superfluū putet, intendo speciali quodā modo librū psal-
moꝝ exponere. Sic tamen speciali, vt dictis sanctoꝝ concordet, nec proprio sensui credam.
Intendo ergo psalteriū secundū multiplicē intellectū, prout dominus dederit explanare. Vi
delicet literaliter, allegorice, tropologice, & anagogice, quantū textus ipse ꝑmittit, & mihi
possibile fuerit, eiusdem literæ nunc plures, nunc pauciores expositiones tangēdo, prout ma
teria exigit. Postremo, quemadmodū à superioribus meis mihi iniunctū est, propono stili
colorem, loquendi difficultatē, & impertinentes subtilitates vitare, & plano ac simplici mo
do procedere. Quod vt digne ac fructuose exequi possim, ad superbenedictæ & superglorio
sissimæ trinitatis honorem, omniūq́ legentiū ac audiētiū vtilitatem, totis pręcordijs oro &
Iob. 32 inuoco benignitatem spūs sancti copiosam & incessantem, quia sicut in libro Iob habet: Spi
ritus est in homine, sed inspiratio omnipotentis dat intelligentiā. Nam de spiritu sancto lo
Iohan. 14 quens Christus discipulis: Paracletus (ait) spiritus sanctus, quē mittet pater in nomine meo,
ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunq; dixero vobis.

¶Finis Procœmij.

# COMMENTARIA

A CLARISSIMA, ILLVMINATISSIMI, DOCTISsimiq; Theologi, Reuerēdi patris, diui Dionysii à Rickel, Carthusiani, in Librum Psalmorum.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM PRIMVM.

¶ Argumentum.

¶ Titulus nullus p̄figit, q̄ñ caput & præfatio & quasi titulus est oīm psalmoꝝ, differit aūt in eo processus ad felicitatē & beatitudinē perpetuā. Porrò de Chr̄i oīm capitis & ducis ac eoꝝ qui se illi per cōmissoꝝ pœnitentiā, ac virtutū probitatē conformāt profectionē & felicitate primū, ac è diuerso de impioꝝ & prauoꝝ vanitate & proinde amplius ipsoꝝ infelicitate & futura dānatione, Interimq; ostendit Christū iustitiæ & æquitatis prothotypum ab omni prothoplasti nr̄i labe immunem, nobis pro nostra virili æmulandū, modo pœnas impioꝝ vitare velimus. Bipharia itaq; partitur. In prima equidē parte iusti hm̄ōi felicitatem describit. In secūda, ibi: Nō sic impij, ab opposito impioꝝ infelicitatē, vltionē & pœnas. Ab authore secūdū q̄druplicē scripturæ sensum, nēpe literalē, allegoricū & anagogicū exponit.

¶ Præfatio authoris de ratione Tituli.

¶ Esdras scriba velox, qui & prophetico spū fulsit, libros canonicos veteris testamēti à Babylonijs cōbustos, spū sancto reuelāte, dicit reparasse, p̄ter pentatheucū, id est, quinq; libros Moysi, quos apud Samaritanos inuenit. Ipse ergo Psalteriū reparauit, & hūc primū Psalmū per modū p̄fationis seu prologi libro Psalmoꝝ p̄misit, sicut vulgariter dicit. Vnde nec psalmo huic titulū p̄signauit, cū psalmus iste sit quasi titulus libri sequētis, q̄m cōtinet summā atq; materiā totius libri, tractatq; de his ī generali, de q̄bus in toto hoc libro tractat in speciali. Deniq; psalmus iste ad literā de q̄libet hoīe virtuoso intelligi p̄t. Et q̄ sequunt de impijs & de vanitate, atq; tormētis ipoꝝ, de oībus malis possunt exponi. Ait ergo author p̄sentis Psalmi. 1.Esdr.7

B

¶ Explanatio psalmi iuxta sensum literalem.

1 Beatus vir qui nō abijt in cōsilio impioꝝ. Cōsiliū est actus prudentiæ. Sed sicut prudētia duplex est, scilicet vera & falsa, ita cōsilium aliud veꝝ aliud falsum. Veꝝ cōsiliū ad eos pertinet, q diligēter inquirūt, q̄bus vijs ac medijs, ad verā felicitatē p̄tingant. Falsum vero cōsiliū hoꝝ est, qui vias excogitāt, quibus desideratā malitiā ad effectū p̄ducant. Itaq; ait: Beatus vir qui nō abijt in cōsilio impioꝝ. Dupliciter aliquis abit in cōsilio impioꝝ. Primo, alijs malū consiliū dando. Secūdo, p̄uerso cōsilio cōsentiendo seu acquiescendo. Igit, beatus vir qui nō abijt. i. à deo nō recessit, in cōsilio impiorū, per hoc quod alijs male ac false cōsuluit, vel alioꝝ fallaci cōsilio acquieuit. Qui eñ alijs male cōsulit, causa & particeps est omniū maloꝝ, quæ ex suo peruerso cōsilio fiunt. Abit aūt homo seu recedit à deo in cōsilio impioꝝ: nō loco, q̄m deus vbiq; est, & oīa penetrat, oībusq; æque immediatus est, secūdū diuinū Dionysium, sed dissimilitudine, q̄m per cōsiliū impioꝝ, facit se homo dissimilē deo, q iustus est, & iniqua cōsilia odit, grāmq; abeūti in cōsilio impioꝝ aufert, & pietatis suæ p̄sentiā subtrahit: p nihil eñ abimus à deo, nisi p id, quo separamur & elongamur ab ipso. Nil vero separat nos à dn̄o deo nostro, nisi vitia Iere.23

D nostra, queadmodū Esaias testat: Peccata (inquiēs) vestra diuiserūt inter deū vestrū & vos. Esaie.59 Nihil quoq; vnit ac retinet nos in deo, nisi virtutes, quaꝝ est peccata auferre. Et ideo Esaias iteꝝ ait: Hic est omnis fructus, vt deleat iniquitas. Deniq; quid est dicere, Beatus vir qui nō abijt in cōsilio impioꝝ, nisi beatus vir q permāsit in cōsilio pioꝝ, tā alijs recte cōsulēdo, q̄ aliorū recto cōsilio cōsentiendo? Ideo eñ in prouerbijs Salomon ait: Salus vbi multa cōsilia. Esaie.27 Et Tobias filiū instruēs. Cōsiliū, inquit, semp à sapiēte require. Præterea quid aliud est, Beatus vir, qui nō abijt in cōsilio impioꝝ, nisi infelix seu miser, qui abijt in cōsilio impioꝝ, vel male cōsulēdo, vel male cōsulēti se cōformādo? Hinc nāq; sacratissimus Esaias ex dei p̄sona fatet: Væ filij desertores, vt faceretis cōsiliū & nō ex me, & ordiremini telā, & nō per spm̄ meū. Est aūt homo beatus dupliciter, scilicet in spe & in re. In spe vero est aliquis beatus dupliciter. Primo, secūdū dispositionē remotā, seu potentialē, quēadmodū pueros bonæ indolis appellamus beatos. Secundo, quantū ad dispositionē propinquā ac habitualē, sicut ait saluator Beati mundo corde, q̄ñ ipsi deū videbunt. Porrò in re beatus est, qui deo perfecte iam fruitur. Beatitudo ergo in spe viatoribus cōpetit, & de ea nunc loquimur. Per id quoq; q̄d ait, Beatus vir, nō æstimemus mulierē exclusam. Vir nāq; hoc loco vocat, nō à proprietate sexus, sed ratiōe virtutis: qui nec prosperis eleuat, nec aduersis deprimit, qui nō est sicut arūdo vēto agitata, sed fixus in dn̄o regia via incedit, qualis extitit nobilis ille Iosue, q nō declinauit à dextris vel sinistris à lege Moysi. Sed hoc mō exist ere viꝝ fœminis etiā cōpetit, illis vtiq; Prouer.11. Tobie.4 Esaie.30 Matt.5 Iosue.1

quæ

Prouer.31 quæ tales sunt, qualis est illa de qua Salomon ait: Mulierem fortem quis inueniet? Et iterum: D
Gene.3 Accinxit fortitudine lũbos suos. An non hoc modo vir dici valet virgo mater? De qua domi nus ad diabolũ, sub appellatiõe serpẽtis dixit: Inimicitias ponam inter te & mulierẽ, ipsa con teret caput tuũ. Et hanc vtiq; virilem mulierẽ quædam viriles fœminæ præcesserunt figura
Hester.5 tiuẽ. Sicut sanctissima illa Hester, quæ in om̃i regali suo decore atq; incomparabili excellen
Iudit.14 tia tẽporali, nunq̃ lætata est. Fortissima quoq; illa Iudith, quę crudelissimũ Holofernẽ, tam vi riliter interfecit. Sequit. ⌊Et in via peccatorũ non stetit.⌋ Ex malo consilio orit operatio pra
Matth.7 ua. Operatio aũt via vocat, q̃a per eam ad terminũ peruenit. Nam op̃atio bona ducit ad iocũ
Prouer.2 ditatẽ æternam, & op̃atio mala ad sempiternam miseriam. Beatus ergo q̃ in via peccatorũ nõ
Prouer.14 stetit, qui in op̃atione iniqua non p̃mansit, nec male agentibus acquieuit: q̃ non gloriat cum male fecerit, neq; exultat in rebus pessimis. De hac via, ait Salomon: Est via, quæ videt homi
Prouer.4 ni bona, & nouissima eius deducunt ad mortem. Et rursus: Via impiorum tenebrosa, nesciũt vbi corruant. Quo contra de vijs dñi scriptũ est: Viæ eius, viæ pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ: ⌊& in cathedra pestilentiæ non sedit.⌋ Pestilentia est morbus infectiuus. Cathe- dra vero est sedes doctoris vel iudicis. Vnde in cathedra pestilentiæ sedere, est alios falsa do- ctrina, aut malo exemplo corrũpere, vel scandalizare, & fratribus offendiculũ ponere. Quod
Matt.18 q̃ damnabile sit, saluator manifestat: Qui scadalizauerit (inquiẽs) vnũ ex his pusillis, expedit ei, vt suspendat mola asinaria in collo eius, & demergat in profundũ maris. Et iter̃: Væ ho-
Roma.14 mini p̃ quem scandalũ venit. Vnde & Apostolus: Non ergo iudicemus amplius, sed hoc iu- dicate potius, ne ponatis offendiculũ fratribus vel scandalũ. Ille vtiq; qui nec dicto nec facto alijs occasionẽ peccandi præbet, in cathedra pestilentiæ non sedet, & talis merito vocat bea- tus. Triplex at p̃ctm̃ in hoc primo versu tangit, & vitandum docet. Videlicet p̃ctm̃ iniquæ E cogitatõis, p̃ctm̃ iniustæ actionis, & p̃ctm̃ peruersæ instructõis. Primo quoq; p̃ctõ adiungit hoc verbũ, abijt, quod motũ designat. Secũdo vero adiungit, stetit, & tertio sedit, quæ ambo quietẽ designant, sed maior est quies seu fixio in sedente q̃ stante: q̃ñ qui sola cogitatiõe pec cat, faciliter reuocat, qui vero ad opus procedit, difficilius redit, sed qui iam habituat in malo, & alios inficit, difficillime emendat. Deniq; quia non sufficit mala non facere, sed oportet eti
Matth.3 am bona petagere, sicut saluator testat, dicẽs: Omnis arbor, quæ non facit fructũ bonũ exci- det, & in ignem mittet. Propterea in versu sequẽti ostendit, q̃d boni p̃tineat ad virũ beatum prędicta mala vitantem. Ait ergo: ¶⌊Sed in lege dñi voluntas eius,⌋ desideriũ cordis eius 2 & tota mentis suæ affectio intendit ad hoc, vt legem dei adimpleat, & secundũ altissimam dei voluntatem omnem suam conuersationem gubernet. Debemus eñi diuinis mandatis spon- te & prompte non coacte aut pigre obtemperare, & ex filiali amore potius, q̃ ex seruili timo
Psalm.37 re cuncta implere, vt dicere deo possimus: Dñe ante te om̃e desideriũ meũ. Hoc nanq; horta
Roma.12 tur Paulus, dicẽs: Probetis quæ sit voluntas dei bona, beneplacẽs, & p̃fecta. Et iter̃: Non ac-
Romanõ.8 cepistis spiritũ seruitutis iter̃ in timore, sed accepistis sp̃m adoptionis filiorũ, in quo clama-
1 Para.28 mus, abba pater. Hinc quoq; Dauid dixit: Tu aũt fili mi, scito deũ patris tui, & serui ei corde p̃fecto & animo voluntario. Sed quia voluntas de se cæca est, & amoris impetũ, affectionisq;
Roma.14 impulsum sequi solet: idcirco ratõis directiõe indiget, quatenus rationale obsequiũ deo exhi- beat: Talem ergo ratõis directionẽ ac discussionẽ ad virũ beatũ pertinere, consequẽter decla ratur, dum subdit: ⌊Et in lege eius meditabit die ac nocte,⌋ examinando q̃d deo complaceat quid ei displiceat, q̃d præcepit, q̃d prohibuit: qualiter homo compẽdiosius proficere possit, quanta beneficia deus hoĩbus p̃stitit, quanta bona in futuro promisit, quanta est cæcitas in- F gratorũ, quanta tormẽta reproborũ. Ista atq; similia fideliter contẽplari, est in lege dñi medi tari. Sed quomodo hoc modo p̃t hõ meditari in lege dñi die ac nocte? Nõne vicissim dor- mire ac alijs necessitatibus huius miserabilis vitę vacare oportet? Et rñdendum, quòd homo iustus in lege domini meditari debet die ac nocte, non q̃ quolibet horę spatio, singulisq; mo mentis, possit actualem habere diuinæ legis memoriam, vel incessabiliter speculari diuina, sed quia quolibet tempore debito ac opportuno facit hoc: sic quippe semper dicitur aliquis aliquid facere, q̃niã nunquàm negligit id facere quãdo debet, quemadmodum dicimus, iste
1.Thess.5 semper scribit, iste semper frequentat ecclesiam. Secundum hunc sensum dicit Apostolus: Si-
Deuter.6 ne intermissione orate. Et Moyses: Erũt verba dñi in corde tuo, & narrabis ea filijs, & medita beris in eis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, & dormiens atq; consurgens. Aliter etiam dici potest, quòd aliquis dicitur orare, & meditari dupliciter: Primo, q̃niam actus tales exercet. Secundo, quia secundum actus tales operatur & viuit, sicq; incessanter die ac nocte in lege domini meditatur & orat, quæ totam vitam suam secundum tenorem præceptorum di
Coloss.3 uinæ legis gubernat. Quemadmodum docet Apostolus: Omne (inquiens) quodcunq; faci-
Roman.1. tis in verbo aut opere, omnia in nomine domini Iesu Christi facite. Porrò quia connaturale est nobis vt ex similitudine sensibiliũ rerum, ad spiritualium rerum notitiam perducamur: idcirco in versu sequenti, cõparat scriptura sacra iustitiã viri beati, ligno iuxta aquas plãtato.

Vel cõ

A Vel comparat virum beatum ac iustum ligno huiusmodi, ratione iustitiæ, ita ꝙ vnius iusti-
tiæ quæ est spirituale bonum, est causa formalis istius comparationis. Ideo subditur:
3 » ¶Et erit tanq̃ lignū quod plantatū est secus decursus aquaꝝ, quod fructū suū dabit in tē-
» pore suo.⌋ Lignū iuxta decursus aquaꝝ seu aquas fluētes plantatū, conuenienti tpe floret &
fructū producit, quoniā radix eius ex fluentibus aquis attrahit alimentū, videlicet humorem. Luce.8
Vnde in Euangelio Chr̃us dicit, ꝙ semen natū, aruit: qa non habebat humorem. Sic est ho-
mo virtuosus, qa em̃ in deo confidit, & ei adhæret, manēs in Chr̃o, sicut palmes in vite, ideo Psal.81
rorem grĩæ dei, & humorē conseruatiōis à spū sancto fortit, proficiens de virtute in virtutē, Coloss.1
4 » & crescens in charitate de die in diem. ¶Et propterea foliū eius non defluet.⌋ sermo eius à
rectitudine legis diuinæ non cadit, quoniam implet illud Apostoli: Sermo vester semper in Coloss. 4
gratia sale sit conditus. id est, discretiōe ornatus. Non em̃ est procax ad loquendum, sed mo- Prouer.1
deratur labia sua. Sequitur.⌊Et om̃ia quæcūq; faciet prosperabunt.⌋ Scimus em̃ (teste Apo- Roman.8
» stolo) quoniam diligentibus deum, om̃ia cooperant in bonum: om̃ia itaq; quę faciet homo.
prædicto modo beatus ac iustus, prosperabuntur, id est, omnes operationes suæ proficient si-
bi ad veram beatitudinem, seu vitam æternam. Nam & mala quæ fortasse committit occasio
naliter, cooperantur sibi in bonum, eò quòd cautior surgat, custoditior fiat, humilius pœni-
teat, imò & ardentius diligat: quoniam teste saluatore: Cui plus dimittitur, plus diligit: pro- Luce.7
pter q̃d & Apostolus ait: Vbi abundauit delictum, superabundat & gratia. Ideò etiam de vi- Roma.5
ro electo inferius dicitur: Cum ceciderit, non collidetur: quia dominus supponit manum Psalm.3[illegible]
suam. Considerandum vero, ꝙ sermo comparatus est folio, & operatio fructui. Sicut em̃ flo
B ritio arboris inutilis est & inanis, quando fructus nullus subsequitur: sic pulcher sermo atque
magna seu decora verborum prolatio vana est, dum vita verbis non consonat. Ideo em̃ do- Marci.11
minus maledixit ficulneæ folia habenti, non fructus. Consequenter in isto Psalmo agitur de
5 » vanitate impiorum, & differentia eorum à iustis, dum subditur: ¶Non sic impij non sic⌋
ita non erit de impijs, sicut de iustis prædictum est. Nam non possunt comparari ligno iuxta
decursus aquarum plantato, sed arido ligno & sterili palmiti, membroq; à capite separato.
Non enim habent radicem cordis fixam in deo, nec Christo per gratiam vniuntur, nec sta-
bili fundamento innituntur, propterea pulueri comparantur, sicut subiungitur:⌊sed tanquā
» puluis, quem proijcit ventus à facie terræ,⌋ tales sunt impij, sicut puluis à vento iactatus. Si
» cut em̃ puluis oī vēto circūfert, sic ipij varijs passiōibus cōmouēt & à recta rōne discedūt, nec
deo stabili mēte adhærēt, sed ꝓpter amorē reꝝ tpaliū à diuia dilectōe recedūt, creaturas crea
6 » tori ꝑponētes. Quid vero ex hoc cōsequat seq̃ns versus explanat. ¶Ideo nō resurgūt impij
» in iudicio.⌋ hoc dupl'r itelligi pt, prio de iudicio discretōis, q̃ q̃tidie hoies iusti & verē pœnitē
tes seipos examinār & cōscias suas discernūt, atq; oē vitiosum, q̃d in se inueniūt, dijudicār, re-
probāt, dānāt, deflēt, & vindicāt: sicut scriptū est: Scrutemur vias nr̃as, & q̃ramus & reuerta- Threno.3
mur ad dñm: leuemus corda nostra cum manibus ad deum in cœlos. De hoc salubri iudicio,
ait Apostolus: Quòd si nosmetipsos dijudicaremus non vtiq; iudicaremur, hoc modo iudi- 1.Cor.11
cantes seipsos, aduersa æquanimiter ferunt. Illud dicentes: Et nos ergo non vlciscamur nos Iudith.8
pro his quæ patimur, sed reputantes peccatis nostris, hæc ipsa supplicia minora esse, flagella
domini quasi serui qui corripimur, ad emendationem nostram euenisse credamus. Secundo,
intelligitur de futuro extremo iudicio, in quo impij non resurgunt, quantum ad beatam im-
C mortalitatem atq; felicem immutationem, sed quantum ad damnationem maiorem. Omes
enim (vt ait Apostolus) resurgemus, sed non omnes immutabimur. Sed prima expositio ma- 1.Cor.15
gis concordat verbis sequentibus. Additur enim:⌊neq; peccatores in consilio iustorum.⌋
Consilium iustorum est, vt præterita mala corrigant & deplangant, atq; de cætero ad cauen
dum futura, soliciti ac timorati existant. Huic consilio non se conformāt peccatores, & ideo
à vitijs suis non resurgunt in consilio iustorum, consilio iustorum acquiescendo, & dignos Math.3
pœnitentiæ fructus agendo. Postremo ostenditur causa prædictæ distinctionis inter iustos
7 » & impios. ¶Quoniam nouit dominus viam iustorum,⌋ quoniam deus notitia comproba
tionis nouit atq; acceptat viam, id est, operationem seu vitam iustorum. Idcirco impij sepa-
rabuntur à bonis secundum modum prædictum, & opera impiorum non prosperabuntur,
ad veram beatitudinem non perducentur, nec felicem exitum sortientur, & ideò subditur:
» ⌊& iter impiorum peribit.⌋ vita, actio, & delectatio eorum destruentur: quia post tempora
les delicias, habebunt æternam tristitiā. Vnde in die nouissimo, dum viderint se errasse, sero
pœnitebunt, & dicent: Errauimus à via veritatis, & lassati sumus in via iniq̃tatis & ꝑditionis. Sapie.5

¶Commentarius Psalmi eiusdem iuxta sensum allegoricum, de Christo.

SIcut ostensum est allegoricè, sacra scriptura exponitur, dum ea quæ in lege & Pro-
phetis & Psalmis scripta sunt, de CHRISTO exponuntur, quod intelligen-
dum est de illis scripturis, quæ de Christo ad literam non exponuntur. Hic ergo Psal
mus qui literaliter de quolibet viro iusto & impijs in communi intelligi potest de
Christo

Christo allegorice multum conuenienter exponitur: Ait enim. Beatus vir, videlicet Chri-
stus, qui à primo instanti suæ conceptionis in virgine matre fuit vir perfectus atq; beatus: D
Perfectus qdem nō ratione ætatis, sed propter plenitudinem gratiæ, eminentiamq; virtu-
tum, ac sapientiæ pfectionem, in qbus omnibus perfecta creata est anima Christi: Nec pro-
Hiere. 31. fecit in istis quantum ad habitum, sed quantum ad exercitium. Vnde scriptum est: Nouum
creabit dñs sup terrā: Mulier circūdabit virū, id est, virgo præelecta, in vtero habebit pueꝝ
ætate, sed virū perfectiōe. Fuit etiā Chrūs ab exordio maternæ cōceptionis beatus, propter
perfectissimā diuinitatis fruitionē, & clarissimā eius beatificāq; visionē: quia tam clarē, tāq;
beatē vidit anima Christi deū à primo creatōis suæ momēto, sicut & modo, nec vnq̄ profe-
cit in essentiali pręmio beatoꝝ. Quoniā eñ humanæ naturæ Christi, à primo suæ creationis
exordio, datū ē esse vnitū verbo personali, seu hipostatica vnione, hoc ē, subsistere, in eodē
esse psonali, in quo vnigenitus dei æternaliter subsistit, cū sit assumpta ad esse increatum filij
dei, multo clarius patet, q̄ animæ Christi à sui principio cōcessa est beatifica dei visio, prout
Damasc. li. 3. Damascenus testaē & Thomas. Minus est eñ deum beatifice cōtēplari, q̄ ei psonaliter vni-
S. Tho. 3. p. q. 10. ar. ri. Sic ergo ē Chrūs beatus vir. Dicitur quoq; vir, qm̄ à vera fortitudine nunq̄ defecit, sed in
Matt. 4. omibus virtuosissime egit. Beatus itaq; vir, scilicet Christus, qui non abijt in consilio impio-
rum, qa tentatori pcipitium & sui adorationē cōsulenti nō acquieuit, neq; scribaꝝ ac phari-
sæoꝝ malignis cōsilijs fauit. sed cōsilio, qd est vnū septē donoꝝ spūs sancti, plenissimus fuit:
Esai. 11. Et in via pctōꝝ nō stetit, quia ab omi peccato immunissimus fuit. Detrahibiles eñ defectus
nō assumpsit, sed naturales atq; pœnales, vt sunt fames, sitis, timor, dolor & mors. Et in ca-
Matt. 15. thedra pestilētiæ nō sedit. Nulli eñ malū exemplū præbuit, neq; puersa dogmata protulit:
quàmuis Iudæi frequēter scādalizabanē ex verbis & actibus eius, tale eñ scandalū non erat,
nisi ex malignitate, vel infirmitate ipsoꝝ. Porrò vita Christi totius sanctitatis ac pfectionis
Joh. 8. exemplar fuit, & omis eius actio, nostra instructio est: Sicut & ipsemet ait: Ego sum lux mū- E
Matth. 5. di, qui sequiē me nō ambulat in tenebris. Chrūs q̊q; saluberrimā mūdo doctrinā aduexit: le-
galibusq; pceptis euāgelica cōsilia, vniuersæ pfectionis plenitudinē cōtinentia, addidit. Nō
eñ venit soluere legē, sed adimplere. Tangūtur hic tria, p quæ Chrūs à prothoplasto parēte
Gene. 3. distinguitur. Adam nāq; in consiliū impioꝝ abijt, qñ serpentis & Euæ instigatōi consensit.
Et in via pctoꝝ stetit, dū de prohibiti ligni fructu comedit. Et in cathedra pestilētiæ sedit,
cū propriū crimē excusauit, illudq; in mulierē, imò in creatorē quodāmodo retorquere sate-
git, Mulier (inqens) quā dedisti mihi sociā, dedit mihi de ligno, & comedi. Hoꝝ aūt nullū in
Christo fuisse iam patuit. Sed in lege domini volūtas eius. Hoc Christo singulariter & pfe-
ctissime cōuenit. Nā ipse solus pceptū charitatis diuinæ pfectę impleuit in hac vita, & multo
perfectius, q̄ aliquis beatoꝝ in patria ipm poterit adimplere. Nam toto corde, tota mēte, ex
omni fortitudine, & tota anima semp actualiter ferebaē in deū, ipm cōtemplando, diligēdo,
Joha. 8. honorādo, atq; in omibus sibi obediēdo: quēadmodū in euangelio ipsemet de patre loquens
Matt. 26. testaē: qa quæ placita sunt ei, facio semp. Et denuo: Ego (ait) non quæro gloriam meam, sed
honorifico patrē meū. Et passioni iam proximus dixit ad patrē. Non qd ego volo, sed qd tu.
Id quoq; quod sequitur, solus Christus vt homo in hac vita perfectè actualiterq; impleuit.
Et in lege eius meditabiē die ac nocte, omi tēpore, & omi momēto. Intellectualis eñ opatio
Chri impediri non potuit, nec interrūpi p somnū vel actū exteriorē, aut p sensitiuū apperi-
tum, neq; p aliqd aliud. Sed omnia quæ in ipso fuerunt, ordinatissima erant, semperq; inferi-
us deseruiuit superiori, & scdm illius mouebaē imperiū. Sic itaq; aīa Chri meditabaē diuina si- F
ne interruptōe. Nam & oīa quæ sunt, fuerunt, & erunt (& psertim ea quæ ad mysteriū huma-
næ redemptōis ptinent) cognouit, & semper actualiter vidit in verbo, sicut & modo. Et erit
tanq̄ lignū quod plantatū est secus decursus aquaꝝ, quod fructū suū dabit in tpe suo. Hic desi
gnaē Chri fœcūditas atq; vtilitas p cōparationē ad lignū, iuxta aquaꝝ fluenta plantatū. Tale
eñ lignū tpe suo floret, & fructus producit, sicq; delectabile est intuēti, vtile manducanti, ho
Psal. 44. nestū possidēti. Ita Chrus q est speciosus forma præ filijs hominū, in quem desiderant angeli
1. Petri. 1. prospicere, delectabilis est, ipm synceriter contēplanti, vtilis spiritualiter manducanti, hone
stissimū quoq; bonū, ipm per charitatē & grām possidēti. Quēadmodū etiam arbor fertilis co
piosum fructū producit, & plurimos reficit, sic Chrus multū fructū attulit, dum pretiosissi-
mo suo sanguine genus humanū redemit, totq; poma produxit, quot animas electoꝝ sua
morte saluauit. Vnde ad passionē iam transiēs, & crucē sibi baiulans, semetipm viridi ligno cō
Lucæ. 23. parauit, dum mulieribus ipm plangentibus dixit: Nolite flere super me, sed sup vosipsas flete
& sup filios vestros. Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Potest quoq; istud
Gene. 2. exponi de ligno vitæ in paradiso plantato, cui idcirco Chrus comparaē, qm̄ sicut homo sem
Johan. 6. per vixisset, si de ligno illo edere potuisset, ita q Chrm dignè manducat, non morieē in æter
Prouer. 3. num. Potest etiam p lignū intelligi ipa sapientia, de qua Salomon ait: q sit lignū vitæ omni-
1. Cor. 1. bus apprehendentibus eam. Christus vero est sapia dei patris. Sapiētia autē iuxta decursus
aquaꝝ

A aquarum plantata, est vnigenitus dei filius veraciter incarnatus, & inter hoies pctõres, q cõpa rant fluentibus aquis, sine macula conuersatus. Secundũ hũc igit sensum innuitur incarnatio verbi dei, & hæc vox, tanq̃, nõ solũ dicit similitudinẽ, sed etiã exprimit veritatẽ: qm hoc mo do ipsemet Chrũs est ipm lignũ, iuxta aquarum decursus plantatũ. Et foliũ eius nõ defluet, qa Christi sermo, pdicatio, atq; oratio nõ erũt inanes, neq; pibunt, nec cassabunt: sed fructifica bũt in cordibus electorum, & verificabũtur in finẽ, quẽadmodũ ipsemet ait: Cœlũ & terra trã sibũt, verba aũt mea nõ transibũt. Et oĩa qcunq; faciet prosperabũtur. Oĩs opatio Chri meritoria fuit, imò quicqd cogitauit, dixit & fecit in quãtũ viator, meritoriũ extitit. Nõ sem per actualiter meruit, sed qa ipe etiã vt homo, habens humanitatẽ verbo vnitã, pfectissimus cõprehẽsor fuit, quãtũ ad superiorem animæ partẽ, idcirco sibi ipsi de pmio essentiali nil meru it, nec in illo vnq̃ profecit: nihilominus tota vita eius, essentialis pmij meritoria fuit, qm qd quid cogitauit, dixit, & fecit, ex excellẽtissimo diuinæ charitatis fauore pcessit. Cui ergo es sentiale pmiũ meruit, nisi mẽbris suis seu corpi mystico, qd est ecclesia? Nobis igit tota vita Chri meritoria fuit. Sicq; oĩa quæcũq; Chrũs fecit prosperabũtur .i. ad æternã vitã pficiẽt prædestinatis, qbus p sacramẽta ecclesiæ, & p fidẽ ac charitatem meritũ Christi applicat, & cooperat ad fœlicitatẽ æternã. Hoc est qd per Esaiã dñs ait: Egrediet de ore meo iustitiæ ver bũ, & nõ reuertet ad me vacuũ, sed faciet quæcũq; volui, & prosperabit in his, ad q misi illud. Cõsequẽter agit scriptura de his, q Christo nõ vniũtur, nec eius vestigia imitant: Ait nãq;. Non sic impij: non sic, nullus sanctorum põt Christo esse æqualis, sed similis. Nã Chrũs in quã

B tum deus oẽs in infinitũ excedit in omni pfectione. Sed vt hõ etiã maior ac dignior deoq; charior est, q̃ tota vniuersitas electorum angelorum simul ac hoim. Non em ad mensurã dat de us spiritũ homini Christo. Boni ergo fideles, q Chrm regẽ fideliter assequũtur, quemadmo dũ scriptũ est, q se dicit in Chro manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare, hi tales in Chro in pdictis bonis aliquo modo assimilant, nõ abeũdo in cõsilio impiorum, nec stando in via peccatorum, nec sedendo in cathedra pestiferorum, sed in lege dñi volũtas eorum, sed impij nõ sic, ipsi em nullo modo sunt similes Christo, similitudine virtutis & gratiæ, nec amantur ab ipso scdm psentẽ iustitiã amore charitatis gratifico, cũ similitudo sit causa amoris, imò pfe cto odio odit eos, pptereaq̃ quales sint statim ostendit. Sed tanquã puluis quã proijcit vẽtus à facie terræ. Quẽadmodũ em ventus proijcit puluerẽ de loco suo: sic sermo Christi pijciet impios de supficie terræ, de cõgregatione iustorum, de societate sctõrum, qñ sepabit agnos ab he dis, qñ purgabit areã suã, mittens triticũ in horreũ suũ, & paleas inextinguibili igne cõburẽs. quãdo dicturus est his, q à sinistris erũt, verbũ illud asperrimũ. Ite maledicti in ignem æternũ. Ideo nõ resurgũt impij in iudicio, qa à Christo diuisi sunt, & oĩi gratia destituti, idcirco nõ resurgũt in iudicio, qd intelligi põt, tã de iudicio discretiõis, quo boni seipsos dijudicãt, de q propheta. Indicabo tibi ò homo, qd sit bonũ, vtiq; facere iudiciũ, & Iob ait: Iudiciũ eligam? & inter nos videamus, qd sit melius. Et iterum: Nũquid qui nõ amat iudiciũ sanari põt, qm de iudicio beatæ remuneratiõis, sicut supra proximo articulo explanatũ est, neq; pctõres in cõ silio iustorum resurgẽt. Consiliũ proprie appellat, inqsitio rationis de agẽdis vel omittendis.

C Iustorum ergo consilium est, vt deum p omnibus diligãt, vt ei reuerenter deseruiãt, vt in chari tate & gratia eius qtidie crescãt, atq; de ppetratis malis digne pœniteãt. In tali aũt cõsilio im pij nõ resurgũt, sed manẽt in fecibus vitiorum, & sordibus passionũ. Nõ audiũt Paulũ clamantem. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & iterum: Quæ sursum sunt sapite. Qm nouit dñs viã iustorum .i. ea q nũc de differẽtia impiorum atq; iustorum pdicta sunt, veritatẽ habẽt. Quoniã dñs Iesus Chrũs, q est rex regũ & dñs dominantiũ, iudex q; viuorum ac mortuorum, nouit viã iustorum .i. accẽptã habet opationem bonorum, qrum vtiq; & capilli capitis numerati sunt. Et iter impiorum pibit. Non enim ad vltimũ finem, qui est deus benedictus, peruenient.

¶ Cõmentarius eiusdẽ Psalmi iuxta sensum tropologicum.

Recordandũ est aũt, qm sicut ostensum est, tropologicus seu sensus moralis scriptu ræ est, qñ ea quæ de Chro, vel de sanctis scribũtur aut recitant, ad singulorum mo ralem eruditionẽ trahuntur. Quæcũq; eñi de Christo capite nostro scripta sunt, ad nostrã eruditionẽ scripta sunt. Nec solũ quæ de Chro scribuntur, sed etiã quæ de sanctis eius legũtur, ad imitationẽ trahẽda sunt scdm Augustinũ. Deniq; vtilissimũ est sa crã scripturã tropologicæ intelligere, qtenus sic Christũ & sanctos sacrã scripturã cõmemo rãdo seu pferendo laudemus, vt ea q scripta sunt ad propriã informationẽ trahamus, & sic imperfectiõi nrm cognoscẽdo, salubriter doleamus, eorumq; pfectionem qs laudamus, imitari studeamus. Tropologica aũt expositio huius Psalmi nõ differt à prima ac literali expositiõe, nisi q sicut illa expositio docet qd sit factũ, sic ista instruit qd sit faciendũ. Et est sensus oĩno idẽ, sed ad diuersa refert. Vnde scdm istũ sensum .f. tropologicum dicit scriptura. Beatus vir, q nõ abijt in cõsilio impiorum, vt scilicet hortet ac doceat vnũquẽq; fidelẽ, ne malignis cõ filijs acquiescat, & ne stet in via pctõrum male agẽdo, & ne in cathedra pestilentiæ sedeat, ma



Baruc.3.
Mat.24.
Esaie.55.
Johan.3.
1.Johã.2.
Mat.25.
Luce.3.
Mat.25.
Miche.6.
Apoca.
Hebr.12.
Luce.12.
Roma.6.

lum exēplum pbendo, seu falsam doctrinā introducēdo. Sicq; oīa quę sequunt legēda sunt D quatenus oīa cōuertat & trahat deuotus qlibet, ad animæ suę spūalē doctrinā. Nā si ea quę dicit, legit vel audit, ad impiorū tormēta vel derelictionē ptinent, pōt ex his scd̄m timorem cōcipere, ne & ipse similia patiat, aut grarū actionē & amoris inflāmationē, q̄ miserāte deo à talibus malis pseruatū se videt, seu bonā tristitiā, si se talia mala, pro qbus torqueri ac deseri meruit, incidisse cōsiderat. Si vero q̄ dicit vel audit, ad pfectionē beatitudinēq; iustorū pertinēt, pōt ad imitandū accēdi & ad sperādū roborari. Igit scd̄m hūc sensum dicat deuotus, vel pœnitēs, seu alius qlibet. Beatus vir, q nō abijt in cōsilio impiorū, hocq; dicendo, proponat nunq̄ malo consilio assentire, pœniteat q̄q; se vnq̄ puersis cōsilijs acquieuisse, & oret deū, vt in omibus eū dirigat, ad inueniēdū & cōsentiēdū sanis cōsilijs, sicut Tobias docet. Omi tpe

Tobię.4. bn̄dic deū, & pete ab eo, vt vias tuas dirigat, & oīa cōsilia tua in ipo pmaneāt. Indigem⁹ nāq; ad hoc, q nō abeam⁹ in cōsilio impiorū, illuminari ac dirigi à spū sancto dono cōsilij, quēadmodū Sapiēs dicit.

Sapię.9. Quis hoīm pt sciētię cōsiliū dei, aut qs poterit cogitare qd velit deus, nisi tu dn̄e dederis sapiētiā, & miseris spiritū tuū de cœlis? Per hūc modū formare debet hō suū affectū in singulis, q̄ sequunt scd̄m exigētiam singulorū verborū. Sicut cū dicit: Et in via pctōrū nō stetit, cogitet de cętero nō peccare, & de opatione mala pterita doleat. Dū vero dicit: Et in cathedra pestilētiæ nō sedit, pponat nullū inficere, nullū scādalizare, ne pdat a-

Rom.14. nimā eius, pro q̄ Chrūs mori dignatus est. Simili mō cū dicit, sed in lege dn̄i volūtas eius: studeat oēs euagatōes abijcere, affectū suū à caducis rebus abstrahere, & ad diuinæ legis obseruātiā, oīe desideriū suū erigere, & vt ista adimpleat, bn̄ aduertat & pro viribus agere studeat, q̄d sequit. Et in lege eius meditabit die ac nocte, hocq; dicendo, oēs infructuosas & malas E

Esaiæ.1 mētis suæ occupatōes repellat, atq; diuinis meditatōibus cor suū implere semp laboret, quēadmodū dn̄s ait. Auferte malū cogitationū vestrarū ab oculis meis. Porro dū psallit. Et erit tanq̄ lignū q̄d plātatū est secus decursus aquarū, oret, cordialiterq; desideret, vt sit sicut arbor bona, q̄ bonos fructus facit, quatenus bn̄ viuēdo, alios verbo & exēplo ædificet, & nō tam lo-

Matt.5. quendo, q̄ operando informet, vt illud saluatoris adimpleat. Sic luceat lux vr̄a corā hominibus, vt videāt bona facta vestra, & glorificēt patrem vestrū, qui in cœlis est. Dum vero ait. Et foliū eius nō defluet, proponat se semp in loquēdo modestū & cautū habere. Cūq; adiungit. Et oīa quęcūq; faciet prosperabunt, cupiat in eorū cōsortio numerari, de qbus ait apostolus

Roma.8. Scimus qm̄ diligentibus deū omnia cooperant in bonū. Ex his vero quæ sequuntur. Nō sic impij nō sic, solicitus fiat, ne ea q̄ de impijs scripta sunt, sibi conueniant, sed in iudicio discretōis à peccatis resurgat, & in consilio iustorum permanere conetur.

¶ Commentarius eiusdem Psalmi, iuxta sensum anagogicum.

ANagogice insup hic psalmus exponi pōt, videlicet de comprehensoribus seu beatis in patria, vt sciamus ex huius psalmi expositōe, qd de nobisipsis sperare debeam⁹. Ait ergo scriptura: Beatus vir, q nō abijt in cōsilio impiorū. Vir hoc loco nō à sexu, sed à cordis vigore vocat, & ita angeli sancti, viri dici possunt, qm̄ ad oīa diui-

Actorū.1. na opa exercēda, viriles atq; fortissimi sunt. Vnde de angelis dicit. Ecce duo viri astiterūt iuxta illos. Et Gregorius. Angelus inq̄ rationale est animal, non q sit materialis aut sensitiuæ naturæ, sed propter intellectualē pfectionē. Angeli aūt sancti, nō abierūt in cōsilio impiorū, quia non cōsenserūt cōsilio luciferi, atq; cadentiū angelorū. Nullus q̄q; beatorū hoīm abijt in cōsilio impiorū, in ipso finaliter pmanēdo, sed ab hac vita, in bona dispositiōe discessit. Itaq; beatus vir, omnis electus, in virtutibus fortis, hō vel angelus deo iā fœliciter fruēs, q nō abijt F in cōsilio impiorū, ruentiū. s. angelorū aut hoīm puersorū. Et in via pctōrū nō stetit, cū lucifero alijsq; deo rebellibus nō peccauit, cōtra creatorē supbiendo, seu eius similitudinē temerarie & psumptuose ambiēdo. Et in cathedra pestilētiæ nō sedit, alios ad peccādū nō induxit, quēadmodū Lucifer, & infectores proximorū suorū. Sed in lege dn̄i volūtas eius, hoc vniuersis beatis in patria plenissime cōuenit, q̄ pceptū de dilectione dei pfectissime implent, & toto affectu ad deū cōuersi sunt, eiq; inauertibiliter semp adhęrēt. Et in lege eius, in pcepto, quod ipsis à deo pfixum est in diligēdo & operādo. In hac lege meditant die ac nocte, in quo q̄d omne tps includit, cōsiderātes incessabiliter, qualiter deo reuerēter assistāt, prompte obediant, atq; in omnibus ordinē suū custodiāt. Et erit tanq̄ lignū. &c. Omnis beatus deo iam fruēs ligno iuxta aquarū decursus plātato, optime cōparat, qm̄ inebriat torrente diuinæ voluptatis, sicq; copiosissimū fructū affert, q̄ indefinenter sanctissimis actionibus occupat, & nunq̄ otiosus aut infœcūdus est, sed in cōtinua diuinitatis contēplatione ac dilectione eternaliter pmanet. Et foliū eius non defluet, id ē, laudatio qua deū honorat nunq̄ cessabit. Et oīa quæcūq; faciet prosperabunt, id ē ad diuinū honorē infallibiliter ordinant. Nec pōt aliquid aduersitatis eis accidere, sed ppetua securitate deo cōiuncti sunt. Nō sic impij, nō sic, id est, apostatæ angeli hoīesq; iniusti, nō sic, id ē, nō sunt beati, sicut iā de angelis & sanctis hominibus dictū est. Sed sunt tanq̄ puluis, quē proijcit vētus à facie terræ. Nā angeli mali statim cum pecca-

Psal. 72. dũ postea dicit̃. Deus cordis mei & pars mea deus in æternũ, & calicis mei. i. dñs est illud bo-
num, propter q̊d oẽs aduersitates, persecutiones, ac pœnitentiales labores libenter sustineo
Roma. 8. (propter q̊d tota die mortificor) atq; per ignẽ & aquã incedo, tu es ꝗ restitues hæreditatem
Psal. 65. meam mihi, ante dixit dominũ esse hæreditatẽ, nũc aũt dixit dominũ esse restiturũ sibi hære
ditatẽ suã. Quid ergo est tu es ꝗ restitues hæreditatẽ meã mihi, nisi tu reddes mihi teipsum?
Nam peccando deũ amittimus, nec possumus eũ readipisci de condigno, nisi ipse præueni-
at nos per suam misericordiã, gratiam infundendo, quã recipiendo deũ acquitimus. Vel sic,
Tu o Christe es qui restitues hæreditatẽ meam mihi. i. qui per meritũ passionis tuæ recupe-
rabis mihi vitam æternã, quæ etiam dici potest hæreditas nostra. Funes. i. partitiones, sepa-
rationes, vel sortes bonorũ domini, qui aliquibus dat bona terrena dũtaxat, ꝗbusdam vero
dat bona cœlestia ac diuina, ceciderũt mihi in præclaris. i. contigerũt mihi in bonis æternis
& inuisibilibus quæ parata sunt mihi in cœlis, ita ꝙ dñs mihi daturus est bona illa ꝓclara pro
parte mea hæreditaria. Et hoc ideo spero etenim. i. ꝗniam hæreditas mea. i. vita æterna, ꝓ-
clara est mihi. i. præ omnibus bonis chara & prætiosa. Nã propter eius amorẽ omnia tẽpo-
ralia bona, corporaleḿq; vitã contemno. Nemo vero sine speciali dei reuelatione scire põt,
an adepturus sit hanc hæreditatem cœlestem, sed dũ sentit se hanc præ omnibus rebus desi-
derare, atq; pro ea deo fideliter deseruire, tũc confidere potest, ꝙ dñs ipsum ad hanc hæredi
tatem elegit, potestq; fiducialiter hũc versum decantare. Funes ceciderũt mihi, &c. quẽad-
modũ ait Hieronymus. Nihil fœlicius Christiano cui promittunt̃ regna cœlorũ. Verum ei
qui magis laborat pro tẽporalibus, ꝗ̃ pro æternis bonis acquirẽdis non est præclara hæredi F
tas ista, nec eam acquirere potest. Benedicam dominũ qui tribuit mihi intellectũ ad cognos-
cendũ hæc omnia ac cætera beneficia sua, & vt ad eũ conuerterer, & gratus sibi efficeret, nõ
Psal. 147 enim fecit taliter omni nationi, insuper & vsq; ad noctem. i. vsq; ad peccati cõsensum, quo
anima obtenebratur, increpuerũt me renes mei. i. restiterũt ac repugnauerunt rationis iudi-
Roma. 7. cio concupiscentiæ, & cæterę passiones partis sensitiuę. Propter quod ait apostolus. Video
Jacobi. 4 aliam legem in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis meæ. Et Iacobus ait. Vnde bella & con-
tentiones in vobis, nonne ex concupiscentijs vestris. Prouidebam dñm in conspectu meo
semp. i. consideraui deũ iudicem meũ, & ideo non acquieui motibus appetitus sensitiui, sed
in iudicio rationis ꝑmansi, ideo aũt prouidebam dñm, ꝗniam ipse à dextris est mihi. i. per gra
tiam suam fauorabiliter & prospere mihi assistit, ne cõmouear. i. ne à ratione abducar, ne à
deo recedens instabilis fiam & vitijs subdar. Propter hoc. i. propter tantã misericordiam &
gratiã dei super me, lætatũ est cor meũ, non in me, sed in dño, & exultauit lingua mea, gra-
tias ei agendo, insuper & caro mea. i. corpus istud corruptibile requiescet. i. rationis iudicio
stabiliter subijciet̃, & animæ ministrabit cũ tranquilla quiete mitigatis, motibus eius carna-
libus, sic vero requiescet in spe. i. in expectatione fœlicitatis futuræ, qa si modo subijcit̃ ani-
mæ in dei obsequio postea glorificabit̃ cũ anima in regno cœloꝝ. Vel sic, Insup & caro mea
requiescet in spe post separationem eius ab anima in sepulchro, in spe resurrectionis beatæ,
Sapiæ. 3 quẽadmodũ sapiens dicit. Corpora sanctoꝝ in pace sepulta sunt. Quoniam nõ derelinques
animam meam in inferno. i. non permittes me mori in peccato mortali, neq; æternalter cõ
demnabis me, sed si propter insufficientẽ, satisfactionẽ in hac vita factam descendero in in-
fernum

A fernũ.i.in purgatoriũ,nõ derelinques me in eo,nã debitã pœna ſoluta,ſtatim ad regnũ cœ-
loꝝ perducas animã meã.In ſcripturis eñ aliqñ infernus accipit pro purgatorio.Vnde etiã
eccleſia cantat:Dñe Ieſu Chriſte libera aĩas fideliũ defunctoꝝ de pœnis inferni.i.purgatorij
Nec dabis ſanctũ tuũ.i.ſeruũ tuũ fidelẽ,videre corruptionẽ.i.experiri mortẽ æternã,q̃ eſt
irreparabilis atq; perfecta corruptio ab omni eſſe ſpũali atq; beato.Hæc oĩa ſunt verba bo-
næ ſpei,& implicite ſunt verba orantis ſic fieri,ideoq́; ò dñe ſpero hæc oĩa adimpleri in me,
qm̃.Notas mihi feciſti vias vitæ.i.vitã & mores Chriſti,cuius doctrinã & veſtigia imitãdo
recte ambulo ad vitam æternã,quod ſi fecero,perſeueranter adimplebis me lætitia cũ vultu
tuo,dando mihi feliciſſimam tui vultus viſionẽ,qua adepta,nil amplius deſiderare valebo,
delectationes puræ & intellectuales,in dextera tua.i.in potioribus bonis tuis vſq; in finem
conſummantem,& ſine fine conſumẽte, videlicet æternaliter, tanquã dicat, delectationes
erunt his qui tecũ morabuntur in dextera tua,id eſt,in cœleſtibus ac inuiſibilibus bonis tuis,
quæ ſunt dotes animæ,ſcilicet tentatio,viſio,& fruitio,de quibus infra dicet,ibi ſcilicet,Re Pſal.64
plebimur in bonis domus tuæ.Nõ eſt autem incircũſcriptibili deo intelligẽda dextera cor
poralis.Porrò beatus homo q taliter conuerſat,vt pſalmũ iſtum in propria perſona canere
poſſit,qui ita à rebus terrenis ac vilibus affectũ ſuũ expurgat,vt veraciter dicat,Dñs pars hæ
reditatis meæ,qui tã feruẽter cupit diſſolui & regnũ poſſidere cœleſte,vt dicere queat.Etenĩ
hæreditas mea p̃clara eſt mihi,quod ei competit,qui cũ apoſtolo dicere poteſt:Omnia arbi Philip.3
tror vt ſtercora,vt Chriſtũ lucrifaciam.Beatus qui in hac vita dominũ ſemper prouidet,ita,
vt cũ beatiſſimis illis,Helia ac Heliſæo veraciter fateatur,viuit dñs,in cuius conſpectu ſto ho 3.Reg.17 4.Reg.3
die.Huic eñ dominus à dextris eſt , ne cõmoueatur,qm̃ non permittit eũ tentari ſupra id 1.Cor.10
B quod poteſt,ſed facit etiam cum tentatione prouentum.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XVI.

¶Argumentum.

¶Titulus.Oratio Dauid.Eſt aũt hic pſalmus oratio quædã Chriſti pro ſe atq; eccleſia de-
precãtis,vt à perſequutionibus & afflictiõibus liberent.Vel etiã cuiuslibet alterius in miſeria
cõſtituti,qui petat releuari.Petit itaq; primũ iuſtitiæ remuneratio,poſt hoc ab inſidijs pra
uorũ liberatio,ibi:Ego clamaui,Et poſtremo iuſta aduerſarijs retributio. Author primum
de Chriſto,poſt ea de quolibet eccleſiæ membro exponit.

¶Expoſitio Tituli.

¶Præterea titulus pſalmi iſtius ẽ,Oratio Dauid,& q̃uis hic pſalmus ad literã poſſit exponi
de ipſo Dauid,ſicut & in ſequẽti explanatiõe exponet de eccleſia,cuius Dauid mẽbrũ p̃nobi
le eſt,ac vnoq̃q; p̃fectoꝝ,q̃ꝝ Dauid nõ minimus eſt,tñ propter prolixitatẽ ac tædiũ euitan
da,expoſitionẽ iſtã omitto,p̃ſertim cũ ex ſequẽtibus facillime innoteſcat.Igit exponẽdo ip
ſum de Chriſto ſenſus tituli eſt,Oratio Dauid.i.oratio cõueniens Chriſto ſignificato p Da-
uid.Chriſtus ergo rõne hũanitatis aſſumptæ,ait ad patrẽ,vel ad totã trinitatẽ.

¶Expoſitio pſalmi iuxta ſenſum literalem.

1 " EXaudi deus iuſtitiã meã,⌋.i.fac illud,propter q̃d iuſte vixi & nunq̃ à vera
iuſtitia receſſi,ſed vſq; ad mortem obediens fui.Chriſtus autẽ omnes iuſti- Philip.2
tias vitæ ſuæ fecit,non propter propriam beatitudinem acquirendam,nec
C propter eſſentiale præmiũ augmentandũ,quoniã ſemper cõprehenſor fuit,
ſed propter felicitatẽ nobis adipiſcendã omnia fecit.Et quolibet vitæ ſuæ
actu vitã nobis æternã excellentiſſimo modo prõmeruit.Quoniã quicquid
egit ex ardentiſſima dei & proximi charitate proceſſit.Quid ergo orat Chriſtus,dũ ait:Ex-
audi deus iuſtitiã meã,niſi da mundo ſalutẽ,concede hominibus grãm,ſalua omnes electos,
quia ob hanc cauſam,iuſtitiã feci.Chriſtus q̃q; iuſtitias ſuas fecit propter accidentale pro-
priũ p̃miũ,in q̃ profecit,videlicet propter gloriã reſurrectiõis,aſcẽſiõis,iudiciariæ poteſtatis
idcirco orat iuſtitiã ſuã exaudiri,pro hac etiã cauſa.ſ.vt acceleraret reſurrectio & aſcẽſio ei⁹,
2 " ⌊Intende dep̃cationẽ meã,⌋.i.intus ac diligẽter aduerte q̃d dep̃cor. ¶Auribus,⌋ pieta-
" tis tuæ,⌊p̃cipe orationẽ meã,⌋nõ q̃ deus aliq̃d de nouo p̃cipiat,ſed p̃cipe.i.intelligẽdo ad-
imple.Sæpe reiterat eandẽ ſententiã ad deſignandũ affectus ſui ardorẽ pro mũdi ſalute:per-
" cipe,inquã,orationẽ meã,⌊nõ in labijs doloſis,⌋effuſam,quẽadmodũ de q̃buſdã Eſaias ſcri
bit:Populus hic labijs me honorat,cor aũt eoꝝ longe eſt à me.Doloſis eñ labijs orat , cuius Eſaie.29
vocalis oratio nõ procedit ex mẽtali affectu.Vel qui id orat quod ſuæ ſaluti nõ expedit,talis
3 " nãq; in primis fallit ſeipſum. ¶De vultu tuo iudiciũ meũ prodeat,⌋.i.à te oĩbus maniſe-
ſtet,qualis ſim ego.Nõ eñ ſic vixi vt erubeſcã agnoſci,q̃a oĩs qui facit veritatẽ,venit ad lu
cẽ,vt manifeſtent op̃a eius,q̃a in deo facta ſunt.Chrũs ergo ait ad patrem,De vultu tuo.i.de
manifeſtatione ſapiẽtiæ tuæ,iudiciũ meũ.i.cognitio oĩm q̃ aſſumpſi,feci,ac p̃tuli,pro hũani
gñis redẽptione,prodeat.i.p ap̃ľos,alioſq; doctores vniuerſis hoĩbus publicet,vt oẽs ſciãt q̃
" iniuſte iudicatus & paſſus ſum,⌊oculi tui,⌋ò dñe pater,⌊videant æquitatẽ,⌋.i.intellectus

F tuus

tuus cõsideret meã iustitiã, & secundũ illã restituat mihi gloriã corporis, atq; pro alijs audiat D
precẽ meã. ¶ Probasti cor meũ, ⌋ secũdũ q̃ tẽtatio tribulationis probat hoĩes iustos, pro 4
basti, inquã, cor meũ. i. p multarũ aduersitatũ patiẽtissimã tolerantiã, inuenisti illud probatũ
ac rectũ corã te, ⌊ & visitasti ⌋ me ⌊ nocte, ⌋ i. p aduersa visitasti me, pmittẽdo me mala pati
Iob. 23 à peruersis Iudęis, ⌊ igne examinasti, ⌋ i. pœna mortis inquisisti me, sicut Iob ait: Probauit me
dñs quasi aurũ quod p ignẽ transit. Dicit aũt se Chrs probatũ & examinatũ à patre, nõ q̃ pa-
ter ignorauerit filiũ suũ esse sine omni pctõ, sed p modũ probãtis & examinãtis se habuit, dũ
filiũ suũ vnigenitũ tot & tanta pati permisit, quatenus cunctis constaret, quanta esset perfe-
ctio & obedientia Christi. Et ideo subdit, ⌊ & non est inuenta in me iniquitas ⌋ Chrũs enim
Esaię. 53 (vt Esaias testat) iniquitatẽ non fecit & istud q̃d de mea pfectione dixi & dicã ò dñe, dico si-
ne iactantia & gloria vana. ¶ Ut non loquat os meũ opera hominũ, ⌋ i. sic dixi & dico, vt 5
os meũ non loquat opera hominũ. i. superbiã, præsumptionẽ, & ingratitudinẽ, aliquid scili
cet mihi ascribendo, quẽadmodũ moris est filijs hominũ, ⌊ propter verba labiorũ tuorũ, ⌋ i.
propter legẽ & prophetias diuinitus inspiratas, vt eas implerẽ, ⌊ ego custodiui vias duras, ⌋
recipiẽdo circũcisionẽ, patiẽdo famẽ, sitim ac lassitudinẽ, & tãdẽ moriẽdo in cruce. ¶ Per 6
fice gressus meos, ⌋ i. q̃ pro mũdi salute cœpi facere, & sufferre ad fœlicẽ finem perduc, vt
p passionẽ meã genus humanũ saluet, ⌊ in semitis tuis, ⌋ i. sic pfice gressus operationũ mearũ
vt in semitis tuis pmaneant, ⌊ vt nõ moueantur vestigia mea, ⌋ i. vt opera mea non frauden
tur, merito festinatæ resurrectionis, & gloriosæ ascensionis. ¶ Ego (Christus) clamaui, ⌋ 7
ad te feruenter orando, ⌊ qm̃ exaudisti me deus, ⌋ i. fiduciã clamandi hinc sumpsi, q̃ semper
me exauditũ experior, idcirco quoq; nunc fac sicut hucusq; fecisti, scilicet, ⌊ inclina aurẽ tuã
mihi, ⌋ i. misericordiã tuã conuerte ad me, ⌊ & exaudi verba mea, ⌋ q̃ sequunt. ¶ Mirifi- 8
ca, ⌋ i. mirabilis esse declara, ⌊ misericordias tuas, ⌋ copiose dando mihi q̃d opto, & recon-
ciliando tibi mũdũ p me, atq; gratias tuas effluenter & mirabilr tẽpore euãgelicæ legis præ-
stando, ⌊ qui saluos facis sperantes in te. ⌋ ¶ A resistentibus dexteræ tuæ, ⌋ i. ab induratis
rebellibusq; Iudæis, q opa gratiosa ac miraculosa p me à te facta, dæmonibus ascripserũt, & 9
Matt. 12 omnẽ doctrinã meã spreuerũt, ⌊ custodi me, ⌋ ne vel ante præordinatũ tẽpus possint occi- E
dere me, vel ne ab eis detinear in sepulchro vltra tertiã diẽ. Et tam diligẽter custodi me, ⌊ vt
Iohan. 5 pupillã oculi, ⌋ quæ solicite custoditur. Dicit aũt Christus ad patrẽ, A resistentibus dexteræ
tuæ, qa qui filio resistit, resistit & patri, & qui nõ honorificat filiũ, non honorificat patrẽ qui
misit illũ. ¶ Sub vmbra alarũ tuarũ, ⌋ i. sub defensione oĩpotẽtiæ atq; clemẽtiæ tuæ, ⌊ pro 10
tege nos, ⌋ secũdũ modũ p̃dictũ, ⌊ à facie, ⌋ i. à dura p̃sentia & inuidioso aspectu, ⌊ impiorũ,
q me afflixerũt, ⌋ s. Iudæorũ ac aliorũ qui me psecuti sunt. ¶ Inimici mei animã meã, ⌋ i. 11
meipsum, ⌊ circũdederunt, ⌋ tentando, explorando, capiendo, ligando, & occidẽdo, ⌊ adipẽ
Mat. 9. 26 suũ cõcluserũt, ⌋ i. viscera internæ pietatis à me subtraxerũt, non cõdolendo mihi, neq; par
Marci. 2 cendo, ⌊ os eorũ locutũ est superbiã, ⌋ contra me dicendo blasphemauit: Et reus erit mortis.
Mar. 26 Et nos scimus, qa hic hõ pctõr est. ¶ Proijcientes me nũc circũdederũt, ⌋ me. quẽadmo- 12
Mar. 14 Iohan 9 dũ in euãgelio legit, q̃ eiecerũt eũ extra synagogã, & duxerũt eũ ad supciliũ montis vt p̃cipi
Luc. 4 tarẽt eũ, ⌊ oculos suos statuerũt declinare in terrã, ⌋ i. intellectũ suũ auerterũt à veritate diui
na, & passiones suas secuti sunt respiciẽtes deorsum, nõ sursum, neq; volẽtes credere signis,
qbus pater testimoniũ phibuit filio suo. ¶ Susceperũt sicut leo paratus ad p̃dã, & sicut ca- 13
Mar. 27 tul⁹ leonis habitãs in abditis ⌋ qñ videlicet cohors & tribunus & minister Iudæorũ accesserũt
Marc. 15 Iohan. 18 & iniecerũt manus in Iesum & ligauerũt atq; duxerũt ad Caiphã, Q̃d Hieremias propheta- F
Hiere. 12 uit de Chr̃o: Dedi (inqt) dilectã animã meã in manu inimicorũ meorũ, facta ẽ mihi hæredi-
tas mea. i. pplus Iudęorũ, q̃si leo in sylua, dedit cõtra me vocẽ suã, ideo odiui eã. ¶ Exurge 14
dñe, ⌋ ad succurrẽdũ, ⌊ p̃ueni eũ, ⌋ ita vt prius mihi in adiutoriũ venias, & illos cæcitate cor-
Lucæ. 22 dis pcutias, q̃ ipsi mihi nocere p̃ualeãt. Vnde in euãg. legit: Q̃d apparuit Chr̃o angelus de
cœlo cõfortãs eũ, passiõe iã imminẽte, ⌊ & supplãta eũ, ⌋ i. deijce pplm istũ Iudæorũ me pse
quẽtẽ, ita vt pdãt regnũ & sacerdotiũ, ⌊ eripe animã meã ab ĩpio, ⌋ pplo isto nõ derelinquen
do eã diu cũ gñatione hac pessima, sed tertia die eã corpi ĩpassibili reuniẽdo, ⌊ frameã meã, ⌋
i. ptãtẽ seu gladiũ quẽ cõtulisti eis cõtra me, eripe ⌊ ab inimicis manus tuæ ⌋ i. à psecutoribus
Iohan. 19 & crucifixoribus meis, ne mihi de cætero nocere possint. Chrs em̃ Pilato dixit: Nõ haberes
Lucæ. 22 cõtra me potestatẽ vllã, nisi datum esset desuper, Et ad Iudæos: Hæc est (inqt) hora vestra &
potestas tenebrarũ. Hanc Chrs orat Iudæis auferri, ne diutius ipm̃ persequi possit q̃ à deo p̃-
Lucæ. 22 fixum erat. Propter quod passione instante apostolis dixit: Etenim quæ scripta sunt de me,
finẽ habent. Vel sic, frameam tuã. i. animam meam, quæ dicitur framea. i. potestas tua & gla
dius tuus, quia p eam principem huius mundi vicisti, & mortem occidisti, ruinam angelo-
rum reparasti, vniuersum seculum reparasti, & tuo imperio subdidisti, hanc frameam eri-
pe de inimicis manu tuæ. i. de potestate Iudæorum reassociando eã corpori immortali. Cõ
sequẽter orat Chrs pro gñali Iudæorũ directione quam desiderat, in quãtũ diuinæ volũtati

ac æqui-

A ac æquitati cõformat. ¶Dñe à paucis de terra diuide eos in vita eorũ, tanq̃ dicat, ò dñe
15 pater, diuide eos de terra .i. expelle eos de terra sancta, & p diuersa loca disperge eos, & p gla
diũ, famẽ, ac captiuitatẽ destrue eos, ac diuide à paucis .i. ab electis fidelibus q cõparatiõe re-
proborũ pauci sunt, & hos paucos nõ diuidas, sed in vnitatẽ ecclesię cõgrega eos p fidẽ, spem
& charitatẽ, illos vero diuide modo pdicto, in vita eorũ, quẽadmodũ p Vespasianũ ac Titũ
impletũ est, de abscõditis tuis, .i. de pcipuis & maximis bonis tuis corporalibus & terre-
nis, adimpletus est venter eorũ, .i. saturati & diuites facti sunt. Nã terrã omniũ terrarũ, p- 1. Cor. 10
cipuã melle & lacte manantẽ, dedisti eis, ipsi vero tibi ingrati fuerũt, & me vnicũ filiũ tuũ oc
ciderunt. Vel sic, de absconditis tuis .i. de concupiscentijs prauis, quæ ignorant à te per ap-
probationẽ, saturatus est venter eorũ .i. carnalis ipsorũ affectus, cui satisfecerunt, quia auari,
16 luxuriosi, & ambitiosi fuerunt. ¶Saturati sunt filijs, qa fœcunditatẽ carnalis propagi-
nis eis dedisti, multiplicando eos, vt stellas cœli, & dimiserũt reliquias suas, .i. ea quę ipsis
superfluerũt, paruulis suis, .i. successoribus. Cõmemorat nãq; Chrs beneficia dei ipsis col
lata, vt peccatũ ipsorũ amplius aggrauet. Vel sic, saturati sunt filijs .i. malis operibus. Opera
quippe vocant filij operãtis, quoniã omne agens quale est, tale operat. Et ita operatio scdm
rationẽ similitudinis ab agente procedit, filiatio aũt in similitudine cõsistit. Et dimiserũt Iu-
dæi increduli reliquias .s. infidelitatis maledictionis ac vitiorũ, paruulis suis .i. posteris. Perue 1. Thes. 2
nit em̃ ira dei super eos vsq; in finẽ, secundũ apostolũ. Et impletũ est in ipsis quod coram Pi- Mat. 27
lato de Christo clamabant: Sanguis eius super filios nostros. Illi ergo ita peribunt à te.
17 ¶Ego aũt in iustitia apparebo conspectui tuo, .i. propter te iuste & sancte ambulando
coram te, & consummato redemptionis mysterio, post ascensionem apparebo tecũ in glo-
ria, sedens à dextris tuis, & interpellans pro electis, satiabor, omni iocunditate accidenta
lis præmij, cũ apparuerit gloria tua, .i. cũ manifestata fuerit oĩbus sanctis in cœlo & in ter
B ra gloria tua, quã mihi dedisti, & quã ego mea passione mũdo promerui. Tunc em̃ saciabor
salute gñis hũani, propter cuius desideriũ in cruce clamaui: Sitio. Tũc quoq; saciabor, vidẽs Johan. 19
honorẽ tuũ recuperatũ p me, murosq; cœlestis Hierusalem reędificatos p me.

¶Expositio eiusdem psalmi iuxta sensum tropologicum.

SEcũdũ sensum aũt moralẽ hoc q̃d dicitur, Exaudi de' iustitiã meam, potest esse oratio cuiuslibet hominis perfecti, qui nõ solum de misericordia dei, sed de proprijs meritis confidit, quãuis hæc sua merita sciat esse dei dona à diuina misericordia sibi concessa, vt sit sensus, Exaudi deus, non solũ orationem vocalem, sed iustitiam meam, ita, vt omne opus bonũ & meritoriũ quod facio tibi, sit placitũ, præstesq; mihi q̃d cupio ,ppter vitæ meæ iustitiã. Nã opus bonũ & meritoriũ corã deo est oratio, nec cessat orare, qui non cessat laudabil'r viuere. Beatus vero est qui cũ secura & humili cõscientia allegare pt corã dño vitæ suæ pfectionẽ ac propria merita. Talis plane extitit Ezechias, de quo Esaias ait: Fleuit 4. Re. 20 Ezechias fletu magno, & dixit: Obsecro dñe, memẽto qũo ambulauerim corã te in veritate Esaiæ. 30 & q̃d bonũ est in oculis tuis, fecerim. Deniq; q̃ efficax sit oratio illa, cõstat ex eo, q nõ solum orationẽ Ezechiæ deus impleuit, adijciendo vitæ suæ priori, quæ naturaliter finienda erat, quindecim annos, sed insuper ad eius instãtiã reuersus est sol decem lineis p gradus quos de- Esaiæ. 38 scenderat in horologio Achas. Potest etiã hoc quod dicitur, Exaudi dñe iustitiam meam esse oratio hominis pfecti, propriã impfectionẽ humiliter cognoscentis, tanq̃ dicat, Exaudi .i. acceptã habe, deus iustitiã meã, non despiciendo eã propter impfectiones anxias, scio nã Esaię. 64 q; verũ esse quod in Esaia habet: Quasi pannus mẽstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ, sed sup-
C pleat dñe pietas tua id, in quo deficit fragilitas mea, & exaudi iustitiã meã, quæ non est digna absolute appellari iustitia, sed potius iniustitia, intende deprecationem meam, qua peto mihi mala omnia indulgeri. Auribus percipe orationẽ meam, qua postulo virtutes & gratiam mihi semp donari, orationem inquam, non in labijs dolosis .i. nõ mente vaga & intimorata, atq; in peccandi proposito existente effusam. De vultu tuo iudicium meum prodeat .i. omne quod iudico de meipso vel alijs procedat de vultu tuo .i. dirigat secundũ veritatẽ tuã diuinã, vt nil temerarie aut fallaciter iudicẽ, nec aliquẽ ex suspitione cõdemnẽ, nec contra euangelicam sapientiã de aliquo iudicare psumam. Vel sic, de vultu tuo .i. de pio aspectu tuo, iudicium meum, quo à te iudicandus sum, prodeat, ne iuste cõdemner, sed misericorditer saluer, oculi tui videant .i. benigne respiciant ac respiciendo pficiant, æquitatẽ .i. cõuersationis meę iustitiã. Probasti cor meũ, p prospera & aduersa tentando & experiendo, an tibi in oĩbus fidelis pmaneã, & visitasti nocte .i. p flagella venisti ad me, adhibendo castigationes paternas, quẽadmodũ in Apocalypsi testatus es: Ego quos amo, arguo & castigo, igne me examinasti Apoca. 3 .i. p impetuosas atq; durissimas tribulationes scrutatus es me, probando, an vsq; ad mortem constans psistam, & non est inuenta in me iniquitas. Hoc dicit ecclesia seu homo iustus vel quia mortaliter non peccauit (quod de multis sanctis creditur) vel quia de peccatis pœnituit Vel quia si peccauit, tamen p probationem, visitationem, & examinationem, præmissas de

peccatis suis purgatus est, sicut in Iob habet: Beatus homo qui corripitur à dño. Vt nõ loqua D
tur os meum opera hominum, non propter inanem gloriam dico ista, prout est moris vanis hominibus qui opera hominũ, non dei laudem loquuntur, propter verba labiorum tuorum. i. propter sermones sacræ scripturæ adimplendos, Ego custodiui vias duras, hoc est, custodiui cor meũ, quo nihil laboriosius est, & feci actus virtutũ, qui sunt viæ duræ, quia secundũ philo
Eth. li. 3 sophũ: Ars & virtus sunt circa difficilia, & hoc quantũ ad incipiẽtes maxime verũ est, qbus
Matt. 7 pœnale est veteri vitæ renuntiare, ab omni illicita cõcupiscentia abstinere, & p angustã por
Matt. 11 tã intrare: quantũ vero ad proficientes aliqualr ve est esse videt, sed quantũ ad pfectos verum
Eccl. 23 est, qd ait saluator: Iugũ enĩ meũ suaue est, & onus meũ leue. Et in Ecclastico: Nihil, inquir, dulcius q̃ respicere in mãdatis eius. Nulla siquidẽ forma operat tã prompte atq; suauiter, sicut amor. Idcirco quanto in diuino amore proficimus, tanto oĩa dura fiunt nobis faciliora,
Cant. 8 ac dulciora, qm̃ fortis est vt mors dilectio. Ecclesia ergo pfectorum, q̃ nõ solũ custodiuit dei mã
Matt. 19 data, sed etiã adimpleuit Christi cõsilia, verissime dicit dño. Propter verba labiorum tuorum, qbus ò Christe dixisti de his, qui implent cõsilia, qa centuplũ accipient, & vitã æternã possidebunt, Ego custodiui vias duras. i. pcepta atq; consilia, quæ saltẽ in principio mihi dura fuerunt. Et naturæ dura essent, nisi gratia tua adesset, sed qm̃ nemo est in hac vita tã perfectus,
Philip. 3. aut mundus, vt nõ sit magis, magisq; pficiendus, psertim cum dicat apl's: Ego non arbitror me apprehendisse, sed quæ priora sunt, oblitus in anteriora extendo meipsum, idcirco addit. Perfice gressus meos, hoc est, oẽs affectiones & opera mea, qbus tendo ad finẽ in semitis tuis. i. mandatorum atq; cõsiliorum tuorum obseruationibus, vt non moueant, hoc est, vt non recedant à lege tua, Vestigia mea. i. opa qbus ad te incedo. Ego clamaui voce, qm̃ exaudisti me deus. i. qa orationẽ mentalẽ, qua petiui à te vt inspirares mihi salubrẽ, tibiq; placentẽ orationem exaudisti, dando mihi interius quod orarem oretenus. Nam illam orationem exaudis quã tu ipse inspiras. Vel sic: Ego clamaui, nũc te orando, qm̃ exaudisti me deus, ante seu alias E
dum orarem, sicq; ex illa exauditione audaciam sumpsi nunc te orandi, inclina aurem tuam mihi. i. benigno fauore mihi approxima, & exaudi verba mea, quæ sunt interni affectus indicia. Mirifica misericordias tuas, q̃to vides me miserabiliorem, indigniorem, & indigentiorem, tanto amplius subueni mihi in omnibus in quibus ope tuæ pietatis indigeo, quatenus misericordia tua mirificet, hoc est, mirabilis eẽ noscatur in me, quæ tanto amplius mirifica-
Actor. 9 tur in me, quanto ego peior & vilior sum. Itaq; domine mirifica misericordias tuas. i. multas pietatis tuæ gratias ostende in me, vt sim cum sancto apostolo vas electionis: Vas misericordiæ in honorem, non vas iræ in contumeliam. A resistentibus dexteræ tuæ, hoc est, à tentationibus dæmonũ à vanitate seculariũ hominũ & ab omni vitio superborum resistentiũ, quantũ in se ẽ, dexteræ tuæ. i. iustitiæ tuæ & volũtati tuæ rectissimę. Vel, dexteræ tuæ. i. legi Christi ac gratiæ p quã peruenitur ad dexterã tuã in cœlis, custodi me, ne illis cõsentiã, ne tibi pin obedientiã resistere velim, & nõ qualitercũq;, sed diligenter in omni causa, loco & tẽpore custodi me vt pupillã oculi, q̃ diligẽtissime custodit. Sub vmbra alarum tuarum protege me, loquit transsumptiue de deo, sicut ex huius versiculi pcedẽti expositiõe satis clarescit. Sub vmbra, inqt, alarum tuarum. i. sub latitudine bonitatis & multitudine misericordiæ tuæ, protege me à facie impiorum, hoc est, ab inuasiõe mũdi, carnis, & diaboli, q me afflixerũt, tẽtando, psequẽdo, deordinãdo. Nã aius inordinatus sibijpsi afflictio est. Inimici mei, q me moliunt à deo abstrahere, animã meã, q̃ in medio laqueorum posita est, circũdederũt. Nam dæmones eam circundant vitia suggerendo, carnales cõcupiscentiæ stimulando, mũdus ad illicita attrahẽdo, adi- F
pem suum concluserũt, carnalia blandimẽta inter se absconderũt, vt sub specie boni ad mala me pertrahant, delectabilia proponendo, os eorum locutũ est superbiam, qa conati sunt me facere deo rebellem, & ea ausi sunt mihi proponere atq; laudare q̃ diuina lege prohibita sunt. Proijcientes me nũc, inimici mei isti pdicti à cõtemplatione diuina ad curiositates inanes, à stabilitate in deo ad euagationẽ cordis in mũdo, à dei amore ad creaturarum iordinatũ affectũ circumdederũt me, malis consilijs, ac varijs dolis, oculos suos statuerunt declinare in terrã, quia considerationes suas à cœlestibus ac diuinis bonis auerterunt, & tẽporalia atq; caduca amando aspexerunt, aliosq; & me ad talia inclinare laborauerũt. Susceperũt me, quãdo peccaui, & seruitute ac vinculis vitiorum ligauerunt me, ne statim redirem ad te creatorem ac iudicem meum. Susceperũt (inquam) me sicut leo paratus ad prædã, quia statim sub suo domi-
1. Petri. 5 nio redegerũt me, & spũaliter deuorauerunt ac interfecerũt me, & sicut catulus leonis habitãs in abditis, hoc est, in locis occultis. Vnde Petrus: Aduersarius (inquit) vester, diabolus, tanq̃ leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Exurge domine, ad adiuuandum, præueni eum, id est, antequam aduersarius meæ salutis noceat animæ meæ, tu adesto, gratiam tribue, victoriam præsta, & supplanta eum vt tua ope ei scilicet diabolo, mundo, & omni peccato præua
Roma. 13 leam, eripe animã meã ab impio. i. ab omni inimico pdicto, frameã tuã. i. potestatem persequẽdi, nocendi, fallendi, inimicis à te collatã. Nã omnis potestas à deo est, etiam illa qua impij abutun

A pij abutuntur, hanc frameam eripe ab inimicis manus tuæ.i.à dæmone, mundo, & carne, qui aduersari nituntur potentiæ tuæ, ne mihi prævaleant publice, neq; fallant occulte. Dæmones quoq; potestate sibi concessa, vti non possunt pro libitu suo, sed quantũ permittuntur à deo qui eos per angelos sanctos coercet, ne quantũ volũt & possent hoĩbus noceant. Orat ergo fidelis pro coertione potestatis diaboli dũ ait, Frameã tuam, &c. Dñe à paucis de terra.i. ab electis qui sunt de terra formati, quantũ ad corpus, diuide eos, videlicet inimicos pdictos separando eos à iustis, in vita ipsoꝝ.i.nunc per iudiciũ discretionis, & postea per iudiciũ retributionis. Vel sic, Dñe à paucis diuide eos de terra.i.separa eos de militanti ecclesia, q̃ modo peregrinatur in terra, separa inquit inimicos & reprobos à paucis.i.electis, in vita ipsorũ, scilicet inimicoꝝ.i.nũc. Nunc em̃ separa deus malos à bonis voto ac merito. Postea aũt separabit eos loco & præmio, qñ ibunt hi quidẽ in vitã æternã, hi aũt in ignẽ æternũ, de absconditis tuis.i.de peccatis tibi p approbationẽ ignotis, adimpletus est vẽter eoꝝ.i.inmundus appetitus eoꝝ, in quo velut in stomacho ventris cõgregant spurcitia vitioꝝ, fœtores cõcupiscentiaꝝ, ac superfluitates vniuersoꝝ maloꝝ, propter quod etiã tibi odibiles sunt & fœtidi, vani, atq; miserrimi reputant à te. Saturati sunt filijs, qa multos & innumerabiles filios genuerũt p imitationẽ peccati. Quot em̃ filios habet dæmon ille nequissimus, qui est pater super oẽs filios supbiæ? Deniq; stultoꝝ qui æternæ sapiẽtiæ.s.Christo, nõ acquiescunt, infinitus est numerus, & hi oẽs sunt filij.s.diaboli, carnis, & mũdi, propter q̃d saturati dicunt filijs. Vel sicut expositũ est, saturati sunt filijs.i.malis operibus q̃ gignunt ex vitiosis habitibus intus latẽtibus, de qbus pdixit, de absconditis tuis adimpletus est vẽter eoꝝ, & diuiserũt reliquias suas paruulis suis.i.quos diaboli & hoĩes seculares p seipsos decipere nequeũt, hos relinquunt posteris suis decipiẽdos: vel, diuiserũt reliquias suas.i.malas suaꝝ peruersitatũ memorias & mala exempla & cætera q̃ ex vitijs cõsequunt, paruulis suis.i.filijs paterna peccata sectantibus. Ego aũt qui p grãm tuã ô dñe ad istoꝝ sortem nõ pertineo, sed tibi feruẽter ministro, in iustitia, quã feci, apparebo cõspectui tuo, cũ fuero tribunali tuo psentatus, opa nãq; singuloꝝ sequunt illos, & vt ait aplus: Oẽs nos manifestari oportet ante tribunal Christi, saciabor.i.in omni bono replebor, & tanta felicitate ditabor, vt nil amplius capere possim, cũ apparuerit gloria tua.i.cũ manifestaueris te ipsum mihi, sicuti es, vt videã te p speciẽ, qui te iã cerno p fidẽ. Nil em̃ saciare pt rationalẽ appetitũ, nisi bonũ infinitũ, nec aliquid implere pt intellectũ, nisi veritas æterna. Tunc ergo saciabitur desideriũ iusti, cum diuinę veritatis claram visionem, atq; diuinæ immensæ bonitatis beatificam fruitionẽ adeptus fuerit. Nihilominus animæ beatoꝝ in patria expectant & optant gloriã corporis & resurrectionẽ futurã quo ergo nunc saciantur? Saciantur vtiq; nunc, quantũ ad præmiũ essentiale, quod est visio dei, quia tam clare deũ vident, tamq; suauiter eo fruuntur vt desiderant. Post diem aũt iudicij saciabuntur etiam, quantũ ad præmium accidentale, quod tamen tam modicũ est comparatione præmij essentialis, vt quasi pro nihilo reputari possit. Et ideo nũc quoq; dici potest, q̃ omnes beati in patria saciati sunt omni bono. Nam teste philosopho: Quod modicum est pro nihilo reputatur. O quanta est virtus huius psalmi. O quantæ ac feruidæ orationes continent in ipso, quaꝝ ardor dulciter sapit ei qui psalmũ hunc pura mente decantat. Specialiter vero tres illi versus, videlicet, Mirifica misericordias tuas cũ duobus sequentibus, igne spũs sancti, & omni sancto effectu plenissimi sunt, quoꝝ primus maxime cõpetit incipientibus, secũdus pficientibus, tertius aũt perfectis. Quotiens ergo ô frater miserijs tuis opprimeris, C quotiens tentationibus fatigaris, quotiẽs vitioꝝ stimulis agitaris, clama ad dñm, Mirifica misericordias tuas in me, qui saluos facis sperantes in te. Studeamus igitur semper, & præsertim tẽpore oratiõis animã nostrã taliter ab inutilibus phantasmatib⁹ denudare, vt possimus hũc psalmũ intente ac saporose cantare, orationũq; ipsius effectũ copiose sortiri.

Marginal references: Mat. 25; Job. 41.; Eccle. 1.; 2. Cor. 5; 1. Johan. 3; 2. Physic.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XVII.

¶ Argumentum.

¶ Titulus. Seruo dñi Dauidi, alias in finẽ puero dñi, alias victori seruo dñi Dauid, qm̃ loquutus est dño verba cantici huius in die qua liberauit eũ dñs de manu oĩm inimicoꝝ eius & de manu Saul, & dixit: Est aũt gratiaꝝ actio Christi & ecclesiæ de multiplici liberatione ab inimicis suis. Porrò itroducit Chrs, secũdũ hũanitatẽ suã à deo patre opẽ poscẽtis, interimq; narrant signa in passione eius facta. Quomodo est ab omnibus malis liberatus & accepit virtutẽ contra inimicos suos, Et q̃ multa sit eius miseratio super amicos. Habet autẽ iuxta glossam quatuor partes, In prima ponitur Christi pro sui & suoꝝ liberatione gratiaꝝ actio, deinde manifestat, à qbus liberari indigeret, ibi: Circũcederũt me, Tertio exprimit virtutem sibi collatã in liberatiõe, ibi: Deus q pcinxit me, Quarto laudat & cõmẽdat dona dei, ibi: Viuit dñs. Author vero biphariã expendit, nempe iuxta sensum literalem & allegoricum.

¶ Expositio Tituli.

¶ Psalmi huius iste est titulus. In finem puero Dauid dñi, qui locutus est domino verba

D
cantici huius in die qua eripuit eũ dominus de manu inimicoꝝ suorũ, & de manu Saul. In libris Regũ & Paralepomenon scriptũ est, quẽadmodũ Dauid post diuersas victorias sibi diuinitus concessas, atq; post mortem Saul cãtauerit dño psalmũ istũ pro gratiaꝝ actiõe beneficiorũ dei. Vnde qui psalmũ hunc ad literam de Dauid exponere vellet, expositione tituli parũ indigeret, quia sic titulus planus esset. Sed quia hic psalmus de Christo toto .i. de ipso Christo & corpore mystico, quod est ecclesia, quæ cõprehendit oẽs electos ab Adam vsque ad finẽ mundi potius exponendus est, ideo titulus declarandus est. Est igitur sensus tituli. Verba cantici huius dirigentis nos in finem, videlicet Christum, conueniunt Dauid puero domini .i. Christo filio dei, quæ verba Christus locutus est domino .i. ad gloriam patris pro se ac suis fidelibus, in die qua eripuit eũ dominus de manu inimicoꝝ suorum, hoc est, in die resurrectionis, quando surrexit à mortuis, liber à potestate Iudæorum, & quando ecclesiam liberauit à captiuitate diaboli, & de manu Saul, id est, de potestate mortis. Nam Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur. Pro hac vtiq; spirituali liberatione, Christus deo gratias agens, dicit.

¶ Expositio psalmi iuxta sensum literalem.



Iligam te domine, ⌋ & conuenit principiũ huius psalmi Christo homini, at- 1
q; ecclesiæ, imò cuilibet vere fideli, ait ergo: Diligã te dñe .i. semper amabo
te, tũ propter immensam tuã bonitatẽ, proter quã sine mensura amabilis es,
tũ propter beneficia tua mihi collata, tũ propter promissa tua mihi parata.
Amor quippe est primũ & maximum donum, & in ipso omnia dona gra-
tuita dantur. Idcirco non possumus deo pro beneficijs suis, imò nec alicui be
nefactori aliquid maius aut dignius rependere, nisi amorem. Christus autem vt deus diligit
patrem amore simpliciter infinito, sed vt homo diligit deum maiori dilectione, q̃ omnes si-
mul electi. Vnusquisq; vero nostrum tanto ardentius tenetur deum diligere, quanto plu-
ra beneficia ab ipso receperit. Potest quoq; verbum istud per modũ orationis intelligi, vt
sit sensus, Diligã te dñe .i. da vt amem te dñe, ⌊ fortitudo mea, ⌋ .i. causa totius fortitudinis
meæ, sine quo nihil possum, ⌊ dñs (est) firmamentũ meũ, ⌋ .i. stabilimentũ meũ, & causa stabi E
litatis meæ. Nã Chr̃s in omni passione cõstans, & solidus mãsit, nec in aliquo actus rationis
vel operatiões virtutũ impediebant aut turbabant in ipso, q̃d valde supernaturale fuit, ⌊ &
Mat. 26 Johan. 2 refugiũ meũ. ⌋ Nã Christus passione instãte ad patrẽ confugit, dicens: Mi pater si fieri p̃t,
transeat à me calix iste, ⌊ & liberator meus, ⌋ de tentatore diabolo, & de p̃secutione Iudæ-
orũ, qui me frequenter occidere conabant, q̃n nondũ venit hora mea. Vel, liberator meus,
q̃a resuscitauit me ad impassibilẽ vitã. ¶ Deus meus (est) adiutor meus, ⌋ in quantũ homo 2
sum. Christus em̃ miracula fecit, nõ hũana aut naturali, sed diuina virtute, ⌊ & sperabo ĩ eo, ⌋
.i. expectabo omne bonũ ab eo q̃d nõdũ habeo. Q̃uo aũt Chr̃o cõuenit sperare in deo, fre-
quẽter dictũ est. ¶ Protector meus, ⌋ .i. deus est defensor hũanitatis meæ defendẽs eã ab 3
omni malo culpæ, ⌊ & cornu, ⌋ .i. excelsa & eminẽs cã, ⌊ salutis meæ, ⌋ .i. felicitatis tã corpo
ris, q̃ aĩæ meæ, beatificãdo me in aĩa, statim q̃n creauit eã, & in corp̃e, q̃n à mortuis suscitauit
me, ⌊ & susceptor meus ⌋ .i. deus dei filius ad suã p̃sonalẽ subsistẽtiã assumpsit hũanitatẽ meã
Johan. 11. ¶ Laudãs inuocabo dñm, ⌋ Frequẽter in euãg. legit, Chr̃s patrẽ cũ laude & grãꝝ actiõe 4
inuocasse, vt apud Iohãnẽ: Grãs, inq̃t, ago tibi pr̃, q̃m audisti me, ⌊ & ab inimicis meis, ⌋ pu-
ta Iudæis, ⌊ saluus ero, ⌋ p resurrectionẽ à mortuis. Nã & Chr̃s orãdo meruit, vt tã cito re-
surgeret, q̃uis ex alijs causis debebat ei resurrectio festinata, p̃sertim propter vnionẽ suæ hu-
manitatis cũ verbo. ¶ Circũdederũt me dolores mortis, ⌋ .i. pœnę atq; tristitię mortis, q̃a 5 F
Lucæ. 22 in euãgelio dr̃: Cœpit Iesus pauere, tædere & cõtristari. In cruce aũt circũdederũt eũ dolo-
res, mortẽ inferẽtes, q̃n vndiq; pœnis repletus, dixit: Cõsummatũ est, & inclinato capite tra
Johan. 19 didit spm̃, ⌊ torrẽtes iniquitatis, ⌋ .i. abũdãter multæ iniquitates, videlicet p̃secutiones iniu-
stæ mihi à Iudęis illatæ tp̃e passiõis, ⌊ turbauerũt me, ⌋ .i. inferiorẽ aĩæ partẽ ac corporalẽ na
turã à naturali sua dispositiõe ĩmutauerũt, p̃pter acerbitatẽ pœnę afflictę, nõ tñ turbauerũt vl̃
deordinauerũt actũ rõnis in Chr̃o. Est aũt q̃dã cõturbatio bona & spõte assumpta, de qua Io
Johan. 11. hãnes ait: q̃ Iesus turbauit seip̃m & infremuit spũ & fleuit. ¶ Dolores inferi, ⌋ .i. dolores 6
venientes ex consideratione dãnationis hominũ in inferno, ⌊ circũdederunt me, ⌋ Nam dũ
Johan. 19 Christus pendens in cruce, dixit: Sitio, significauit se hominũ liberationẽ sitire, & eadẽ ho-
ra vehementissimo cordis torquebat dolore, quoniã cõsiderauit passionẽ suam tam multis
non debere prodesse, sed eos in infernũ propter ingratitudinẽ suã debere descendere. Ideo
ait. Dolores inferi circũdederunt me .i. animã meã inuaserunt, ⌊ præoccupauerũt ⌋ .i. p̃uene
runt, ⌊ me laquei mortis, ⌋ .i. deceptiones ad mortẽ ducẽtes, nõ q̃ Chr̃o aliq̃d ex improuiso
cõtigit, aut aliq̃s eũ decipere quiuerit, sed q̃a infideles Iudæi putabant eũ nescire concilia, q̃-
bus tractabant, quomodo eũ dolo tenerent & occiderent, ac nescientem, ne fugeret, anticipa
rent. Est enim mos scripturarum aliquid enarrare, prout est in opinione multorum.

Intri-

A
7 “ ¶In tribulatõe mea⌋ .s. passione instante inuocaui dñm, qa vt scriptũ est: Procidens Iesus
in aciem suam prolixius orauit, & factus est sudor, eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in Lucæ.22,
“ terram ⌊& ad deũ meũ clamaui⌋ qm̃ teste Ap̃lo: Chrũs cũ clamore valido & lachrymis ex- Hebræ.5
8 “ orauit. ¶Et exaudiuit dominus de templo sancto suo⌋ hoc est, de summo cœlo, vel de cor
de meo, in quo sicut in electissimo tẽplo habitauit non solũ p grãm, sed etiam p suppositalem
“ vnionem intelligendo p cor ip̃am aĩam ⌊vocẽ meam⌋ .i. or̃onem quam fudi ⌊& clamor me
“ us⌋ id ẽ, feruens cordis mei affectus ⌊in cõspectu eius⌋ .i. coram eo ⌊introiuit in aures eius⌋
9 “ hoc est, placuit auribus misericordiæ suæ, vt exaudiret eũ. ¶Commota est & contremuit Matt.27
“ terra⌋ Hoc ad literã in Christo in cruce suspenso impletum est, quia tunc terra mota est. Si- Matt.28
militer in die resurrectionis angelo ad sepulchrum Christi descendente terræmotus factus
“ est magnus ⌊fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt,⌋ quoniam tempo-
re passionis terra sancta quæ fertur esse montosa tam valde mota est, vt etiam petræ scinderẽ
“ tur, prout Euangelista testatur, ⌊quoniam iratus est eis⌋ .s. dñs .i. dominus ira in suam qua ho Mat.28
minibus filium suum dilectum occidentibus irascebat, ostendit in elementis turbando atq;
mouendo inanimata, vt vel sic rationales creaturę errorem suũ aduerterent, dum inanimata
suspenso in cruce sic condolere conspicerent, Vel sic & melius, commota est, per admiratio-
nem, & contremuit, p timorem, terra, id ẽ, habitantes in terra, videlicet Iudæi, & Gentiles p̃
sertim in terra sancta qñ videbãt Chr̃o moriẽte solẽ supnaturaliter eclipsari, terram moueri
& Iesum alta voce clamantẽ expirare. Vnde in Euãgelio scriptũ est: Centurio aũt & q cũ ipso Matt.27
erant videntes quæ fiebant, & qa sic clamans expirasset, timuerũt valde, & glorificauit deum Lucæ.23,
Cẽturio & ait: Vere filius dei erat iste. Hic hõ iustus erat. Et omnis multitudo eoꝝ qui aderãt
ad spectaculum istud, & videntes quæ fiebant percutientes pectora sua reuertebant, funda-
mẽta montium .i. capitanei superborum, videlicet principes sacerdotum Pilatus & Herodes,
conturbata sunt, & commota sunt, quia visis prædictis mirabilibus vtiq; ad tempus perter-
B riti erant, maxime principes sacerdotum quando videbant velum templi scissum, & custo- Matt.27
des sepulchri referre quæ facta erant ad monumentum per angelum. Potissimũ quoq; quan- Matt.28
do mortui illi qui simul cum Christo surrexerunt, eis vt credit, apparuerunt. Ideo autem tur-
bati & commoti sunt, quoniam iratus est eis, scilicet, dominus, ira dei. Quid ira dei? est vindi
cta diuinę iustitiæ. Hæc vero vindicta quantũ ad impœnitentes hic incipit, & in futuro æter-
naliter pseuerat. Prædicta autem fiebant à deo in vltionem peccati eoꝝ qui Christũ interfe-
cerunt, quantum ad eos qui non pœnituerunt, qa ex hoc quòd his visis non sunt conuersi gra
uius sunt damnati. Idcirco quoniam iratus est eis dominus derelinquendo eos iustissimè, ob
id conturbati sunt & commoti sunt, non ad pœnitẽtiã & fidem, sed ad admirationẽ & obsti-
nationem. Vel, fundamenta montiũ .i. magistri philosophoꝝ conturbata sunt & commota
sunt, hoc est, admirati & obstupefacti sunt Christo patiente propter mirabilissimam solis ecli
psim, dicentes vel deus natura patitur, aut astra mentiunt, aut machina mũdi peribit. De qua
re in epistola ad Polycarpum scribit Dionysius. Consequenter describit pœna persequentiũ
Christum videlicet obstinatoꝝ Iudæoꝝ, q propter ista & alia mirabilia p Ap̃los & Stepha-
10 “ num aliosq; primitiuæ ecclesiæ sanctos facta non sunt conuersi dum subditur: ¶Ascendit
“ fumus⌋ hoc est, vapor incendij quo Titus combussit Hierusalem ac reliquas vrbes vicinas,
“ ⌊in ira eius⌋ .i. in vltione qua deus pater vindicauit iniuriã à Iudæis Christo illatã ⌊& ignis⌋
“ prædictæ combustionis ⌊à facie eius⌋ hoc est, à conspectu diuinæ iustitiæ oĩa iustissimè iu-
“ dicantis ⌊exarsit⌋ cũcta velociter deuorando ⌊carbones⌋ .i. puersi Iudæi tenebris infidelita
“ tis obscuri & vitijs nigri ⌊succensi sunt ab eo⌋ .s. deo in combustione eoꝝ. Vel, carbones .i.
C materia cõbustibilis succẽsi sunt ab eo, qa deo ordinãte & instigãte principes Romani succẽ-
11 “ derunt habitacula Iudæoꝝ. ¶Inclinauit cœlos⌋ ip̃e Chrũs .i. habitantẽ in cœlo videlicet
semetip̃m, descendens à regalibus sedibus in vteꝝ dulcissimæ virginis, exinaniuit nãq; seip̃m
“ formam serui accipiens ⌊& descendit⌋ in inferiores partes secundũ Apostolum ⌊& caligo⌋ Phil.2
“ hoc ẽ, oĩs obscuritas tenebraꝝ ac vitioꝝ ⌊sub pedibus eius⌋ .i. longe ab eo, qm̃ ip̃e est lux ve Ephes.4
ra & tenebræ non sunt in eo vllæ secundum Iohannem. Vel caligo .i. diabolus corda hominũ 1.Iohan.1
obscurans sub pedibus eius, quia Christus diabolum conculcauit & penitus vicit. Vnde Iohã 1.Iohan.3
nes in prima sua canonica. In hoc (inquit) apparuit filius dei vt destrueret opera diaboli.
12 “ ¶Et ascendit⌋ .s. Christus ⌊super cherubin⌋ hoc est supra ordinẽ illũ angelicũ in die ascẽ
“ sionis ⌊& volauit⌋ vsq; ad dexteram patris. Vel sup cherubin .i. supra oẽm plenitudinẽ crea
“ tæ sciæ, qm̃ Chrũs transcendit omnẽ capacitatẽ intellectuũ creatoꝝ ⌊volauit sup pennas vẽ
“ torum⌋ hoc est, super omnem speculationem rationalium animarum. Contemplatio nem-
pe est penna animæ & anima ventus vocatur iuxta Esaiam. Flatus ego feci, hoc est, animas. Esaię.57
13 “ Anima nanque instar venti, velociter mobilis est. ¶Et posuit tenebras⌋ hoc est, incom-
“ prehẽsibilem propriæ lucis plenitudinem ⌊latibulum suum⌋ hoc est, occultam habitationẽ
suam. Nam deus propter immensitatem suæ perfectionis ac lucis latet nos. Vnde secundum

1.Timo.6 Apostolum lucem habitat inaccessibilem, & secundum sacratissimũ principem Theologorum D
Dionysiũ in ep̃la ad Gaium monachũ. Inuisibilis plenitudo diuini luminis appellat̃ diuina cali
go seu tenebræ dei. Hanc ergo caliginẽ seu tenebras istas ponit deus latibulũ suũ, q̃a propter
eas incomp̃hensibilis est. Propterea Dionysius: Diuinæ (ait) tenebræ cooperiunt̃ omni lumi
ne & abscondunt̃ omni visione propter incircũscriptibilem & supplenissimã propriĳ splen-
doris claritatẽ. Vel posuit tenebras .i. formas sacramẽtales latibulũ suũ, q̃a sub illis in sacro al
taris Chr̃us ineffabiliter occultat̃. Vel tenebras, hoc est carnẽ mortalem quam assumpsit, q̃m
diuinitas in ea mirabiliter latuit ⌊in circuitu eius⌋ hoc est, in his q̃ vndiq; ad eũ accedunt, vi-
delicet in oĩbus sanctis in cœlo & in terra ⌊tabernaculũ eius,⌋ q̃a in illis habitat deus q̃ ad eũ
accedunt, & in sanctis terrenis est tabernaculũ eius, quod vocat̃ ecclesia militãs. In sanctis ve
ro cœlestibus, est tabernaculũ eius quod dicit̃ triumphans ecclesia ⌊tenebrosa aqua⌋ hoc est
obscura scia est ⌊in nubibus aeris,⌋ hoc ẽ, in sanctis Prophetis atq; Apostolis, de q̃bus Esaias
Esaiæ.60 dicit: Qui sant isti q̃ vt nubes volant. Omnis eñ cognitio viatorum obscura est, prout testatur
1.Cor.13. Apostolus: Cognoscimus (inquiens) nunc p̃ speculũ in ænigmate. Et nunc cognosco ex par
te. Dicunt̃ aũt Apostoli atq; Prophetæ nubes aeris, q̃a præ cæteris hominibus diuinæ lucis il-
lustrationes prius copiosiusq; receperunt, & p̃ contemplationem altius volauerunt. Dicunt̃
aũt nubes aeris ad differẽtiam angelorum q̃ nuncupant̃ cœli secundũ Dionysiũ vltimo cœlestis
hierarchię cap̃lo. Non ãt tam alte volauerunt, q̃diu in terris peregrini & hospites erant, sicut
angeli sancti, q̃ recipiunt illuminationes diuinas receptione prima, clara ac immediata, homi
nes vero recipiunt eas receptione secunda symbolica & mediata, quia per angelos deferunt̃
ad eos secundum theologum. Potest autem verbũ istud psalmistæ specialiter referri ad Apo
Matt.15 stolos ante Christi passionem, quando propter suam ruditatem à Christo meruerũt audire.
Johan.20 Adhuc & vos sine intellectu estis, & etiam ante Christi ascensionẽ, quoniam Iohannes de se-
ip̃o dicit, pro tp̃e illo q̃ nondũ sciebat scripturas. s. q̃ oporteret Christum à morte resurgere
Matt.20 cum tamen Christus ante passionem suam hoc frequenter & clarè prædixerit, ex quo oñdit̃
q̃ Apostoli mirabiliter simplices erant vsq; ad missionem sp̃us sancti, in quo vtiq; fides Chri
stiana imobiliter confortabat̃, videlicet q̃ p̃ hoĩes paucos tam rudes ac simplices idololatria
extirpata est, & fides tã supnaturalis p̃ totũ mundũ diffusa. Hoc eñ esse nõ potuit, nisi q̃ post E
Chr̃i passionem supnaturaliter illuminati ac docti fuerunt, quẽadmodũ Chr̃us ante passionẽ
eis promisit. ¶ ⌊Præ fulgore⌋ hoc est, præ claritate doctrinæ, & propter illuminationem 14
Christi, quam ip̃e Apostolis tradidit ⌊in conspectu eius⌋ .i. in beneplacito & in præsentia
p̃ij respectus domini saluatoris ⌊nubes⌋ hoc est sancti Apostoli ⌊transierunt⌋ in vniuersum
mundũ prædicare Euangeliũ omni creaturæ, tanq̃ dicat præ claritate sapientiæ, & propter il
Actorum.2. luminationem præfulgidam quam Christus Apostolis in die Pentecostes infudit, ipsi Apo-
stoli transierunt in conspectu dñi cuncta cernentis, & exierunt audaces atq; securi, q̃ antẽ pro
pter metum Iudæorum clausi consederant in conclaui. Est consuetudo scripturæ vt aliquid di-
catur fieri coram dño vel in conspectu dñi quando placet dño, sicut dicit̃, q̃ Iesse genuit Da-
Ruth.vlt. uid qui ambulauit coram domino. Sic ergo Apostoli transierunt in conspectu domini, quia
placuit domino transitus ille. Vel sic: pr̨ fulgore in conspectu eius nubes transierunt, quoniã
Marci.6 Christus adhuc inter discipulos in mundo conuersans, misit illos binos & binos ante se in oẽm
Luc.10 locum quo ip̃e erat venturus. Vel sic & bene: Præ fulgore .i. propter excellentiam perfectio-
nis, claritatis ac sapientiæ Christi in conspectu eius .i. in comparatione ipsius, nubes .i. omnes
sancti transierunt .i. defecerunt, & quodammodo euanuerunt, q̃m quantumcũq; sancti ac do
Johan.1 cti fuerunt, tamen comparatione Christi quasi nihil fuerunt in tantum vt de maximo illo gi-
gante Iohanne Baptista Euangelista affirmet: Non erat ille lux. Vnde Origenes ait, q̃ Petrus F
& Paulus p̃ opationem ad Chr̃m sunt tenebræ. Potest quoq; quod dicit̃: Pr̨ fulgore, esse vna
dictio vt sit sensus: Pæ fulgore .i. præfulgidæ nubes in conspectu eius &c. sed couenietius pu
to vt duę dictões dicant̃. Itaq; p̃ fulgore in cõspectu eius nubes trãsierũt .i. ap̃l'i q̃ non solũ sunt
nubes sed etiã ⌊grãdo⌋ dura tormẽta ip̃ĳs cõminãdo, falsitati fortiter resistẽdo atq; audiẽtiũ
corda p̃ increpationẽ feriẽdo ⌊&⌋ ipsi sunt ⌊carbones ignis⌋ .i. mũdũ illuminãdo & mẽtes
credẽtiũ diuio amore accẽdẽdo. Vel carbones ignis .i. igne tribulationũ exusti, tãq̃ carbones
Acto.2 igniti. ¶ ⌊Et intonuit de cęlo dñs⌋ .s. Chr̃s in die pẽtecostes, q̃ñ factus ẽ repẽte de cœlo sonus
tãq̃ aduenietis sp̃us vehemẽtis, seditq; sp̃us sc̃tus sup̃ singulos eorum ⌊& altissim⁹⌋ .i. Chr̃s ⌊de 15
Lucæ.21 dit vocẽ suã⌋ q̃a illo die ĩpleuit q̃d paulo añ ap̃lis sp̃opõdit. Ego dabo vobis os & sapiam, cui
nõ poterũt resistere oẽs aduersarĳ vr̃i, tunc ergo dedit vocẽ suã q̃ñ loq̃bat̃ p̃ eos sicut p̃dixit:
Mat.10 Nõ vos estis q̃ loq̃mini, sed sp̃us p̃ris vr̃i q̃ loquit̃ in vobis. Vox eñ dei ẽ sacra scriptura, & q̃ñ
scripturarum notitiã dedit discipulis, ideo dedit vocẽ suã. Vel altissim⁹ dedit vocẽ suã. Nã Chr̃s
post resurrectionẽ p̃ñtialr̃ loq̃bat̃ ap̃lis, cuius vox ẽ grãdo & carbones ignis, p̃pter causas p̃di
Hebræ.4 ctas. ¶ ⌊Et misit⌋ .s. chr̃s ⌊sagittas suas⌋ .i. verba sua acutissima p̃ os ap̃lorum loq̃ndo. Viu⁹ ẽ eĩ 16
sermo dei & acutior oĩ gladio ãcipiti, p̃tigẽs vsq; ad diuisionẽ aię & sp̃us ⌊& dissipauit eos⌋ se

parando

A parando, electos à reprobis, fideles ab infidelibus, bonos à malis, sicut in die pentecostes Pe- Acto. 10
tro loquēte verba acuta ac ignea, tria milia Iudęoꝝ conuersa sunt, alijs irridētibus ⌊fulgura⌋
hoc est, signa pclara, ac magna miracula ⌊multiplicauit⌋ p fideles & sanctos suos, quēadmo
dum eis pdixit: Qui credit in me, opa quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora his faciet ⌊& con Johan. 14
turbauit⌋ .s. auditores & inspectores quosdā ad pœniam, quosdā ad admiratione, quosdam
17 vero ad timorē. ¶ Et apparuerūt⌋ p Chri illuminationē & Aplorꝝ pdicationem ⌊fontes
aquaꝝ⌋ .i. riui sapiæ salientes in vitā æternā. Hi fontes .i. sacræ doctrinæ apparuerut .i. mani- Johan. 4.
festate sunt cordibus hoim prout saluator disseruit. Qui credit in me flumina de vētre eius flu Joha. 7
ent aquę viuæ ⌊& reuelata sunt fundamēta orbis terraꝝ⌋ hoc est, sancti prophetæ q sunt fun
damēta orbis terraꝝ .i. militantis ecclesię p totū orbē diffusæ, intellecti & veraces inuēti sunt
p Chrm & eius discipulos. Nam ante Chri aduentū verba pphetaꝝ obscura erant, sed p illu-
minationē spūs sancti Aplis missi clarissimè intellecta sunt & gētibus explanata. Chrūs quoq;
in seipo manifestauit veritatem prophetaꝝ implendo in se qd illi de ipo vaticinati fuerunt.
Propter qd Iohannes ait: Lex p Moysen data est, grā & veritas p Iesum Chrm facta est. Hęc Johan. 1
18 aūt pacta sunt. ¶ Ab increpatōe tua dñe⌋ qa per teipm & p sanctos pdicatores increpasti
hoies quatenus pœniterēt, sicq; ad recipiēdū prędictas apparitōes, ac reuelatōes idonei fierēt
sacræ scripturæ, & facta sunt ⌊hæc ab inspiratōe spūs iræ tuæ⌋ .i. ab instinctu spūs sancti cor-
da pctōꝝ iterius pterrētis. Spūs em sctūs prio salubriter irascit electis i pn̄ti puniēdo eos pœ
seu inflammationẽ iræ, atq; luxuriæ, perducendo eos ad refrigerium mãsuetudinis & casti-
tatis. Ad literam quoq; Christus sæpe extinxit & scidit ignẽ materialem, cui sancti marty-
res aut fideles ad martyriũ præparati iniecti fuerunt. Sicut de sancta Agnete narrat Ambro-
sius, imò multi sanctorũ in igne omnino illæsi manserunt. Christus etiã scidit flammã ignis,
quando quosdã Iudæorũ contra se furentium misericorditer illuminauit, & quosdam in sua
7 “ incredulitate iuste reliquit. ¶ Vox domini concutientis desertũ, ⌋ .i. sermo Christi exci-
tat corda infructuosa, pigra, ac arida, concutiendo ea sancto timore ac diuino amore, vt fiãt
agilia, fructuosa, & feruida. Cor eñi peccatoris desertũ vocatur, tanquam à deo relictũ, & ab
“ humore, ac fructu salutis & gratiæ alienum, ⌊ & commouebit dominus, ⌋ ad pœnitentiã &
“ vitã laudabilem, ⌊ desertũ Cades, ⌋ .i. cor electorũ & fidem dei habentiũ. Cades eñi immuta
ta vel sancta interpretatur. Electi igitur, quoniã ad tẽpus errare possunt, sed finaliter perire
non valẽt, commouebuntur à domino ad salutẽ, anteq̃ morientur. Posset aũt per desertum

 D

Cades Iudæa intelligi, quæ legẽ à deo recepit, & in fine seculi immutanda ad fidem est. Hanc
dominus cõmouebit in fine mundi, vt conuertatur ad Christũ, quemadmodum Oseas testa-
Oseæ 3 tur: Post hæc reuertentur filij Israel & quærent dominũ deũ suũ, & Dauid regem suũ, Messi-
am, vt omnes exponũt. ¶Vox dñi præparantis ceruos, .i. Christus p suũ sermonẽ dispo- 8
nit ad currendũ velociter viam pceptorũ suorũ, seruos suos seruentes, & ipse pparauit aplos
dando eis primitias spũs sancti, vt per totũ mundũ disseminarent verbũ dei, prosequẽdo ve-
lociter onus sibi iniunctũ, quemadmodũ cerui veloces sunt in actibus suis, & reuelabit con-
densa, .i. illuminabit corda ceruorũ istorum, vt intelligant abdita scripturarum. Hoc enim
Christus in apostolis ac alijs multis effecit, & in templo eius omnes dicent gloriã, .i. in ec-
clesia dei omnes fideles deo gloriã ac laudẽ attribuent. ¶Dominus diluuiũ, .i. plenitudi- 9
nẽ seu exuberantiã gratiarũ, inhabitare facit, in cordibus electorũ, præsertim tẽpore euã-
gelicæ legis, quod propter supereffluentẽ misericordiã dei Christianis exhibita, nuncupat
tẽpus gratiæ, & sedebit dominus rex in æternũ, .i. æternaliter præsidebit fidelibus suis,
& habitabit in eis, modo per gratiã, in futuro autẽ per gloriã, quemadmodum Zacharias de
Zachar. 6 Christo pdixit: Ipse portabit gloriã, & sedebit, & dominabitur in solio suo, & erit sacerdos.
¶Dominus virtutẽ populo suo dabit, vt declinẽt à malis, & faciant bona, dñs benedi- 10
cet populo suo, .i. gratiã multã tribuet eis, in pace, .i. dũ tranquilli fuerint & mẽte quie-
ti. Corda eñi turbata & inquieta non sunt diuinæ benedictionis capacia. Vel, in pace, hoc
Ephes. 2 est, ad finẽ illũ, vt veram ac stabilem pacem consequantur. Vel, in pace, id est, in seipso. Chri-
stus eñi (vt ait aplus) est pax nostra, quæ facit vtraq; vnum.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XXIX.

¶Argumentum. E

¶Titulus. Psalmus cãtici in dedicatione, siue ad dedicationẽ domus Dauid. Hic psalmus
est de Christo saluatore nostro, qui patri gratias agit pro sua liberatione, & innouatione ad
gloriam immortalẽ in resurrectione eius. Hinc secundum quosdam tripartitus est. Porrò in
priore parte propheta in Christi persona agit gratias pro sua & ecclesiæ consecratione, de
multiplici beneficio deũ laudans. In altera vero, quæ incipit, ibi, Ego autẽ, declarat suũ me-
ritum, vnde & huiusmodi beneficia deberentur. Et postremo ostendit, qualiter illa recepe-
rit, ibi, Audiuit dominus. Author vero, historica, tropologica & anagogica in ipsum com-
mentaria scripsit.

¶Expositio Tituli.

¶Huius deniq; psalmi titulus est. Psalmus cãtici in dedicatiõe domꝰ Dauid. Psalmus bonã
operationẽ vel laudẽ cũ opatiõe significat, Cãticũ vero spũalẽ lætitiã, Dedicatio vero domus
Prouer. 9 Dauid, est resurrectio corpis Chri. Sapiẽtia nãq; dei ædificauit sibi domũ, qñ corpus assum-
psit humanũ. In resurrectiõe vero dedicauit hãc domũ, resuscitãs corpus suũ ad impassibilẽ,
inuiolabilẽ ac solẽnissimũ statũ. Est igit tituli sensus. Palmus cãtici, .i. laus opосa & ad bñ ope-
rãdũ nos instruẽs. Laus, inquã, cãtici, .i. spũalẽ lætitiã cõtinẽs, in dedicatiõe domus Dauid, .i.
pro resuscitatiõe corpis dñi saluatoris. Igit Chrs pro sua resurrectiõe deo pñi grãs agens, ait.

¶Expositio psalmi iuxta sensum literalem.



Xaltabo te dñe, pater, .i. laudabo te, & alios illustrabo vt re exaltẽt, & vene- 1
rent, teq; immẽsum agnoscãt, & oĩbus creaturis incõparabilr digniorẽ, qm
suscepisti me, in resurrectiõe ad impassibilẽ statum, & in ascensione ad dex-
teram tuã, nec delectasti inimicos meos super me, hoc est, non permisisti
eos finaliter aut diu gaudere de afflictionibus meis. Nam quãuis Iudæi ad tem- F
pus gauisi sunt de Christi occisione, non tamen tamdiu sicut putabant. Puta-
bant enim omnino extinguere nomen atq; memoriã eius, & corpus eius corrumpendum
æstimabant in tumulo, sed dũ à custodibus monumenti audierũt, quæ facta erant, contrista-
ri cœperunt, psertim propter testimoniũ illud, quod mortui cũ Christo resuscitati perhibue-
Mat. 27 runt de Christi resurrectione. Venerunt eñi (sicut testatur Matthæus) in sanctam ciuitatem,
& apparuerunt multis, quod principes sacerdotum non latuit, imò & eis apparuisse legitur.
Actor. 2 Maxime autẽ contristati sunt in die pentecostes, & postmodum quando videbant in Chri-
sti discipulis tam manifesta miracula dei, & tot millia conuerti ad Christũ. Porrò diaboli ad
tempus gauisi sunt de tribulationibus Christi. Nisi enim dæmon optasset Iesum occidi, ne-
quaquã misisset in cor, vt eũ Iudas Simonis Ischariotis traderet. Veruntamen in ipsa nocte
videns admirabilẽ patientiam Iesu, & alia quædam, ex quibus coniici potuit, Iesum esse verũ
Christum, cœpit timere, & de eius traditione dolere. Vnde vxorem Pilati solicitauit de no-
Johan. 13 cte per visum, vt marito consuleret, ne iustum illum occideret. Cum ergo agnouerant dæ-
mones, Iesum, cuius mortẽ procurauerunt, esse Christum, tunc oĩs delectatio, quam de eius
persecutione habebãt, cessauit. Hinc ergo ait saluator ad patrẽ, Nec delectasti inimicos me-
os super me. Et secundũ hanc intelligentiã per inimicos designantur tã infideles Iudæi q̃ dæ-
mones

A mones. ¶Dñe deus meus clamaui ad te⌋ passione instante dum dixi, nõ mea voluntas fiat
2 sed tua. Atq; in cruce dũ dixi: Pater, in manus tuas cõmendo spm̃ meũ, ⌊& sanasti me⌋ à læ- Lucæ. 13.
sione mortis reuniẽdo aĩam corpori immortali & glorificato. ¶Dñe eduxisti ab ĩferno,⌋
3 .i. à limbo pr̃m aĩam meã in die resurrectõis ⌊saluasti me à descẽdẽtibus in lacũ⌋ .i. pseruasti
me, ne eẽm de eoꝝ cõsortio q in infernũ inferiorẽ descẽdũt. Idcirco hortor vos ego Chrũs.
¶Psallite dño⌋ deo pr̃i q tãta bona cõtulit mihi ó oẽs ⌊sancti eius, & cõfitemini memoriæ
4 sc̃titatis eius⌋ .i. cõfessiõe laudis enũtiate atq; recolite miam diuinæ sc̃titatis, seu sc̃ti dei, p quã
recordatus ẽ vr̃i mittẽdo me filiũ suũ in mundũ vt redimerẽ vos. Hortat̃ itaq; Chrũs vt psalla
mus dño ppter bona q̃ pstitit sibi, & vt cõfiteamur ei, q tã benignè recordatus est nr̃i, q obliti
5 eramus illius. Propter bñficia q̃ dedit nobis p Chr̃m ¶Q m̃ ira⌋ .i. hũani gñis pditio seu ori
ginalis criminis vitio ẽ, ⌊in indignatõe eius⌋ .i. ex iusta detestatõe diuina, q̃ illud pc̃m̃ in tm̃
detestata ẽ, vt nõ remitteret̃, nisi ego pro eo mortẽ subirẽ: imò & ipẽ pr̃ quodãmodo vltus est
illud pc̃m̃ in me, sicut p Esaiã testat̃: Propter scelus ppl̃i mei pcussi eũ, ⌊& vita⌋ .i. humanæ Esaiæ. 53
naturæ redẽptio ac mea resuscitatio ẽ ⌊in volũtate eius⌋ .i. ex pio bñplacito dei pr̃is pcedit.
Deus eñ oĩa liberè facit, queadmoñũ Apl̃s ait: Oĩa opat̃ scd̃m consiliũ volũtatis suæ. Et ita ex Ephe. 1
misericordissima voluntate profluxit, q p Chr̃i passionẽ liberatus est mundus à morte pec-
6 cati, & gr̃æ vitã sortitus. ¶Ad vespeꝝ demorat̃ fletus⌋ hoc est, Chr̃o in cruce iam mor-
tuo magnus planctus, ac vehemens dolor fuit in suis discipulis & amicis, imò vt ait Euangeli Matt. 27
sta: Centurio & oĩs turba eoꝝ q aderant pcutientes pectora sua reuertebant̃, ⌊& ad matuti-
num lætitia⌋ .i. Chr̃o surgente valde diluculo incepit consolatio pdictoꝝ lugentiũ. Nam in
die resurrectõis Christus quinquies apparebat, & corda suoꝝ lætificabat. Vel sic: Ad vespeꝝ
hoc ẽ, tpe huius exilij quo sedemus in tenebris, & vmbra mortis. Demorabit̃ fletus. i. Chr̃o cõ
dolere oportet, & compati, & propter nostram ingratitudinẽ lachrymari, & ad matutinũ læ
B titia, hoc est, in die beatæ remunerationis ac lucis cœlestis, erit exultatio his q in pdicto vespe
8 re lugent. queadmodũ ait Apostolus: Si compatimur & cõregnabimus. ¶Ego aũt dixi in
abundãtia mea⌋ .i. ego Chrũs existẽs in plenitudine gr̃æ & exuberantia consolationis diui-
næ dixi: ⌊non mouebor in æternũ⌋ hoc est, non semp agitabor psecutõe hoim impioꝝ. Vn Lucæ. 22.
de & in nouissima cœna Chrũs discipulis dixit: Etẽm q̃ sunt de me finẽ hñt. Vel nõ mouebor
in æternũ. i. ab obediẽtia pr̃is mei nunq̃ recedã, nec à rectitudine sanctæ cõuersatõis vnq̃ defle
ctar, sed immobilis ero in deo. Chrũs eñ ppter abundãtiã gr̃æ suæ comphẽsor fuit & cõfir-
9 matus in bono. Propterea dicere potuit: nõ mouebor in æternũ. ¶Dñe (pater) in volũtate
tua⌋ .i. in bñplacito tui amoris ac pij fauoris, ⌊præstitisti decori meo⌋ hoc est, sanctæ & ĩma
culatæ ac splendidæ cõuersationi meæ, ⌊virtutẽ⌋ .i. stabilitatẽ prædictam in te. Verũtamen
10 ¶Auertisti faciẽ tuã à me⌋ .i. tpe passiõis subtraxisti internã ac solitã cõsolationẽ ab ĩferio
ribus viribus aĩæ meæ, & ita me tractari pmisisti, ac inter latrones suspẽdi, ac si nõ fuissem fili-
us tuus dilectus, vnde clamare compulsus sum: Deus meus deus meus vt q̃d dereliquisti me. Marc. 17
⌊& factus sum cõturbatus⌋ nõ cõturbatõe culpæ, qa supius dixi, nõ mouebor in æternũ, sed cõ
turbatõe pœnæ seu naturalis vehemẽtisq; afflictõis, queadmodũ scriptũ est: Cum hæc dixisset
Iesus, turbatus est spũ, & protestatus est, & dixit: Vnus ex vobis me tradet. Et rursus: Factus Johan. 13.
in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrẽtis in terram. Lucæ. 22.
11 Nihilominus post hãc turbationẽ. ¶Ad te dñe clamabo⌋ orãdo in cruce p crucifixoribus
C meis totiusq; mũdi salute. Deinde Chrũs mutãs psonã, hoc idẽ q̃d dixit ad prẽm, dicit eccle-
siæ, vt eã ad similia faciẽda informet, & ait: ⌊& ad deũ meũ depcabor⌋ nõ cessando ab inuoca
tiõe ipsius propter angustiã tribulatõis, acerbitatemq; passionis. Et hoc rõnabiliter ago: nã
12 ¶Quæ vtilitas in sanguine meo⌋ hoc est, qs fructus esset incarnatõis & vitæ meæ atq; effu
sionis sanguinis mei, ⌊dum descẽdo in corruptionẽ⌋ .i. si in sepulchro relinquor, & in cinerẽ
redigor. Chrũs eñ incarnatus, & passus est vt mundũ cõuerteret, si ãt ipẽ nõ resurrexisset mũ
dus in eũ nullatenus credidisset, sicq; nulla videret̃ vtilitas passiõis suæ ac mortis. Propter q̃d
ait Apl̃us: Si Chr̃s nõ resurrexit, ergo inanis est fides vr̃a, inanis est pdicatio nostra. Vñ Chr̃s
13 consequenter probat, quod dixit, subiungẽs: ¶Nunquid confitebit̃ tibi puluis⌋ hoc ẽ, nũ- 1. Cor. 10.
quid caro mea incinerata atq; corrupta erit occasio atq; materia credendi & confitẽdi nomi- Johan. 20.
ni tuo, ⌊aut⌋ ipsa sic puluis effecta ⌊annũtiabit veritatẽ tuã⌋ apparẽdo Apostolis, & osten-
dendo eis cicatrices, atq; dicendo, palpate & videte, & verificando prophetarum scripturas,
qui omnes concorditer vaticinant̃ carnem meam, protinus resurrecturã. Ideo eñ post resur-
rectionem Chrũs discipulis dixit: Necesse est impleri oĩa quæ scripta sunt in lege Moysi, & Lucæ. 24
14 Prophetis, & Psalmis de me. ¶Audiuit dñs⌋ orõnes præmissas, ⌊& misertus est mei⌋ eri
piendo me de vniuersis pœnalitatibus vitæ præsentis ⌊dñs factus est adiutor meus.⌋ dando
15 mihi oẽm ptãtem in cœlo & in terra. ¶Conuertisti (ó dñe) planctũ meũ⌋ .i. tristitiã q̃ dixi:
tristis ẽ aĩa mea vsq; ad mortẽ: ⌊in gaudiũ mihi⌋ qm̃ tribuisti p illa tpali tristitia sempiternã Matt. 26
lætitiã præmij essentialis cũctis electis, & gaudiũ accidẽtalis pmij mihimetipsi, transferendo Marc. 14

 me ab

Hebre.5. me ab ignominia passionis ad gloriam resurrectionis. Sicut em̄ testat̃ Apostolus: Christus cū̃ b
clamore valido & lachrymis supplicatões fudit ad deū̃ L consci disti saccū meū̃ ⅃ hoc est, cor
Esaie.1. pus meū̃ animæ atq; diuinitatis meæ contentiuū̃ latibulum, p̄misisti in passione multis vulneribus lacerari, ita vt à planta pedis vsq; ad verticē̃ capitis non esset in eo sanitas, L & circū̃dedi
sti me lętitia ⅃ .i. corpus gloriosum reddidisti aīæ meæ in resurrectõe. ¶ Vt cātet tibi glo 15
ria mea ⅃ hoc est, vt ego aīa & corpe glorificatus laudē̃ te, L & nō compungar ⅃ .i. nō amplius
Roma. 6. patiar. Nā̃ Chr̄us resurgēs ex mortuis, iā̃ nō morit̃, L dn̄e deus meus in ęternū̃ cōfitebor tibi ⅃
laudādo te sc̄d̄m q; hō sum sine fine in regno cœloꝝ vbi tecū̃ sedeo ad dexteram tuam.

¶ Expositio tropologica eiusdem Psalmi.

MOraliter aūt exponēdo hunc psalmū̃. Per domū̃ Dauid intelligit̃ ecclesia, vel quicū̃q; fidelis, in quo deus p fidē̃ & grā̃m habitat. Et p dedicationē̃ huius domus intelligit̃ deputatio seu exhibitio qua exhibemus nosip̄sos seruire deo vero ac viuo, sic q; tituli sensus est: Psalmus cantici in dedicatõe domus Dauid, hoc est, pro exhitiõe graꝝ actõis atq; obsequij, qbus corde, ore, & moribus regratiamur altissimo pro beneficijs suis eius q; famulatui nosip̄os volūtariè exhibemus. Ecclesia igit̃ vel quilibet Chr̄ianus se à multis periculis præseruatū̃, vel liberatū̃ à deo ppendens, grā̃s agat & dicat: Exaltabo te dn̄e, meip̄m humiliādo, & tibi reuerēter obsequēdo, tuā̃ altitudinē̃ confitēdo, oēm p̄fectiõnē̃, bonitatē̃, & gratiam tibi attribuendo. Quanto em̄ nosip̄os profundius humiliamus, tāto deum gloriosius exaltamus. Idcirco aūt exaltabo te dn̄e, qm̄ suscepisti me .i. orōnem meā̃ & pœnitētiā̃ ac seruitutē̃ meā̃ grata ac placita habuisti, & nō contēp̄sisti, nec repulisti me vilem & paupere p̄ctõrem, nec delectasti inimicos meos sup me, hoc est, non pmisisti hoīes malos ac dæmones, qui delectant̃ de aduersitatibus meis finaliter gloriari sup me, sed à pœnis vel vitijs etiā̃ puisti animā̃ meā̃, & ita delectasti angelos sanctos, pios q; hoīes sup me, qm̄ gaudiū̃ est angelis dei sup vno p̄ctõre pœniām agente. Dn̄e deus meus clamaui ad te, pro indulgētia p̄ctõꝝ, infu E
sione virtutū̃, ac releuamine pœnaꝝ seu p̄secutionū̃, & sanasti me ab interiori læsione peccati, vel etiā̃ ab exteriori tribulatõe, seu morbo corporali. Dn̄e eduxisti ab inferno animā̃ meā̃, hoc est, à reatu & macula mortaliū̃ p̄ctõrum p quæ hoīes merent̃ infernū̃, liberasti me, saluasti me à descendētibus in lacū̃ .i. non pmisisti me p̄seuerare in malis, quēdmodū̃ illos q; in infernalem foueam, seu vitioꝝ profunditatē̃ descēdunt. Ecce quantū̃ beneficiū̃ dei est hoc, q̄d illis potissimū̃ dat̃, q deo inspirāte, mundū̃, & oīa q̄ in mūdo sunt derelinquūt, & Chr̄o in religione fideliter seruiūt. Hi à pristina cōuersatõe & societate maloꝝ cōuersi, hūc versum verissime dicere possunt, imò cū̃ magna ac deuotissima iocū̃ditate dicere debēt. Considerare em̄ debemus nos q mūdū̃ reliqmus, vel ad verā̃ ac p̄seuerantē̃ pœniam cōuersi sumus, q̄t propinquoꝝ coætaneoꝝ cōsortiū̃ nostroꝝ iā̃ infernus absorbuit, q paulo ante nobiscū̃ cōuersati sunt, & forte multo meliores nobis fuerūt. Quantū̃ ergo regratiari tenemur deo altissimo, q illos iam iuste damnauit & nobis tā̃ pie pepercit, & ad vitā̃ meliorē̃ trā̃suexit. Vnde vir sanctus pro tam ineffabili b̄n̄ficio digne regratiari deo nequaq̄ per se solū̃ sufficiens, oēs sanctos q vel in cœlo sunt, siue in terra ad dei laudē̃ & graꝝ actione inuitās subiūgit: Psallite dn̄o sancti eius & cōfitemini confessione laudis memoriæ sanctitatis eius, id est, sanctę memorię dei, seu sancto deo F
n̄ri misericorditer recordāti, q à se auersos, ac sui oblitos nō ē oblitus, sed reduxit ad se. Hinc
Esaię.44 em̄ dn̄s ait: Nunqd obliuisci pt̄ mulier infantē̃ suū̃ vt nō misereat̃ filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego t̄n non obliuiscar tui. Nos ergo nō obliuiscamur misericordiaꝝ dn̄i, q nos ita pręuenit in om̄i pietate & grā. Sed illud Esaiæ intēte dicamus, miserationū̃ dn̄i recordabor Lau
Esaiæ.63 dem dn̄i sup oībus bonis quæ reddidit nobis dn̄s, quę largitus est sc̄d̄m indulgentiā̃ suā̃. Illud
Threno.3 quoq; Hieremiæ: Misericordiæ donū̃ q̄a nō sumus cō̄sumpti, q̄a nō defecerū̃t miserationes eius. Qm̄ ira .i. effectus diuinæ iustitiæ .i. priuatio grǣ, vltio culpæ, inductio pœnæ est in indignatione eius, hoc est, ex iusto iudicio dei, quo ingratis & impijs indignat̃, & vita .i. viuificatio mentis per grā̃m, omnis q; effectus misericordiæ dei est in voluntate eius, hoc est, ex diuinæ pietatis beneplacito oritur & causat̃. Ad vesperum .i. in aduersis, & in consideratione propriæ tenebrositatis ac imperfectionis, deuorabitur fletus pro peccatis, & incolatu vitæ præsentis, & ad matutinum .i. in prosperis, & ex contēplatione diuinæ perfectiõis beneficioꝝ q; dei demorabitur lætitia, id ē, lætabunt̃ homines boni qui fleuerunt ad vesperum. Ego aūt post p̄ctā̃ conuersus ad te dixi in abundantia mea .i. in excessiua confidentia feruoris mei nō mouebor in æternū̃, hoc est, nunq̄ reuertar ad priora p̄ctā̃, nunq̄ desolabor, aut tristis ero, nunq̄ à semita dei recedam. Solet em̄ istud contingere nouiter conuersis, vt dum insolitam consolationem & grā̃m sp̄us sancti pcipiunt, statim incaute præsumant, & quasi nunq̄ perdituri sint dulcedinē̃ talem, magna lętanter præponūt, nō satis propriam fragilitatē̃ pensantes, sed istud incaute fit. Idcirco subiungit: Dn̄e in voluntate tua .i. sc̄d̄m q; tibi cōplacuit, præstitisti decori meo, hoc est, interiori renouationi aīæ meæ, quæ renouat̃ de claritate in claritatē̃, virtutē̃ .i. grǣ stabilitatē̃ tanq̄ dicat, non sicut ego præsumo & ęstimo, sed sicut tibi decēs, & bonum videtur

A detur, tribuisti mihi gratiæ dona. Propterea non debui tā inconsultè in abundantia mea præsumere. Propter quod subdit: Auertisti faciē tuā, hoc est, piū consolationis tuæ subsidiū, q; respectū à me & factus sum conturbatus. i. tristis & piger tanquā fraudatus spe illa qua dixi non mouebor in æternū. Veruntamen pro conuersione vultus tui ad me. Ad te dñe clamabo ardenti affectu, & ad deū meū deprecabor pro omni re qua indiget anima mea. Et merito, nam Quæ vtilitas in sanguine meo, hoc est, vita mea. Sanguis naq; sedes est animæ à qua vita causatur, dum descendo in corruptionē. i. dum spūaliter morior, atq; in anima pereo, quasi dicat nulla, imò melius esset mihi non esse, q̄ sine gratia esse, qm̄ sine grā tibi placere nō valeo. Ideo sequit: Nunquid confitebit tibi puluis, hoc est, homo inconstans, supbus, atq; impœnitens, de quo in primo psalmo præhabitū est, q; erit tanq̄ puluis quē proijcit vētus à facie terræ, aut annuntiabit veritatē tuam homo talis te dignè laudando, aut alios efficaciter admouē do: nō vtiq; qm̄ non est speciosa laus in ore pctōris. Audiuit dñs ista quæ dixi ad prouocandū & concutiendū viscera misericordiæ suæ, & misertus est mei liberando me à miserijs multis, dñs factus est adiutor meus, cooperādo mihi per grām. Conuertisti (ó dñe) planctū meū in gaudiū mihi. i. post dolorē de pctīs infudisti mihi de spe veniæ grām consolationis, quēadmodū Pro- Abacuc.3
pheta dicit: Cū iratus fueris misericordię recordaberis. Et alius: Filij, patiēter sustinete irā q̄ Baruch.4
supuenit vobis. Qui em̄ induxit vobis mala, ipse rursus adducet vobis lætitiā sempiternam cū vestra salute, concidisti saccū meū. i. laboribus pœnitæ. s. abstinētia, vigilijs, disciplinis, macerasti & afflixisti corpus meū, & circūdedisti me lętitia, hoc est, spūali exultatōe replesti animā meam post prædictos labores. Qui em̄ seipsos in labore spūali dignè affligūt, omni consolatio- Hebr.12
ne diuina refrigerari, idonei fiunt, quēadmodū Apostolus ait: Omnis disciplina in præsenti quidem videt esse non gaudij sed mœroris. Postea aūt fructū pacatissimū exercitatis reddet. Idcirco autē circūdedisti me lætitia, non vt glorier in meipso, sed vt cantet tibi gloria mea. i.

B vt omnis grā, omnisq; gloria, & quicq̄d boni in me est, sit mihi occasio atq; materia laudandi te, & grās referēdi nomini tuo excelso, & non compungar, hoc est, non stimuler consciā mala, sed nihil mihi conscius sim, nilq; in aīa mea remaneat, de quo merito remorsum pati possit mens Christiana. Postremo vir sanctus, & dño gratus se offert paratū ad hoc, q; gloria sua cātet deo, & ait: Dñe deus meus in æternū confitebor tibi. i. q̄ diu fuero, & hoc est verbū bonæ spei ac sancti propositi, nō præsumptōis ex abundantia erumpentis, sicut superius dixit, non mouebor in æternū. Confitebit aūt in æternū, qm̄ vita contēplatiua ad quā spectat confessio laudis diuinæ hic incipit & in futuro ęternaliter pseuerat, prout in Apocalypsi habet. Requiē Apocal.4
non habebant die ac nocte dicentia, sanctus, sanctus, sanctus dñs deus omnipotens.

¶ Expositio anagogica eiusdem Psalmi.

ANagogice demū per domū Dauid intelligit quilibet beatorū, in quo deus habitat per grām consummatā in genere, charitatē perfectā, ac vnionē immediatā. Per dedicationē q; huius domus intelligi pt assumptio electorū ad beatificā fruitionē. Scdm anagogicū intellectū sensus tituli est, psalmus cantici, hoc est, ineffabilis atq; cœlestis lętitiæ in ædificatōe domus dauid. i. pro assumptōe electorū ad gloriā. Quilibet ergo comprehensor in pria ait: Exaltabo te dñe, q̄ es obiectū & causa ac fons totius cœlestis lętitię qm̄ suscepisti me in hæredē ac filiū felicitatis ęternę, nec delectasti inimicos meos, videlicet dęmones sup me qui tunc gaudebant de me, quando in mundo iniuste vixi, & in purgatorio affligebar, nūc vero tristant, qm̄ à culpa & pœna ereptus sum, & in cœlo locatus. Porro angeli

C sancti & aīæ innocentū, & q nunq̄ peccauerunt vt Chrūs & virgo beata, dicūt: nec delectasti inimicos meos sup me, q a nunq̄ pmisisti me vitio maculari. Nā & dęmones cū sint inuidissimi cōtristant, de pmanētia & felicitate angelorū sanctorū. Ipsi vero angeli sancti de sua fixione in bono regratiant deo, & dicūt Exaltabo te dñe, qm̄ suscepisti me, nec delectasti inimicos me os sup me. Dñe deus clamaui ad te, dū eram in mundo, vel in purgatorio, & sanasti me ab omī tormēto. Anīæ nāq; in purgatorio existētes sciūt se liberādas, & vehemētissime liberari desiderāt, imò dilatio glīæ est eis ita pœnalis, vt nulla pœna sensibilis huius mundi æquari possit pœnæ quā habēt propter gloriæ dilationē. Iam em̄ via in eis finita est, & ergo nō retardant à pria fine amarissima pœna. Istud itaq; desideriū, earū clamor dr. Nil tñ clamādo proficiūt, q a mereri nō possunt, nec seipsos iuuare. Verūtñ dū ad patriā veniūt, gaudēt de euasione pœnarū & dicunt: Dñe deus meus clamaui ad te, p meipsam & p eos q orauerāt pro me. Deinde hoīes iam saluati dicūt: Dñe, eduxisti ab inferno aīam meā, q a nō pmisisti me mori in pctō mortali de quo beati ineffabiliter dño grati sunt, saluasti me à descendētibus in lacū. i. illis relictis atq; damnatis me assumpsisti ac beatificasti. Protetea comphensores cohortant se mutuo ad grārum actionē ac laudē diuinā dicentes: Psallite dño sancti eius, & cōfitemini memoriæ sanctitatis eius, qm̄ ira. i. vindicta seu pœna quā passi sumus pro culpis nostris, fuit in indignatione eius, hoc est, ex zelo diuinæ iustitiæ, quæ nil mali impunitū reliquit. Vel vt verbū istud oībus beatis cōueniat sic exponit Qm̄ ira. i. reproborū dānatio ē in indignatōe eius. i. ex offensa dei

&contē-

& contemptu quo despiciunt à deo, unde nec corrigi possunt, nec pœnitent, quemadmodū
Eccl. 7. Salomon ait: Considera opa dei, q̄ nemo possit corrigere quē ille despexerit, & vita. i. nostra D
felicitas quę est vita ęterna est in volūtate eius. i. ex diuinæ volūtatis bñplacito & amore nobis collata est. Ad vesperę. i. in exterioribus tenebris ergastuli infernalis demorabit, hoc est, semp manebit fletus, sicut in Euāgelio asserit Chrūs. Ibi erit fletus & stridor dentiū, & ad matutinū. i. in regno cœlor̄, vbi lux diuina incessabiliter orit, demorabit lętitia, qm̄ ibi est iocūdiias plena atq; ppetua. Ego aūt q sum cōphensor dixi in abundātia mea. i. in plena lætitia de qua securitate nō mouebor in æternū, hoc est, nunq̄ à deo auertar. Oēs em̄ beati sciunt se confirmatos in bono, ideo securè affirmāt nō mouebor in æternū. Dñe in volūtate tua pstitisti decori meo. i. btitudini meæ q̄ ē summ⁹ ornat⁹ mētis, virtutē. i. securā stabilitatē, seu cōfirmationē in te. Auertisti faciē tuā à me, qn̄ adhuc pegrinabar in mūdo & factus sum cōturbat⁹ pro tpe illo, nūc vero ostēdisti mihi faciē tuā, ideo saluus sum. Ad te dñe clamabo orando pro amicis & familiaribus meis & his q̄ iplorāt suffragiū meū, & ad deū meū dēpcabor pro resuscitatione corporis mei. Sancti em̄ in pria resurrectionē futurā desideranr. Quæ vtilitas in sanguine meo, hoc ē, qd mihi, qd prodesset corpori meo quod ita cooperatū est aniæ in diuino obsequio, dum descēdo in corruptionē. i. si ipm corpus maneret corruptū neq; resurgeret. Interdum em̄ aliqd attribuit toti rōne partis, queādmodū Chrūs dicit iacuisse in sepulchro & Ma
Joban. 10 ria Magdalene corpus Christi sublatū credens, dixit: Tulerūt dñm meū, & nescimus vbi po suerunt eum. Simili modo cōphensor rōne corpis quod reliquit in terris (ait) dum descēdo in corruptionē. Audiuit dñs pces has, & misertus est mei, non pro meipso q miser non sum, sed pro miseris pro quor̄ salute precatus sum, & pro resuscitatione ac glorificatione corpis mei, dñs factus est adiutor meus, dando mihi virtutē supnaturalem p quā sibi inauertibiliter E
Matth. 5 adhærebo. Conuertisti planctū meū in gaudiū mihi, hoc est, fletū quē pro pctis & pro ade-
Esaie. 61. ptione felicitatis effudi in terra, cōmutasti in iocunditatē celestē ac sempiternā, queādmodū scriptū est: Beati q lugēt, qm̄ ipsi cōsolabunt. Vnde in Esaia Chrs ait: Spūs dñi sup me vt darē lugentibus coronā pro cinere, oleū gaudij pro luctu, palliū laudis pro spū mœroris, conscidisti saccū meū. i. corpus meū redegisti in puluerē, queādmodū scriptū est, cinis es & in cinerē reuerteris, & circundedisti me lætitia, hoc est, æterna felicitate omnifariam adornasti me. Vt cantet tibi gloria mea. i. vt beatitudo & oīs excellētia mihi à te impartita sit mihi causa, & rō laudādi te laude pfecta, ac indesinēti, & nō compungar, nullo dolore de cætero vnq̄ affici-
Apocal. 7 ar, prout in Apocalypsi dr: Absterget deus oēm lachrymā ab oculis sanctor̄, & mors nō erit vltra, neq; luctus, sed nec vllus dolor: Dñe deus meus in æternū nō confitebor tibi. i. incessanter, sine interruptiōe, fatigatiōe, ac tædio, laudabo te deum sublimem & benedictum. Ecce quàm compendiosus, speciosus ac dulcis est psalmus iste ex diuinæ sapientiæ thesauro emanans, qui tam multipliciter exponi potest. Huuc ergo ad gloriam creatoris in commemoratione beneficior̄ suor̄ & resurrectionis glorificationisq; Christi deuotissimè concinnamus.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM XXX.

¶ Argumentum.

¶ Titulus: In finē, siue victori, vel ad victoriā, Psalmus Dauid (aliàs scd̄m q̄sdā) pro extasi. Est aūt orō Chri in tribulatōibus auxiliū à deo pstolātis, petit eqdē à malis imminētibus libe rari. Interimq; p se atq; suis mēbris grās agēs, orat p cōsolatōe & exaltatōe fidelis ppli. Gorran in tres diuidit eum partes, in quar̄ priore ponit spes & orō, aduersus tribulatōes. In altera F
aūt (quę incipit ibi (Miserere mei dñe, recensent diuersę tribulatōes, quas in seipo & suis patit Et in tertia, ibi: Quā magna ponit cōsolatio q̄ prouenit ex cōsideratōe multipliciū bñficior̄ dei, p qbus & dñe laudat & bñdicit, ac identidē ab alijs fiendū monet, & hortatur. Author secundū lrām de Chro atq; deinde iuxta tropologiā de iusto q̄uis atq; eccl̄ia intelligēdū cēset.

¶ Expositio Tituli.

¶ Pręferit deniq; huic Psalmo titulus talis: In finē Psalmus Dauid pro extasi. i. psalmus iste sancti Dauid q loquit hic in psona Chri atq; fideliū. Psalmus (inquā) dirigēs nos in finē vltimū. s. deū, est scriptus, tractās a chabitus pro extasi. i. excessu mētis Chri mēbror̄q; eius q excessus cōtingit vel ex pauore tribulatōis magnæ imminētis, vel ex contēplatōe sublimiū veritatū in rebus diuinis. Hic itaq; Psalmus de Chri passiōe, ac fideliū perfecutōe cōscriptus ē. Vñ primo de Chro exponēdus ē: Chrs ergo vt hō pter passionē sibi instantē, ait ad prēm.

¶ Expositio Psalmi literalis.



N te dñe speraui⌋ inquantū hō & aliq mō viator, videlicet, quantū ad naturā passibilē nondū glorificatā. Iā em̄ toties dictū est, qūo Chro cōuenit sperare, „ I
spes vt fastidiū generat, si denuo reputat. Itaq; dñe pr̄ nō in mea natura creata sed in te speraui, expectās atq; cōfidēs tua virtute & grā cooperāte, redimere genus humanū à morte resurgere, oāmq; mūdi ac dæmonū malitiā superare. Idcirco ó pr̄ L nō cōfundar in æternum⌋. i. nunq̄ cōfundar cōfusione illa quæ oritur „

A oritur ex aliquo accidenti quod inest ei q cónfundit.f.ex defectu aut inordinatõe naturæ, cul
pæ vel pęnę. Vel nõ cõfundar in æternũ.i.q̃uis ad tps in hoc mũdo à Iudęis irrideor & cõfun-
dor añ passionẽ,in passiõe,& post passionẽ: nõ tñ duret ista cnofusio in æternũ, sed statim re
suscita me,p miracula quoq; glorifica me,vt confundant qui me psequunt,& non confundar Esaiæ. 41
ego de cætero ⌊in iustitia tua⌋ hoc est,secundum censurã siue dictamen tuæ diuinæ iustitiæ
“ ⌊libera me⌋ à passibilitate corpis & imperio mortis. Vel in iustitiã.i.propter iustitiã meã mi
2 “ hi à te collatã libera me. ¶ ⌊Inclina ad me aurẽ tuã⌋ imponẽdo mihi misericordiæ tuæ effe
3 “ ctum ⌊accelera vt eruas me⌋ hoc est,cito age q̃d rogo & tertia die resuscita me. ¶ ⌊Esto mi
“ hi in deũ protectorẽ⌋.i.nõ solũ sis mihi deus meꝰ,eo modo quo es omniũ deus,sed p specialẽ
cu rã ac grãm esto deus meus,videlicet vt in oĩmi aduersitate defendas me,protegẽdo corpus
meũ in sepulchro à corruptiõe,& nomẽ ab infamatõe.Hoc est q̃d apud Hieremiã ait saluator: Hiere. 15.
Tu scis dñe,recordare mei,& visita me,& tuere me ab his qui psequunt me. Esto mihi quoq; ó
“ dñe ⌊& in domũ refugij⌋ hoc est,pro domo refugij,quatenus in oĩni necessitate ad te confu-
giã, atq; in te securus sim,quẽadmodũ homo ab hostibus insecutus ad domũ munitã fugit,
“ & in ea tutè quiescit,sic oro,& ego in te qescere, stabiliri,& imperterritus pmanere. ⌊vt sal-
4 “ uum me facias⌋ à corporis passibilitate,ac morte corporea. Et hoc ideo oro. ¶ ⌊Qm̃ firma-
“ mentũ meũ & refugiũ meũ es tu⌋.i.præter te aliud firmamentũ nõ habeo,neq; refugiũ,sed tu
es firmamentum.i. causa totius stabilitatis meæ,& refugiũ in quo sicut in vltimo fine quiesco
“ ⌊& propter nomen tuũ⌋ hoc est,propter teipm̃, seu nõis tui clarificationẽ ac venerationem
“ ⌊deduces me⌋ à cruce ĩ sepulchrũ,à sepulchro ad discipl'os in cõclaue,& aliò ab alijs, vtpotè à
“ monte oliueti in regnũ cœlorũ ⌊& enutries me⌋ transferẽdo me à nutrimẽto status mortalis
ad alimentũ impassibilis status,& à cibo terreno ad cibũ cœlestem. Vel enutries me.i.corpus
B meũ mysticũ,videlicet congregationẽ fideliũ,dando eis grãm paulatim proficiẽdi,ac spũalis
virtutẽ augmẽti. Primitiuã quoq; ecclesiã deus enutriuit,qm̃ de die in diem auxit fideles me-
rito & nũero sicut in actibus apl'orũ Lucas testat: Verbũ (inquiẽs) dñi crescebat & cõfortabat Actorũ. 6.
5 “ valde,& dñs auxit quotidie q saluifierẽt. ¶ ⌊Educes me de laqueo hoc⌋.i.à mortis periculo
“ ⌊quẽ (laqueũ) absconderunt mihi⌋ hoc est,quẽ putabant Iudæi se mihi occultè parare,& me
eorũ nequitiã ignorare. Putabant nãq; Iudæi Chr̃m nescire studia eorũ contra se. Nõ aũt edu
“ ces me de laqueo isto ⌊quoniã tu es protector meus.⌋ sicut pauloante precatus sum, dicens:
Esto mihi in deũ protectorẽ. Et qa oĩmino sic est,idcirco ego Chr̃s pendẽs in cruce,dico ti-
6 “ bi pater. ¶ ⌊In manus tuas⌋ hoc est,in potestatẽ & charitatẽ tuã ⌊cõmendo spm̃ meum⌋
“ hoc est,animã meã cõmendatõe grãrũ actõis,& vt eã corpori statim reunias ⌊redemisti me⌋
“ ab oĩmi pœna in ipsa separatõe aĩæ meæ à corpe ⌊dñe deus veritatis⌋.i.cã,mẽsura,& cõserua
tor oĩs veritatis creatæ. Nã mors Chr̃i fuit finis suæ miseriæ,& principiũ suę felicitatis seu glo
rificicatõis in corpe. In pferẽdo huius versus principiũ.f. In manus tuas cõmẽdo spm̃, libẽter
sequi solẽt hoĩes boni q vere sunt mẽbra Chr̃i caput suũ vtpote Chr̃m,ita vt ipsi dicant morti
C iam proximi. In manus tuas cõmẽdo spm̃ meũ. Et vtinã dñe Iesu talẽ vitã mihi cõferre digne
ris vt in hora mortis meę,hæc verba dulcissima,digne,fiducialiter atq; affectuosissime pmã.
7 “ ¶ ⌊Odisti (ó dñe) obseruãtes vanitates⌋.i.pctõres vana sectãtes ⌊supuacuæ⌋.i.inutilr. Qũo
aũt deus dicat pctõres odio hr̃e,cũ tñ nihil eorũ q̃ fecit odio habeat,dictũ est in expositõe qn-
8 “ ti psalmi,in q̃ dicit: Odisti oẽs q operant iniquitatẽ. ¶ ⌊Ego aũt in dño speraui⌋ & nõ in me
sicut illi q vanitates obseruãt de qbus Micheas ait: Væ q cogitatis inutile & opamini malũ in Miche. 2
“ cubilibus vr̃is. Idcirco dñe pr̃ ⌊exultabo⌋ forinsecus ⌊& lętabor⌋ intrinsecus ⌊in mĩa tua⌋
hoc ẽ,contẽplãdo tuã mĩam vel recipiẽdo eius effectũ. Hoc mõ exultauit atq; lętatus ẽ Chr̃s
9 “ in die resurrectõis, ¶ ⌊Qm̃ respexisti⌋ oculo pr̃næ dilectõis ac piæ subuentõis ⌊humilitatẽ
“ meã⌋.i.me filiũ tuũ mitẽ & humilẽ ⌊saluasti de necessitatibus aĩam meã⌋.i.de pœnis quas ne
cesse fuit me pati ppter verificãdas pphetarũ scripturas,eripuisti me per resurrectionẽ btãm.
10 “ ¶ ⌊Nec cõclusisti me in manibus inimici⌋.i.nõ pmisisti me cõphẽdi ac detineri finalr in pœ
nis atq; cõuitijs,q̃ inferebant mihi ab aduersarijs meis. Vel sic: Nec cõclusisti me in manibꝰ ini
micorũ.i.nõ pmisisti me supari & opprimi ab hostibꝰ meis,sed ego potiꝰ supaui oppssiq; eos.
“ Ideo subdit ⌊statuisti⌋ in die ascẽsiõis ⌊in loco spatioso⌋.i.in regno cęlorũ ⌊pedes meos⌋.i.
meipm̃ collocãdo ad dexterã tuã in solio maiestatis tuę,hoc ẽ q̃d in Apoc. ait saluator: Qui vi Apocal. 3.
cerit,dabo ei sedere ĩ throno meo,sicut & ego vici & sedi cũ pr̃e meo in throno eiꝰ. Vel sic,sta
tuisti in loco spatioso.i.in toto vniuerso pedes meos.i.virtuẽ meã opatiuã,quẽadmodũ dr̃:
Data ẽ mihi oĩs ptãs in cœlo & in terra. Vel sic,statuisti in loco spatioso.i.in latitudĩe charita Mar. vlt.
tis q̃ angustiari & coartari nõ nouit pedes meos.i.opa mea ac desideria. Nã chr̃s idesinẽter ca
ritatẽ hʒ ad nos & charitatiue ĩterpellat p nobis. Vel statuisti in loco spatioso.i.p totũ mundũ
misisti,dispsisti ac collocasti pedes meos.i.sctõs apl'os aliosq; pdicatores deuotos,q sũt colũna
11 “ basis,ac pedes ecclię. ¶ ⌊Misereri mei dñe⌋ liberãdo me in resurrectõe ab istis miserijs qbus p
hoibꝰ crucior & occidor ⌊qm̃ tribulor⌋ in passiõe varijs pœnis ⌊cõturbatꝰ est in ira oculus
meus⌋

meus⌋ quõo hoc conuenit Christo pensandum est. Nam in eo inordinata ira nõ fuit, nec ali- D
qua passio eius intellectũ q noĩe oculi designaṫ, ĩpediuit in actu suo aut obnubilauit. Est igiṫ
sensus: Conturbatus est conturbatõe pœnali non conturbatõe culpabili, in ira. i. propter irã,
& iræ effectũ, videlicet psecutionẽ inimicoꝝ meoꝝ Iudęoꝝ, oculus meus. i. rõ mea seu cõside
ratio virtutis cogitatiuæ. Iam enĩ ostẽsum est, ꝙ tpe passionis etiã intellectus atq; volũtas aĩæ
Chr̃i patiebanṫ scd̃m ꝙ erant naturales potentię humanitatis Chr̃i, q̃ tota extitit in dolore.
Potest quoq; p oculũ intelligi corpalis oculus Chr̃i qm̃ in passiõe ,ppter vehemẽtissimã Chr̃i
pœnã oculi eius corporei obtenebrati, lachrymati, & itẽ euersi sunt. ¶Q m̃ defecit in dolo 12
re vita mea⌋. i. ,ppter acerbitatẽ pœnaꝝ extincta est in cruce vita mea corpalis ⌊& anni mei
in gemitibus⌋ hoc est, tota conuersatio mea in mundo à natiuitate vsq; ad passionẽ aduersita
tibus & cõpassionibus proximoꝝ tã plena fuit, ꝙ quasi defecisse. i. ab exultatõe & ,psperis mi-
norata videṫ; Chr̃s enĩ semp elegit q̃d carni molestius ẽ, q̃ten⁹ imitemur vestigia eius. ¶In- 13
firmata ẽ in pauptate virtus mea⌋. i. oĩpotẽtia mea seu diuina ptãs ẽ infirmata. i. ĩfirmę ac de-
bili potestati filijs reputata, & apparenter assimilata, qm̃ actionẽ suã suspendit, & naturã quã
assumpsit quodammodo dereliquit in pauptate. i. tpe abiectissimę mortis meę. Vel Chr̃s ex
parte naturæ assumptæ sic ait: Infirmata est. i. varijs infirmitatibus, naturalibus, atq; defecti-
bus indetrahibilibus subdita, virtus mea. i. psona verbi q̃d est virtus & sapia patris, & etiã vir-
tus mea assumptã naturã fulciens & conseruans. Hæc virtus infirmata est, in pauptate. i. in hu
manitate assumpta, ita ꝙ prædicatões prædictæ conueniũt ei rõe naturæ assumptæ, q̃uis ipsa
scd̃m se propriamq; naturã impassibilis fit. Nam de psona verbi seu filio dei, imò de vero &
incommutabili deo verè conceditꝰ, ꝙ sit incarnata, passa, ac mortua, & p consequens infirma
ta. In Christo enĩ diuina conueniũt homini, humanaq; deo, sed qd, propter qd dicaṫ intueri
oportet: ⌊& ossa mea⌋. i. caro mea & tota corporalis natura iinfirmata est ⌊in gemitibus⌋. i.
Psalm. 21. propter afflictionũ meaꝝ molestiã, sicut superius dictũ est, sicut aqua effusus sum & dispersa
sunt om̃ia ossa mea. Deniq; quod dictũ ẽ: Infirmata est in paupertate virtus mea, exponi pt de E
Psalm. 21. virtute seu fortitudine Christi corporali, humana & naturali scd̃m illum intellectũ quo antea
dixit, aruit tanq̃ testa virtus mea. ¶Sup omnes inimicos meos⌋. i. plus q̃ aduersatij mei, 14
⌊factus sum obprobriũ⌋ hoc est, contemptus & vilipensus ⌊vicinis meis⌋. i. his q aliqñ me
Lucæ. 24 sequebanṫ, & opa mea laudabant, iamq; videbanṫ pertinere ad me his factus sum obprobriũ,
Iohan. 18. præsertim in passione, qñ quidã eoꝝ ex instructõe principũ, sacerdotũ, clamabant corã Pila
to, non hunc, sed Barabbã dimitte nobis. Factus sum quoq; ⌊& timor notis meis⌋. i. causa ti-
moris his q familiariter mihi adhęrebant videlicet aplis alijsq; discipulis, q ex timore fugerũt
Iohan. 20 à me, & post passionẽ clausi sedebant in conclaui propter metũ Iudæoꝝ. ¶Qui videbant 15
me, foras fugerunt à me⌋ hoc est, tam horribiliter & miserabiliter patiebar, tractabar & ap
parebam, ꝙ hoĩes ex solo aspectu abominati sunt me atq; auersi à me ⌊obliuioni datus sum,
tanq̃ mortuus à corde⌋. i. statim dum eram sepultus obliti sunt mei infideles Iudæi non sim-
Mat. 27. pliciter, qa fecerunt custodiri sepulchrũ, sed quantũ ad hoc, obliuioni datus sum, ꝙ nihil cura
bant de me, nec reputauerunt me pro aliquo quasi resurrecturus essem à morte, sed inter dãna
tos & reprobos ęstimauerunt computandũ. Hoc modo vsq; in hodiernũ diem datus est obli F
uioni in cordibus Iudæoꝝ, non tñ simpliciter obliti sunt eius, qa quotidie blasphemant no-
men eius, & orant pro destructõe Romani Imperij atq; extinctõe noĩs Chr̃iani. ¶Factus 16
sum tanq̃ vas perditũ⌋. i. ita à Iudæis cõtemptus sum quasi nulli vtilitati proficuus essem, nec
aliquid boni cõtinerẽ in me, sed essem fraudibus atq; blasphemijs plenus. Reprobi enĩ dicunṫ
vasa pdita, qm̃ à gr̃a vacui sunt, nilq; meritoꝝ continent: electi vero appellanṫ vasa felicia, si-
Actoꝝ. 9. cut de Paulo Chr̃s: Vas (inqt) electõis est mihi iste. Ideo aũt ego Chr̃s assero me factũ tanq̃
vas perditũ ⌊qm̃ audiui vituperationẽ multoꝝ cõmorantiũ in circuitu⌋ Nam in diebus azy
moꝝ populi vniuersæ Iudææ in circuitu Hier̃lm habitantes cõfluxerãt ad ipam vrbẽ Hieru-
salem, & hi penè oẽs consenserũt in mortẽ Christi vituperantes eũ. ¶In eo tpe dum con- 17
uenirẽt simul aduersum me⌋. s. in die Parasceues ⌊accipere animã meã consiliati sunt⌋. i. oc
cidere vitã meã corporalem consuluerunt. Nam corã Pilato clamabant, tolle, crucifige eum.
¶Ego aũt in te speraui dñe⌋ sicut in exordio psalmi dictũ est atq; expositũ ⌊dixi deus me 18
us es tu⌋. i. corã hoĩbus confessus sum, teq; veraciter colui, idcirco false accusor & iniustè con
demnor ⌊in manibus tuis⌋. i. in virtute ac dispositione tua sunt ⌊sortes meæ⌋. i. euẽtus mei
vel tpa mea, quasi dicat, quicqd mihi contingit, in ptãte tua repositũ, patienter cũcta sustineo
sciens te non sine magna rõne pmittere. ¶Eripe me⌋ p resurrectionẽ btãm & acceleratã 19
⌊de manu inimicoꝝ meoꝝ⌋. i. de ptãte Iudæoꝝ crucifigentiũ me ⌊& à psequẽtibus me⌋. i.
Actoꝝ. 9. corpus meũ mysticũ tuere, à psecutoribus suis. Vnde Paulo adhuc sęuienti, Chr̃s dixit: Sau
Matt. 25 le qd me psequeris? Hoc ergo Chr̃s pro ecclesia orat, qa quod fidelibus suis inferṫ, ipse sibi-
ipsi inferri testaṫ. ¶Illustra faciẽ tuã sup seruũ tuũ⌋ Chr̃s à principio sapia plenus fuit, & 20
cõphẽsor psectus, nõ ergo pro illuminatõe sui intellectus nũc orat. Quid itaq; est, ꝙ ait: Illu
stra faciẽ

A stra faciē tuā sup seruū tuū, nisi quod alibi ait: Clarifica me tu pater apud temetipsum claritate, quā habui priusq̄ mundus esset. Orat igitur Chr̄s, vt lux diuina, corpus suū claritate gloriosa adornet, atq; hoībus gloriā suā reuelet, saluū me fac, à morte & pœnalitatibus corporis, in misericordia tua, i. propter teipsum, & nõis tui bonitatē. Quāuis Chr̄s iustissime meruit tertio die resurgere, tamē potius q̄rit exaudiri à patre, propter diuinā bonitatē, q̄ humanā iustitiā. In quo p̄stat nobis exēplū, quatenus quantūcunq; profecerimus, aut iusti fuerimus, semp in misericordia dei principal'r cõfidamus, dñe non cõfundar, i. nõ inueniar falsum dixisse, asserendo me tertio die resurrecturū, qm̄ inuocaui te, hoc est, interna, affe- Joban. 17
21 ctuosaq; prece, pro hac re deprecatus sum te. Itaq; nõ cõfundar ego, sed potius ¶ Erubescant impij, i. blasphemi Iudæi, & deducant in infernū, in æternū dānati. Hoc Chr̄s dicit, vel p̄dicendo quod futurū erat, vel se diuinæ iustitiæ cõformādo, vel explicādo quid reprobi mereant, muta fiant labia dolosa, i. ora Iudæorū, qui me dolose occidere tentauerunt, retundant atq; claudant, & cõprehendant astuti in sua astutia. ¶ Quæ loquunt aduer
22 sus iustū iniquitatē, i. q̄ mihi sancto sanctorū, & iusto, filio dei, p̄ctā imposuerūt, in superbia, qua me aspernabant & vilipendebāt, & abusione, qua b̄ñficijs meis abusi sunt, oīa opa mea atq; miracula, dæmoni ascribēdo, & meā doctrinā, tanq̄ seductionē reputando, ac p hoc abusi sunt bonis meis, q̄a vnde meliorari debebāt, inde peiores effecti sunt. Hinc Stephanus dixit Iudæis: Dura ceruice, & incircūcisi corde & auribus, vos semp restitistis spiritui sancto, sicut & patres vestri. Quē prophetarū nõ sunt p̄secuti patres vestri? Et occiderūt Actorū. 6
23 eos, q annuntiauerūt de aduētu iusti, cuius vos nūc proditores & homicidæ fuistis. ¶ Quā magna multitudo dulcedinis tuæ dñe. Hoc nouerūt, qui eā experti sunt, & qm̄ nemo eam tā plene experiebat in hac vita vt Christus, idcirco nemo tā cõgruēter dicere p̄t verbū istud, B q̄ Chr̄s. Deniq; multitudo dulcedinis dei, in suo fonte, videlicet in ipso deo, est vere immēsa, imò intēsiue atq; simpliciter infinita, sed & multitudo dulcedinis dei, quā ipse charissimis suis ministris, in p̄senti vita vicissim infundit, magna est nimis, & omnē carnalē dulcedinem prorsus excedēs, & ista dulcedo est quoddā præambulū futuræ dulcedinis beatorū quā abscondisti timētibus te, Duplex est timor, videlicet filialis atq; seruilis, secundū hoc dupliciter potest exponi hic locus. Primo sic, quā dulcedinis tuæ multitudinē, abscondisti. i. occultasti, ignotā fecisti, & inexpertā, timētibus te timore seruili. Tales eñ neq; digni sunt, neque capaces degustationis diuinæ dulcedinis, qm̄ operant bona, nõ amore boni, sed horrore supplicij. Secūdo sic, quā abscondisti. i. occulte ostēdisti, & p gustū internū in cordis abscōdito declarasti, timētibus te timore filiali. Hi eñ, qm̄ omnē inordinatā lætitiā, omnē corporalem delectationē, omnēq; superfluā cõsolationē cõtemnūt, & semp soliciti sunt, ne deū, quē filialiter sup oīa diligūt, aliquo mõ offendāt. Propterea experiri merent, q̄ta sit multitudo dulcedinis dei. Veruntamē interdū timētes deū timore initiali, sicut nouiter cõuersi ad horā admittunt ad mensam filiorū, ita vt paululū gustēt dulcedinē dei, & clamēt ad dñm, q̄ magna est multitudo dulcedinis tuæ dñe, sed hoc eis p̄stat sapiētia dei Iesus Chr̄s, quatenus eos sibi alliciat, ab exterioribus reuocet, ad interiora inuitet, in aduersis cõstantes efficiat, faciatq; eos in die malorū, memores esse bonorū. Vnde hmõi magna egēt cautela, & discretione p̄cipua, ne dū p̄dicta consolatione diutius carēt, pusillanimes fiant, vel eā importune desiderēt, imò C dño cõmittēdū ē, qn̄ eā donare dignet. Hāc diuinæ dulcedinis multitudinē expiri, est edere de micis, q̄ cadūt de mēsa dñorū suorū. s. beatorū cõprehēsorū, estq; ad mēsam Christi sedere, ad quā sapiētia dei patris inuitat suos electos, dū ait: Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi. Et: Transite ad me oēs, qui cõcupiscitis me, & à generatiõibus meis implemini, sp̄us eñ meus sup mel dulcis, & hæreditas mea sup mel & fauū. Ad hanc quoq; mēsam seder beatissimus Hieremias, qui dīt hoīs. i. delectationē tēporalē & corporalē, aut humanā, non cõcupiuit, queadmodū ipse de se in libro visionū suarū profitet: Factū est mihi verbū tuū dñe in gaudiū, & lætitiā cordis mei. Et alio cap. Factus est, inquā, sermo dñi in corde meo, quasi ignis exæstuans, claususq; in ossibus meis, & defeci, ferre nõ sustinēs. Hinc ait ap̄lus. Sicut abundant passiones Chr̄i in nobis, ita p Christū abundat cõsolatio nostra. ¶ Perfecisti eis, q Cant. 5 Eccl. 24 Hiere. 15 Hiere. 20 2. Cor. 1.
24 sperant in te, in cõspectu filiorū hoim, hoc est, p̄dictā dulcedinis tuæ multitudinē perfecte ostēdisti, & gustare fecisti eos, qui nõ erubescūt nomē tuū corā hoībus, q propter spem, quā habent in te, patiēter ferūt aduersa, & in omni p̄secutione atq; cõtemptu, sperant in te, non erubescētes viā iustitiæ. ¶ Abscōdes eos in abscondito faciei tuæ, & cõturbatiõe hoim,
25 hoc est, corda eorū, qui dulcedinē tuā degustant, cõuertes ad te, & ab exterioribus reduces ad interiora, vt ponant se in p̄sentia vultus tui, p contēplationē syncerā, ne ab hostibus conturbati, amittant gustū internū, & tranquillitatē mētis. Absconditū eñ faciei diuinæ, est ipsa cõtemplatio eius, p quā occulte ad deū cõuertimur, vel ipsamet facies dei, q̄ mundanis hoībus abscondita est, qm̄ in maliuolā animā nõ introibit sapiētia. Hoc modo abscondit deus contemplatiuos, ac solitariā vitā ducētes, quorū aīabus cõpetit quod dñs dicit: Ecce ego lactabo Osee. 2

eam,& ducã eã in ſolitudinẽ,& loquar ad cor eius. ¶ Proteges eos in tabernaculo tuo,⌋ D
.i.ĩ militãti eccleſia,vel potius in ipſo eorꝫ cordis cubiculo,in quo intra ſe cõuerſi,ſtãt in deo „ 26
ſecuri,⌊ à cõtradictiõe linguarꝫ,⌋.i.à ſtrepitu aduerſantiũ veritati,& ab omni tumultu eorꝫ „
qui interiorẽ ſuauitatẽ auferre conant. Ex qbus oſtẽdit,q̃ ſit neceſſe,eũ qui vult diuinã expe-
riri dulcedinẽ,fugere hoĩes,fugere lites & cõtradictiones,oẽsq; ſeculares tumultus,vt ſit cor
de tranquillus ac ſtabilis. ¶ Benedictus dominus,⌋.i.laudatus ſit deus,& benedicatur,ac „ 27
glorificetur ab oĩbus,⌊ qm̃ mirificauit miſericordiã ſuam mihi,⌋ hoc eſt,mirabilr̃ magnam „
gratiã,miſericorditer mihi impẽdit,⌊ in ciuitate munita,⌋.i.in eccleſia militãti ac triũphan „
ti,quarꝫ vtraq; firma eſt,& deo protegẽte munita. Hoc maxime conuenit Chriſto. Nã eius
humanitas,ſola miſericordia dei aſſumpta eſt ad pſonalẽ vnionẽ cũ verbo ab omni culpa p̃-
ſeruata,& omni gr̃a adimpleta,q̃tũ creata pt capere natura. Hanc aũt miſericordiam cõtulit
deus Chr̃o homini,primo in terris,& deinde in cœlis cõſeruauit,& adimpleuit eãdẽ. Vel,be
nedictus dñs,qm̃ mirificauit miſericordiã ſuã mihi.i.ad laudẽ & gloriã meã,in ciuitate mu-
nita.i.in populo Chriſtiano,dãdo eis diuerſa chariſmata ſp̃us ſancti,atq; ineffabilẽ gratiam
eius,p̃ſertim in primitiua eccleſia,& in die pentecoſtes,dũ miſit ad inſtantiã meã ſpiritũ ſan
Iohan.14 ctũ in igneis linguis. Vnde Chr̃us diſcipulis dixit: Ecce ego rogabo patrẽ,& aliũ paracletũ
dabit vobis,vt maneat vobiſcũ in æternũ.ſpm̃ veritatis,quẽ mũdus nõ pt accipere. ¶ Ego „ 28
aũt dixi in exceſſu mẽtis meæ,⌋.i.in magna paſſione,& cordis mei extaſi quadã,⌊ proiectus „
ſum à facie oculorꝫ tuorꝫ,⌋ hoc eſt,derelictus ab aſpectu tuæ pietatis paternæ. Chr̃us eñi in „
cruce clamauit: Deus meus,deus meus,vt qd dereliquiſti me? Quod qualiter intelligendum
ſit,in expoſitiõe pſal.21.p̃habitũ eſt. ¶ Ideo,⌋.i.qa in tanta anguſtia inuocaui te,⌊ exaudi „ 29
ſti vocẽ orationis meæ,dũ clamarẽ ad te,⌋ dicẽdo in cruce: Pater ignoſce illis. Et: In manus „
tuas cõmẽdo ſpm̃ meũ. Idcirco. ¶ Diligite dñm oẽs ſancti eius,⌋.i.q immaculatã vitã du „ 30
citis,& ſine reprehẽſione atq; q̃rela dño ſeruitis,⌊ qm̃ veritatẽ requiret dñs,⌋.i.iuſtitiã exi- „
Iob.20 get,& pro me,q tanta patior ſine propria culpa iudicabit,nilq; indiſcuſſum relinquet,⌊ & re „
tribuet abundãter faciẽtibus ſuperbiã,⌋ qa pro culpa tẽporali infliget eis pœnã æternã,quẽ „
admodũ ſcriptũ eſt: Si aſcẽderit vſq; ad cœlũ ſuperbia eius,& caput eius nubes tetigerit,q̃ſi E
Apoca.18 ſterquiliniũ in fine perdet,luet,qui fecit oĩa,nec tñ cõſummet iuxta multitudinẽ adinuentio-
nũ ſuarꝫ ſuſtinebit. Idcirco in Apocalypſi habet: Quãtũ glorificauit ſe,& in delicijs fuit,tãtũ
Sopho.1 date illi tormẽtũ & luctũ. Et dñs ait: Viſitabo ſuper omnẽ q arrogãter ingredit. ¶ Virili- „ 31
ter agite,⌋ præcepta,ſiue concilia Chriſti,⌊ & cõfortetur cor veſtrũ,⌋ in gratia dei,ſicut ait „
Hebr.13 apoſtolus: Optimum eſt gratia ſtabilire cor,⌊ omnes qui ſperatis in domino.⌋ qui enim in ſe „
ipſis confidunt, deficient.

¶ Expoſitio eiuſdem pſalmi iuxta ſenſum Tropologicum.

Roma. 5. videlicet vt ex conſideratione peccati ſui ardentior fiat, & iugum Chriſti perfectius tollat, quatenus vbi abundauit delictũ ſuperabũdet & gratia. Porro ſi ea quæ dicta ſunt ab illo verſu, effunde frameam exponantur, quantum ad damnationẽ perpetuam, ſeu quantum ad iuſtam vltionem diuinæ ęquitatis in peccatores, quæ expoſitio literæ magis concordat. Et ſicut in præcedenti expoſitione declarata ſunt, tũc intelligenda ſunt hæc nõ optãdo ſed prænuntiando, queãdmodũ ſæpe oſtenſum eſt. Anima autẽ mea exultabit in dño, hoc eſt, in miſericordia eius reſpirabit, & ex cõſideratiõe paſſionis Chriſti cõſolationẽ recipiet, imò & libenter omnia ſuſtinebit, quatenus cõformetur domino ſuo, & delectabitur delectatione mẽtali ac intellectuali, ſuper ſalutari ſuo, id eſt, de ſaluatione quã me redemit, & de beatitudine

Roma. 5. quã promiſit, ſicut ait apoſtolus. Gloriamur in ſpe adoptionis filiorum dei. Et Eſaias. Ecce

Eſaię. 25 deus noſter exultabimus & lætabimur in ſalutari eius. Et tu dñe es. Eripiẽs inopẽ, id eſt, me pauperẽ & afflictũ de manu fortiorũ eius, hoc eſt, de poteſtate & pſecutione inimicorũ viſibilium ac inuiſibilium, quibus propria poteſtate reſiſtere nõ valerem. Quis eñi ſua induſtria ſubtilitati dæmonũ reſiſtere poſſet? Et tu es eripiẽs egenũ & pauperem, id eſt, quẽlibet tem

Eſaię. 25 poralia contemnentem & ſpiritu pauperem à diripientibus, hoc eſt, infeſtãtibus, deprædãribus, ſeu occidẽtibus eũ, queãdmodũ in Eſaia habetur. Dñe deus meus exaltabo te, quia factus es fortitudo pauperi & egeno in tribulatiõe ſua. Surgẽtes teſtes iniqui quæ ignorabam, interrogabant me, hoc ẽ, quæ non feci obiecerunt mihi. Hoc quilibet Chriſtianus falſorum teſtium accuſatione ſeu conteſtatione grauatus dicere poteſt, qualis erat Naboth Ieſraelita quem Ambroſius in libro de officijs ſanctum ac martyrem vocat. Retribuebant mihi mala pro bonis. Hoc conuenit Eccleſiæ atque vniuerſis fidelibus & bonis corde, qui pro aduerſarijs orant, & ab ingratis odium pro dilectione ac maleficia pro beneficijs recipiunt ſte

A piunt ſterilitatem animæ meæ, ſubaudi retribuebant pro fœcunditate, tanq̃ dicat: Ego quan
tum ad eos eram in benefaciẽdo fœcundus. Ipſi aũt quantũ ad me ſteriles erant, nil boni red-
dentes, nec in ſpũalibus, nec in temporalibus meditare optãtes. Ego autẽ cum mihi moleſti
eſſent homines impij & ingrati, induebar cilicio, hoc eſt, veſte pœnitentiali. Humiliabam
in ieiunio animã meam. i. abſtinentia me afflixi, quatenus impetrarem illis veniã & mihi ſub-
ſidium. Iſtud frequenter agit Eccleſia, dum hæreſes aut ſchiſmata oriunt, aut bella grauiſſima
imminent. Sicut Ioſaphat rex Iuda & omnis populus eius feciſſe legunt. Similiter ſanctiſſima 2. Par 20.
illa Heſter. Et venerabilis Iudith egiſſe ſcribunt. Et nos ergo hoꝝ exemplo ita agamus, dum Heſter. 4
nobis puerſi fiunt, moleſti atq; ingrati, patientiã ſeruemus, gloriãtes in hoc, quod domino ſal Judit. 8. 9
uatori conformari mereamur. Talia enim pati, eſt donum dei, quemadmodum ait Apoſtolus
Vobis datum eſt à Chr̃o, non ſolum vt credatis in eum, ſed etiã vt patiamini pro illo, & or̃o Phil. 1.
mea in ſinu meo conuertet, hoc eſt, or̃o quã pro aduerſarijs & reprobis, aut damnatis, ſeu in-
dignis fundo, mihiipſi meritoria erit, & ſatisfactoria ꝓ proprijs culpis, quãuis eis illis non ꝓ-
ſit, propter indignitatẽ vel incapacitatẽ eoꝝ, non tñ ꝓp hoc infructuoſa manebit, imo om̃is
actus ex charitate procedens, eſt meritorius vitæ æternæ. Quaſi proximũ quaſi fratrem nr̃m
reputans vnum quẽq; fidelem, etiã inimicum, ſic complacebam. i. ſic de eius profectu ac pro-
ſperitate gaudebam, quaſi lugens & contriſtatus ſic humiliabar, hoc eſt, ſic de eius aduerſitate
afflictus ſum. Hoc eſt quod ait Apoſtolus: Gaudere cum gaudẽtibus, & flere cum flentibus. Roma. 12
Hoc modo ſanctus Euãgeliſta Iohannes, ſibi in filijs ſuis complacuit, qui ait: Maiore horum Joban. 3
gratiam non habeo, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulantes. Non ergo de aduer-
B ſitate inimici lætemur, ſed eius profectui congratulemur, quatenus cum ſancto Iob dicere me Job. 31.
reamur. Si gauiſus ſum ad ruinam eius, qui me oderat, & exultaui quod inueniſſet eum ma-
lum. Et iterum: Flebam (inquit) quondam ſuper eo qui afflictus erat, & compatiebat anima
mea pauperi. Iſta perfectio ad prælatos maximè ptinet. Ego igit tanta bona feci illis, ſed qd
illi? Sequit. Et aduerſum me lætati ſunt, hoc eſt, de meis infortunijs, & pœnis, ac malis gauiſi
ſunt, & conuenerunt, quatenus me multitudine vincerent, quem per rationem ſuperare non
poſſunt, congregata ſunt ſup me flagella, & ignoraui. i. improuiſe acciderunt mihi pſecutio-
nes hoĩm, tentationesq; dæmonum. Diſſipati ſunt, hoc eſt, aduerſarij mei prędicti à vera con
ſtantia fracti ſunt, & à charitate diuiſi, nec compuncti. i. de malo ſuo non pœnituerunt, tẽta-
uerunt me, terrendo, blandiendo, torquendo, cogendo, ſubſannauerunt me ſubſannatione,
Hebraici idiomatis cõſuetudo eſt, talem facer replicationem ſeu repetitionem eiuſdẽ, quẽad-
modũ Zacharias dicit: Iratus eſt dñs pr̃ibus veſtris iracundia. Ait ergo Eccleſia, ſeu vnuſq̃ſq; Zachari. 1
vir iuſtus, ſubſannauerunt me. i. inimici mei, q̃bus non nocui, ſed benefeci, inſultauerunt, illu
ſeruntq; mihi. Hoc eſt quod dicit Apoſtolus: Maledicimur, & benedicimus, blaſphemamur, 1. Cor. 4.
& obſecramus, frenduerunt ſup me dentibus ſuis, quaſi ex feruore rancoris, & impetu paſſio-
nis, deuorare me vellent. Dñe quãdo reſpicies. i. quam diu diſſimulaſti & dereliquiſti me tribu
lari, ſed nunc reſpice, reſtitue animã meã, in priſtina pace & gr̃a tua, à malignitate eoꝝ ere- 1. Petri. 5
ptam, à leonibus vnicã meã. i. à dæmonibus, q tanq̃ leones rugiẽtes circueunt, atq; ſupbis ho
minibus, q opprimunt innocẽtes, quẽadmodum ouẽ leones, reſtitue vnicã meã. i. animã meã Matt. 16
C quã tam vnice cuſtodire indigeo, vt non proſit mihi, ſi vniuerſum mundũ lucratus fuero, & Marci. 8.
eam pdidero. Conſequẽter ait fidelis: Confitebor tibi. i. ad gloriã tuã confeſſione tuæ laudis, Luce. 9.
& item confeſſione meæ iniq̃tatis, in Eccleſia magna, Chr̃iana, Apoſtolica, atq; Catholica.
Non ſupgaudeãt mihi. i. de ruina animæ meæ & ſeductione ipſius, non ſupflue gaudeant, qui
aduerſant mihi inique, hoc eſt, dæmones, & homines perfidi ac peſtilentes, q mihi ſpũale da-
mnum inferre nitunt, de quibus ſuperius dictum eſt, q tribulant me, exultabunt ſi motus fue-
ro, q oderunt me gratis, hoc eſt, ſine demerito meo, & annuunt oculis. i, ſibi mutuo me oſtẽ-
dunt, ad pſequẽdum ac illudẽdum. Qm̃ mihi quidẽ pacifice loquebant. i. dæmones ſub ſpecie
boni ſuggeſſerunt mala mihi, & homines fraudulenti, verba concordiæ locuti ſunt mecum in 2. Reg. 20
dolo, ſicut Ioab cum Abner, & Amaſa, & in iracundia terræ loquentes dolos cogitabant. Dæ
mones loquunt nobis interius in iracundia terræ, hoc eſt, ex ira, quam habent contra nos, eo
quod poſſeſſuri ſumus terram viuentium, quam ipſi per ſuperbiam perdiderunt, & cogitant
dolos, videlicet vt inducant nos ad amorem ſenſibilium atq; carnalium rerum, ſicq; amitta-
mus regnum cœloꝝ. Homines vero mali loquunt iuſto in iracundia terræ, hoc eſt, ex ira con
cepta contra eum propter amorem terrenoꝝ bonoꝝ, ſicut dum homines ſeculares inuident,
& iraſcunt religioſis, eo q temporalia bona poſſideãt. Et dilatauerunt ſuper me os ſuum, hoc
eſt, lato ore locuti ſunt contra me, id quod ſequit: Dixerunt euge euge. i. bene bene, viderunt
oculi noſtri, malum quod accidit tibi, & ergo gaudemus. Vidiſti domine omnia iſta, q omnia
noſti, ne ſileas, à prolatione ſententiæ, ſed iudica pro me, & loquere mihi per inſpirationem
occultam, Domine ne diſcedas à me, conſolationem & gratiam ſubtrahendo. Exur-
ge & intende iudicio meo DEVS meus, hoc eſt, diligenter conſidera, quale iudicium
mercar

merear, q tanta mala sustineo propter iustitiam. Hoc secure oro, qm̃ scriptum scio, beati qui persecutionem patiunt propter iustitiã, quoniam ipsorum est regnum cœlorũ. Et tu q es dñs meus, intende in causam meam, hoc est, vide iustitiam meã, pro qua ab impijs iudicor velut iniustus. Nam propter bona quæ facio odiunt me. Iudica me dñe secundum iustitiam meam deus meus. i. secundum iustitiã, quam p grãm tuã opatus sum, redde mihi: Semp tñ admisce miam tuã iudicio meo, & non sup gaudeant mihi, sicut nunc dictum est: Non dicãt in cordibus suis, euge euge aniæ nostræ. i. q iocunde accidit nobis, q seduximus istum, & pœnis eũ affliximus, nec dicãt, deuorabimus eum, occidẽdo in eo charitatẽ dei ac proximi, & cætera dona spũs sancti. Erubescant & reuereant simul, &c. Hoc est, quod in principio psalmi dictum est, confundant & reuereant, quærẽtes animam meam. Exultent & lætent in te domine deus & tibi grãs agant, q volunt iustitiam meam, hoc est, qbus placet profectus meus in spũalibus rebus, q cooperant mihi in bono, & dicant semp magnificet dñs, q volunt pacẽ serui eius. i. q desiderant me famulum Chri veram ac stabilem pacẽ habere. Et lingua mea meditabit iustitiam tuã, hoc est, legẽ tuam loquet, & alios informabit tota die laudem tuã. i. omne bonum tibi semp ascribet. Cætera ex præcedẽti expositõe patent. Ecce quàm sentẽtiosus, quàmq diuersimode exponibilis est psalmus iste, q late describit mysteria Chri, q euidẽter instruit charitatẽ, docet patiẽtiã, atq ad omnẽ perfectionẽ informat fideles. Cũ omi itaq attentõe eũ legamus, taliterq viuamus, vt quæ in eo scripta sunt, nobis vere conueniãt.

Matth. 5

D

## COMMEMTARIVS IN PSALMVM .XXXV.

¶ Argumentum.

E

¶ Titulus: In finem (aliàs pro victoria, siue ad victoriam) seruo dñi Dauid. Hic Propheta disserit de prauorũ malitia qui iugum timoris prorsus excutiũt, & de eorũ peruersitate & accusatõe. Et contra de iustorũ benignitate laude & gloria. Vnde intẽdit nos eõ deducere vt imperfectionẽ nostrã agnoscẽtes, mala nobis imputemus: bona vero cũcta attribuamus deo. Hinc duæ sunt huius psalmi præcipue partes, in quarũ priore astruit malũ ab hoĩe esse, in altera aũt à deo omne bonũ dimanare, ibi: Dñe in cęlo. Author vnica cum absoluit commẽtatione.

¶ Expositio Tituli.

¶ Ascriptus est deniq psalmo huic titulus talis. In finem seruo dñi Psalmus Dauid, hoc ẽ, Psalmus iste in finem. i. in deum nos dirigẽs, ad quem p humilitatem ascẽdit, est Psalmus sancti Dauid seruo dñi. i. ad istructionẽ cuiuslibet famuli dei. Vel est psalmus Dauid seruo dñi. i. cõueniens ipsi Dauid seruo domini, intelligendo per Dauid quemcũq vere fidelem. Docet enim hic psalmus superbiam abhorrere, humilitatem amplecti totamq spem in domino figere ac omne bonum ei ascribere. Ait itaque.

¶ Expositio Psalmi literalis.



Dixit iniustus ⌊. i. apud se statuit, & fixe proposuit, ⌊ vt delinquat in semetipso. ⌋ hoc ẽ, q ex deliberatione, & ex pleno cõsensu faciat malum. Vt em̃ philosophus dicit, duplr̃ peccat hõ, videlicet ex passione, & ex habitu malo, qd theologi ita dicũt, q a vno modo peccat hõ ex infirmitate, alio mõ ex certa malitia. Idẽ aũt est dicere ex habitu malo, ex certa malitia, ex deliberata rõne, & ex pleno cõsensu peccare. Qui vero ex passione seu infirmitate peccat, citò pœnitet, & emẽdat, nam passione cessante, quæ non est nisi actualis motio appetitus sensitiui, ex apphẽsione boni vel mali sensibilis, cessat pctm̃, vt patet de incõtinẽte, sed q ex habitu malo peccat difficulter corrigit, nec cessat faciliter, imò scdm philosophũ, quasi incorrigibilis est, eò q rõ peccãdi, videlicet habitus vitiosus, sit radicata in ipõ, vt patet de intẽperato. Verũtñ p grãm dei, subito tales frequẽter conuertunt, & virtuosissimi fiũt, grã em̃ dominat naturæ. Hoc itaq mõ proponit peccare iniustus. i. q habituatus est in malis, & ex cõsuetudine legẽ trãsgredit diuinã. Boni vero ita nõ peccãt, sed ex infirmitate & passione. Virtuosi quoq nõ cito deueniũt ad tm̃ lapsum, vt ex electõe & habitu peccẽt. Vnde Origenes in Petiarchon dicit: Nemo eorũ q in psecto summoq gradu extiterit, subito euacuat, sed paulatim atq p partes, necesse ẽ eum deficere. Cõsequẽter tangit, causat iniustus ita delinqt rqm̃ ⌊ nõ est timor dei añ oculos eius. ⌋ hoc ẽ, timorẽ dñi nõ habet, nec oculis cordis cõsiderat ea q ad timorẽ dei inducũt, vtpote deũ iudicẽ oĩa cernere, nil mali inultũ relinquere, & pœnas ęternas nõ timẽti infligere. Timor aũt dñi (vt ait scriptura) expellit pctm̃. Et iterũ scriptũ est: Qui timet deũ nihil negligit. Quòd vero timor dei nõ sit in cõspectu iniusti, hinc cõstat. ¶ Qm̃ dolose egit in cõspectu eius. ⌋ hoc ẽ deo pñte, vidẽte, ac phibẽte, ausus ẽ fallaciter agere ac dolũ in pximũ suũ cõmittere ⌊ vt iueniat iniqtas ei⁹ ad odiũ. ⌋ hoc dr̃, nõ causalr̃ sed cõsecutiue. Nõ em̃ ideo agit dolose, vt iueniat iniqtas ei⁹ ad odiũ. i. vt malitia sua fit deo ac oĩbus sctĩs odibilis, sed hoc cõsequit ad id qd ẽ nõ hr̃e timorẽ dei, sed dolose agere coram eo. ¶ Verba oris eius iniqtas & dolus. ⌋. i. iniqua & fraudulẽta ⌊ noluit intelligere vt bñ ageret. ⌋. i. nõ acquieuit sanæ doctrinæ, nec voluit scire testimonia scripturarũ, quæ docẽt quãta tormẽta imminẽãt malis. Multi em̃ sunt qui vt securius, & dele-

Eccl. 1.
Eccle. 7

F

2

3

A & delectabilius peccent, nolunt aduertere, scire, aut discere veritatem scripturæ. De quibus sanctus Iob ait: Dixerunt deo, recede à nobis, sciam viarum tuarum nolumus. Isti ex habitu peccant, & (vt dictū ē) difficillimē emendanť, sicut de talibus legiť: Si mutare pt Aethyops pellē suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Si ergo vis declinare à malo, & facere bonum, disce scripturas, audi verbum salutis, veritatem ama, atq; intellige. Hinc em̄ hortať nos sermo diuinus: Erudire (ait dominus) ne forte recedat anima mea à te. Et rursus: Interrogate quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus vestris. Et Apostolus: Attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Omnis nanq; scriptura diuinitus inspirata (teste eodem diuino Apostolo) vtilis est ad docendum, ad arguendū ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt pfectus sit homo ad omne opus bonum. Veruntamē multi sunt, qui volunt intelligere, non vt bene agant, sed vt sapiētes appareant, volunt scire, non propter virtutem, sed propter vanitatem. De quibus Esaias ait: Sapiā tua, & sciā tua, deceperunt te. Et denuo: Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Hi infelices sunt, & omni damnatione dignissimi: quia vt Petrus ait: Melius Iob.21. Hiere.13. Hiere.6. 1.Timo.4 2.Timo.3 Esaie.47. Esai.5 2.Petri.2

4 " erat non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum reuerti. ¶ Iniquita-
" tem meditatus est ⌋ iniustus ⌊ in cubili suo ⌋ hoc est, in corde suo, & hanc meditationē ad ef-
" fectum pduxit, quoniam ⌊ astitit omni viæ non bonæ ⌋ .i. omni operationi iniquæ adhæsit,
" ⌊ malitiam autē ⌋ hoc est, pctm̄ ⌊ non odiuit ⌋ sed dilexit. Non tamē diligit malitia sub rōne maliciæ, sed sub rōne boni apparētis, inquantum est delectabilis pctōri. Vnde secundum Dio
5 " nysium, nullus respiciēs ad malum, malum operať. ¶ Domine in cœlo mīa tua ⌋ hoc est, in electis, videlicet in angelis sanctis ac bonis hominibus, qui sunt ciues cœli, maximè apparet,
B ac splendet misericordia tua, sicut in reprobis iustitia. Electi em̄ sunt vasa misericordiæ in ho
" norē, & reprobi sunt vasa iræ in interitum: ⌊ & veritas tua vsq; ad nubes ⌋ .i. illuminatio tuæ veritatis ad prædicatores sanctos ptingit, & eos illustrat. De quibus Esaias admirando dicit: Qui sunt isti qui vt nubes volant. Dionysius autē ait: Per nubes (in sacra scriptura) intelligi angelos sanctos, quoniā sicut nubes materiales, prius & copiosius illuminanť à sole, quàm terra sic angeli, prius ac plenius illustranť à deo, quàm homines. Potest ergo de eis exponi quod dr̄, & vsq; ad nubes veritas tua, vt sit sensus: Veritas tua, hoc est, Christus, qui est sapia, verbum, ac filius tuus. Vsq; ad nubes, i. vsq; ad angelicas mentes, radios suæ illuminatōis expandit, ac influit. Nam Christus (etiam vt homo talis) omnes angelos illustrat, multo excellētius, quàm Esaiæ.60 Diony. c.15. angeli. hierarchię
6 " aliquis angelus supior inferiorē. ¶ Iustitia tua sicut montes dei, iudicia tua abyssus multa ⌋ Quemadmodum iudicia dei comparanť abysso multæ. i. pelago quantum ad nos infinito, ita diuina iustitia comparať montibus dei. Sicut em̄ montes altissimi, quantum ad nostrum intuitum, infinitæ altitudinis sunt, ita vt visus noster aspicere nequeat cacumen eorum, nec mensurare quàm alti sint, sic diuina iustitia, nostri interioris oculi aspectum excedit, nec comprehendi potest à nobis. Simili modo sicut abyssus, hoc est, mare magnum, propter suam latitudinē, ac profunditatē, à nobis taliter videri non pōt, nec mēsurari, sic diuina iudicia propter
C suam profunditatē incomprehēsibilia sunt, prout clamat Apostolus: O altitudo diuitiarum sapiæ & sciæ dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Iudicium autem est actus iustitiæ. Vnde per iudicia intelligi possunt, electio bonorum & reprobatio malorum, actiuē videlicet, prout in deo sunt, iuxta illud quod dominus dicit: Iacob dilexi, Esau autē odio habui. Vel per iudicia, intelliguntur occulti effectus diuinæ iustitiæ scilicet, prædestinatio, vocatio, obstinatio, passiuē acceptæ. Cum ergo iudicia Dei sunt abyssus multa, non præsumamus discutere ea, quia vt Salomon dicit: Sicut qui multum comedit mel, non est ei bonum, sic qui perscrutator est maiestatis, opprimeť à gloria. Propter quod Roma.11. Malach.1. Prouer.25 Roma.9.
7 " ait Apostolus: O homo tu qui es, qui respondeas deo? ¶ Homines & iumenta ⌋ hoc est, Iu
" dæos & Gentiles, vel spūales & animales, ⌊ saluabis domine, ⌋ Nam pro omnibus mortuus ē Christus, & omnes sua morte saluauit, & per grām suam peccatores conuertit, ac de animali-
" bus spūales facit ⌊ quemadmodum multiplicasti mīam tuam deus ⌋ .i. copiose ac mirabiliter effudisti sup genus humanum, benignitatē & grām tuam, oēs tibi reconcilians, & quasi intrare compellēs. Pōt quoq; quod dr̄ & iumēta, exponi de brutis, quæ deus saluat quantū ad vitā corporalē, dans eis necessaria vitæ, sicut inferius: Qui dat (inqt) iumētis escam ipsorū. Et Iob: Quis præparat coruo escam, quando pulli eius clamant ad deum, vagantes, eo q; non habeant cibos? Et in Euāgelio ait saluator: Respicite volatilia cœli, non laborāt, nec congregāt in hor Lucæ.14. Psal.146. Iob.38. Matth.6
8 " rea, & pr̄ vester cœlestis pascit ea. ¶ Filij autē hoīm ⌋ .i. posteritas primorum parentū, seu ec
" clesia militans, & maxime hoīes non bestial'r sed humane & pie rōnabiliter'q; viuētes, ⌊ in te-
" gmine alarum tuarum ⌋ .i. in defensione miæ tuæ atq; potētiæ ⌊ sperabunt ⌋ nō in proprijs meritis
9 " aut viribus. Propterea ¶ Inebriabunť ab vbertate domus tuæ ⌋ domus dei itelligit pt ecclia militās vel triūphās. Vbertas militātis ecclīæ, est affluentia grarum spūs sancti, qbus deus implet electos in vita psenti, quemadmodū ait Apostolus: Misit deus spm̄ filij sui in corda nr̄a. Gala.4

Vbertas

Vbertas autẽ triumphantis Ecclesiæ, est beatitudo sanctorꝫ. Itaq; filij hoĩm in tegmine alarꝫ D
dei sperantes, inebriabunt .i. tam copiose implebunt affluentia gr̃arum spũs sancti. vt à seipsis
abstrahant ac alienent, & in deũ absorbeant per charitatis feruorẽ in via. In pñia vero beati-
1. Johan. 3 tudine implebunt tanta, vt sine interruptõe & fine, perfectissimè transforment in deum per
assimilationem deiformem, iuxta illud: Similes ei erimus, q̃a videbimus eum sicuti est, ⌊ tor
rente voluptatis tuæ ⌋ hoc est, teipso, q̃ es fontalis torrens & prima origo, totius puræ & in-
ternæ voluptatis, ⌊ potabis eos ⌋ hoc est, irrigabis ac fœcundabis corda hoĩm prædictorꝫ-
rum, ostendendo eis teip̃m, in qua ostensione consistit felicitas mentis creatæ, quæ vtiq; feli-
citas est riuus tuæ increatæ voluptatis, & potus quo potas atq; inebrias omnes beatos. Hoc ẽ,
Esaiæ. 66 quod dominus ait: Ecce ego declino in eos vt flumen pacis, & vt torrens inundans gloriæ.
2. Cor. 12 Vnde Apostolus: Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs ascenderunt, quæ præ-
parauit deus diligentibus se. Quid em̃ liberalissimus ac superdulcissimus deus, pręparauit ama
toribus suis, nisi seipsum? Ipse nanq; est immediatum obiectum, & proxima causa vniuersæ
Deute. 30 gloriæ electorum, quemadmodum Moyses asserit. Ipse dominus est vita tua, & longitudo
dierum tuorꝫ. Ipse quoq; est cibus & potus, ad quorꝫ spũalem gustum ac sobriam ebrietatem
Cantic. 5 ip̃emet electos inuitat, dicens: Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi. Ecce quã
ta est electorꝫ felicitas, sed quàm immaculatam ac sanctam esse oportet intellectualem creatu
ram, quæ immensæ pulchritudinis fonti, atq; infinitæ sanctitatis, ac syncerissimæ voluptatis
Cantic. 5. torrenti, deo excelso & benedicto, tam vicine & intimè copulat? Certè oportet eamtam im
munẽ & puram existere, & ab omni reatu & vitio, vt audire mereat à domino: Tota pulchra
es amica mea, & macula non est in te. Si ergo cupis deum videre, stude cor mundum habere, E
q̃m tanto clarius eum conspicies, quanto affectũ tuum magis purgaueris. Propter quod ip̃e-
Hierem. 3 met ait: Laua à malitia cor tuum, vt salua fias. Sic autẽ (ó dñe) potabis inebriabisq; homines,
in via inchoatiuè, & in patria consummatiuè. ¶ Quoniam apud te est fons vitæ ⌋ hoc est, 10
in teip̃o est fontana, indeficiensq; origo oĩs vitæ, videlicet vitæ naturæ, vitæ gr̃æ, & vitę glo-
riæ, imo tu ip̃e es prima supessentialis atq; incommutabilis vita, & beatitudo creata est quædã
participatio tuæ beatissimæ vitæ. Quoniam ergo tu dñe, es vita per essentiã, & fons vitę per
communionẽ, idcirco potes inebriare electos, sicut ostẽsum est. ⌊ & in lumine tuo videbimus
Johan. 1. lumen ⌋ Hoc tripl̃r p̃t exponi. Primo sic: O deus pr̃ in lumine tuo .i. in verbo incarnato quod
est lux vera, illuminans oẽm hoĩem, videbimus in pñia, lumẽ .i. totã supgloriosissimã Trinita
tem, quæ est vnũ infinitũ ac simplicissimũ lumẽ, in cuius visione consistit felicitas. Dicunt em̃
beati oĩa videre in verbo q̃m verbo appropriat sapĩa. Scd̃o sic: In lumine tuo .i. p diuinã essen
tiã, per modũ intelligibilis formæ vnitam, videbimus ó deus trinæ & simplex, lumẽ .i. teip̃m
q̃ es purꝫ pfectumq; lumen. Non em̃ p̃t intellectus creatus deũ videre per sp̃ẽm & sicuti ẽ, seu
1. Cor. 13. (vt ait Apostolus) facie ad faciem p aliquam formam creatam, quoniam omnis forma creata,
in infinitum distat à perfectõe diuina. Propterea eam repræsentare non potest, sicuti est,
necesse est ergo, vt ipsa diuina essentia vniat mentibus beatorꝫ, per modum intelligibilis spe-
1. Johan. 3 ciei seu formæ, non quod sit forma inhærens, sed illustrans. Cum aũt hoc modo viderimus de
1. Cor. 13. um, erimus ei veraciter similes, & cognoscemus sicut & cogniti sumus, vt ait apostolus. Nam
sicut in deo sunt idem, quod videt, & q̃ videt (deus em̃ videt se p se) sic in nobis, tũc idem erũt,
quod videmus, & quo videmus, q̃a videbimus deum per seip̃m. Sed quoniã vnio ista mentis F
creatæ cum diuina essentia, est oĩno supnaturalis, ideo indiget mens creata aliq̃ dispositõe su
naturali, p quam eleuet & apta fiat ad hanc vnionẽ deificam, & ista dispositio appellat lumen
gloriæ, cuius luminis est gr̃a viæ inchoatio quædam. Vnde de lumine gloriæ. Tertio modo
exponit: In lumine tuo, hoc est, mediãte lumine gloriæ menti infuso, videbimus lumen diui
num, quod est totius felicitatis obiectum. ¶ Prætende (ó dñe) miam tuã scientibus te ⌋ .i. 11
his q̃ te iam p fidem toto corde perquirunt, in te solo sperantes, de quibus superius dictum ẽ,
⌊ & sperent in te, qui nouerunt nomen tuum, & iustitiam tuam his, qui recto sunt corde ⌋ hoc
est, iustis auge iustitiam, dando eis pro bonis operibus gr̃arum augmenta in via, & vitã ęter-
nam in patria ¶ Non veniat mihi pes superbiæ ⌋ hoc est, affectus elationis non oriat in cor 12
de meo, qui affectus vocatur pes, quia per eum incedit homo ad infernum. Vel sic: Non veni
at mihi pes superbiæ, hoc est, homo superbus & persecutor tyrannicus, non superueniat mi-
hi, nec opprimat me, ⌊ & manus peccatoris ⌋ .i. potestas dæmonis, seu operatio hominis ma-
li, ⌊ non moueat me ⌋ ab obseruatione legis diuinæ, sed maneam fixus & rectus in te dñe deus
meus. ¶ Ibi ⌋ hoc est, in affectu superbiæ, ⌊ ceciderunt ⌋ à statu salutis ac gratiæ in statum 13
damnationis ac mortis æternæ ⌊ oẽs qui operant iniquitatẽ ⌋ .i. q̃ de pc̃tõ suo non pœnitent
In omni em̃ pc̃tõ includit supbia, q̃a in omni pc̃tõ contemnit deus, dum violant & paruipen
dunt eius præcepta ⌊ expulsi sunt ⌋ prædicti iniqui à deo, à charitate, à societate humiliũ. Nã
per supberiam à deo auersi sunt, & charitate amissa, ad societatem bonorum non pertinent,
⌊ nec potuerunt stare, ⌋ in via salutis, non q̃ penitus non potuerunt, sed quoniam voluntatẽ
suam

suã subiecerunt peccato,& facti sunt serui peccati. Ecce psalmus iste breuis in verbis, quàm
A mirabiliter virtuosus est, sententiosus,& inflammatiuus. Primo enim describit virum ini- Johan. 8.
quum, vt eius malitia euitetur. Secundo commendat deũ ratione suæ misericordiæ apparẽ-
tis in cœlo, ratione suæ veritatis pertingentis ad nubes, ratione suæ iustitiæ, assimilate mon-
tibus, ratione suorum inscrutabiliũ iudiciorum abysso similiũ. Tertio cõmemorat bñficia
dei,& bona promissa fidelibus, quatenus corda nostra accendat diuino amore. Postremo,
deuotissime ac compendiosissime orat, ne à tãtorum bonoꝝ adeptione impediatur. Semp
ergo cũ reuerentia, affectu, ac stabili mente decãtemus hunc psalmũ.

## ARGVMENTVM IN PSAL. XXXVI.

¶Argumentum.

¶Titulus: Psalmus Dauid. Hic psalmus ẽ moralis q̃dã instructio de his, q̃ iuxta legẽ dei
ageda sunt simul atq; vitãda. Porrò agit de correctione morũ, & consolatiõe pusillanimoꝝ
interi nq; edocet q̃ dispar sit status homini in hoc seculo,& diuersa conditio bonoꝝ & ma-
lorum. Porro iustorum pmium in cœlo, iniq̃rum vero apud inferos expectãdum. Gorran
autem adsignat tres eius partes, In prima generatim informat propheta infirmiores ne pra-
uorum vestigia sectẽtur. Deinde statum malorũ vituperat & reprehendit, ibi. Obseruabit
peccator. Postremo aũt cõmẽdat bonorum statum, ibi. Iunior fui. Et author iuxta literam
dũtaxat commentatus est in eum.

¶Expositio tituli.

¶Breuis aũt & psalmus & titulus psalmi istius, videlicet psalmus ipsi Dauid. i. psalmus iste
conuenit sancto Dauid, tanq̃ authori, qui hic loquitur in persona Christi, siue ecclesiæ, pul-
B cherrime disputat contra tẽporalem, prosperitatẽ malorum, ostendẽs fœlicitatem seculariũ
hominũ vanã esse ac falsam, nec appetendã, neq; debere aliquẽ scandalizari, aut infirmari,
ex consideratiõe prosperitatis impioꝝ, vel ex consideratiõe aduersitatis bonorum. Solent
nãq; pusilli ac debiles, qui zelũ dei habent, sed non secundũ scientiã, mirari, affligi, tristari, Hie. e. 12.
& scandalizari, dum vidẽt impios prosperari, atq; innocentes opprimi. Ex quorũ persona
scriptum est. Iustus quidẽ tu es dñe, si disputem tecum. Veruntñ iusta loquar tecum. Quare
via impioꝝ prosperaf,& bene est omĩbus, qui præuaricantur? Perfectos aũt istud nõ mouet 2. Tim. 3.
quoniã intelligunt q̃d ait apostolus. Omnes qui volunt pie viuere in Christo, persecutionẽ Apoca. 3.
patientur. Et ipe dñs. Ego (inqt) quos amo, arguo & castigo. Instruens ergo propheta pu-
sillos ne scandalizentur in tali euentu, ait:

¶Expositio psalmi literalis.

1 " NOli æmulari in malignãtibus,⌋ Emulari interdũ significat amare, sicut dũ ait 2. Cor. 11.
apostolus. Emulor vos, dei æmulatione. Interdum significat imitari, vt cum 1. Cor. 12.
idem ait apostolus. Emulamini charismata meliora. Quãdoq; vero significat
inuidere,& vicissim inflari. Hic vero accipi potest pro inuidere & imitari, vt
" sit sensus. Noli torqueri inuidia propter malignãtium prosperitatẽ, nec imi-
teris eos,⌊ neq; zelaueris facientes iniquitatẽ.⌋ hoc est, non afficiatis amoro
se, iniqua agentibus. Zelus ex amore causaf,& sicut amor est duplex, scilicet diuinus & pri-
uatus. Sic zelus est duplex, scilicet bonus & spiritualis. De q̃ ait Helizeus. Zelo zelatus sum Psal. 68.
C pro domino exercituũ. Et inferius Christus dicit. Zelus domus tuæ comedit me. Alius ẽ ze
lus inordinatus, priuatus, carnalis, secũdum quẽ viri zelanf suas vxores,& superbi superbos
ne vnus impediat excellentiã quam alius amat,& de isto zelo nunc loquif psalmus. Deinde
2 " subiungit causam suæ doctrinæ. ¶Quoniã tãquàm fœnum velociter arescent,⌋ hoc est,
maligni qui prosperãtur ad tempus, subito à prosperitate sua deficiẽt, queadmodũ fœnum Matt. 6.
" quod hodie est,& cras in clibanum mittitur. Vnde Esaias ait: Vere fœnum est populus,⌊ & Esai. 40
" tãquàm olera herbaꝝ cito decident.⌋ id est, sicut herbæ virentes, quæ nũc florent in terra,
& statim eradicãtur atq; marcescũt, sic impij dum florere & prosperari videntur, cito labũ-
tur ac pereunt. Sed apparet oppositum, qm̃ impij sæpe longo tpe regnãt & præualent bonis
sicut & Saul diu persequebaf Dauid. Et respondendũ, q̃ licet temporalis prosperitas impio-
rum interdum apparet diuturna, tamen in cõparatione miseriæ, quæ eã consequetur, est ve
lut momentanea,& hoc modo apostolus dicit tribulationẽ iustoꝝ in hoc seculo momenta-
neam fore, quæ tamen frequẽter durat vsq; ad mortem. Vnde dicit. Id quod in præsenti est 1. Cor. 4
momentaneũ & leue tribulatiõis nostræ, æternũ gloriæ pondus operatur in nobis. Secũdo
dicẽdũ est, impioꝝ prosperitas cito decidit, qm̃ incessabiliter breuiatur, donec penitus ter-
minetur. Hinc em̃ Mathathias ait. A verbis peccatoris ne timueritis, quia gloria eius sterc⁹ 1. mac. 2
& vermis. Hodie extollif,& cras non inuenitur, qm̃ conuersus est in terrã suam,& cogitatio
3 " eius perijt. ¶Spera in dño⌋, secundũ quod legif. Habe fiduciã in dño ex toto corde tuo, Prouer. 3
" ⌊ & fac bonitatẽ⌋ i. laudabiliter viue, quasi dicat. Non sic speres in deo, vt negligas facere,
quod in te est, queadmodũ homines vani, qui sic de misericordia dei præsumunt, ac si iustitia

N in eo

in eo nõ esset. Spera ergo in domino, nõ spe informi, sed formata, hoc est, sperãdo fac opera
Eccle. 9. bona, secũdum ꝙ Salomon dicit. Quicquid potest manus tua, instanter operare. Non enĩ
Iosue. 24 ignauis sed feruidis, nõ dormientibus sed vigilãtibus prouenit regnũ coeloꝝ. Propter quòd D
Iosue inquit: Timete dñm & seruite ei corde perfecto atq; verissimo ⌊& inhabita terram,⌋
hoc ẽ per obediẽtiam & fidei puritatem, permane in vnitate ecclesiæ. Vel, inhabita terram
hoc ẽ, posside & subiectum habe proprium corpus, ne caro dominetur animæ, & sensuali-
tas rationi. Vel, inhabita terram, hoc est, ꝑ desideriũ & spem demorare in regno coeloꝝ, q̃d
Matt. 5. est terra viuẽtium. Et hoc vtroq; modo intelligi potest, quod ait saluator. Beati mites, quo-
niam ipsi possidebunt terram, ⌊& pasceris in diuitijs eius.⌋ id ẽ, anima tua aletur & impin-
guabitur gratijs Christi, cõsolationibus spiritus sancti, sacramẽtis ecclesiæ, & præsertim ꝓ-
tiosissimo corpore & sacratissimo sanguine filij dei. Hæ sunt diuitiæ sanctæ matris ecclesiæ,
Zacha. 9. de quibus scriptum est. Quid bonum domini, & quid pulchrum eius, nisi frumẽtum electo-
rum, & vinum germinãs virgines? ¶ Delectare in domino,⌋ hoc ẽ, prompto ac hilari a- 4
nimo famulare ei, atq; in cõsideratione ac delectatione bonitatis diuinæ, beneficiorũq; eius
Tobiæ. 13 exulta. Quemadmodũ legitur. Ego autem, & anima mea in deo lætabimur. Nõ ergo læte-
mur in rebus sensibilibus & rebus caducis, neq; in aliqua creatura, nisi in quãtum ꝑ ea manu-
ducamur & adiuuamur in via perueniendi ad deũ, si hoc egeris, experieris quod seqtur, ⌊&
dabit tibi petitiones cordis tui.⌋ hoc ẽ, orationes tuas exaudiet. Oratio autẽ est petitio, nõ
quarumlibet rerum sed decẽtiũ, secũdum Damascenum, vt spiritualia bona propter seipsa
petãtur, corpalia in ordine ad spiritualia, nec magis q̃ ad spiritualia sunt necessaria, sicut ait E
1. Tim. 5. apostolus. Habẽtes victum & quibus tegamur, his contẽti simus. Nam qui volũt diuites fie
ri, incidũt in tentationes & laqueum diaboli. ¶ Reuela domino,⌋ qui omnia nouit, ⌊viã 5
tuam⌋ hoc est, cor tuum fiducialiter coram eo effunde, peccata tua accusa, indigentias tuas
expone, de impfectionibus tuis cõquere, & totam vitam tuam coram deo, sicut coram fide-
lissimo amico, recole & ꝑtracta ⌊& spera in eo⌋ hoc est, sic faciendo, confide certissime, ꝙ
quicquid desideras impetrabis, dummodo cõstanter quæsieris, ideo subdit, ⌊& ipse faciet.⌋
quod tu cupis, videlicet vitia indulgẽdo, gratiam conferendo, consolationem præstando.
¶ Et educet quasi lumen iustitiã tuam,⌋ hoc est, vitã tuam alijs manifestabit ad ædifica- 6
tionem ipsoꝝ, ita vt impleatur in re, quod scriptum est. Luceat lux vestra corã hominibus.
Matt. 5. Et iteꝝ, nõ potest ciuitas abscondi supra montẽ posita, ⌊& iudiciũ tuũ tanquàm meridiẽ⌋
hoc est, dominus ꝓdicto modo educet iudiciũ tuæ discretionis, quo teipsũ iudicas & Chro
obsequi eligis, ⌊tãquàm meridiẽ⌋ hoc est, sicut clarũ lumen. Dum enĩ diuino ordine cõtin-
git, vt homo iustus & humilis, qui semꝑ latere ac sperni desiderat ab omnibus, iustus esse co-
gnoscitur, honoratur & alioꝝ rector efficitur, tũc vtiq; dñs educit iudiciũ eius tanq̃ meridi-
em. Educit enĩ illud de occulto ad publicũ, secũdum quòd Christus in Euãgelio mystice lo-
Matt. 5. quitur. Neq; accendunt lucernã, & ponunt eam sub modio, sed suꝑ candelabrum, vt luceat
omnibus qui in domo sunt. Lucerna est homo iustus, quẽadmodũ de Iohanne Christus te-
Iohan. 5. statur. Ille erat lucerna ardẽs & lucens. Hanc lucernã Christus diuino amore accẽdit, & lu- F
mine gratiæ suæ illuminat, nõ vt sub modio occultet, sed vt alijs luceat, vita, fama, seu docu-
mẽto, & dum homo talis in veritate & iudicio constans permanserit, tunc dominus educit
iudicium eius tanquàm meridiem, ponens eum super candelabrum, id est, in sede prælatõis,
Esaiæ. 61 vel in alia opinione aliorum, sic vt impleatur in eo quod dictum est. Omnes qui viderint eos
cognoscent illos, qa isti sunt semen cui benedixit dominus, ⌊subditus esto domino⌋ id est,
serua mandata, ⌊& ora eum⌋ q̃niam illoꝝ oratio placet deo, q̃rũ vita consonat preci, quẽ-
Eccle. 35 admodũ asseritur. Oratio humiliantis se, penetrat nubes. ¶ Noli æmulari⌋ hoc est, inui- 7
dia torqueri, vel imitari quod vides ⌊in eo qui prosperatur in via sua,⌋ nõ in via dei, videli-
cet cui tẽporaliter bene succedit, vtpote ⌊in homine faciente iniustitiã,⌋ qui seqtur & im-
plet propriam voluntatẽ, nõ legẽ diuinã. ¶ Desine ab ira, ꝑ vitiũ, nõ ab ira ꝑ zelum, quæ 8
Psal. 4 cooperatᷓ iustitiæ, de qua superius dictũ est. Irascimini & nolite peccare. Itaq; desine ab ira. i.
cessa ab appetitu vindictæ, & ignosce proximo tuo, & errãtibus fraternæ cõdole, ⌊& dere-
linque furorẽ⌋ hoc est inflammatã iracundiam, rationis iudicium penitus ꝑturbantem, ⌊no
li æmulari⌋ hoc est, imitari seu affici, ⌊vt maligneris.⌋ id ẽ, vt malus efficiaris & nequiter a-
gas, in te & in proximũ tuũ. ¶ Quoniam q malignantᷓ,⌋ hoc est, q maligna operantur & 9
alijs nocẽt, ⌊exterminabuntur⌋ à grege ouiũ Christi, & à regno coeloꝝ, quẽadmodũ scri-
Esaiæ. 26 ptum est. Tollatᷓ impius, ne videat gloriã dei, ⌊sustinentes aũt dñm,⌋ id ẽ, qui in aduersis eũ
longanimiter fiducialiterq; expectãt, ⌊ipsi hæreditabũt terram⌋ hoc est, hæreditate posside
bũt regnum coeloꝝ, & etiam corpus propriũ in resurrectione sanctoꝝ, qñ implebitᷓ illud a-
Philip. 3. postoli. Chrs reformabit corpus humilitatis nostræ, cõfiguratũ corpori claritatis suæ. Tũc
nãq; anima habebit corpus sic vnitũ, vnione ꝑpetua gloriosa atq; beata, ideo tũc veraciter
hæreditabit terrã, i. propriũ corpus. ¶ Et adhuc pusillũ,⌋ i. modicũ præstolare & parũ 10
patienter

A patienter expecta,⌊ & nõ erat peccator ⌋,id ẽ,non subsistent in vita præsenti. Iam enim di-
" ctum est, ꝙ malignãtes tãquàm fœnũ velociter arescent,⌊ & quæres locum eius & nõ inue-
" nies. ⌋ Locus eñ proprius(de quo hic loquitur) & locatũ sunt simul secũdum philosophũ,
quoniã locus est vltima superficies corporis cõtinentis,subtracto ergo locato,locus eius nõ
manet. Itaq; quæres locũ eius & nõ inuenies,hoc ẽ,si quæreres nõ reperires. Vel, quæres lo-
cum eius,hoc est,vsum quẽ habet in rerũ natura,qui vsus est,vt innocẽtem exercitet. Sic er-
go peccator & locus eius ac opus cito deficiunt. Propter q̃d scriptũ est. Laus impiorũ breuis Iob.20.
est,& gaudiũ hypocritæ ad instar puncti. Velut somniũ auolans nõ inuenietur,trãsiet quasi
visio nocturna. Vnde & impij deprehensi in penis,dicũt. Quid nobis profuit supbia,aut qd Sapie.5
diuitiarũ iactantia cõtulit nobis? Transierũt oĩa illa tanq̃ vmbra & tanq̃ nuncius præcur-
rens,sic & nos nati continuo desiuimus esse, & in malignitate nostra consumpti sumus.
11 " ¶Mansueti autem ⌋ hoc est,homines qui iræ impetũ vincere didicerũt, ⌊ hæreditabunt
" terram ⌋ sicut iam dictum atq; expositũ est de sustinẽtibus dñm, ⌊ & delectabuntur in mul- Philip.4
" titudine pacis, ⌋ hoc est, in pace Christi,quæ oẽm sensum exuperat, copiose fruentur,nũc
quidẽ interdũ p gratiã,in futuro aũt indesinẽter per gloriã. Maxime eñ mãsueti cordis pa
cem iã habẽt,& in seipsis suaues sunt,qm dictũ est, ꝙ pax est trãquillitas ordinis. Hãc vero
tranquillitatẽ nil impedit,nisi turbatio. Ira aũt & vitia,quæ ex ea nascunt,maxime generãt
turbationẽ in animo,& faciũt hominẽ irrationalibus similme, sicut Ecclesiastes dicit. Ira in Eccle.7.
sinu stulti requiescit. Propterea mãsueti seu mites,qm irã superauerũt,ampliorẽ,dulciorem,
ac stabiliorẽ pacẽ sortiũtur. Et est mãsuetudo magna atq; amabilis virtus, reddit q; hominẽ
nõ solum deo,sed cũctis quoq; hominibus diligibilem,queadmodũ ait scriptura. Fili,in mã Eccle.3.
suetudine opera tua fac,& sup hominũ gloriã diligeris, Dionysius quoq; mansuetudinem Diony.in
vehemẽter cõmẽdat,affirmãs, Moysen & Ioseph ac Dauid, aliosq; nõnullos idcirco maxi- epist.ad
mam gratiã apud dñm inuenisse,qm mansueti erant. Si ergo desideramus perfrui pace Chri Demop.
B sti, audiamus & impleamus exhortationem, imo præceptum eius quo ait: Discite à me, monachũ.
quia mitis sum & humilis corde. Vnde in vitas patrum scriptum est. ꝙ iracundus quàmuis Mat.11.
mortuos suscitet,deo tamen non placet. Et iterũ. Sicut fumus expellit hospitem,sic ira ex-
12 " pellit à corde spiritum sanctum. ¶Obseruabit peccator iustũ, ⌋ hoc est, opera eius explo
" rabit intentiõe nocẽdi, ⌊ & stridebit sup eũ dentibus suis ⌋ ex crudelitate animi & furore.
13 " ¶Dñs aũt irridebit eũ, ⌋ id ẽ,cõfusione dignũ ostendet, sicut in psalmo secũdo habetur.
" Qui habitat in cœlis irridebit eos,quod illic plenius ptractatũ est, ⌊ qm prospicit ꝙ veniet
" dies eius. ⌋ hoc est,ipse dñs nouit diẽ futuræ vltionis atq; iudicij, in q̃ peccator reddet quod Esaiæ.1.
meruit,in quo die implebitur quod ipse testatur. Heu ego cõsolabor sup hostibus meis,&
14 " vindicabor de inimicis meis. ¶Gladium euaginauerũt peccatores, ⌋ Est quidem gladius
linguæ,de quo inferius dicitur. Lingua eorũ gladius acutus. Hũc gladiũ euaginare est,id est,
verba comminatoria, pungitiua, fallacia, contumeliosa proferre. Alius q̃q; gladius,de quo Mat.28.
Christus Petro dixit. Conuerte gladiũ tuum in vaginam. Hũc gladiũ euaginare, est armis
" alium impetere,& vtrũq; gladium euaginauerũt peccatores, ⌊ intenderũt arcum suum, ⌋ .i.
" insidias,vel arcum materialem, ⌊ vt decipiant pauperem ⌋ hoc est, humilem & in tẽporali-
" bus indigentem ⌊ & inopem, ⌋ hoc est, aliorũ auxiliũ nõ habentem, ⌊ vt trucidẽt rectos cor-
" de, ⌋ hoc est, vt iustos corporaliter vel spũaliter occidant. Gladio oris atq; insidijs volũt de-
15 " cipere,gladio manus & arcu corporali volũt occidere. ¶Gladius eorũ intret, ⌋ id est, in-
" trabit ⌊ in corda ipsorũ. ⌋ Oĩs eñ q accepit gladiũ,gladio peribit. Nõ ꝙ gladius mate- Mat.28.
rialis ingredi possit mentẽ seu animã. Vel ꝙ omnes qui gladiũ accipiũt,gladio pereant,sicut
C nec latro cum Christo suspẽsus,nec Petrus. Sed ideo dicitur in corda euaginantium intrare
eosq; interimere,quoniã malitia eorũ, primo nocet eis & animas eorũ spiritualiter occidit,
quàm noceat alijs. Vnde quod ait saluator,qui acceperit gladium gladio peribit, aliud nihil
est,nisi quod vniuscuiusq; malignitas in propriũ caput redundat,& amplius nocet agenti q̃
patienti. Hoc modo gladius introiuit in corda tyrannorũ, & æternaliter eos occidit. Intra-
uit aũt in corpora martyrum,& eos in cœlestibus coronauit, ⌊ & arcus eorum confringat, ⌋
16 " hoc est, insidiæ eorum frustrentur effectu optato. ¶Melius ⌋ hoc est, vtilius, iocundius, &
" magis sufficiens, ⌊ est modicũ, ⌋ id ẽ,tantũ,quãtũ necessariũ est ⌊ iusto ⌋ q tẽporalia ad spũa
" lia ordinat ⌊ sup diuitias peccatorũ multas, ⌋ hoc est, q̃ multa bona tẽporalia, mobilia, imo
bilia, auaris & impijs. Iustus eñ dũ necessaria habet dño gratias agit, qescit, cõtentus est, &
spiritualiter pficit, peccatores vero auari nõ satiant diuitijs, nec omniũ largitori deo grati
sunt,atq; ab ipsis suis diuitijs demergunt in pfundũ inferni. Propterea scriptũ ẽ. Auaro nihil Eccle.10.
scelestius. Et rursus. Nihil est iniquius, quàm amare pecuniam. Hic eñ animam suam habet Esaiæ.5.
venalem. Et iterum. Væ q cõiungitis domũ ad domũ & agrũ agro copulatis. Nunquid ha-
17 " bitabitis vos soli in medio terræ? ¶Quoniã brachia peccatorũ cõterent, ⌋ i. fortitudo &
robur atq; diuitiæ impiorũ ad nihilũ deducentur, ita vt ad salutem nihil eis proficient, necà

N 2 morte

morte æterna eruent eos,└confirmat aũt iustos dominus┘per gratiã spiritus sancti, sicut 18
ait apostolus.Optimũ est gratia stabiliri cor. ¶Nouit dominus dies immaculatorum,┘
Heb.8 hoc est conuersationẽ eorũ,qui sine mortali peccato sibi deseruiunt,approbat,sicut ait apo- D
2.Tim.2 stolus.Firmũ fundamentũ dei stat habens signaculũ hoc, nouit dñs qui sunt eius,└ & hære-
ditas eorum in æternũ erit,┘id est,merces sanctorũ seu beatitudo quã à deo percipiẽt, tanq̃
Roma.8. hæreditariũ bonũ,nunq̃ finietur.Cum eñ iusti sint filij dei,sequtur, q̃ sint & hæredes, hære-
des qdem dei,cohæredes aũt Christi. ¶Non cõfundẽtur in tẽpore malo,┘ id ẽ, in seculo 19
Ephe.5. isto,de quo ait aplus, Redimentes tẽpus, qm̃ dies mali sunt. Vel in tpe malo,id est,in diebus
aduersitatis & tribulationis,sed tunc sperabunt in dño,& ipse proteget eos,ita vt in aduersis
Iacobi.1. lætẽtur, quẽadmodũ monet Iacobus in sua canonica. Oĩe gaudiũ existimate fratres mei cũ
in tẽtationes varias incideritis, └ & in diebus famis saturabunt┘. Duplex est fames. Vna est
corpis,quo cibus & potus appetuntur,& in hac fame,seu tempore huiusmodi charistiæ sa-
turabuntur iusti,quoniam dominus eis de necessarijs prouidebit,quẽadmodũ Chrũs in euã-
Matt.5. gelio repromittit. Alia est fames mẽtis, de quo dñs dicit. Ecce ego mittã famem in terra, nõ
Amos.8. famem panis neq; sitim aquæ,sed audiẽdi verbũ dei,& in huius famis diebus saturãtur iusti à
deo spirituali pinguedine,atq; multiplici gratia spiritus sancti sicut pdictũ ẽ. Inquirẽtes aũt
Matt.5. dominum non minuentur omni bono. Et in Euãgelio Christus. Beati(inquit) qui esuriunt
& sitiunt iustitiã, quoniam ipsi saturabuntur,└quia peccatores peribunt┘ hoc est, signũ eius
quod dictũ est, scilicet q̃ iusti non cõfundẽtur in tempore malo,&c. est,q̃ peccatores peri-
Mat.25. bunt, id est, propter suã ingratitudinẽ cõfundẽtur, psertim dũ audient, ite maledicti in ignẽ E
æternũ. ¶Inimici vero domini mox honorificati fuerint & exaltati┘id est, dũ rebelles & 20
impij, in psenti vita honorẽ, famã, & dignitatem, aut dominationẽ adepti fuerint,└ defici-
entes quẽadmodũ fumus deficient┘, hoc est, tã repẽte marcescere incipiẽt & incessanter de-
ficiẽt, quẽadmodũ deficit fumus, qui est euaporatio velociter trãsiẽs. Hoc est quod ait scri-
Iacobi.4 ptura. Quæ est vita vestra? Vapor est ad modicũ parẽs, & deinceps exterminabit. ¶Mu 21
tuabitur peccator┘ hoc est, multa talenta à domino recipiet, sc; dona naturalia atq; gratui-
ta, & quicqd est & habet, à deo p modũ talẽti recepit, vt tpe debito rationẽ de oĩbus red-
dat, & interim illis bene vtatur ad gloriã dei propriamq; salutẽ, quẽadmodum Christus in
Luc.19. Euãgelio iubet. Negotiamini dũ venio,└& nõ solũ┘, hoc est, deo gratus nõ erit, nec ratio-
nem dare valebit, quoniã donis dei abutitur └iustus autem miseretur & tribuet ┘ id est, ani-
mo indigẽtibus condolet, eisq; pro posse succurrit, prout saluator noster hortatur. Oĩi pe-
tenti te tribue. Viscera vero impiorum crudelia. Et tu ergo o frater deiformem proprieta-
Matt.4 tem assume, quatenus sicut deo propriũ est misereri, & sicut ipse dat oĩbus affluẽter, ita & tu
omni indigẽti cõpatiaris, & pro possibilitate tua adiutoriũ præbeas. Hinc nãq; scriptũ est.
Tobi.4 Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multũ habueris, abundãter tribue, si vero paucũ,
modicum libenter impartire. Hæc autẽ oĩa agit iustus ad laudem & gloriã dei. ¶Quia 22
benedicentes ei┘ hoc est, qui ore & opere domino grãs agunt & laudes offerunt └ hæredi
tabunt terrã┘ sicut nunc sæpe expositũ ẽ,└ maledicẽtes autem ei,┘ videlicet infideles, ob-
stinati, blasphemi,└disperibunt┘quoniam æternaliter damnabuntur, quemadmodum in-
Apoca.2. ducitur. Timidis & incredulis, & execratis & oĩbus mendacibus, pars illorum erit in sta- F
gno ardẽti igne & sulphure, quod est mors secunda. ¶Apud dominum ┘id est, corã do- 23
mino, & in cõspectu ac bñplacito eius └gressus hominis┘rationabiliter conuersantis, id est,
vita seu actio iusti └dirigetur ┘qm̃ ratio hominis illuminata fide, & grã spiritus sancti, diri-
git opa sua secũdum diuinæ legis tenorem, seu iuxta præcepta atq; cõsilia Christi. Hoc mo-
4.Reg.3 do gressus suos direxerũt Helias & Heliseus, qui loquuntur. Viuit dominus, in cuius conspe
Gene.17. ctu sto hodie. Vnde & Abrahæ dominus dixit, Ambula coram me, & esto perfectus,└& viã
Gene.14. eius ┘hoc est, operationem iusti └ volet┘ hoc est, approbabit, præmiabitq; dominus, quẽ-
admodũ ait Abrahæ deus. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. ¶Cũ ce- 24
ciderit non collidetur┘hoc est, cũ iustus ex humana fragilitate peccauerit & grãm dei ami-
serit, nõ collidetur, id est, non penitus peribit in anima, nec pseuerabit in malo, └ qa domi-
nus supponit manũ suã ┘ hoc est, per misericordiam suã sustentat & erigit eũ, præbẽs ei ali-
quã occassionem per quã se aptat ad grãm, quo facto, dominus grãm ei infundit: Quẽadmo
dũ patet in Petro, & Dauid. ¶Iunior fui┘ quàm nũc sum,└etem senui,┘ sicut iã patet in 25
me,└& nõ vidi iustum derelictum ┘à deo finaliter, quod de iusto pdestinato intelligendum
est,└nec semen eius quærens panẽ.┘ Hoc literaliter de filijs carnis, & pane ventris exponi
non potest, quoniam sicut in Genesi legitur. Filij Iacob bis descenderũt in Egyptũ, vt eme-
Gene.24. rent escas ne morerẽtur. Et apostolus inter alia sua incommoda annumerat famem & sitim.
2.Cor.11 Quid ergo per semen, nisi imitatores iusti intelliguntur, qui spiritualiter generãtur ab ipso,
Galat.4. sequendo doctrinã, vitã, & mores ipsius, prout dicit apostolus. Filioli mei, quos iterum par-
turio, donec formetur Christus in vobis? Hoc ergo semen non quærit panẽ, id est gratiam

atq;

atq; iustitiam dei, tanquàm aliud extra se & tanq̄ careant pane isto, cum dictũ sit, nihil deest
A timentibus, quærunt tamen vt magis abundent. Vel sic, nec semen eius quærẽs panẽ, hoc ẽ,
26 non vidi opera iusti priuari mercede. ¶ Tota die ⌋ hoc est, om̃i hora conuenienti ac debi
ta, iustus ⌊ miseretur & commodat ⌋ hoc est, compatitur & succurrit proximis suis, ⌊ & se-
men illius in benedictione erit ⌋ hoc est, opera eius benedicta erunt à deo. Imitatores quoq;
ipsius benedicentur à deo, in præsenti p gratiam & profectum, in futuro autem per gloriam
& quietem, secundum quod scriptũ est. Benedictio dñi super caput iusti, ideo dedit illi hæ-
27 reditatem. ¶ Declina à malo ⌋ .i. à peccatis recede p pœnitẽtiã, ⌊ & fac bonũ ⌋ id ẽ, opare Matt. 3.
virtutes. Nõ em̃ sufficit à malo recedere, sed oportet etiã facere bona, qm̃ om̃is arbor, quæ
nõ facit fructũ bonũ excidet, & in ignẽ mittet, ⌊ & inhabita in seculũ seculi ⌋ .i. vsq; in finem
28 perseuera in fide & vnitate ac obuia sanctæ matris ecclesiæ. ¶ Quia dñs amat iudiciũ ⌋ dis-
cretionis, quo quilibet discernit & iudicat semetipsum, ⌊ & nõ derelinquet sanctos suos ⌋ .i.
electos ⌊ in æternũ cõseruabuntur ⌋ in amore & gratia dei. Nã hic tẽporaliter cõseruantur,
donec vitã in bono finiant, ac p hoc cõfirment in bono, quoniam qui in gratia moritur, sta-
tim in bono cõfirmat, & ĩ tali statu anima æternaliter manet, in quali à corpore suo discef-
29 sit, quemadmodum Salomon ait. Vbicũq; ceciderit lignũ, ibi erit. ¶ Iniusti punientur, ⌋
in præsenti remorsu conscientiæ & priuatione charitatis ac gratiæ, in futuro aũt igne æter- Eccle. 11
no ⌊ & semen impioꝝ peribit ⌋ hoc est, operatio eoꝝ ac sectatores vitæ ipsoꝝ æternaliter
30 damnabũtur. ¶ Iusti aũt ⌋ qui perseuerãt in bono, ⌊ hæreditabũt terrã ⌋ viuẽtiũ, sicut do-
minus ait. Esto fidelis vsq; ad mortẽ, & dabo tibi coronã vitæ ⌊ & ĩ habitabũt in seculũ secu Apoca. 2.
li super eam ⌋ hoc est, fine fine manebunt in regno cœlorum, secundũ q saluator promittit.
B Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in Apoca. 3.
31 throno eius. ¶ Os iusti ⌋ id est, intellectus eius, quo interius verbũ profertur, ⌊ meditabi-
tur sapientiã ⌋ .i. diuinoꝝ cõtemplationẽ cũ saporosa affectus dulcedine ruminabit, specu-
lando cœlestia, sicut ait apostolus. Nos aũt reuelata facie gloriã dñi speculantes. Vel sic. Os 2. Cor. 3.
corporale, iusti, meditabitur, hoc est, ex interiori meditatione loquetur. Vel, meditabit, nõ Titum. 1.
cogitãdo sed agẽdo, sicut de quibusdã scriptum est. Dicũt se nosse deũ, factis autem negant,
⌊ & lingua eius loquet iudiciũ ⌋ hoc est, discretionẽ seu distinctionẽ inter verum & falsum,
bonũ & malũ, docens & affirmãs bona esse, quæ deo placent, mala autem, quæ displicent ei. Prouer. 8.
Hoc est q Salomon ait: Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabunt ini-
32 quum. ¶ Lex dei eius in corde ipsius ⌋ hoc est, lex diuina est in memoria iusti vt impleat
eam, sicut prædictum est. Et in lege ipsius meditabitur die ac nocte, ⌊ & non supplantabunt Psalm. 1.
gressus eius ⌋ hoc est, operationes iusti nõ subuertentur nec præmio priuabuntur, imò si for
te ad tempus errauerit iustus electus, & opera eius bona mortificata fuerint per peccatum,
dominus cito conuertet eum ad se, & gratiam reddet, sicq; opera dudum mortificata viua fi
ent, & non supplantabuntur & conculcabuntur, neq; finaliter extinguentur per aliquem.
33 ¶ Considerat peccator istum ⌋ non vt imitetur, sed aduersetur, ideo subdit, ⌊ & q̃rit mor
tificare eũ ⌋ vel corpus occidendo, vel animam ad peccandum alliciendo, vel varijs tribula-
tionibus ipsum iustum afficiendo, ita vt nonnunquàm tædeat eũ vitæ suæ, quẽadmodũ ait
34 apostolus supra modũ generati sumus, ita vt tæderet nos viuere. ¶ Dominus autem non 2. Cor. 1.
derelinquet eum in manibus eius, ⌋ hoc est, non permittet iustũ finaliter opprimi violenta
potestate iniqui, q̃uis ad tempus definat eum affligi. Nam post hanc vitam tẽporalem, æter-
C naliter eum eripiet ab omni angustia, nec in præsenti vita derelinquit eum penitus in manus
impij, quoniã licet impius possit corpus eius violenter vexare, nõ tamen potest animam ei⁹
ad vitia cogere, vel à via iustitiæ flectere, sicut ait de sanctis Gregorius. Occidi possunt & fle
cti nequeunt, idcirco sunt iudicante robustiores, & occidente fortiores ⌊ nec damnabit eum
cum iudicabitur illi. ⌋ id est, in die quo dñs proferet iudicium remunerationis, illi .s. iusto ad
gloriam eius, vel illi, id est, peccatori ad pœnam, tunc non damnabit iustũ, sed saluabit eum.
Iustis enim in die iudicij dicturus est Christus. Venite benedicti patris mei percipite regnũ, Mat. 25.
quod vobis paratum est ab origine mundi. Vnde & Abraham ait ad dominum. Nũquid p- Gene. 18.
des iustum cum impio? Non est hoc tuum, qui iudicas omnem terrã. Quoniam ergo ita est
35 ¶ Expecta dñm & custodi viam eius. ⌋ Hoc est quod circa principium psalmi istius dictũ
atq; expositũ est, spera in domino & fac bonitatem. Nil em̃ aliud est deum expectare quàm
in ipso sperare, quoniam spes est expectatio futuræ fœlicitatis, ⌊ & exaltabit te, ⌋ deus qui
humiles exaltat ⌊ vt hæreditate capias terrã ⌋ .i. in æternũ possideas regnũ cœloꝝ ⌊ cũ peri-
erint peccatores videbis ⌋ quoniam in præsenti vita videbis eos arescere, & in extremo iu-
36 dicio aspicies eos in infernum humo opertos descendere. ¶ Vidi impium supexaltatũ ⌋ .i.
vltra mẽsuram, sublimatũ, dignitate, honore, potestate, gloria, atq; diuitijs, ⌊ & eleuatũ ⌋
in istis ⌊ sicut cedros libani ⌋ hoc est, tam eminenter alios excellere in tẽporalibus, prospe-
ritatis candore & sublimitate, quantũ cedri libani .i. ardores crescentes in mõte qui libanus

 appella-

appellatur, alias arbores excellunt in decore ac situ. Libanus enim candidatio interpretatur. D
Propterea impij qui temporaliter prosperātur ac florēt, cedris libani comparantur, quoni
am sicut cedri tales à vento impelluntur ac deijciuntur, sic impij omni flatu vanitatis & im-
petu passionum circumferuntur atq; labuntur. ¶⌊Et transiui⌋ hoc est, vitam protraxi, ani » 37
mo omnia plustraui, à terrenis ad cœlestia mentem erexi ⌊& ecce non erat⌋ hoc est, impius »
Sapiæ.2 iam defecit, quia non diu durat gloria eius, quemadmodū Sapiens dicit. Vmbræ trāsitus est
tempus nostrum, ⌊& quæsiui eum⌋ hoc est, inquisiui vbinam esset. Vel quęsiui eum⌋ id est, »
conditionem & proprietatem eius scrutatus sum, apud me considerando quanta esset vani-
tas eius, ⌊& non est inuentus locus eius.⌋ Hoc est quod pauloante asseruit, quærens locū e- »
Sapiæ.5 ius & non inuenies, quod illic expositū est. Et hoc est quod Sapiens commemorat. Spes im-
pij est tanquàm lanugo, quæ à vento tollitur, & tanq̄ spuma gratilis, & tanq̄ memoria hospi
tis vnius diei. ¶⌊Custodi innocentiam⌋ id est, ab omni malo declina, ⌊& vide æquitatē,⌋ » 38
hoc est, considera & considerando operare iustitiam. Hoc est quod in actibus apostolorum
Actoꝝ.18 scriptū est, quia docebat eos Paulus de cōtinētia & iustitia ⌊qm̄ sunt reliquiæ homini pacifi- »
co⌋ i. magna bona restāt & ī cœlis parata sunt amātibus seu faciētibus pacē vł in ꝓprio cor- »
Matt.5. de, vel inter alios, quēadmodū Christus testat. Beati pacifici, qm̄ filij dei vocabūtur. Vel sic,
quoniam sunt reliquiæ homini pacifico, id est, innocentia & æquitas appropriantur, debē-
tur, ac conseruantur pacificis, qui omnia transitoria spernūt, quatenus in vera pace deo ad-
hæreant. Dum em̄ omnia exteriora atq; caduca amittūt, tūc innocentia & æquitas remanēt
eis. Cum em̄ pacem integro corde desiderent, nulli nocumētum inferunt, nec alicuius bona
apud se retinent, sed paci seruandæ totaliter vacant. Innocētia quippe disponit ad pacē, iu-
Esaiæ.32 stia vero eam custodit, qm̄ tollit obstacula pacis. Propterea scriptum est. Erit opus iustitiæ, E
pax & cultus iustitiæ, silentium & securitas, vsq; in sempiternū, & sedebit populus meus in
pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requiæ opulenta. Veruntamen quoniā
Psal. 118. directe ac proprie pax est charitatis effectus, quoniam charitas parit concordiam. Propter
quod infra habetur, pax multa diligentibus nomen tuum. Dicitur tamen pax opus iustitiæ,
in quantum iustitia aufert impedimenta pacis. ¶⌊Iniusti autem disperibunt,⌋ quoniam » 39
Job.4. æternaliter miseri erunt. Hinc enim scribit. Recordare obsecro te, quis vnquàm innocēs pe
rijt, quin potius vidi iniquos domino flante perisse, ⌊simul reliquiæ impioꝝ interibūt,⌋ i. »
semen eoꝝ, opera eoꝝ, imitatores eoꝝ, gloria atq; memoria ipsoꝝ, à domino reprobabū-
Job.7. tur, à sanctis derelinquentur, & ab omni beato esse deficient, sicut scriptū est. Sicut consumi-
tur nubes & pertransit, sic qui descendit ad inferos non ascendet. Et hoc est quod in sequēti-
bus dicitur. Quoniam cum transierit, non sumet omnia. ¶⌊Salus autem iustorum à domi- » 40
no⌋ hoc est, quicquid perfectionis & gratiæ habent in mente & corpore, à deo profluxit & »
1.Cor.4. datum est. Quid enim habes, quod non accepisti? ⌊& protector eoꝝ⌋ hoc est, iustorū est »
dominus, ⌊in tēpore tribulationis.⌋ tentationis, infirmitatis ac mortis. ¶⌊Et adiuuabit » 41
eos dominus⌋ confortando naturalem virtutē auxilio gratiæ ⌊& liberabit eos⌋ à vinculis »
vitioꝝ, ⌊& eruet eos à peccatoribus⌋ hoc ē, à tentationibus atq; molestijs hominū impio- »
rum, ac dæmonū, ⌊& saluabit eos⌋ in regno cœloꝝ, post huius seculi cursum atq; exilium, »
sed quibus meritis subdit, ⌊quia sperauerunt in eo⌋ hoc est, om̄e bonū ab eius misericordia »
expectauerūt, nil proprijs viribus asscripserūt, sed tota mente in deo confisi sunt, faciētes ni
hilominus quod in se fuit, quia spes vera, salubris, & perfecta, est certa expectatio futurę bea
titudinis ex misericordia dei & proprijs meritis nascens, idcirco actus spei formatæ ex cha-
ritate procedit. Hæc quoq; diffinitio potius datur de actu quàm de habitu spei, quoniā spes F
secundum se, est habitus infusus non adeptus, neq; causatus proprijs meritis. Sed quoniam
Eccle.9 nullus scit sine speciali reuelatione, an sit dignus amore, quomodo potest homo habere cer
tam expectationē fœlicitatis futuræ? Sciendum ergo, quòd spes principalius innititur mise
ricordiæ dei quàm proprijs meritis. Certitudo igitur conuenit spei, quantum ad hoc quod
diuinæ misericordiæ innititur, certū est enim ꝙ defectus salutis non erit ex parte misericor-
diæ dei, non autem conuenit certitudo spei ex parte propriorum meritoꝝ, nisi forte qs sci-
ret se confirmatum in gratia, sicut erant apostoli post aduentum paracleti. Itaq; dn̄s saluabit
Hiere.39 iustos, quia sperauerunt in eo, quemadmodum ipsemet testatur. Eruens liberabo te, & erit
tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait dn̄s. Ecce q̄ moralis & consolato-
rius est psalmus iste, quē decet nos diligenter aduertere, vt discamus cuncta transitoria par-
uipendere, & sola cœlestia semp mansura, feruenter optare.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XXXVII.

¶Argumentum.

¶Titulus. Psalmus Dauid in commemoratiōe siue in rememoratione die sabbati. Est au-
tem hic psalmus iuxta mētem multorum, oratio quædam hominis pœnitētis, qui suas mise-
rias agnoscens, efflagitat misericordiam dei, eo potissimū, ꝙ etiam ab amicis exprobratio-
nes & con-

A nes & confusiones patiatur, quare haud immerito nobis peccatum semper deflendũ est. Primo itaq; implorat dei misericordiã, atq; deinde recenset suas miserias, ibi. Putruerunt, post hoc pro spe exauditionis pollicetur emẽdã, ibi. Quoniã in te speraui. Postremo vero exultabundus precatur diuinam misericordiam, ibi. Ne derelinquas. Author exponit eum vnico cõmentario de peccatore pœnitentiã agente.

¶Expositio tituli.

¶Porro titulus psalmi istius est, psalmus Dauid In rememoratione sabbati. Sabbatum requiem æternitatis significat, quã peccando amittimus, atq; peccata cõmissa pœnitentialiter recolendo recuperamus. Est igitur tituli sensus, psalmus Dauid, hoc est, psalmus iste ascribitur Dauid tanq̃ authori, & hic in persona pœnitentis loquenti in rememoratione sabbati hoc est, pro commemoratione & indulgentia peccatorum, quæ commemoratio assumitur desiderio veniendi ad requiem beatorum, & ad eam finaliter ordinatur. Loquẽs ergo propheta Dauid in persona cuiuslibet magni peccatoris, cordialiter pœnitentis, ait:

¶Expositio psalmi literalis.

1 DOmine ne in furore tuo arguas me.⌋ Versus iste in exordio sexti psalmi dili-
2 genter expositus est, ideo lectorem illuc remitto. ¶Quoniam sagittæ tuæ
infixæ sunt mihi⌋ hoc est, idcirco precor non argui in furore tuo, quoniam sa
gittæ tuæ, hoc est, vindictæ seu pœnæ quas pro peccatis infers, infixæ sunt
mihi, id est, profunde penetrant me. Quemadmodũ enim originalis iustitia,
erat quoddam retinaculum animæ, quo caro spiritui, sensitiua pars rationi, &
B ratio deo in oĩbus subdita fuit, sic pœnæ pro huius iustitiæ amissione inflictæ, totum occu
pant hominem, quoniã corpus infirmitatibus necessitatiq; mortis subiacet, sensitiua pars a-
nimæ inordinatissimis passionibus & concupiscentijs vitiosis impletur. Intellectiua quoque
portio animæ ignorantia, instabilitate, & malitia vulneratur. Nam ignorãtia est in ratione,
instabilitas in memoria. Malitia vero in voluntate. Omnia autem hæc mala, sunt sagittæ hu
mano generi inflictæ, propter originale peccatum, & istud est graue iugũ, quod teste scri- Eccle. 4.
ptura. Inductum est super omnes filios Adæ, à die natiuitatis eoꝝ, vsq; in diem mortis ipso-
rum. Sunt autem & aliæ sagittæ, quæ pro actualibus peccatis singulis infliguntur, sicut cõ-
minatio dei, timor iudicij, remorsus cõscientiæ, dolor de culpis præteritis, aduersitates, dis-
fortunia, suspensio consolationis & gratiæ dei, ac alia multa præsentis vitæ flagella, de qui-
bus sanctus Iob ait: Sagittæ domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum, Job. 6
& terrores domini militant contra me. Et Ecclesiastes. Cuncti dies hominis doloribus & Eccle. 2
ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente quiescit. Et denuo. Peccatori (inquit) dedit deus
afflictionem & curam superfluã, ⌊& confirmasti⌋ o domine ⌊super me manum tuam.⌋
hoc est, prædictas sagittas ac pœnas fortiter inprimis mihi, & continuas eas in me vsque ad
C mortem, vt patet de pænalitatibus corporis, sicut sunt fames, sitis, & cętera ineuitabilia ma-
3 la. ¶Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ⌋ hoc est, non est in corpore meo sanitas,
stabilis, integra, & perfecta, propter animaduersionẽ seu aspectum tuæ iustitiæ, quæ pecca
ta mea considerat atq; prædictis sagittis ea vlciscitur, implens carnem morbis ac alijs pœ-
nis diuersis. Hæc autem tormenta debemus patienter sufferre, quatenus vitia nostra purgẽ- Mich. 8.
tur, quemadmodum in scriptura habetur. Iram domini portabo, quia peccaui ei, donec iu- Hiere. 10
dicet causam meam. Et iterum. Dixi plane hæc infirmitas mea, & portabo illam, ⌊non est
pax ossibus meis à facie peccatorum meoꝝ.⌋ hoc est, prędictæ vindictę diuinæ iustitiæ vsq;
ad interiora carnis meæ pertingunt, & eius ossa perturbant atq; affligunt. Nã carnes & ossa
morbis & pœnis torquentur, sicq; totũ corpus pœnis afficitur, à facie peccatoꝝ meoꝝ, id ẽ
propter peccata quæ me conterunt, & de quibus mihi conscius sum. Vel sic, Non est sanitas
in carne mea, id ẽ, ego carnem meã in pœnitentiali labore ita afflixi, à facie iræ, id est, pro-
pter consideratiõe tuæ iustitiæ, quã pensaui mihi terribiliter imminere, qa nõ est in ea sani
tas derelicta, sed abstinentijs, oratõibus, disciplinis, seu actibus atq; vigilijs attenuata, exhau
staq; est, non est pax ossibus meis, id est, ossa quoq; corporis mei pelle & carne quasi nudata
sunt, propter laborẽ quẽ assumpsi, à facie peccatoꝝ meoꝝ .i. ex consideratione offensionũ
4 meaꝝ in te. Et merito tam dure affixi me. ¶Quoniã iniquitates meæ supergressæ sunt ca
put meũ⌋ .i. vitia & cõcupiscentiæ meæ excæcauerũt, vicerũt & oppresserũt lumen ratio-
nis meæ, & captiuus ductus sum in legẽ peccati, sicut Daniel dicit. Species decepit te, & cõ- Daniel. 13
cupiscentia subuertit cor tuũ. Quo cõtra Paulus ait: Noli vinci à malo. Et iteꝝ. Non regnet Roma. 12
peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. Neque exhibeatis Roma. 6.
membra vestra arma iniquitatis peccato, ⌊& sicut onus graue grauatæ sunt super me⌋ hoc
est, per consuetudinem malam & negligentiam seu obstinationem, multæ & magnæ factæ
sunt iniquitates meæ, & tam grauiter trahunt affectum meum ad inferiora & vilia appe-
tenda, sicut pondus trahit corpus leue ne ascendat. Peccata ergo nostra à cœlestium nos

contemplatiōe impediunt, rationis iudiciū opprimūt, ad alia quoq; vitia suo pondere nos D
inclinant, & tandem in inferis animā non pœnitētem demergunt. Propter quod Hieremi
Hiere. 5. as ait: Peccata vestra prohibuerūt bonum à vobis. ¶ Putruerūt & corruptæ sunt cicatri » 5
ces meæ ⌋ id ē, reliquiæ seu sanationes culparū mearum redactę sunt ad pristinū languorem »
peccati, quoniā vitia per pœnitentiam mihi indulta reiteraui, & priorem animæ morbum
incurri. Putrefactio aūt ad corruptionē disponit, & cogitatio seu cōsensus ad opus. Dum er
go in peccata præterita iterum cōsentimus, cicatrices animæ nostræ putrefiunt. Dum vero
ad opus procedimus, tunc penitus corrumpuntur, ⌊ à facie insipientiæ meæ ⌋ .i. recidiuatio »
ista peccati contigit mihi ex insipientia mea, videlicet quōd nō pensaui q̄ periculosum, mor-
Eccle. 3. tiferū, atq; ingratum est addere malū malo, & iterum vinculis pristinis irretiri, quēadmodū
Eccle. 5. scriptū est. Peccator adijciet ad peccatū. Quo cōtra scriptum est. Fili, ne adijcias peccatum
sup peccatū & dicas, miseratio dñi magna est. Nā secūdum multitudinē misericordiæ eius,
sic & multitudo iræ illius. ¶ Miser factus sum ⌋ .i. peccādo gratiā pdidi, & omnibus spi- » 6
ritualibus bonis priuatus sum, atq; euāgelicas octo beatitudines amisi, ⌊ & curuatus sum ⌋ .i. »
Matt. 5. à rectitudine iustitiæ obliquatus sum, & viam veritatis reliqui ⌊ vsq; in finem ⌋ hoc est, vsq; »
ad cōsensum mortalis peccati, q̄d est mors animæ & finis spiritualis vitæ præhabitæ. Vel sic
Miser factus sum, id est, meipsum miserū esse cognoui & humiliaui spiritum meū, qui se in
malis putauit beatum, & curuatus sum vsq; in finem, hoc est, iugo dei supposui humerū me-
um, & cœpi portare onus Christi & crucem ipsius vsq; in finem, id est, pseueranter. Vel ad
hoc q̄ deū, qui est omniū vltimus finis, acqram. Ista curuitas bona est. Nam de ea scriptum
Baruc. 2. est. Anima quæ incedit curua, dat gloriam tibi domine, ⌊ tota die cōtristatus ingrediebar ⌋ »
2. Cor. 7. hoc est, propter peccata mea indesinēter tristabar bona tristitia, de qua ait apostolus. Quæ
Eccles. 7 secūdum deū est tristitia, pœnitentiā stabilem operatur in salutē. Et Ecclesiastes. Cor sapi- E
entum vbi tristitia, & cor stultorū vbi lætitia. Dolor autē de peccatis in principio debet esse
magis frequens & quasi cōtinuus, sed in processu dū pœnitēs ad altiora profecerit, nō opor-
tet vt sit tam frequens atq; continuus, imò tunc debet se talis in actibus diuinæ charitatis &
sublimioribus exercitijs occupare, contemplando bonitatem diuinam & beneficia ac pro-
missa ipsius. Vicissim vero & maxime in principio sui actus debet seipsum humiliare, & pec
Prouer. 18 cata sua recolere, ac per hoc humilime ad deum accedere, ideo autem ait scriptura. Iustus in
principio accusator est sui. ¶ Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus ⌋ hoc est, ego, » 7
in cuius lumbis viget motus luxuriæ, carnali voluptate pollutus sum, & delectatiōibus luxu-
riosis seductus. Dicuntur autem delectationes & actus luxuriæ illusiones, quoniam intelle-
ctum maxime obruunt hominemq; omnino decipiunt. Istud autem de gratia dei non con-
uenit omnibus, non enim competit eis qui corde & corpore virgines sunt. Sed Dauid q̄ cū
Eccle. 27. vxore Vriæ tantum peccauit. Salomon quoque de quo legitur. Inclinasti fœmora tua mu-
lieribus, & dedisti maculam in gloriam tuam. Cui ergo istud non conuenit, non vane glo-
rietur nec intumescat, sed gratias domino agat, & tanto ardentius quanto donum hoc ma-
1. Cor. 6. ius est, ⌊ & non est sanitas in carne mea. ⌋ nam vt ait apostolus, qui fornicatur, peccat in cor- »
pus suum. ¶ Afflictus sum ⌋ pro peccatis meis castigatione diuina, & pœnitētia salutari, » 8
⌊ & humiliatus sum nimis ⌋ hoc est, afflictiones has pro peccatis meis illatas humilime tole »
raui, imò irrationabilibus creaturis viliorem me reputaui, ⌊ rugiebam à gemitu cordis mei ⌋ »
hoc est, ex magnitudine interioris tristitiæ de peccatis, in exteriorem singultum & gemitū
Job 3. magnum prorupi, quemadmodum Iob dicit. Antequàm comedam suspiro, & quasi inundā
tis aquæ, sic rugitus meus. Ex his autem docemur, qualis esse debeat pœnitētia vera, videli- F
cet vt cordialissime compūgamur atq; totaliter ingemiscamus, flagellemur, & humiliemur.
¶ Domine ante te omne desideriū meū ⌋ id est, o dñe tu vides cor famuli tui, & omnē eius » 9
affectū cognoscis, & cernis quia nil aliud quæro, nisi te, ⌊ & gemitus meus à te nō est abscō- »
ditus ⌋ id est, tu cōspicis, q̄ nō seculariter tristor, nec propter tēporalia gemo, sed qui offen- »
di te. ¶ Cor meum cōturbatū est ⌋ id est, ratio mea vitijs deordinata est, & verā trāquilli- » 10
tatem amisit. Vel cor meum cōturbatū est conturbatione salubri & bona, videlicet ad pœni
tentiam, ad fletum, ad timorem futuri iudicij, & ad quandam admirationem ingratitudinis
meæ, ita vt considerando meipsum displicui mihi, & propter magnitudinem peruersitatis
meæ obstupui ⌊ dereliquit me virtus mea. ⌋ hoc est, naturalis potestas mea fuit mihi insuffi »
ciens ad salutem. Vel dereliquit me virtus mea, hoc est, spiritualem profectum, quem fui
adeptus, peccando amisi. Dereliquit me etiam ⌊ & lumen oculorum meorū ⌋ .i. gratia habi »
tualis & actualis illuminatio spirit' sancti, recessit à me qn̄ peccaui, ⌊ & ipsum nō est mecū, ⌋ »
id ē, lumen gratiæ nō est in me, q̄diu in peccatis pmaneo. Vel sic. Dereliquit me virtus mea,
id ē, pro peccatis meis cōdignā pœnitētiā facere non potui, & lumen oculorū meorum .i. gra
uitatē pctōrū meorū plene cōprehendere nō valui, propter enormitatē eorū. Quanto enī hō
copiosius illuminatur à spiritu sancto, tanto amplius pōderat, aggrauat, & abhorret scelera
propria

A propria, ita vt quæ alijs parua & pene nulla apparent, ipse grauissima reputet, & tali homi-
ni sapit hic psalmus nec alicui alteri, & ipsum non est mecū, id est, adhuc deficio in considera-
tione malitiæ meę nec capere possum quàm miser ac miserabilis factus sum, eo præsertim ꝙ Hiere. 2.
præterita mala reiteraui. Hinc enim scriptum est. Quàm vilis facta es nimis iterans vias tu-
as. Præterea, quæ sequuntur, ad perfectionem pertinent pœnitentis, & post conuersionem
11 atq; inchoatam pœnitentiam sibi conueniunt. ¶ Amici mei & proximi mei⌋ hoc est, qui
aliquando erant fautores mei, quando videlicet consensi voluntati eorum, seculariter cōuer-
sando, & mundi delitias, atq; honores amando, ⌊aduersum me appropinquauerūt & stete-
runt⌋ id est, post conuersionem meam aduersati sunt mihi & in malitia perseuerauerūt cō-
tra me, eo quòd vita mea dissimilis sit vitæ eorū, & ea relinquam ac reprobem, quæ ipsi quæ-
runt & approbant. Et hoc est quod Christus talibus in Euāgelio ait: Trademini à parenti- Luc. 21
12 bus & propinquis & amicis, & morte afficient ex vobis. ¶ Et qui iuxta me erant,⌋ tēpore
prosperitatis meæ ⌊de longe steterunt⌋ hoc est, mente auersi sunt à me, quādo flagellis pœ
nitentiæ conteror, varijsq; aduersitatibus patienter affligor. Istud in sancto Iob euidentissi-
me patet. Vnde & in Ecclesiastico habetur. Si possides amicū, in tentatione posside eū, & ne
facile credas ei teipsum. Est em̄ amicus secundum tempus suum, & non permanet in die tri-
bulationis ⌊& vim faciebant⌋ hoc est, violentiā mihi intulerūt ⌊qui quærebant animā me- Eccle. 6.
am.⌋ id est, qui conabātur me à deo auertere, & rursus ad mundanā conuersationem allice-
13 re. Vel q̄a conati sunt vitā meā extinguere, eo ꝙ noluerim eis acquiescere. ¶ Et qui inqui-
rebāt mala⌋ hoc ē, qui mūdum & ea quæ in mūdo sunt, diligūt. Vel q̄ consilia deceptoria ex-
cogitauerūt, ⌊mihi locuti sunt vanitates⌋.i. rationes inanes & psuasiones inutiles mihi ꝓ-
B posuerūt, quatenus ab arrepta pœnitētiæ semita me reuocarēt & pristinis me vanitatibꝰ im
plicarēt, ⌊& dolos tota die meditabant⌋.i. adulatiōibus, cōminatiōibus, & varijs fraudibus
nisi sunt fallere animā meā, videlicet vt tēporalē prosperitatē atq; mundanā fœlicitatē ap-
peteret. Istud aūt pōt pœnitēs & cōuersus cōtra dęmones dicere ab illo loco, ⌊& vim facie-
bant, &c.⌋ Nā & ipsi frequēter cū violēto q̄dā impetu tētāt nos, & gaudia mūdi sub magna
apparētia nobis ostendūt, vt ad eorū amorē inclinēt nos. Sed iam audiamus q̄d in tanta ꝑse-
14 cutione atq; molestia pœnitens fecit. ¶ Ego aūt tanq̄ surdus nō audiebam⌋.i. cōsensum
non præbui, vel me audire dissimulaui, vel omnino non audiui, quia auerti aurem meam &
abij ⌊& sicut mutus non aperiens os suum⌋ hoc est, nihil respondi, verbis contēdere nolui,
contumelias patienter & cum silentio toleraui, vana cōsilia & tentationes diaboli in tātum
contempsi atq; abhorrui, vt nec responsione digna ea putarem. Hāc aūt sententiam sequēs
15 versus clarius pandit. ¶ Et factus sum sicut homo non audiens⌋.i. tā æquanimiter verba
malignantiū passus sum, ac si mihi dicta nō essent, queādmodū surdus verbis irritari nō pōt
quæ non audit ⌊& non habēs in ore suo redargutiones,⌋.i. factus sum sicut homo qui argu
entem redarguere nescit, qui maledicentem non remaledicit, & stulto secūdum suā stultitiā
non respondet. Vnde scriptura hortatur. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam neq̄, Eccle. 28
& ori tuo facito hostia, & seras auribus tuis. Porro in his duobus versibus tangitur optimū
remedium ad vincendum tentationes spiritus blasphemiæ. Dæmon enim blasphemiæ me-
lius vinci non potest, nisi per hoc quòd omnino auertit se à cōsideratione suggestionis quā
patitur, non disputans neq; confabulans cum tentatione pestifera, neq; contristans seipsum
C propter impugnationem hm̄oi, sed ad alia fructuosa exercitium suū conuertēs, & spūalibus
viris tentationem suam manifeste aperiens. Hoc enim præsertim debilitat potestatem dia-
boli. Quidam vero ꝓpter verecundiam malam & inexperientiam talis tentationis, reuelare
nō audent quod sustinent, quod valde periculosum cōsistit. Verūtamen nō expedit cuicūq;
indifferēter tentationem talem reuelare, sed erudito atq; experto, qui nouit consolationem
protinus adhibere. Si ergo tentationem hanc sentis, dic ex corde prædictos versus, & rele-
uamen mox senties. Dæmon nanq; cum sit superbus, ferre non potest, ꝙ ita contemnitur,
& ergo recedit. Nihilominus (vt Cassianus docet) est quædam taciturnitas mala, qua aliqui
interdum plus turbant & concitant fratrem & proximum suum, q̄ si ei aperte resisterent, ta
lis enim taciturnitas, non ex humilitate, sed ex elatione & alterius paruipensione oritur, &
per duritiam cordis nutritur. Dum ergo potes proximum tuum dulci verbo sanare aut pie
instruere, noli tacere, si vero respondendo magis eum inflammes quàm mitiges, tace.
Hinc enim scriptum est. Est tacens non habens sensum loquendi, & est tacens, sciens tem- Eccle. 20.
16 pus aptum. ¶ Quoniam⌋ inter tot mala ⌊in te⌋ solo ⌊domino⌋, qui mutas tristitia in læ-
ta ⌊speraui⌋ propter te prædicta sustinendo & remedium à te expectando. Salutaris medi
cina est in malis sperare & non deficere. Ideo merito spei ⌊tu exaudies me dñe deus meus.⌋
Si ergo exaudiri desideras, spera in deo & quātū speras tm̄ impetrabis, si tn̄ instāter & digne
petieris, & in noīe Iesu, id ē, ea q̄ ad verā beatitudinem ptinēt. Beatitudo quippe est finis no-
ster, & ergo per se appetenda, sperāda, imploranda'q; est, cætera vero in ordine ad eam, &

nec magis

nec magis nec minus quàm ad beatitudinem adipiſcendam proficiunt. Ecce quàm fiducia le
verbum eſt hoc, tu exaudies me domine deus meus. Quid autem exaudiri deſiderat, ſubdit. D
¶Quia dixi ⌋ in oratione qua allocutus ſum te, ⌊ nequando ſupergaudeant mihi inimici 17
mei, ⌋ hoc eſt, nunquam ſuperflue gaudeant de ruina animæ meæ aut de victoria contra me,
homines malí ſeu dæmones, qui meo ſpiritali profectui inuident. Et hoc eſt q̃d ſcriptura di-
Eccle. 23. cit. Dñe pater & dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu & cõſilio eoꝝ, & inci-
dam in conſpectu aduerſarioꝝ meoꝝ & gaudeat inimicus meus, ⌊ & dũ commouentur pe-
des mei ⌋ hoc ẽ, dum deſideria mea & opera, q̃bus vel ad infernũ vel ad cœlũ incedo, à re-
ctitudine deflectuntur & deuiant ⌊ ſup me magna locuti ſunt ⌋ hoc eſt, magnifice iactaue-
Psal. 12 runt ſe, q̃a vicerunt me, & ex pſumptione gauiſi ſunt. Hoc eſt q̃d ſupius dixit. Qui tribulant
me, exultabũt ſi motus fuero. Ideo o dñe exaudies me. ¶Quoniã ego in flagella paratus ⌋ 18
hoc eſt virgã correptionis tuæ & pœnã pro culpa libẽter ſuſtineo, imò quicquid aduerſitatis
mihi contigerit pro culpis meis, vel pro gratia impetranda mihi accidere puto, propterea
omnia libentiſſime fero, ⌊ & dolor meus in conſpectu meo ſemp ⌋ hoc eſt, triſtitia quã me-
rito pro peccatis aſſumere debeo, omñi tẽpore conuenienti eſt in cõſideratione animæ meæ,
ita vt penſo quantũ mihi triſtandũ eſt ꝙ deũ meũ tam dire offendi. Et quod hoc ita ſit patet
ex eo. ¶Q̃m iniquitatẽ meã annuntiabo, accuſando me corã te, & cõfeſſionẽ faciẽdo vica- 19
rio tuo pbr̃o, ⌊ & cogitabo pro peccato meo ⌋ id ẽ, diligenter conſiderabo vt om̃ia peccata
Job. 13 mea recorder, cõfitear, veniã q̃ de eis obtineã. Vnde legitur. Vias meas in cõſpectu eius ar-
Prou. 27. guam, & ipſe erit ſaluator meus. Et alibi. Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur, qui aũt cõ-
feſſus fuerit & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur. ¶Inimici autem mei viuunt, ⌋ 20
nõ vita gratiæ, ſed naturæ & temporaliter florent, ⌊ & cõfirmati ſunt ſup me ⌋ hoc eſt, for-
tiores facti ſunt me, nec poſſum eis naturali potẽtia p̃ualere, om̃es eoꝝ moleſtias, tẽtationes E
Job. 6 & ſuggeſtiones vincẽdo, ſed gratiæ tuæ ope indigeo, ſicut Iob inducit. Ecce non eſt auxiliũ
mihi in me ⌊ & multiplicati ſunt q oderũt me inique. ⌋ i d eſt, hoſtes mei viſibiles atq; inuiſi-
biles multi ſunt, qui ex odio peſſimo quærũt puertere animã meam. ¶Qui retribuũt ma- 21
la pro bonis, ⌋ hoc eſt, ingrati, ⌊ detrahebant mihi ⌋ male interpretãdo opa mea, & crimina
quæ nõ cõmiſi mihi imponendo, ne alij ædificarentur p pœnitentiã meã & ſequerẽtur ve-
ſtigia mea. Vnde ſubiungitur, ⌊ quoniã ſequebar bonitatẽ. ⌋ hoc eſt, ex eo ꝙ receſſi à malo
& ſecutus ſum opa virtuoſa, moti ſunt inuidia & detrahebant mihi. ¶Ne derelinquas me 22
dñe deus meus, ⌋ id eſt, ne omnino deſeras me gratiã ſubtrahẽdo, ne diſceſſeris à me. ⌋ id ẽ,
elonges te à me quaſi incipiẽdo me derelinquere gratiã minorãdo, ſed ¶Intende in adiu- 23
torium meũ ⌋, hoc eſt, cõſidera, q̃bus indigeo & illa pie infunde, cõſerua, & pfice ⌊ dñe deus
ſalutis meæ ⌋, id eſt, deus in cuius poteſtate tota eſt fœlicitas mea, & q es obiectum cauſaq;
totius beatitudinis meæ. Deniq; locus iſte, q ad laudẽ pœnitẽtis ptinet, de Chriſto cõueni
enter exponitur, vt ſit ſenſus. Amici mei & proximi mei, id eſt, Iudæi, qui videbant eẽ ami-
ci mei, dicẽtes ſe diligere deũ & expectare filiũ eius Chriſtũ, qui erãt proximi mei, quoniam
ex ſemine Abrahæ nati erãt, ſicut & ego, aduerſum me appropinquauerũt & ſteterũt, quan-
do videlicet collegerũt conſiliũ q̃uo occiderẽt me, & q̃n corã Pilato clamabãt, tolle crucifi-
Mat. 26. ge eũ. Et qui iuxta me erãt, hoc eſt, qui aliq̃n erãt diſcipuli mei, ſed abierũt retrorſum dicen-
Johan. 10 tes. Durus eſt hic ſermo, de longe ſteterũt. i. omnino alienauerũt ſe à me, imò apoſtoli quoq; F
Johan. 6 qui ante paſſionẽ iuxta me erãt, quaſi parati mori mecũ, fugerunt à me, & vim faciebant qui
quærebant animã meam, id eſt, Iudæi atq; miniſtri Pilati, qui deſiderabãt occidere me, ma-
nus violentas iniecerũt in me cõprehendendo, ligando, colaphizando, pforando, & cruci-
figendo. Et qui inquirebãt mala, hoc eſt, Iudæi quærentes contra me aliquã occaſionem, mi
Matt. 22 hi locuti ſunt vanitates, id eſt, verba adulatoria, dicẽdo. Magiſter ſcimus, q̃a verax es, & viã
dei in veritate doces, & nõ eſt tibi cura de aliquo, & dolos tota die meditabãtur, cogitando
& inquirendo quomodo poſſent me capere in ſermone, & blandiendo ad hoc inducere, vt
magis dicerem ipſis placẽtia quàm iuſtitiæ cõſona. Ego aũt tanq̃ ſurdus nõ audiebam. Chri-
ſtus vt homo aure corporis non omnia audiuit, quæ dicebãtur aduerſus eum, multa tamen
præſens audiuit, ſed non audiſſe ſe aſſerit vana & mala, quæ ſibi dicebant Iudæi, quoniã om-
nia patientiſſime pertulit, & tanquàm ſurdus ad omnia diſſimulauit, & ſicut mutus non ape
riens os ſuum. Chriſtus enim in paſſione, nec Pilato, nec Herodi reſpondit, ita vt miraretur
Pilatus vehementer & diceret, mihi non loqueris? Et factus ſum ſicut homo non audiẽs. Nã
Mat. 27. vt Lucas ait. Herodes interrogauit Ieſum multis ſermonibus. Ieſus vero non reſpondit ei
Luce. 23. ad vllum verbum, & non habens in ore ſuo redargutiones, hóc eſt in paſſione ita me habui,
ſicut qui ſe non excuſant, nec alios accuſant, ſed penitus tacent. Propter quod Pilatus dixit.
Esaie. 53 Non audis q̃ta aduerſus te dicãt teſtimonia, nec reſpõdes quicq̃? Hoc de Chr̃o dictum eſt.
1. Petri. 2 Tanq̃ ouis ad occiſionẽ ducetur, & ſicut agnus coram tondẽte ſe, ſic obmuteſcet. Et Petrus
de Chriſto loquens, Cum pateretur (inq̃t) nõ cõminabatur, cũ malediceret nõ maledicebat.

A Quoniam in te domine, pater, speraui, secundum q̃ homo & aliq̃ modo viator, tu exaudies
quicquid ex deliberata ratione absolute petiero. Quia dixi in oratione, nequando supergau
deant mihi inimici mei. i. ne Iudæi, qui vsq; ad diem Pentecostes gaudēt de occisione mea,
quasi omnino extinctus sim & in inferno detētus, vltra hoc tempus non gaudeāt ita de me,
sed tunc per missionem paracleti, per prædicationem apostolo℞, per signa & prodigia ma-
gna clarifica nomen meum in conspectu eorum, & demonstra me resuscitatũ, glorificatũ,
& super cœlorum altitudinē eleuatũ, quatenus cõfundantur & contristentur qui supergau-
debāt mihi, & dum commouentur pedes mei, hoc est, dum clauis perforantur & cruci affi-
guntur, super me magna locuti sunt, improperando, ac blasphemando, atq; dicendo, euge
euge, quomodo rex Israel coronať. Quoniam ego in flagella paratus sum. Christus eñ pa- Mat. 26
ratissimus fuit ad patiendum omnia, quæ de ipso prophetata fuerunt. Propter quod patri Esaie. 50
dixit. Fiat voluntas tua. Et ipse testatur. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas
vellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuē tibus in me, & dolor me
us in conspectu meo semper, hoc est, passio quam pro mundo sustinui incessanter inest me-
moriæ meæ, vt eam patri offeram atq; merito eius hominibus semper succurram. Vnde a- Heb. 2
postolus. Debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret. Versum autem sequen-
tem Christus non dicit in propria persona, sed in persona membrorum suorum seu corpo-
ris mystici, scilicet. Quoniam iniquitatem meam annunciabo, &c. Inimici autem mei viuũt
hoc est, Iudæi tunc temporaliter viguerunt, & confirmati sunt super me, quantum ad hoc q̃
me occidere potuerunt, & multiplicati sunt, numero atq; malitia, non virtute & gratia, qui
B oderunt me inique, videlicet Iudæi, qui oderunt & me & patrem meum gratis, dicētes. Hic Joha. 15.
est hæres, venite occidamus eũ. Qui retribuebant mala pro bonis, hoc est, ingrati Iudæi, q-
bus multa beneficia præstiti docendo, miracula faciendo, detrahebant mihi, dicendo inter
se, seducit turbã, insanit, homo vorax, quoniam sequebar bonitatem, hoc est, quoniam iuste
in omnibus vixi, & vitia eorum non tacui. Vnde Christus dicit ingratis Iudæis. Popule me- Mich. 6.
us quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi, responde mihi. Ne derelinquas me domine deus
meus, hoc est corpus meum non deseras in sepulchro, sed tertio die viuifica illud. Ne discef-
feris à me, hoc est, animam in inferno non derelinquas vltra tertium diem. Intende in adiuto
rium meũ, id est, assiste & cooperare mihi vt sanctos omnes de lymbo inferni educam, atque
cum eis in cœlos conscendam, domine deus salutis meæ, hoc est, o deus trine & simplex, qui
es causa totius salutis meæ creatæ. Ecce quàm effectuosus est psalmus iste, & quàm præclare
instruit, qualem esse oporteat veraciter pœnitentem, videlicet vt peccata sua vehem[illegible]
exaggeret, humiliter referet, omnemq; pœnã pati paratus sit. Quoniam vero psalm[illegible]
est vnus psalmorum pœnitentialiũ, debemus specialiter laborare, vt eũ clare intelligamus,
(aliqualiter eñ obscurus est) & deuote legamus. Quidã eñ exponunt eũ ad literã de Dauid,
quæ expositio minus fructuosa videtur, q̃m non declarat, qualiter vnusquisq; in propria p-
sona eũ legere possit. Cassiodorus vero exponit eũ in psona Iob.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XXXVIII.

C ¶ Argumentum.

¶ Titulus: In finem, siue Victori, pro Idithum canticum Dauid. Agitur in hoc psalmo de
custodia oris seu linguæ, de contēnenda vanitate mundi & concupiscentiarũ eius, instruens
fideles, quatenus ad deũ cõfugiãt, & q̃uo iugiter orãdũ est, vt ante exitũ ab hoc seculo nobis
peccata dimittantur, vt tandē refrigerio futuræ beatitudinis perfrui possimus. Hinc in sum-
ma poterunt tres præcipue huius psalmi adsignari partes, in quarum priore hortať ad cauē-
da mala & appetēda bona, in altera autē ostendiť quàm vanus sit mundano℞ status, ibi: Ve-
runtamen in imagine. In vltima deniq; precatur assistētiã dei inter varios huius seculi casus,
ibi: Exaudi orationē. Author vnica ipsum expendit cõmentatione. De ecclesia aut homine
virtuoso, ad profectũ virtutis anhelante.

¶ Expositio tituli.

¶ Prænotatur interea psalmus iste hoc titulo. In finem canticũ Dauid pro idithum. Quē-
admodum scribitur, spiritus Dauid instituit cantores ducētos octoginta octo, vt canerent 1. Par. 25
in domo domini laudes diuinas in vicibus suis. Præfecit eis tres principales cãtores, vide- 1. Par. 16.
licet Asaph, Heman, & Idithũ. Fecit q̃q; Dauid psalmos, q ab aliis cãtoribus canerentur. Hic
ergo psalmus erat ab Idithũ, & sibi subiectis cãtandus. Idithũ vero interp̃tatur transiliēs eos
per quem designãtur fideles & veræ Israelitæ, nõ litera sed spũ, non carnis propagine, sed fi-
dei firmitate, q derelictis terrenis, ad cœlestia p contēplationē volant. Sensus igiť tituli est.
In finē canticũ Dauid. i. psalmus iste q diciť canticũ, q̃m spũalē lætitiã cõtinet, & de æterna
beatitudine agit, ascribiť Dauid tanq̃ authori, canticũ inquàm, dirigēs nos in Chr̃m, qui est Apoca. 1.
Alpha & ω, principium & finis, & factũ pro idithum, i. conueniens viro perfecto tēporalia Roma. 7.
transilienti, qui cum Apostolo dicere potest. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpe

 mortis

Philip. 3. mortis huius. Et iterū. Nostra conuersatio in cœlis est. In persona ergo ecclesiæ, seu hominis virtuosi ardenti desiderio proficere cupiētis, loquens propheta ait. D

¶Expositio psalmi literalis.



Ixi hoc est cōstanter proposui & corde ac ore asserui, custodiā vias meas hoc est, ab inordinatione & culpa præseruabo cogitationes meas, affectiões, & opera mea, quæ dicuntur viæ, quia per eas tendo ad terminū quēdā, videlicet ad fœlicitatē cœlestem, vel ad miseriā infernalē, vt nō delinquā in lingua mea id ē, ad hunc finē statui custodire vias meas, vt nō offendā in verbo sed in omnibus temperem labia mea. Ecce q̄ notabilis, sententiosus, & instructiuus est versus iste. Tria em̄ vtilissima tāguntur in eo. Primo tangit propositum bene accendi, dū ait, dixi. Secundo tangit ad quid bonū propositū tendere debeat, dū subiungit, custodiā vias meas. Tertio tangit in quo pfectionē suā quantū ad exteriora cōstituat, cū subdit, vt nō delinquā in lingua mea. Tu ergo si ad linguæ moderationē & ad verā perfectionem pertingere cupis, primo firmū fac tibi propositū in corde tuo feruēter proficiendi, & nunq̄ à lege diuina recedendi, quale erat propositū sancti Iob, dicētis. Donec deficiā, non recedā ab innocētia mea.

Iob. 27. Mat. 26 Hiere. 10 Roma. 9 Et Petri, qui dixit ad Chr̄m. Etiam si oportuerit me mori tecū, non te negabo. Sed vide ne in proponēdo innitaris proprijs viribus, sed gratiæ misericordissimæ creatoris humiliter innitaris, cōsiderans illud. Scio dn̄e, qa non hominis via eius, nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos. Illud quoq; apostoli. Nō volentis, neq; currentis, sed miserētis est dei. Secundo satage custodire in omnibus vias tuas, sagaciter cōsiderando testimonio scripturarum & exemplo sanctorum quid placeat deo, quid bonū, quid melius, q̄d optimū. Hinc em̄ ap̄lus monet. E

Ephe. 5. Prou. 28. Iob. 9 Videte quō cautè ambuletis. Et iterum. Cū timore inquit & tremore vestrā salutē operamini. Vnde Salomon asserit. Beatus homo qui semper est pauidus. Hoc modo custodiuit vias suas Iob qui testatur. Verebar omnia opera mea, sciens q̄ nō parceres delinquēti. Tertio deniq; imple quod perfectū est scilicet, vt nō delinquas in lingua tua, in hoc beatitudo modo q̄dam

Eccle. 14 Iacobi. 3. cōsistit, iuxta illud. Beatus hō qui nō est lapsus in verbo ex ore suo. Et Iacobus. Si quis in verbo nō offendit, hic perfectus est vir. Ad hoc aūt q̄ non delinquat hō in lingua sua multa sunt

1. Cor. 15 1. Tim. 2. 1. Tim. 5. obseruāda. Primo ne loquatur illicita, qm̄ teste apostolo. Corrūpunt mores bonos colloquia mala. Et ad Timotheū. Sermo (inqt) vaniloquorū vt cancer serpit. Secūdo obseruare oportet, vt loquamur de bonis ac licitis, sicut ait ap̄lus. Tu loquere q̄ decet sanā doctrinā. Primo enim in regimine linguæ oportet à malo recedere, deinde ad bonū accedere, sed qa bonum opus bene fieri debet, videlicet cū circūstantijs debitis, quæ ad actū virtutis requiruntur, idcirco in loquēdo de bonis, primo videndū cui loquamur, quatenus aptemus & proportionemus sermonē nostrū, secūdum exigentiā, cōditionē & qualitatē eius cū loquimur, ne forte præsumamus sapientiorē docere, seniorē increpare, vanū laudare, inexpertum cōsulere, obstinatū corripere, cotemptorē instruere, simplicioribus alta proponere, vel inter insipiētes verba effundere. Hinc em̄ dicitur. Adolescēs loquere in causa tua vix cum necesse fuerit. Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuū. Et iterū. Loqui in medio magnatorum nō præsumas, & vbi sunt senes nō multum loquaris, & vbi nō est auditus, non effundas sermonem. Alibi quoq;. In auribus insipientiū ne loquaris, ne forte despiciant doctrinā eloquij tui. Secūdo pensandū est quando, seu debitū tempus loquendi, qm̄ tēpus est tacēdi, & tēpus loquendi. Dum em̄ nulla ex sermone nascitur aut speratur vtilitas, tempus est tacendi. Dū autē fructus salubris verisimiliter sperari potest, tēpus loquēdi est. Vnde scriptū est. Homo sapiens tacebit vsq; ad tēpus. Lasciuus aūt & imprudēs nō seruabit tēpus. Tertio pensare debemus vbi loquēdum sit, scilicet non in ecclesia, nec in locis prohibitis. Quarto, quantū videlicet nō plus q̄ oportet aut expedit. Propter q̄d Salomon dicit. In multiloquio nō deerit peccatum, qui aūt moderatur labia sua prudētissimus est. Et iterum. Totū spiritū suum profert stultus, sapiens vero differt & reseruat in posterum. Vnde alibi habetur. Verba prudentiū, statera ponderabuntur. Sit ergo sermo noster sale discretiōis ornatus, quēadmodū ait ap̄lus. Sermo vester in gratia semp sale sit conditus, vt sciatis quō oporteat nos vnicuiq; respondere. Quinto pensare debemus, qualiter sit loquēdū, videlicet modestè, māsuetè, suauiter. Vnde Salomon ait. Responsio mollis frangit irā, sermo durus suscitat furorē. Et alibi. Verbū dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos, & lingua eucharis in bono homine abūdabit. Et ideo ap̄lus monet. Noli verbis cōtendere, ad nihil em̄ vtile est, nisi ad subuersionē audiētiū. Sexto aūt & vltimo, atq; pcipue cōsiderare debemus, cur, id est, qua intētione loquamur, & g̃nalis quidē finalis ac summa intentio eē debet honor dei. Aliæ aūt intētiones secundariæ, & proximæ multæ & variæ eē possunt, videlicet vt aliū instruamus, vel ab alio instruamur, vel propter recreatiōnē vel similē causam, & secundū modū finis intenti considerare debemus, an is cū quo loqui volumus sit talis, q̄ ex collocutione secū habēda adipisci possumus finē intentum. Si itaq; ista pensemus & obseruemus, tunc nō delinquemus in lingua nostra,

Eccle. 32 Prou. 23 Eccle. 3. Eccle. 20. Prou. 10. Prou. 29 Eccle. 21. Coloss. 4 Prouer. 15 Eccle. 6. Tim. 2

q̄d nemo

A quod nemo naturali virtute valet implere, secūdū q̄d dictū est: Linguā nullus homo doma- Jacob. 3
re potest. Sed p grām fieri potest, queadmodū legit: Hoīs est animū pparare, & dñi guberna Prouer. 16
re linguā. Inuocemus igit grām Chri, & dicamus q̄d infra habet. Pone dñe custodiā ori meo
& ostiū circūstantiæ labijs meis. Porrò q̄d nūc dixit: Dixi custodiā vias meas, postea clarius
2 dicetur, vbi ait Psalmista: Iuraui & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. ¶Posui ori meo
custodiā, ⌋ ne incaute aut maliciose aliqd loquerer, ⌊ dū cōsisteret pctōr aduersum me, ⌋ in-
tendēs me verbis prouocare aut fallere. Nō ergo reddamus verbū malū pro verbo malo, quē
admodū Salomon iubet: Ne dicas, reddam malū pro bono, expecta dñm, & liberabit te. Prouer. 20
3 ¶Obmutui, ⌋ nō ex indignatiōe, sed ex patiētia atq; prudētia, vidēs me loquēdo nihil p-
ficere, ⌊ & humiliatus sum, ⌋ .i. in corde meo cogitaui me dignū eē cōtumelijs, & verbis ma-
lis mihi illatis, ⌊ & silui à bonis ⌋ sermonibus, qm qui mihi male loquebant, excusationē, sa-
tisfactionē, seu rationabilē respōsionē recipere noluerūt. Propterea melius reputaui oio ta-
cere, q̄ cōtēptoribus veritatis sermonē bonum proferre, ⌊ & dolor meus renouatus est, ⌋ qm
dū pœnas atq; iniurias ab alijs patior, de nouo recolo pctā mea, qbus irā merui, & ita q̄si recē
ter doleo, q peccaui. Pœnæ em̄ & aduersitates pctōri inflictæ, reducunt ei ad memoriā mala Hiere. 30
q̄ fecit. Iuxta illud: Castigabo te in iudicio, vt nō tibi videaris innoxius. Vel, dolor meus re-
nouatus est .i. sicut ante tristabar de proprijs culpis, sic modo contristor de proximoꝝ pctis
ac varijs mūdi erroribus. Talis aūt tristitia ex charitate procedit, & est multum meritoria ac
placita deo, quam Hieremias se habuisse insinuat, q ait: Quis dabit capiti meo aquā, & oculis Hiere. 9
meis fontē lachrymaꝝ, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei? Et si piū est plorare
interfectos corpore, q̄to benignius est plorare interfectos in aīa? Deniq; hūc se habuisse do-
B lorē fatet aplus, dū ait: Tristitia mihi magna est, & cōtinuus dolor cordi meo. Optabam em̄ Roma. 9
egoipse anathema esse pro fratribus meis Iudæis. Vnde & sanctus dei propheta Michæas in
tantū Israeli, cui futuras pœnas pdixit, cōdoluit, vt diceret: Vtinā nō essem vir habēs spm̄, & Mich. 2
mēdaciū potius loquerer. Vides ergo q̄ ineffabilr vigeat fraterna sanctoꝝ dilectio, etiā pro
ingratis & impijs? Hinc nanq; Moyses ait ad dñm: Aut dimitte populo hanc noxam, aut si Exod. 32
nō facis, dele me de libro quē scripsisti. Veruntamē ad prælatos pcipue pertinet ista cōpassio
4 ¶Concaluit cor meū intra me, ⌋ hoc est, dū ita obmutui, atq; recēti dolore afflictus sum,
anima mea ardenti affectu accēsa est, quatenus sibi ipsi perfectionē gratiæ acquireret in psen
ti, & ad lumē gloriæ citius pduceret ac proximoꝝ errori succurreret, atq; indigētibus subue
niret. Ecce q̄ sancta calefactio cordis. Nōne hoc modo cōcaluit cor Pauli intra se, q ait: Fra- Philip. 4
tres mei dilectissimi, gaudiū meū & corona mea, state in dño, ⌊ & in meditatione mea exar-
descit ignis, ⌋ hoc est, ex consideratione bonitatis, beneficioꝝq; dei, & ex consideratione pe
riculorū & vitioꝝ, quibus homines implicant, inflammabit in me amor dei & proximi, qua-
tenus iniurias dei impediam, fratrūq; saluti succurrā, increpando, instruēdo, exhortādo. Ne
cesse est em̄ pdicatorē & doctorē verbi dei ex charitatis feruore impleri omni constantia & Mich. 3
fortitudine mētis, queadmodū Michæas de seipso testat: Ego, inquiēs, repletus sum fortitu-
dine spiritus domini, iudicio & virtute, vt annuntiem Israel pctm̄ suum. Propter quod dicit
Apostolus: Prædica verbū, insta opportune, importune. Argue, obsecra, increpa, in omni 2. Tim. 4
5 patiētia. Quod vtiq; ad omnē animarum curā habentē, certum est ptinere. ¶Loquutus
sum in lingua mea, ⌋ id est, in ore meo, videlicet secrete orando, queadmodū de matre Sa-
muelis inducit: Porrò Anna loquebat in corde suo, tantūq; labia illius mouebant, & vox pe- 1. Regū. 1
nitus non audiebat. Quid autē in oratione locutus sit, subiungit. ⌊ Notum fac mihi dñe finē
meum. ⌋ Finis noster consumēs, est mors, finis vero consummans, est deus seu vita æterna.
C Nam deus est finis obiectalis extrinsecus, beatitudo autē seu vita æterna est finis noster in-
trinsecus. De vnoquoq; igit finiū hoꝝ exponi pt, q̄d ait, Notū fac mihi dñe finē meum, vt sit
sensus, quantū ad finē consumētē. Notū fac mihi dñe finē meū .i. da mihi considerare mortē
mihi quotidie appropinquātē, vt meditatio mortis assidua fiat mihi à pctis abstractio fortis
& vigilatio diligēs, queadmodū Ecclesiasticus dicit: In oībus opibus tuis memorare nouissima Eccl. 7
tua, & in æternū nō peccabis. Et in Euāgelio Chrs: Vigilate (inquit) qa nescitis diē neq; ho Mat. 25
rā. Secūdo sic. Notū fac mihi dñe finē meū, hoc est, teipsum, vt cōsiderē me creatū propter te
& ita inquietū sit cor meū, donec pueniat ad te, ne alteri q̄ tibi inhæreat. Tertio sic. Notū fac
mihi dñe finē meū .i. da mihi attēdere cœlestē illā beatitudinē, ad quā creasti animā meā, ne
in aliq bono caduco creato, sed in te solo semp finē sibi cōstituat aīa mea. Ideo nāq; ait aplus,
Pater gloriæ det vobis spm̄ sapientiæ, vt sciatis q̄ sit spes vocationis eius .i. vt sciatis q̄ sit res Ephesi. 1
sperāda, ad quā vocauit vos. Res aūt sperāda est beatitudo æterna, q̄ est finis nr̄. Hāc ergo pe
timus nobis reuelari, dū dicimus, Notū fac mihi dñe finē meū. Notū quoq; fac mihi, ⌊ & nu-
meꝝ dieꝝ meoꝝ quis est. ⌋ Hoc duplr intelligi pt. Primo de diebus vitæ psentis, vt sit sen-
sus, Da mihi actualiter aduertere & diligēter pēsare, q̄ breues & mali ac miseri sunt dies, qbus
in hoc mūdo victurus sum, quatenus sic psenti vita cōtēpta, ad futurā toto corde aspirem,

1.Cor.7 ficut ait aplus: Qui vtunt hoc mūdo, sint tanq̄ non vtentes. Et iter: Nō habemus hic manen D
Hebr.4 tē ciuitatē, sed futurā inquirimus. Secundo intelligit de diebus futuri seculi, q appellant dies æternitatis, & est sensus, Da mihi p fidē cōtēplari duratione illā innūerabiliū dierū lōgitudinē cōplectētē, videlicet æuū illud q̄ beati in patria sine fine regnabūt, vt hāc semp desiderē. Hæc duratio beatorū vocat nūerus dierū nostrorū, q est.i. qui nō habet successionē, corruptionē & terminū, sed vere est, qa stabilr manet. Numerus vero dierū huius vitæ q̄si nō est, qm̄ dies isti nō stāt, & nihil habem⁹ de tpe, nisi nūc, q̄d tñ nō est tēpus, nec pars tpis, sed suo fluxu
Zach.vl. causat tēpus. Vnde ista æui duratio, dici pt, dies multi, seu nūerus dierū, qm̄ oē tēpus includit & vna dies q realiter non multiplicatura. Idcirco de ea scriptū est: Erit dies vna, q̄ nota est dño, nō dies neq; nox, & in die illa erit dñs rex sup omnē terrā. Et ad designādū interminabi
Esaie.vl. lē pmanentiā huius duratiōis atq; diei. Esaias ait de ea: Erit mēsis ex mēse, & sabbatū ex sabbato. Itaq; dñe, notū fac mihi numerū dierū meorū, vt sciā q̄d desit mihi, hoc est, q̄tenus diligēter agnoscā q̄tū mihi desit pfectionis & grē ad ingrediendū dies illos æternos. Vel vt ex cōsideratione breuitatis dierū, qbus in hoc seculo viuā, solicite pensem q̄d mihi desit de spūali processu ac interiori profectu, ac p hoc tanq̄ modico tpe hic māsurus, festinātē tendā ad pa
Hebr.4 triam omni tēpore excluso, frequenter tibi deseruiā. Ideo em̄ dicit Apostolus: Festinemus ingredi in illam requiem. ¶[Ecce mensurabiles,] hoc est breues ac facile numerabiles, [posuisti dies meos] quibus secundū tuā ordinationē in hoc mūdo victurus sum. Vnde inferius » 6
Job.14 scriptum est clarius: Dies annorū nostrorū in ipsis septuaginta anni. Et Iob: Breues dies homi nis sunt, numerus mensium eius apud te est. Constituisti terminos eius qui pteriri non poterunt, [& substantia mea tanq̄ nihilū apud te,] id est, ego ipse subsistēs, qui aliquid esse vide- »
Esaie.40 or, cōparatione tuæ immensæ maiestatis magis sum nihil, q̄ aliquid, qm̄ finiti ad infinitū nulla existit proportio. Propter q̄d legit: Ecce gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentū statere reputatæ sunt ei. Oēs gētes quasi nō sint, sic sunt corā eo, & q̄si nihilū & inane reputatæ sunt E
Danie.4 ei. Hinc q; Nabuchodonosor maiestatē dei expertus, humilr dixit: Ego Nabuchodonosor oculos meos ad cœlū leuaui, & altissimo bñdixi, & viuentē in secula seculorū glorificaui, quia potestas eius potestas sempiterna, & oēs habitatores terræ apud ipm̄ in nihilum reputantur.
¶[Veruntamē vniuersa vanitas,] i. nō solū substātia mea est tanq̄ nihilū apud deū, sed & » 7 oīa, maxime inferiora & corruptibilia vanitas sunt.i. modica, instabilia, infelicia, & caduca,
Eccle.1. queadmodū Ecclestes dicit: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Et apls: Vanitati (inquit)
Roma.8. creatura subiecta est, [oīs homo viuēs,] i. nō solū irrationabilia, sed etiam oīs hō viator & » pctōr est vanitas. i. mutabilitati subiectus, multisq; miserijs. Vel sic, Verūtamē vniuersa vanitas oīs hō viuens, hoc est, tāta est miseria & defectibilitas hoīm propter mala culpę, mala pœnæ, & mala naturæ, q̄ in ipsis sunt, q; oīs hō secūdū cōem legē dici pt vniuersa vanitas i. tota-
Roma.8 liter vanus, ac vanitatibus plenus. Propter q̄d Paulus de aplis loquēs: Nos (inqt) intra nos gemimus, q primitias spūs accepim⁹, reuelationē glīæ filiorū dei expectātes ¶[Verūtñ in ima » 8 gine ptransit hō,] i. quis hō sit adeo vanus, vt dici possit vniuersa vanitas, tñ in imagine per- » transit. i. in imagine sanctæ trinitatis in aīa insignitus tēporalr viuit, & ad finē currit. Vel sic, In imagine ptransit hō, hoc est, tā cito vita eius fluit & deficit, sicut imago apparens in specu
Job.8 lo & vmbra q̄ apparet in terra, queadmodū dicit Iob: Sicut vmbra dies nrī sup terrā. Et ali-
cœli apertæ sunt. Et dominus ait. Inferte omnem decimam in horreum meum, & sit cibus E
in domo mea, & probate me super hoc, si non apuero vobis catharactas cœli & dedero vo-
bis pluuiam. Cum ergo sapientia & misericordia [illegible] as atq; potentia dei, sint maxime
principia omnium emanationum dei ad extra (Na[illegible] e[illegible]sse, & velle est vnūquodq;
perfectum ad operandum, secundum Platonem) Ide[illegible] apientia, bonitas, & potentia dei
dici possunt catharactæ ipsius, quia ex eis causant & fluūt dona diuina, sicut aquæ ductu ori-
ur aqua. ¶ Omnia excelsa tua ⌋ hoc est, alta & inscrutabilia iudicia tua, ⌊ & fluctus tui ⌋ » 10
hoc est, pœnæ ac tribulationes reprobis præparatæ, vel iustos in hoc seculo expurgātes ⌊ su »
per me transierunt ⌋ hoc est, in consideratione animæ meæ fuerunt, eiusq; aciem reuerbera- »
uerunt & superauerunt, quia in contemplatione iudiciorum tuorum deficio, & pœnas infer
ni satis formidare non valeo. De pœnis quoq; præsentibus, nescio an sint futurarum pœna-
Eccles. 9 rum exordia, an potius vitiorum meorū remedia, eo quod scriptum sit. Omnia in futurū re-
seruantur incerta, quoniam vniuersa æque eueniunt iusto & impio, mundo & immundo.
¶ In die mandauit dominus misericordiā suam ⌋ id est, in tēpore prosperitatis, gratiæ, » 11
atq; lætitiæ præcipit deus om̄ia bona suæ pietati ascribi, quatenus q gloriat in dn̄o glorief.
2. Cor. 10 & q proficit, deo profectū suū attribuat, qm̄ om̄is sufficientia nostra ex deo est, & q pctōrū
1. Cor. 3. indulgentiam recipit, non suo labori, sed deo gratias referat secundum quod dn̄s dicit. Ego
Esaię. 43 sum qui deleo iniquitates tuas propter me ⌊ & nocte cāticum eius ⌋ .i. tpe aduersitatis & af- »
flictionis, suspēsionisq; gratiæ ac cosolationis diuinæ, mādat deus canticū suū.i. humilē gra
tiarū actionē & patientiā ac diuini nominis benedictionem, quatenus nec in prosperis, nec
Osee. 12. in aduersis à deo recedat cor nostrū, sed impleat illud. Misericordiā & iudicium custodi, &
Iob. 1. spera in deo tuo semper. Hoc canticū cantauit Iob domino, in tenebrosissima illa nocte suæ F
Iob. 31 incōparabilis tribulatiōis, dū dixit. Dominus dedit, dn̄s abstulit, sicut domino placuit ita fa-
Tob. 2 ctum est, sit nomen domini benedictum. Et alibi. Etiā si occiderit me, in ipso sperabo. Tho
bias quoq; de quo scriptum est. Non est Thobias contristatus contra deū, q plaga cæcitatis
Tob. 11 euenerit ei, sed immobilis in dei timore permansit, agens gratias deo omnibus diebus vitæ
2. Cor. 1. suæ. Propter quod ipsemet ait: Benedico te domine deus meus Israel, quoniam tu castigasti
me. Nos ergo studeamus sanctorū sequi vestigia, & in afflictionibus gloriari, pēsantes illud
apostoli. Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita per Christum abundat consolatio
nostra. Scitote enim quoniam sicut socij passionū estis, sic eritis & consolationis. ¶ Apud » 12
me oratio deo vitæ meæ ⌋ hoc est, in corde meo nō vago, sed in seipso collecto, est orō quā »
offero deo, q est principiū totius vitę meæ tā naturālis q̄ meritorię. Nō eñ corde à seipso di-
uiso & vago, sed interna & stabili mēte, exorādus est deus, ⌊ dicā deo ⌋ cum magna fiducia, »
⌊ susceptor meus es ⌋ q me deficientē sustentas, cadentē erigis, orantē exaudis, stantē cōfer »
uas, atq; ad viscera misericordiæ tuę cōfugientē paterna ac dulcissima pietate amplecteris,
Iohan. 6 sicut testaris. Eum qui venit ad me non eijciam foras. Et iterum. Conuertimini ad me, & sa-
Hiere. 3. nabo auersiones vestras. Cum ergo sit ita. ¶ Quare ⌋ o domine ⌊ oblitus es mei ⌋ hoc est, » 13
cur differs succurrere, & ita te habes circa me quasi oblitus esses inopiæ meæ? ⌊ & q̄re tristis »
incedo ⌋

A incedo⌋ hoc est, dolens & sine consolatione, ⌊dū affligit me inimicus⌋ id est, dū me perse-
14 “ quitur mundus, stimulat caro, & tentat diabolus. ¶Dum confringuntur ossa mea⌋ id est,
dū corporaliter conteror, præmor, vel occidor aut spūaliter vincor, & grām atq; virtutes,
“ quæ sunt ossa animæ, perdo, ⌊exprobrauerūt mihi⌋ & insultauerunt ac irriserunt, ⌊qui tri-
“ bulant me inimici mei⌋ videlicet tyranni, seu dæmones, hæretici, & puersi. Hi em̄ ex odio,
gaudent de aduersitate iustoꝝ. Hos versus dicamus ad dñm, qñ graues tentatiões & magnę
tristitiæ irruūt sup nos, queadmodū Ionas ait: Cū angustiaretur in me spūs meus, dñi recor- Ionæ. 2.
15 “ datus sum. Subleuabis de corruptione vitā meā dñe deus meus. ¶Dum dicūt mihi p singu
“ los dies, vbi est deus tuus.⌋ Hoc est quod supius dictū est atq; expositū. Fuerūt mihi lachry-
“ mæ meæ panes die ac nocte, dū dicitur mihi quotidie, vbi est deus tuus: ⌊quare tristis es aīa
“ mea, & quare cōturbas me?⌋ quasi dicat. Propter illoꝝ exprobrationē & psecutionē ac ir-
risionem non debes tristari ac conturbari, sed patienter & æquanimiter ferre atq; in aduer-
sis gaudere. Perpēdendo illud. Nolite timere opprobriū hominū & blasphemias eoꝝ. Quis Esaie. 51
es tu vt timeas ab homine mortali & à filio hominis, qui quasi fœnum arescit? Illud quoq; a- 2. Cor. 4
postoli. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur, semper mortificationē
Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali.
16 “ ¶Spera in deo.⌋ Versus iste iam satis elucidatus videtur. Ecce ꝗ gloriosum & sacratissi-
mum psalmum audiuimus, & nonne vtiq; ferro & lapide durior est, qui psalmū istū dulcissi-
mum sine affectu pronuntiat? Obsecro te domine deus amator æternus & ignis innocue ar
B dens, vt quotiens primum versum psalmi istius profero, citius tuæ dilectionis flamma ani-
mam meā vehementer accendat, ita vt totum hunc psalmum affectuosissime cantem. De-
niq; psalmus iste singulariter applicari potest sacerdotibus celebraturis, imo & om̄ibus cō-
municaturis. Debet em̄ Christi sacerdos cum magno cordis feruore, ad supdignissimū sacra-
mentū altaris consecrādū, tractandū, offerendū, & mādūcandū anhælare, sitire, ac festinare.
Dicat ergo deuotissimus Christi sacerdos mox celebraturus. Queadmodū desiderat ceruus
ad fontes aquaꝝ, ita desiderat anima mea ad te deus. Ad te dñe Iesu Christe, q es verus deus Iohan. 6.
& vita æterna, cuius caro vere est cibus, & sanguis vere est potus, qui in hostia sacra vere &
essentialiter contineris, adoraris, ac sumeris deus & homo. Sitiuit anima mea ad deū fontem
viuum, hoc est, ad Christum, qui est virtus & sapientia patris. quando veniā ad altare, & ap
parebo ibi ante conspectum dei, id est, corā patre æterno, vt in officio missæ offerā ei filium
suum dilectū, & item ibi tanꝗ mediator dei ac populi. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes
die ac nocte. Debet em̄ sacerdos, si dñs dederit, lachrymas exuberantes & calidas ante cele-
brationē effundere, ex desiderio Christi & ex dolore sui peccati. Hæc scilicet ꝙ Christū in
altari sumpturus sum recordatus, & effudi in me animā meā, considerando tā inæstimabilia
beneficia dei, & indignitatem ac ingratitudinē atq; pctā animæ meæ, considerando etiā qd
offeram, cui offerā, & propter quid offerā. Omnia em̄ hæc considerāda sunt sacerdoti, non
cursorie, sed cum diligentia magna summoq; studio, quoniā trāsibo in locū tabernaculi ad-
mirabilis. i. in ecclesiā Christi, quæ est domus dei. In voce exultationis & cōfessionis sonus
epulantis, hoc est, sermo & om̄is locutio sacerdotis in missa, Christi corpus & sanguinē dul
C citer atq; fideliter manducātis, debet esse in voce exultationis, hoc ē, in cōmemoratione læ-
tissima beneficiorum, mysteriorūq; Christi ac laudis diuinæ, & in voce confessionis, vt oret
pro sui ac populi ignorantia. Hæc nāq; duo præcipue in missæ officio frequentātur. Quoniā
ergo tāta bona in celebratōe sumpturus sum, quorū dignitati totus mūdus cōparari nō pōt.
Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Merito em̄ in tantum gaudere debes de
tantis beneficijs Christi, ꝙ nulla afflictio tēporalis posset te contristare. Spera in deo, & nō
in meritis tuis, nec te putes dignam ad ministeria tam diuina, sed spera in bonitate diuina in
merito Christi, & ita procede. Cætera ex his facile patent. Nouissime quoq; pensandum, ꝙ
ceruus senectute grauatus, renouari desiderans, serpētem narium flatu haurit, & extrahit de
cauerna, quo occiso ac deuorato veneno accensus, ad aquas ardentissime currit, qua hausta
pilos, cornuaq; deponit. Sic peccator, & præsertim sacerdos, vitiorum veneno infectus, ad
Christum fontem æternum feruido appetitu accedere debet, quatenus hauriat aquas gratię,
fluenta misericordiæ, pluuiam sapientiæ de fontibus saluatoris, ac per hoc interius renoue-
tur, quemadmodum dicit apostolus. Licet is qui foris est noster homo corrūpatur, tamen 2. Cor. 4
is qui intus est renouatur de die in diem.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XLII.

¶Argumentum.

¶Titulus: Apud Hebręos cōtinuat hic psalmus pcedenti, qre specialē nō habet titulū. Sed teste Iacobo de Valentia & alijs apud nos ē distinctus, & XLII. psalm⁹. Et titulus ē psalmus Dauid, siue in finē psalmus Dauid, vel scdm alios intellect⁹ filijs Corah. Est aūt orō petentis liberari à prauorum consortio & irritationibus, nempe à peste hæreticorum & impiorum.

Habet

Habet autem duas partes. Primo equidem orat pro liberatione à pressuris, quas patitur pro- D
mittens se actus grās, deinde consolādo seipsm de promissione sibi facta super futuris bonis
prophetat, ibi. Intrabo ad altare dei. Author ad literā exponit eū, primo de quolibet fideli.
Et nihilominus postea iuxta allegoriā de Christo.

¶ Expositio tituli.

¶ Habet autem hic psalmus titulum breuē ac planum, videlicet. In finem psalmus Dauid, id est, psalmus iste in Christū nos dirigens, conuenit viro fideli, à malis hominibus separari, & inter iustos annumerari optāti. Ait ergo.

¶ Expositio psalmi literalis.



Vdica me deus.⌋ In præsenti seculo iudicio discretionis, vt grām mihi infundas, & in futuro iudica me iudicio beatæ remunerationis, vt gloriā præstes. 1
Itaq; iudica me. i. secundum iustitiam tuam fac mihi, dādo desiderio meo salubrem effectum, ita vt aspicias affectum & studium cordis mei, qūo quæro te, & tibi soli placere desidero, agens quod in me est: Tu ergo iudica me, hoc est, fac quod ego non possum, & sicut promisisti quærentibus te, φ statim subuenies eis, dummodo fecerint quod in se est, vtpote applicādo mētes suas, queādmodū Samuel monet. Præparate corda vrā dn̄o, & liberabit vos, sic peto o dn̄e vt facias mihi. Non em̄ sic peto iudicari vt putem me esse sine pc̄tō, aut cupiam examinari à re vitia mea, eo φ dicat scriptura. Quid est homo vt immaculatus sit, & iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cœli non sunt mundi in conspectu eius. Et Salomon ait. Quis potest dicere mundum est cor meum, purus sum à peccato? Vnde quod dictū est. E Iudica me deus, consequenter exponitur, ⌊ & discerne causam meā de gente non sancta.⌋ i. vitam meam distingue & separa à vita malorum, ne simul cum illis tibi displiceam & condemner ⌊ ab homine iniquo⌋ manifeste nocente ⌊ & doloso ⌋ occulte, nocēte ⌊ erue me.⌋ imo erue me à meipso, qui iniquus, dolosusq; fui, ne sim de cætero qualis eram, sed muter in alium virū, & vocer à te nomine alio, ita vt dicas mihi illud. Meus es tu, & ego dilexi te. Ideo autē peto erui à te. ¶ Q uia tu es deus fortitudo mea⌋ hoc ē, causa totius fortitudinis meę, 2
⌊ quare me repulisti⌋ differendo auxilium gratiæ tuæ, & permittendo me repelli ac separari à te per tentationes diaboli aut alio modo? Hoc est quod in scriptura habetur. Ecce domine tu iratus es, & peccauimus & facti sumus vt immundi omnes nos, ⌊ & quare tristis incedo dum affligit me inimicus⌋ hoc est, cur consolatione tua me priuas, dū dæmon aut mundus me tentat & grauat? Hoc autem dicit vir sanctus, non quòd sine rationabili causa aliqd à deo fieri aut permitti existimet, sed quatenus per amorosam ac fiducialem quærelam, diuinæ bonitatis misericordiam prouocet. ¶ E mitte lucem tuam⌋ hoc est, radiū tuę æternæ, increatæq; lucis, influe animæ meæ. Hic autem radius est gratia dei, quæ est supernaturalis participatio diuinæ essentiæ. Emitte quoq; ⌊ & veritatem tuam.⌋ hoc est, testimonia 3
scripturarum, misericordiam tuam petentibus promittentium, imple, & vera ostēde in me quatenus apostoli & prophetæ, qui dicunt inuocantem te non posse perire, fideles inueniātur. Itaq; emitte lucem tuam, hoc est, gratiam ac sapientiæ claritatem mihi infunde, & veritatem tuam, hoc est, fac me misericordiam tuam experiri, sicq; cognoscere verā esse scripturā, quæ te misericordem esse pronuntiat, ⌊ ipsa⌋ videlicet lux gratiæ tuę & veritas scripturarum, ⌊ me deduxerunt⌋ per vias rectas ⌊ & adduxerunt in montem sanctum tuum,⌋ hoc est, in militantem Ecclesiam, quia per fidem & gratiam factus sum verus ecclesiæ filius, ⌊ & in tabernacula tua⌋ hoc est, in mansiones cœlestes, de quibus dicis: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Et iterum. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, vt cū de- F feceritis recipiant vos in æterna tabernacula. Hæc antem tabernacula, sunt distinctæ congregationes sanctorum, quemadmodum apostolus profitetur. Vos estis templum dei viui, sicut dicit dominus, quoniam inhabitabo in illis & inambulabo, & ero illorū deus. Per grām autem & veritatem ac fidem, iam introducti sumus actualiter seu per rem in ecclesiam militantem, hoc est, in societatem fidelium, sed in futura atq; æterna tabernacula introducti nō sumus per ea, nisi per contemplationem & spem nondum per rem. Deniq; huius versiculi sensum ponit scriptura sub alijs verbis. Mitte (inquit) illam de cœlis sanctis tuis, vt mecū sit & mecum laboret, vt sciam quid acceptum sit coram te, scit enim illa omnia & deducet me sobrie. ¶ E t introibo ad alatare dei,⌋ hoc est, ad Christum dei ac hominum mediatorem, per quem, & in quo omnia nostra sacrificia offerre debemus, quatenus per meritum e- 4
ius fiant accepta. Super ipsum etiam omne quod agimus fundare & collocare debemus Vnde apostolus ad Hebræos hortatur quarto capite. Adeamus cum fiducia ad thronū gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & grām inueniamus in auxilio oportuno. Vel, introibo ad altare dei, q̄d est ecclesia materialis, & manufacta, q̄tenus sacramēta Chri recipiā oblationem ve faciā, nec subsistam in ipso altari, sed introibo mentis affectu & debito cultu ⌊ ad deum

[Marginal references: 1.Reg.7 (beside "nies eis… Samuel monet"); Iob.15 (beside "scriptura. Quid est homo"); Prou.20 (beside "ait. Quis potest"); Esaię.43 (beside "alium virū"); Esaię.64 (beside "quare me repulisti"); Iobā.14, Lucæ.16, 2.Cor.6 (beside "& in tabernacula tua… feceritis"); Sapię.9 (beside "sensum ponit scriptura"); Heb.4 (beside "ius fiant accepta")]

" Lad deum qui lætificat iuuentutem meam⌋non corporalem & exteriorem, sed spiritualem
ac interiorem, quæ non veterascit cum corpore, sed indefinēter virescit per gratiam, donec
A ad patriam anima sancta transferatur. Propter quod iubet apostolus. Expoliate vos vete- Coloss. 3.
rem hominem cum actibus suis, & induite nouum qui renouatur in agnitionem dei, secundū
imaginem eius qui creauit illum. Hæc ergo iuuentus est spiritualis profectus in gratia dei,
hāc deus lętificat, dū anima corde iocundo & feruido domino seruit, dicens, q̄d infra habet.
5 " Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meū. ¶⌊Confitebor tibi⌋ hoc est,
" laudabo te ⌊in cithara⌋ .i. in obseruatione & obediētia mandatorū cœlestium, quæ obser-
uatio dum tribulationibus admiscetur, per citharam designatur, quemadmodum in exposi
tione psalmi plenius dictum est, vbi sic legitur. Confitemini domino in cithara. Sic ergo in
" aduersis laudabo te deus deus meus, ⌊quare tristis es anima mea & q̄re cōturbas me?⌋ Istud
cum versu sequenti, in præcedenti satis expositum arbitror. Porro hic psalmus sicut præce-
dens ad sacerdotes præcipue pertinet, quorum vita tanto debet esse excellentior vita popu-
li, quanto ipsi ad deum vicinius accedunt, altiorisq́ꝫ gradus consistunt. Sacerdos ergo cele-
braturus, singularem à Christo gratiam postulans dicat. Iudica me deus, & discerne causam Esaiæ. 24.
meam de gente non sancta, secundum sensum prærinductum, ne impleatur in me, quod per Osee. 4.
Esaiam & Osee prædictum est. Et erit sicut populus sic sacerdos.

¶Expositio allegorica eiusdē psalmi de Christo.

B SOlus deniqꝫ Christus, omni macula carens & omni gratia plenus, tutissime dicere po
tuit passioni iam proximus & in ea consistens. Iudica me deus trinitas. i. secundum
tuam iustitiam & merita vitæ meæ retribue mihi, non derelinquēdo animam meam
in inferno, nec corpus in sepulchro, nec sanctos patres, pro quibus mortem patior,
diutius esse permittas in lymbo, & discerne causam meam, hoc est, cōuersationis meæ iusti-
tiam, propter quam Iudæorum inuidia me occidit, diuide & distingue loco & p̄mio, de gē-
te nō sancta, me crucifigente, dando mihi secundum iustitiam meam, & ostendendo, quòd
falsa mihi imponunt, ab homine iniquo & doloso, hoc est, à Iudæis qui me interdum occul-
te, & nunc publice persecuti sunt, erue per resurrectionem beatam. Quia tu es deus fortitu-
do mea, secundum quòd homo sum, sic enim non possum à meipso facere quicquam. Nam
in quantum sum homo, ab alijs hominibus sola gratia differo, quare me reppulisti, hoc ē, cur Matt. 27
me in cruce ita dereliquisti, vt clamarē, deus meus deus meus, vt quid dereliquisti me? Quod
quomodo intelligendum sit, in expositione psalmi vicesimi primi patuit, & quare tristis in-
cedo dum affligit me inimicus? Chrūs enim in nocte cœnæ, cum discipulis exiens à Hierusa Mat. 26
lem trans torrentem Cedron, dixit eisdem. Tristis est anima mea vsqꝫ ad mortem. Tūc nāqꝫ
inimicus, hoc est, Iudas eum afflixit, quia ministros Iudæorū secum adduxit. Emitte lucem
tuam, id est, clarifica me, sicut & ego clarificaui te, manifestādo nomen tuum hominibus, &
veritatem tuam, hoc est, sicut per prophetas dixisti te resuscitaturum me tertio die sic age &
omnia de me prophetata adimple, mittendo apostolis spiritum sanctum, sicut Iohel prædi- Iohel. 2.
xit, conuertendo quoqꝫ mundum ad fidem, Ipsa me deduxerunt in montem sanctum tuū,
hoc est, ad thronum gloriæ, vt sedeam tecum ad dexteram tuam, & in tabernacula tua, id ē,
in congregationes cœlestium ciuium, vt sicut in terra visus sum, & cum hominibus conuer
satus sum, ita à beatis comprehensoribus in cœlis videar, & inter eos lætus recumbam. Per
C gratiam enim dei assumpta est Christi humanitas, seu Christus vt homo, ad thronū gloriæ
super omnes cœlos, vt veritas scripturæ impleretur. Et introibo ad altare dei, hoc est, aram
crucis, in qua meipsum offeram patri, ascendam. deinde introibo ad deum qui lætificat iuuē
tutem meam, ascendendo ad cœlos. Oportuit enim Christum pati, & ita intrare in gloriam Luc. vlt.
suam. Vel sic. Et introibo ad altare dei, &c. hoc est, in ipsum cœlum ingrediar, quod est alta
re dei, in quo angeli sancti offerunt deo preces & vota viatorum, & in quo ego pro mundo
rogaturus sum patrem, quemadmodū ait apostolus. Non in manu facta sancta Iesus introijt Heb. 9
sed in ipsum cœlum vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Confitebor tibi in cithara, id est
in obedientia & patientia, faciendo semp & patiendo quæ tibi sunt placita, deus deus meus.
Hoc modo Chrs confessus est patri confessione laudis non culpæ, dū dixit. Fiat volūtas tua. Mat. 26
Et iterū. In manus tuas cōmendo spiritū meum, quare tristis es anima mea, tristitia naturali Luc. 23
nō inordinata, ꝑpter naturalē horrorē, pœnarū ac mortis, & q̄re cōturbas me, ita vt in ago-
niam fierē. Qūo aūt turbatio erit in Chro sæpe dictū est. Spera in deo, in quātum viatrix es
atqꝫ impassibilis, qm̄ adhuc. s. tertia die post passionē, cōfitebor illi, laudādo eū corā illis, q-
bus post resurrectionē apparui. Vnde supius dictū est. Narrabo nomē tuū fratribus meis, in
medio ecclesię laudabo te. Itaqꝫ cōfitebor ei, q est salutare vultus mei. i. beatitudo intellect⁹
mei creati, & causa salutis ipsius, & deus meus. Deus enim qui omnium deus est, singularissi-
mo modo est deus Chri hois, scd̄m q eū incōparabiliter ꝑelegit, ꝑdilexit, assumpsit, & glori
ficauit. De hac expositōe velociter trāseo, qm̄ ex ꝑinductis vbertim facile innotescit.

Commen-

## COMMENTARIVS IN PSAL. XLIII. D

¶Argumentum.

¶Titulus. In finem, siue pro victoria filij. Core alias Corach ad intellectũ alias eruditio, Propheta hortaturus cunctos ad mũdi huius fallacis & superflius contemptum vsq; ad mortem propter deũ monet aliorũ exemplo in tribulationibus patientiam esse habẽdã. Hinc autem narrat & cõmemorat beneficia dei & victorias plurimas populo veteris legis collatas, quo magis opposita miseria Chr̃iani populi ĩ tribulatõibus cõstituti elucescat. Sićq; oret ꝑ liberatiõe. Habet aũt iuxta hunc sensum duas ꝑtes, q̃rũ prima est de spe cõcepta in paupertatibus Chr̃i ex cõmemoratione multipliciũ beneficiorũ antiquis patribus veteris synagogæ à deo præstitis. Altera aũt de multiplici ecclesiæ Christi cõtra hanc spem tribulatione à qua ꝑ Messiã liberari petit, ibi, Nec aũt repulisti. Author exponit eũ, primo ad literã de synagoga veterũ. Atq; deinde tropologice seu moraliter de quolibet fideli siue ecclesia fideliũ.

¶Expositio tituli.

¶Titulus deniq; psalmi istius est. In finẽ filijs Chore ad intellectum. Hic aũt titulus in verbis & sensu idẽ ac similis est titulo psalmi xli. idcirco ad locũ illũ lector recurrat. Cõmuniter vero exponũt cõmẽtatores hũc psalmũ, partim de ppl'o synagogæ, & partim de populo ecclesiæ, scilicet de vtroq; cõmixtim, sed satagendũ est, vt de vtroq; populo seorsum atq; totaliter exponatur. Literaliter em̃ conscriptus est de populo veteris legis. Moraliter aũt intelligi põt de populo Christiano. Loquẽs ergo propheta in ꝑsona synagogæ seu cuiuslibet fidelis sub veteri testamento, ait:

¶Expositio psalmi literalis. 1



Eus⌋ patrũ nostrorũ, q per Moysen dicis. Hæc dices filijs Israel, deus patrũ
Exodi. 3. vestrorũ, deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob misit me ad vos. Hoc no- E
men mihi est in æternũ, & hoc est memoriale meũ in generatione & genera-
tionem. Itaq; ⌊deus auribus nostris audiuimus,⌋ Vti tali replicatione eiusdẽ
Esaiæ. 9. nomine vel re, modus est linguæ Hebreæ, sicut ꝑ Esaiam dicitur. Auditu au-
dietis & non intelligetis. Et iterũ. Dissipatiõe dissipabitur terra, commotione
cõmouebitur terra. Nec talis modus loquendi superfluus ęstimetur, quoniam ꝑ ipm̃ aliquid
seriosius ac diligentius insinuatur. Est igitur sensus, ⌊ deus auribus nostris⌋ non solũ corpis
sed etiam cordis diligenter audiuimus atq; aduertimus, & merito, qm̃ ⌊patres nostri annũ-
tiauerunt nobis⌋ videlicet Moyses, Iosue alij́q; prophetæ. Quæ enim à patribus referũtur,
Eccle. 39. diligenter aduertere decet. Propter q̃d habetur. Sapientiã oĩm antiquorũ exq̃ret sapiẽs, &
Eccl's. vl. in prophetis vacabit. Et Ecclesiastes. Quæ ꝑ magistrorũ consilium data sunt, à pastore vno, 2
his amplius fili mi ne requiras. Quid aũt auditũ atq; narratum sit subdit. ¶Opus quod ope
ratus es in diebus eorũ⌋ hoc est, mirabilia q̃ fecisti in terra Egypti, in mari rubro, in deserto,
atq; in terra promissionis ⌊& in diebus antiquis ⌋ .i. mirabilia quę fecisti à principio mundi
Gene. 11. vsq; ad tempora Abrahæ seu Moysi, qũo scilicet mundo impiorũ diluuium induxisti, vni-
Gene. 19. uersǽq; carnis labiũ confudisti, atq; pentapolim vtpote Sodomã, Gomorrã, Adama, Sebo
im, & Segor, igne & sulphure subuertisti. ¶Manus tua gentes disperdidit ⌋ .i. virtus tua 3
omnipotens, habitatores terræ ꝓmissionis, videlicet Chananęos, Iebusęos, &c. diuersimo-
de ꝑdidit & occidit, scilicet ꝑ lapides grandinũ & manuũ filiorũ Israel, ⌊& plantasti eos⌋ .i.
patres nostros in terra promissionis firmiter radicasti & habitare fecisti ⌊ afflixisti populos
Iosue. 5 Chananęorum timore & desperatione, qm̃ sicut in libro Iosue scriptum est. Non remãsit in
eis spiritus præ timore, cũ audissent filios Israel transisse Iordanem, ⌊& expulisti eos⌋ de ter
ra sua ꝑ mortẽ & fugam. ¶Nec em̃ in gladio suo possederũt terrã,⌋ hoc est, patres nostri 4
virtute armorum nõ sunt terram ꝓdictam adepti, ⌊& brachiũ eorũ non saluauit eos⌋ id ẽ, F
naturalis eorũ potentia non eripuit eos de manibus inimicorũ suorũ, quoniã multo debilio-
Deute. 8. res eis fuerũt, pensando dũtaxat vires humanos. Vnde Moyses dixit populo Hebræorũ. Ne
dicas in corde tuo, fortitudo mea & robur manus meæ hæc omnia mihi ꝓstiterũt, sed recor 5
dare domini dei tui, q̃ ipe tibi vires ꝓbuerit. Vnde subiungitur. ¶Sed dextera tua⌋ o do
mine .i. prospera & iocunda subuentio tua ⌊& brachiũ tuũ⌋ hoc est, potestas tua ⌊& illu-
minatio vultus tui⌋ .i. directio quã ꝑ gratiã infudisti eis bona ac recta consilia, hęc, inquàm,
saluauerũt eos ⌊quoniã complacuisti in eis⌋ hoc ẽ, propter propriã bonitatẽ, qua eos ele-
gisti & eos tibi placẽtes fecisti, ꝓstitisti eis hęc bona non propter eorũ iustitiã. Et hoc est q̃d
Deute. 9. Moyses dicit. Ne dicas in corde tuo, propter iustitiã meã introduxit me dñs in terram hãc,
cum populus durissimæ ceruicis sis. ¶Tu⌋ deus patrũ nostrorũ ⌊ es ipe rex meus⌋ q sin- 6
gulari prouidentia gubernasti filios Israel, tanquàm populum tibi peculiarem ⌊& deus me-
us⌋ qui me specialiter colis, vitia extirpando & gratias infundẽdo, quẽ & ego specialiter co
Deute. 7. lo credendo, sperando, amando, ac ministrando ⌊ qui mandas salutes Iacob⌋ hoc est, q per
prophetas bona annuntias victoriaḿq; promittis semini Iacob. Vnde Moyses profitetur.

Te elegit

A Te elegit dñs deus tuus, vt sis ei ppl'us peculiaris de cũctis populis q̃ sunt sup terrã, nõ qa cun
ctas gentes numero vincebatis, cũ sitis omnibus populis pauciores, sed quia dilexit vos dñs.
7 ¶In te ⌋ sperãdo, & in tua potẽtia cõfidendo, ⌊ inimicos nr̃os vẽtilabimus ⌋.i. in oẽm vẽ
tũ & terrã dispgemus, ⌊ cornu, ⌋.i. clamore deuotæ oratiõis, ac humilis cõfessiõis, ⌊ & in no
mine tuo, ⌋ sperãdo, ⌊ spernemus, ⌋.i. nõ reputabimus, neq; timebimus, ⌊ insurgẽtes in no-
bis, ⌋ qm̃ credim⁹ verũ eẽ, q̃d Moyses ait: Persequet̃ vnus ex nobis cẽtũ, & decẽ ex vobis mil Leuit. 26
le, & nullus vobis resistere poterit. Propter q̃d dicit̃: Dñe nõ est apud te vlla distantia, vtrũ in 2. para. 14
8 paucis auxilieris aut in pluribus. ¶Non enĩ in arcu meo sperabo, & gladius meus nõ salua
bit me, ⌋ hoc est, in nullo genere armoꝝ aut humani auxilij ponã spem meã, nec aliq̃d horũ 2. para. 14
de hostibus meis defendet me. Hinc enĩ scriptũ est: Adiuua nos dñe deus noster, in te enĩ & in
9 noĩe tuo habentes fiduciã, venimus cõtra hanc multitudinẽ. ¶Saluasti enĩ nos de affligẽ
tibus nos, ⌋ sicut in libro Iudicũ frequẽtissime scribit̃, ⌊ & odientes nos confudisti, ⌋.i. eos q
psumpserũt, ꝙ vincerẽt atq; occiderẽt nos, vinci & occidi fecisti à nobis, aut in fugã eos ver-
tisti, aut alio modo cõfusione dignos ostẽdisti. Propter q̃d scriptũ est: Flectebat̃ dñs miseri- Iudicũ. 2
10 cordia, & audiebat afflictoꝝ gemitus, & liberauit eos de cæde vastantiũ. ¶In deo lauda-
bimur tota die, ⌋ hoc est, victoria, salus, & excellentia nostra deo assidue ascribetur, & lau-
dabimur de bonis à deo nobis collatis, nõ in nobis quasi non acceperimus, sed in deo, ne va-
ni, superbi, atq; ingrati inueniamur, ⌊ & in nomine tuo (dñe) confitebimur in seculum, ⌋ id
est, ad honorẽ & gloriam nominis tui cõfitebimur indesinẽter, tua bona, tuã'q; laudẽ & no-
stra mala, ac nostrã miseriã, quemadmodũ dicit̃: Nolite eleuari, sed date dño deo vestro glo Hiere. 13
11 riã anteq̃ cõtenebrescat, & anteq̃ offendãt pedes vestri ad montes caliginosos. ¶Nunc au
tẽ, ⌋ ò dñe, scilicet tpe captiuitatis Babylonicæ & Machabæoꝝ, & sæpe post mortẽ iudicũ,
⌊ repulisti nos, ⌋.i. tuo auxilio priuasti nos, ⌊ & cõfudisti nos, ⌋ tradẽdo nos in manus inimi
B coꝝ nostroꝝ. Propter q̃d Baruch dicit: Dño deo nostro iustitia, nobis cõfusio faciei, sicut est Baruch. 1
hodie, ⌊ & nõ egredieris in virtutibus nr̃is, ⌋.i. nõ eris dux nr̃i exercitus, nec pugnãs pro no
bis, neq; ostẽdẽs potestatẽ tuã in nobis, deijciẽdo aduersarios nr̃os, sicut fuisti dux & egres-
sor ac propugnator patrũ nostroꝝ, quẽadmodum scribit̃: In exercitu nr̃o deus dux est. Et 2. para. 13
Moyses ait ad dñm: Si nõ tu ipse pcedes nos, ne educas nos de loco isto. In quo scire poteri- Exodi. 33
12 mus inuenisse nos grãm in cõspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscũ? ¶Auertisti nos retror
sum, ⌋.i. in fugã nos cõuerti pmisisti post inimicos nr̃os, ita ꝙ cõuertimus dorsa nr̃a hosti-
bus nr̃is, quẽadmodũ Iosue ait: Mi dñe q̃d dicã, vidẽs Israelẽ hostibus suis terga vertẽtẽ? Ba- Iosue. 8
ruch q̃q;: Facti (inq̃t) sumus subtus & nõ supra, quia peccauimus dño deo nr̃o, ⌊ & q oderũt Baruc. 2
13 nos, diripiebãt sibi, ⌋.i. nosipsi & possessiões nr̃æ factæ sunt pdæ inimicoꝝ nr̃oꝝ. ¶Dedi-
sti nos tanq̃ oues escaꝝ, ⌋.i. pmisisti nos deuorari ac opprimi ab hostibus nr̃is, quẽadmodũ
oues, q̃ sunt escæ, deuorant̃ à lupis, & ab hoĩbus comedunt̃, sicut & Esaias pdixit: Deuorabũt Esaiæ. 9
(inquiẽs) Israel toto ore. Hoc sæpe in Iudæis ipletũ est, maxĩe tñ tpe obsidiõis Hier'lm à rege
Babylonis, qm̃ in tm̃ angustiati sunt, vt Hiere. testat̃: Manus mulieꝝ misericordiũ coxerunt Threñ. 4
14 filios suos, facti sunt cibi eaꝝ, ⌊ & in gẽtibus dispsisti nos, ⌋.s. pmittens nos expelli à propria
terra. ¶Vendidisti ppl'm tuũ sine ptio, ⌋.i. tã bono foro eos vẽdi pmisisti, q̃d ptiũ illud q̃si
pro nihilo reputari possit, ⌊ & nõ fuit multitudo, ⌋ pecuniæ seu emptoꝝ, ⌊ in cõmutatiõib⁹ ⌋
.i. vẽditiõibus eoꝝ, sed pauci erãt emẽtes, & modicũ ptiũ respectu eoꝝ q vendebant̃. Proter
C q̃d legit̃: Erãt aũt in Hier'lm toto triduo octoginta millia interfecti. XL. millia vincti, nõ mi
15 nus aũt venũdati. ¶Posuisti nos opprobriũ vicinis nr̃is, ⌋.i. cõtẽptibiles & abiectos co- 2. mach. 5
rã circũiacẽtibus & circũmorãtibus ppl'is, posuisti q̃q; nos, ⌊ subsannationẽ & derisum, ⌋.i.
subsannari naso rugato ac irrideri ore lato nos pmisisti ab his, ⌊ q sunt in circuitu nr̃o, ⌋ vide-
licet à Samaritanis & Moabitis ac Amonitis. Vñ Neemias: Audi deus nr̃, qa facti sum⁹ des-
16 pectui. ¶Posuisti nos in similitudinẽ gẽtibus, ⌋.i. in exẽplũ maledictiõis, nã tãtã induxisti Neemi. 2
sup nos afflictionẽ, vt dũ qs voluerit maledicere alteri, dicat, sic fiat tibi, quẽadmodũ cõtigit
ppl'o illi, ⌊ cõmotionẽ capitis in ppl'is, ⌋.i. ita nos vastari passus es, vt oĩs q audierit, moueat
caput suũ, vel ex admiratiõe, vel ex cõgratulatiõe, seu cõpassiõe, sicut pdixisti: Derelinquam Hiere. 23
17 vos & ciuitatẽ, quã dedi patribus vr̃is, & dabo vos in opprobriũ & ignominiã ¶Tota die
verecũdia mea cõtra me est, ⌋.i. rubor seu erubescẽtia, q̃ erubesco pꝑter pctã, q̃ feci & pœ-
nas q̃s patior, icessanter affligit me ⌊ & cõfusio faciei meæ ⌋ q̃ in meipso cõfundor ⌊ cooperuit
me, ⌋.i. tã magna, lata'q; fuit, ꝙ p modũ vestimẽti obtexit me & ex omni parte impleuit me,
sicut pctõribus dr̃: Cõfundimini & erubescite sup vijs vr̃is. Vnde scriptũ est: Vniuersa dom⁹ Ezec. 36
18 Iacob induit cõfusionẽ, vcz tpe Antiochi regis, ppl'm Israel affligẽtis. ¶A voce exprobrã 1 machab.
tis & obloquẽtis, à facie inimici & psequẽtis, ⌋.i. verecũdia atq; cõfusio mea inducta est mi-
hi ab his, q exprobrabãt, detrahebãt'q; mihi, & ab his q me psequebant̃, videlicet à gẽtilibus,
19 legẽ Moysi atq; obseruãtias Iudaismi spernẽtibus ac reprobãtibus. ¶Hæc oĩa mala iã di
cta, ⌊ venerũt sup nos, nec obliti sumus te, ⌋ recedẽdo à fide, ⌊ & inique nõ egimus in testa-

mento tuo,⌋ hoc est, mãdata legis diuinæ transgressi nõ sumus. ¶ Et nõ recessit retro cor D 20
nostrũ,⌋ derelinquẽdo te summũ & incommutabile bonũ,& bona caduca ac vana sectãdo.
Sed cũ deus nõ inferat pœnã,nisi pro culpa,& pſertim p Moysen atq; prophetas promiserit
se ab omni hostili incursu defensurũ filios Israel,mirũ apparet cur tantas sup eos pœnas indu
xerit,si ipsi tã innocẽtes ac iusti fuerunt. Et respõdendũ,φ psalmus iste loquit in pſona diuer
soꝝ. Nũc eñ ponit ea q̃ bonis cõueniũt,nũc vero q̃ malis. Quãuis ergo quidã filioꝝ Israel
3.Reg.19 peccauerũt,pœnasq; illatas meruerũt,aliqui tñ in fide & cultu creatoris stabiles pmanserũt,
& in hoꝝ pſona locutus est iã propheta. Vnde ait deus ad Heliã: Derelinquã mihi septẽ mil
lia viroꝝ,quoꝝ genua nõ sunt curuata ante Baal,⌊& declinasti semitas nr̃as à via tua,⌋ Hoc »
dupliciter exponit. Primo,vt dicat in pſona bonoꝝ,eritq; sensus,& declinasti.i.p grãm tuã
fecisti vt nos declinaremus & auerteremus cogitationes nr̃as carnales & malas ac vitia,à via
tua.i.à pceptis tuis,per q̃ itur ad te,ita φ nos abiecimus atq; reliquimus proprias vias,latas,
Matt.7 & spaciosas,& ingressi sumus viam tuã,quæ est arcta & angusta,salutisq; ianua,& ita imple
Eccl.18 uimus illud. Post concupiscentias tuas non eas,& à voluptate tua auertere. Illud quoq;: Re-
Ionæ.3 uertat vir à via sua mala,& ab iniquitate quæ est in manibus eoꝝ. Vnde de his vijs seu semitis
Esaię.53 humanæ adinuentionis scriptũ est: Omnes nos quasi oues errantes, vnusquisq; in viã suã de-
clinauit. Secũdo,& vt videt,magis ad literã exponit,vt sit dictũ in pſona maloꝝ,& est sen-
sus,Declinasti semitas nr̃as.i.opa nr̃a pmisisti esse erronea ac recedẽtia,à via tua.i.à lege diui-
Esaię.63 na,grãm nõ apponendo,sicq; corda nr̃a in suis erroribus dimittẽdo. Secundum hũc sensum
scriptum est: Quare nos errare fecisti de vijs tuis, indurasti cor nostrum ne timeremus te?
¶ Qñ humiliasti nos in loco afflictiõis,⌋ hoc est,in terra captiuitatis seu persecutiõis nr̃æ » 21
subiecisti nos potestati inimicoꝝ nr̃oꝝ,q̃ nos cõtẽpserũt,⌊& cooperuit nos vmbra mortis,⌋ »
.i. tãta tribulatio,q̃ propter suã vehemẽtiã dici pt imago mortis,morti propinqua ac similis,
1.Reg.20 vndiq; venit sup nos. Vñ Dauid vehemẽter tribulatus,ait. V no tantũmõ gradu ego & mors E
diuidimur. Tales aũt fuisse interdũ tribulatiões Iudæoꝝ,ex libro Iudicũ & Regũ,ac Macha-
bæoꝝ clarissime cõstat. ¶ Si obliti sumus nomẽ dei nr̃i,⌋.i. si neglexi mus obseruare diuina » 22
pcepta,& cõtemplationẽ legis diuinæ abiecimus. Negligit eñ,imò & ignorat nomẽ dei,q
1.Iohan.2 eius pceptis nõ paret,queãdmodũ habet: In hoc scimus qm̃ cognouimus deũ,si mãdata eius
obseruamus. Qui dicit se nosse deũ,& mãdata eius nõ custodit,mẽdax est. Et de inobediẽti-
Tit.1. bus deo Paulus testat: Dicũt se nosse deũ,factis aũt negãt. Ideoq; ait scriptura: In maliuolam
Sapiẽ.1. animã nõ introibit sapientia,⌊& si expãdimus manus nostras ad deũ alienũ,⌋ hoc est,si ad- »
orauimus,siue coluimus aliũ q̃ veꝝ deũ,si potius seruiuimus creaturæ q̃ creatori,si venter nr̃
deus nr̃ est,si in auro sperauimus,aut obrizo diximus fiducia nr̃a,q̃si dicat,nõ. Ois eñ q; ma-
gis colit ac diligit creaturas q̃ creatorẽ,creaturã sibi in deũ cõstituit,& manus suas.i. deside-
ria sua ad deũ alienũ extẽdit. ¶ Nonne deus requiret ista?⌋ imò vtiq;,nã ipse est iudex iu- » 23
Iob.31 stus,cũcta discutiens,vniuersa iuste disponens,secũdũ q̃d S. Iob asserit: Nõne deus cõsiderat
Iob.9 viã meã,& oẽs gressus meos dinumerat? Et denuo: Verebar(inqt) oĩa opa mea,sciens φ non
Hebræ.4 parceres delinquẽti,⌊ipse eñ nouit abscõdita cordis.⌋ Nã oĩa nuda & apta sunt oculis eius »
Hiere.23 secũdũ aplm. Propter q̃d scriptũ est: Si occultabitur vir in abscõditis,& ego nõ videbo eũ,
dicit dñs? ¶ Quoniã propter te mortificamur tota die,⌋ hoc est,propter iustitiã pſecutões » 24
cõtinuas patimur,multisq; flagellis atterimur,eo φ fidẽ ac legẽ tuã relinquere nolumꝰ.⌊æsti »
mati sumus sicut oues occisiõis,⌋.i. sicut oues q̃ occidunt,ad nihil vtiles æstimant,nisi vt oc- F
cidantur & manducent,sic nos ab infidelibus & malignis reputati sumus vita indigni. Istud
aũt tpe Machabæoꝝ pſertim impletũ videt,qñ Antiochus iussit vt oẽs q; legẽ Moysi obser-
uabãt trucidarent. Vnde scriptũ est: Parati sumus magis mori q̃ patrias dei leges puaricari.
2.Macb.7 Et iteꝝ: Rex mundi deus defunctos nos pro suis legibus in æternæ vitæ resurrectione suscita
bit. Postremo orat propheta pro liberatiõe à malis pdictis. ¶ Exurge,⌋.i. p modũ à sessi- » 25
one surgẽtis te habe,& succurre,⌊q̃re obdormis dñe,⌋.i. cur ab adiutorio cessas,& pces ser »
uoꝝ tuoꝝ audire dissimulas,⌊exurge,⌋ protinus suffragãdo,⌊& ne repellas in finẽ.⌋.i. noli »
nos diu seu oĩno relinquere,q̃uis ad tẽpus succurrere differs. ¶ Quare faciẽ tuã,⌋.i. pieta- » 26
tis tuæ aspectũ atq; auxilij grãm ⌊auertis⌋ nõ statim subueniẽdo nobis ita afflictis,⌊obliuis- »
ceris inopiæ nr̃æ & tribulatiõis nr̃æ,⌋ hoc est,ita te habes,ac si nõ attẽderes paupertatẽ,quã »
propter te incurrimus,& tribulationẽ,quã propter te patimur. Hoc dr̃,nõ simplr̃ asserẽdo,
q a supius dictũ est,luxta est dñs his,q tribulato sunt corde, sed dolẽtis animi affectũ explicã
Iob.30 do, pietatisq; aures prouocãdo,iuxta quẽ modũ S. Iob ait ad dñm: Clamo ad te,& nõ exau
dis me,sto ad ostiũ,& nõ respicis me,mutatus es mihi in crudelẽ,& in duritia manus tuæ ad-
Abacuc.1. uersaris mihi. Vnde & Abacuc: Quasi impatiens factus,propter dilationẽ exauditionis diui-
næ,ita exorsus est. Vsquequo domine clamabo,& non exaudies,vociferabor ad te vim pa-
Esaię.63 tiens,& non saluabis? Esaias quoque propheta: Multitudo(inquit) viscerum tuorum,& mi
serationum tuarum super me continuerunt se. In tali ergo casu non debemus deficere,nec
ab ora-

A ab oratiōe desistere, sed immobil'r credere, possibilius eē cœlū & terrā perire, ꝗ in dn̄o cōfi-
dentē, ac ꝑseuerāter pulsantē relinqui. Ideo nāq; ait saluator: Qui ꝑseuerauerit vsq; in finem Mat. 24
hic saluus erit. Et: Oportet semp orare, & nō deficere. Solet em̄ vicissim deus tā diu differre Lucæ. 17
vt probet constantiā nostrā, atq; vt nostra desideria dilatione crescant, ac per hoc grām ex-
uberantiorē obtineant. Propter ꝙd Moyses ait: Recordaberis cūcti itineris per quod addu Deute. 8
xit te dn̄s deus tuus, vt affligeret te atq; tentaret, & nota fierent quæ versabant in corde tuo,
" vtrū custodires mandata eius an non. ¶ Quoniā humiliata est in puluere aīa nostra, ⌋ hoc
17 " est, nosipsi humiliamus nos corā te, proijciēdo pulueres ac cineres sup capita nr̄a, ⌊ cōgluti-
" natus est in terra vēter nr̄, ⌋ .i. proni in terrā cecidimus, & totū corpus nostrū ad honorē tuę
maiestatis prostramus, ꝗtenus misericordiā cōsequamur. Sic em̄ facere tp̄e necessitatis erat
cōsuetudo Iudæoꝝ. Vnde dicit: Iosue cecidit pronus in terrā corā dn̄o vsq; ad vesperā. Se- Iosue. 7
" quit orō deuota & efficax atq; ignita. ¶ Exurge dn̄e adiuua nos, ⌋ quoꝝ ꝓter te nullus est
18 " auxiliator, ⌊ & redime nos, ⌋ à malis pœnæ & culpæ cūctis periculis, ⌊ propter nomē tuū, ⌋
" .i. propter teipm̄ ac propriā bonitatē atq; ad noīs tui honorē, quēadmodū dixisti: Nō pro- Ezech. 36
pter vos ego faciā notū sit vobis, sed propter nomē sanctū meum.

¶ Elucidatio Tropologica siue moralis eiusdem psalmi.

PORrò moraliter conuenit psalmus iste ecclesiæ Christi multipliciter tribulatæ, seu
vnicuiq; Christiano afflictionibus mētis seu corporis pleno, & maxīe sanctis marty
ribus. Hoꝝ ergo vnusq́sq; pristina bn̄ficia dei cōmemorās, propriā́q; ꝑsecutionem
corā deo proponēs atq; ab ea liberari desiderās, ait. Deus, dei vnigenite, auribus no-
B stris audiuimus, Auribus vtiq; cordis, de ꝗbus in Euāg. dr̄: Qui habet aures audiēdi, audiat, Luc. 8
ꝗs nō habēt Iudæi, ꝗbus Moyses dicit: Vos vidistis vniuersa magnalia, ꝗ corā vobis dn̄s fecit Deut. 29
& nō dedit dn̄s vobis cor intelligēs, & oculos vidētes, & aures ꝗ possent audire, vsq; in ꝑsen-
tē diē. De ꝗbus & Esaias testat: Incrassatū est cor populi huius, & auribus grauiter audierūt, Esaiæ. 13
patres nr̄i, videlicet sc̄ti apl̄i & Euāgelistæ, annūtiauerūt nobis sermonibus & scripturis. O-
pus ꝙd opatus es in diebus eoꝝ .i. miracula ꝗ corā eis fecisti añ passionē & post passionē, & in
diebus antiquis .i. mirabilia ꝗ fecisti tp̄e Moysi. Vnde Iudas apl̄us ait: Iesus ppl̄m saluans de Iudæ. 1.
terra Aegypti, secūdo eos ꝗ nō crediderūt, ꝑdidit. Manus tua .i. potestas tua, ò dn̄e Iesu oī-
potens, gētes .i. tyrānos & ꝑsecutores ecclesiæ, populū́q; Iudæoꝝ, ꝗ primitiuā ecclesiā peni-
tus extinguere proponebāt, quēadmodū narrat: Quòd principes sacerdotū ꝑceperūt apl̄is, Actoꝝ. 4
ne oīno loꝗrent in noīe Iesu. Has itaq; gētes manus tua dispdidit, qm̄ multi eoꝝ in ꝑsenti vi
ta pessima morte cōsumpti, & oēs æternal'r perierūt. Sæpe etiā gladio Christianoꝝ princi
pu gētiles dispdidisti, videlicet Theodosii, Caroli magni, & Godefridi de Bolonia. Vnde de Michę. 5
Chr̄o ꝓdictū est: Egressus ab initio à diebus æternitatis, & magnificabit in medio vniuersæ
terræ. Et pater æternus ait de Chr̄o: Disperciā ei plurimos, & fortiū diuidet spolia. Et Za- Esaię. 53
charias loquēs de Chr̄o: Egrediet (inꝗt) dn̄s & ꝓliabit cōtra gētes, & stabūt pedes eius super Zach. 14
mōtē oliuaꝝ, & plātasti eos .s. pr̄es nr̄os apl̄os, cōstituēdo eos principes sup oēm terrā, sicut
in psalmo sequēti dicet, afflixisti ppl̄os, infideles secūdū modū ꝓdictū, & expulisti eos. Nā Iu
dæos de terra promissiōis eiecisti, & in ea Chr̄ianos habitare fecisti, multas etiā regiōes olim
C gētilibus subditas, Chr̄ianis dedisti. Nec em̄ in gladio suo possederunt pr̄es nr̄i Chr̄ifideles,
terrā .i. orbē terraꝝ, quē fidei subiecerūt & Chr̄ianis ipleuerūt. Apl̄i em̄ pauci & idiotæ fue-
rūt, nec hūana eloquētia ꝓditi. Vñ ait apl̄us: Prædicatio mea nō in ꝑuasibilibus hūanæ sapiē
tiæ verbis fuit, sed in sapīa spūs & virtutis, & brachiū eoꝝ .i. naturalis eoꝝ potētia, nō salua 1. Coꝝ. 2
uit eos de piculis, à ꝗbus frequēter saluati sunt. Nā cū apl̄i in custodia positi essent, angel' eos Actoꝝ. 5
eduxit. Paulū ꝙq; tertio naufragātē, Chr̄s de pelago liberauit, Iohānē ex seruētis olei doleo
sanū eripuit. Sed dextera tua .i. pia custodia tua, & brachiū tuū .i. opatio miraculoꝝ, & illu-
minatio vultus tui .i. sapiētia, quā eis dedisti, ꝑsertim in die pētecostes, mittēdo eis spm̄ sc̄tm̄,
ꝗ docuit eos omnē veritatē ac futuroꝝ ꝑsciētiā cōtulit eis. Per hæc em̄ instituta, aucta & sta-
bilita est Chr̄i ecclesia, ita vt Christiani ꝗ sunt, semē & filij aploꝝ possidēt terrā, & ab hosti-
bus inuisibilibus, visibilibuśq; saluat. Hinc ait apl̄us: Signa apl̄atus mei facta sunt sup vos in 2. Coꝝ. 12
signis & prodigijs & virtutibus. Et ad Heb. apertius ait: Qūo effugiemus, si tantā neglexeri- Hebræ. 2
mus salutē, quæ in nos confirmata est, cōtestante deo, signis & portentis & virtutibus & spi-
ritus sancti distributionibus. De illuminatione ꝙq; vultus sui sup apl̄os Chr̄s ꝓdixit: Ego da Lucæ. 21.
bo vobis os & sapientiā, cui nō poterūt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. De Mat. 28
niq; de dextera sua .i. gratiosa sua ꝑsentia ac pia custodia ait: Ecce ego vobiscū sum oībus die-
bus vsq; ad cōsummationē seculi. Per hæc itaq; salutem mētis & corporis Christiani sortiti
sunt, qm̄ ó Chr̄e, cōplacuisti in eis, sicut in euāgelio protestaris: Nō vos me elegistis, sed ego Iohan. 15
elegi vos. Vnde Petrus credētibus scribit: Vos genus electū, regale sacerdotiū, gens sancta,
populus acquisitionis, & virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admira- 1. Petri. 2
bile lumen suum. Ideo Christiani ad fidem Christi ac interiorem salutem perducti sunt ab

Actor.17 exordio prædicationis apostoloꝝ, quia à Christo electi fuerunt. Hinc nanq; Paulus Atheniensibus dixit: Tempora prioris ignorantiæ despiciens, deus nunc annuntiat hoibus vt omnes vbiq; pœnitentiam agant, eo φ statuit diem, in quo iudicaturus est orbē in æquitate in viro quē statuit. Ad Ephesios quoq;. Secundū reuelationē (inquit) notū mihi factū est sacramentū, q̄d alijs generationibus non est agnitū, sicut nunc reuelatū est sanctis apostolis eius in spū, esse gētes cohæredes & concorporales, & cōparticipes promissionis dei in Iesu Christo D

Ephes.3

Ephes.1. imò in Chr̄o oēs fideles & prædestinati, ab æterno electi sunt, queadmodū aplus fassus est: Deus elegit nos in Christo ante mundi cōstitutionē, vt essemus sancti, & immaculati in conspectu eius. Vnde secūdū Augustinū in libro de p̄destinatiōe sanctoꝝ: Chrūs est p̄clarissimū exēplar & causa p̄destinationis omniū electoꝝ. Quocirca pensandū, φ in p̄destinatione duo cōsiderant, videlicet ipse actus p̄destinātis: sic aūt nec Chrūs, nec aliquid est causa p̄destinationis, qm̄ prædestinatio sic accepta est deus prædestināns, sicut creatio actiua est deus creans Secundo considerat in prædestinatōe, gratia prædestinantis, q̄ est prędestinationis effectus Prædestinatio em̄ est præparatio gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro, sic vero Chr̄i prædestinatio est exemplar & causa prædestinationis sanctoꝝ. Deus em̄ præordinauit mūdum

Ephes.1. saluare per Christum, & merito eius conferre hominibus gratiam. Ideoq; aplus ait: Deus p̄-

Roma.8 destinauit nos in adoptionē filioꝝ per Iesum Christū secūdū propositū volūtatis suæ in laudē gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. Et alibi: Quos p̄sciuit (inqt) & prædestinauit cōformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus.

Lucæ.10 Deniq; Chrūs causam illuminatiōis humiliū assignans, complacentiā voluntatis diuinæ pro causa inducit, dicens: Cōfiteor tibi pater cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Etiā pater, quia sic placuit ante te. Vnde & deus aper-

Exodi.33 tissime ait: Miserebor cui voluero, & clemens ero in quē mihi placuerit. Ex quo concludit sacratissimus noster philosophus, ergo cuius vult miseret, & quē vult indurat. Hæc aūt introducta sunt contra inimicos gratiæ dei, videlicet cōtra Pelagianos, & ne aliquis vnq̄ in semet E ipso gloriari p̄sumat, sed sciat totū bonū nostrū .i. merita & p̄mia esse dei dona, solaq; gratia

Ephes.2 nos esse saluatos. Ideo em̄ apostolus loquitur: Deus qui diues est in misericordia propter ni-

Roma.3 miam charitatē suā, qua dilexit nos, cū essemus mortui peccatis, cōuiuificauit nos in Christo, cuius gratia estis saluati: gratia em̄ saluati estis per fidē, & hoc non ex vobis: dei em̄ donū est, non ex operibus, ne quis glorietur. Deinde etiā quilibet fidelis ait. Tu dn̄e Iesu, es ipse rex

Esaiæ.33 meus. De quo scriptum est: Dn̄s iudex noster, dn̄s legifer noster, dn̄s rex noster, ipse veniet

Hiere.23 & saluabit nos. Et: Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit. Et: Ecce

Zacha.9 rex tuus veniet tibi iustus, & saluator, ipse pauper & ascendens super asinā. Christus em̄ ecclesiam regit, colit, purgat, perficit, atq; ad vitam æternā perducit. Vnde de Christo scriptū

Mich.5 est: Stabit & pascet in fortitudine domini, & conuertentur ad eum. Et dominus ait: Saluabo

Ezec.34 gregem meum, & suscitabo super eum pastorē vnum, qui pascat eum seruū meū Dauid. Ego dominus ero eis in deum, & seruus meus Dauid princeps eorum. Per Dauid autē, secundum omnes doctores, etiam Hebræorū intelligitur rex Messias seu Christus. Tu quoq; dn̄e Iesu Christe es & deus meus, tu em̄ es vnigenitus dei deo patri cōsubstantialis, coæqualis, & coæ-

1.Ioha.5 ternus. Vnde Iohannes ait: Simus in filio dei Iesu Christo, hic est verus deus, & vita æterna, qui mandas salutes Iacob, hoc est, qui grām & misericordiā tuā gratis impendis ac offers ec-

Matt.11 clesiæ, & supplantatoribus vitioꝝ, qui in euangelio dicis: Venite ad me qui laboratis & one-

Matt.7. rati estis, & ego reficiam vos. Et iterū: Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & a-

Lucæ.11. perietur vobis. In te inimicos nostros .f. dæmones, ventilabimus cornu, superādo tentatio-

Philip.4 nes eoꝝ per grām tuam. Aplus em̄: Omnia (ait) possum in eo, qui me cōfortat. Chrūs quoq; F

Lucæ.10 discipulis ait: Ecce dedi vobis potestatē super omnia dæmonia. Principes etiā Christianoꝝ frequēter Chr̄i virtute visibiles hostes superauerūt, & in noīe tuo spernemus insurgētes ī nobis, nō formidādo eos q corpus occidūt, sed implēdo q̄d tu ipse dicis: Dico aūt vobis amicis

Lucæ.12 meis, ne terreamini ab his, q corpus occidūt, sed eū timete, q habet potestatē, & corpus & animā perdere in gehennā ignis. Et rursus: Nolite timere pusillus grex, qm̄ cōplacuit patri ve-

Ioha.14 stro, dare vobis regnū. Et alibi: Non turbet cor vestrū, neq; formidet. Hoc beatissimi marty-

Actoꝝ.5 res excellentissime impleuerūt, qui tyrannos deriserūt, atq; spreuerunt. Et de primis nostris principibus .f. de sanctis apostolis scriptū est: Ibant gaudētes à cōspectu cōsilij, qm̄ digni ha-

Actoꝝ.21 biti sunt pro noīe Iesu cōtumeliā pati. Et Paulus testat: Ego nō solū ligari, sed & mori paratus sum pro nomine dn̄i Iesu Christi. Non em̄ in arcu meo, hoc est, in naturali industria, aut subtili consilio, aut adinuentionibus fraudulentis, sperabo. Saluasti em̄ nos de affligentibus nos, .i. de p̄secutoribus & tyrannis, q a per mortē corporalem, quam nobis intulerunt, æternā vitā adepti sumus, & odientes nos confudisti, q a prædictos aduersarios fidei, atq; ecclesię æternaliter condemnasti Potest quoq; exponi hic versus de dęmonibus nos tentantibus, & concupiscentijs malis nos impugnantibus, contra quos viri sancti continuum bellum habent,

A bent, sed in nomine Christi hostibus omnibus prævalent. In deo laudabimur tota die, & in
noīe tuo confitebimur in seculū. Versus iste in p̄cedenti expositiōe satis expositus est. Quod
aūt ecclesiæ Christi p̄sertim cōueniat, patet ex eo q̄d ait scriptura: Oēs qui credebāt, erāt pa Actorū. 2
riter, & erant illis omnia cōmunia, & sumebāt cibū cū exultatione & simplicitate cordis, &
collaudabāt deū habētes grām ad omnē plebē. Nunc aūt, videlicet qñ hæretici, schismatici,
pagani, tyranni, & impij deuastāt ecclesiā orthodoxā, martyresq́ occidunt, repulisti, ò dñe
Iesu. i. populū tuū affligi permisisti, & cōfudisti nos, permittens nos ab impijs subsannari, ac
despici, sicut ait ap̄lus: Spectaculū facti sumus deo, & angelis, & hoībus, & non egredieris in
virtutibus nostris, hoc est, de tribulationibus, pœnaq́ mortis in præsenti seculo non eripi-
es nos. Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros. Frequēter em̄ fideles nondū parati ad
martyriū fugerunt, & propria loca reliquerunt timore persecutorꝝ, & captiui ducti sunt atq́
post terga hostium vincti venerunt, ac trahebantur, & qui oderunt nos, diripiebant sibi, ter
ras, ciuitates, & omnia nostra, quæ reliquimus fugientes seu capti. Temporibus quippe mar
tyrum, diripiebant sibi tyranni quæcunq́ martyrum erant. Dedisti nos tanq̄ oues escarꝝ, hoc
est, tam copiose, tamq́ pro nihilo nos occidi permisisti, sicut oues mactant, vt manducentur Iohan. 16
Implesti em̄ in nobis domine Iesu, quod in euangelio prædixisti: Venit hora, vt omnis q̄ in-
terficit vos, arbitretur obsequium se præstare deo. Et iterū: Trademini à parentibus & pro-
pinquis & amicis, & morte afficient ex vobis, & in gentibus dispersisti nos. Vsq́ in hodier-
num diem multi fidelium inter infideles morantur sub graui tributo atq́ pressura, quemad-
modū inter nos cōmorantur Iudæi. Vendidisti populum tuum sine pretio. Eodem modo &
multo amplius contigerūt frequenter Christianis mala, seu pene quæ in isto versu, ac duob⁹
sequentibus recitant, q̄uo acciderūt populo veteris testamenti, idcirco expositio patet ex p̄-
B cedenti expositione. Tota die verecūdia mea contra me est. Erubuit em̄ ecclesia Christi, vel
p̄pter mēbra sua īfirma, q̄ interdū ex horrore pœnarꝝ in martyrio defecerūt, vel fugerūt aut
absconderūt. Vel quia videbat legē dei sui contemni & conculcari. Vel q̄a Christiani ab om
nibus aspernabant velut insensati & magi, atq́ phantastici, sicut de eis dicturi sunt infideles,
in die iudicij. Hi sunt quos aliqñ habuimus in derisum, & in similitudinē improperij, nos in- Sapiē. 5
sensati vitā illorꝝ æstimabamus insanā, & finē sine honore. Q̄uo ergo cōputati sunt inter fi-
lios dei, & inter sanctos sors illorꝝ est? Vnde & S. Iob ait: Deridet iusti simplicitas. Hæc om̄ia Iob. 12
tormenta & dura venerūt sup̄ nos, martyres tuos & seruos ò dñe Iesu Chr̄e, nec obliti sumus
te, fidē tuā negādo, & inique nō egimus in testamēto tuo. i. propter p̄secutiones nequaq̄ reli-
quimus viam iustitiæ. Et non recessit retro cor nostrū, te derelinquendo, & rebus transito-
rijs inhærēdo. Q̄m propter te. i. amore tuo, & propter spem vitæ æternæ, mortificamur to-
ta die, in labore pœnitētiæ, in ieiunio & fletu & planctu, in vigilijs & castigationibus mētis,
& corporis, atq́ omnimoda abnegatione propriæ volūtatis, baiulādo q̄tidie crucē Chr̄i, &
sequēdo vestigia eius, quēadmodum monet ap̄lus: Deponētes omne pōdus & circūstās nos
pcc̄m p̄ patientiā curramus, propositū nobis certamē aspiciētes in authorē fidei, & consum Hebræ. 12
matorē Iesum, vt nō fatigemur animis nr̄is, æstimati sumus sicut oues occisiōis. Hoc & cæte
ra nūc omissa in p̄cedēti expositiōe satis elucidata videnť. Hūc aūt versiculū allegat ap̄lus, tā-
quā de se ac sibi similibus dictū, quos nulla aduersitas à dei amore auertere potest, sic nēpe in-
ducit: Quis ergo nos separabit à charitate Chr̄i, tribulatio, an angustia, an p̄secutio, an fames Roma. 8
C an gladius? Sicut scriptū est: Q̄m propter te mortificamur tota die, æstimati sumus vt oues
occisiōis. Et alibi ait: Quotidie morior propter vestrā gloriā fratres, quam habeo in Chri- 1. Cor. 15
sto Iesu domino nostro.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XLIIII.

### ¶Argumentum.

¶Titulus. In finē pro ijs q̄ cōmutabunť, filijs Coræ ad intellectū cāticum pro dilecto, aliàs
victori pro filijs filiorꝝ Coræ eruditiōis canticū amātissimū. In hoc psal. disserit propheta de
incarnatiōe Chr̄i, seu de nuptijs Chr̄i & ecclesiæ, spōsi & spōsæ, regis & plebis, cōmēdans ec
clesiā multipliciter, nēpe quā mysticis virtutibus exornatā nobis sub oculis depingit. Vnde
Valētinianus ip̄m triphariā dispartit, vt in primis spōsi magnificētia, nobilitas, dignitas, &
ornatus explicet, Atq́ deinde, ibi, Astitit regina, magnificentia, pulchritudo, & ornatus spō
sæ. Et postremo vtriq́ cōmendantur ex copia & fœcunditate prolis, ibi, Pro patribus tuis.
Author exponit eū varie. Porrò duos priores versus de æterna filij dei productiōe à patre,
atq́ deinde eosdē repetit, vt sint verba prophetæ de incarnatiōe dißerētis, iuxta sensum iam
prælibatū. Et tandē quasdā tropologias & allegorias in calce connexuit.

### ¶Expositio Tituli.

¶Psalmus iam elucidandus tali titulo p̄notať. In finē pro his q̄ cōmutabunť filijs Choræ,
ad intellectū canticū pro dilecto. Psalmus iste gloriosus ac nobilis de duplici Chr̄i natura ac
diuina generatione ipsius & de vnitate p̄sonæ ipsius, de cōiunctione q̄q́ Chr̄i spōsi & spōsæ

suæ ecclesiæ, seu virginis gloriosæ, aut fidelis aiæ excellenter euidenterq; tractat, & ideo appellat epithalamiū.i.carmē thalami, nuptias sponsi ac spōsæ collaudans. Sensus ergo tituli talis est. Canticū in finē.i.psalmus iste, q dicit canticū, tendēs in Christū, q est principiū nostræ creationis, & finis nostræ recreatiōis, Canticū, inquā, scriptū pro his q cōmutabunt, hoc est, pro electis, qui nō solū resurgēt, sed etiā immutabunt.i.beatā immortalitatē adipiscent, videlicet pro filijs Choræ.i.imitatoribus Chri in loco Caluariæ crucifixi. Choræ eñ interpretatur Caluaria. Pro dilecto, hoc est, canticū istud etiā scriptū est pro Chro, ad quē pr dixit: D

Lucæ. 3. Tu es filius meus charissimus. Sic ergo canticū istud est pro Chro & fidelibus eius.i.de sponso ecclesiæ, & ipsa ecclesia loquit, Ad intellectū.i.quatenus Christifideles sapiēter intelligāt Christū & eius mysteria.s.incarnationē & coniunctionē cū ecclesia fidelr cōtemplent. Hieronymus aūt in translatione sua, iuxta Hebræū, ponit hūc titulū, Victori, pro lilijs filiorum Choræ, eruditionis cāticū amātissimū, & redit in idē cū titulo pinducto. Per lilia eñ intelligunt fidelia Chri mēbra, q sunt filij spōsæ. Porrò exordiū psalmi huius, vc; primi duo versus duplr exponunt. Primo, vt sint verba dei patris, in cuius psona loquēs propheta, ait.

¶ Expositio psalmi. " 1



Ructauit cor meum verbum bonum, ⌋ hoc est, mens mea paterna, seu egoipse qui aliud nihil sum, nisi mens paterna simplicissima atq; purissima, vel intellectus meus æternus, siue memoria mea fœcunda, de plenitudine suæ infinitæ fœcūditatis ac bonitatis, & de ipso fonte meæ essentiæ infinitis diuitijs plene, intellectualiter protuli, vereq; genui, vnicum filium mihi consubstan-

Eccl. 1. tialem, qui est verbum bonum, De quo scriptum est: Fons sapientiæ verbum

Johan. 1. Sapiē. 18 dei in excelsis. Et: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbū. De quo superius dictum est: Verbo domini cœli firmati sunt. Sapiens quoq;: Dum quietum silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus domine de cœlo exiliēs à regalibus sedibus venit, ⌊ dico ego, ⌋ pater æternus, ⌊ opera mea ⌋ "

Apoca. 19 hoc est, quæcunq; ago, ⌊ regi, ⌋ hoc est, Christo filio meo amantissimo, qui est rex regum & E

Johan. 5 dominus dominantiū. Hoc est quod Christus ait: Pater diligit filiū, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit. Quicquid eñ pater in seipso cognoscit, hoc in verbo suo exprimit, ita vt quicquid in patris essentia cōtinet, hoc plane resplēdet in filio. Ipse nāq; vnigenitus est mētis paternæ verbū æternū, intelligētiæ dictio, & sapiētiæ eius plena expressio. Deniq; quicquid pater in ordine reȝ à principio cōdidit, hoc æternaliter in verbo suo dixit, atq; p ipm cōgruo

Johan. 1. tpe fecit. Propter qd scriptura testat: Omnia p ipsum facta sunt. Et iteȝ: Quod factū est in ipso vita erat. Deinde ait pr æternus. ¶ ⌊ Lingua mea calamus scribæ, velociter scribētis, ⌋ " 2
.i. intellectus meus similis est stilo hois cito scribētis. Et hoc propter duo. Primo, qm̄ verbū qd stilo scribit, nō est sonās ac trāsiens, sed silens, firmū ac pmanēs, sic verbū dei patris nō est transiēs, sonans, atq; instabile, sed secretū, firmū, immobile, & æternū. Secūdo, qm̄ sicut stilus velociter scribētis sine labore ac mora notabili verbū exarat, sic intellectus diuinus ad in-

Prouer. 8 tra loquēs, vel deus pr sine motu, labore, & mora verbū suū produxit in ipso æternitatis momēto, quēadmodū sapiētia æterna, q est verbū ac filius dei, ait: Dñs possedit me initio viarum suaȝ anteq̄ quicq̄ faceret à principio ab æterno ordinata sum, Nōdū erāt abyssi, & ego iā cō-

Expositio secunda ceptа erā. Secūdo exponi pt hic locus, vt sint verba prophetæ, eritq; sensus, Eructauit cor meū verbū bonū.i.ex plenitudine diuinæ illuminatiōis, & ex abūdātia, pphetalis notitię intellectus meus, ptulit, intra se dixit, & ore expssit psalmū psentē, q est verbū bonū & salubre, F
ac optimus sermo, Dico ego opa mea regi.i.scripturā istā & alia cūcta q ago, dico, canto, & scribo ad gloriā regis Messiæ, de cuius nuptijs in hoc psalmo tractabo. Lingua mea calamꝰ scribæ, velociter scribētis.i.lingua oris mei in scribēdo hūc psal. fuit calamꝰ, stilus, penna, seu graphiū scriptoris cito scribētis.i.mēȝ psius, q psalmū sine pprio studio scripsi & sine labore scdm q spūs. me docuit. Lingua eñ, pphetæ fuit instrumētū aīæ suę, quēadmodū pēna in-

Hiere. 36 strumētū ē manꝰ scribētis, scripsitq; ppheta hūc psal. velociter, sicut i scipt. habet. Dixit Baruch ad principes Iudę, ex ore suo loqbat Hieremias, qsi legēs oēs sermōes istos ad me, & ego scribebā in volumine atramēto. Vel sic, lingua mea calamꝰ fuit scribæ, velociter scribētis.i. spūs sancti, qui quos ad scribendum inspirat, velociter scribere facit, nescit eñ tarda moli-

2. Reg. 23 mina spūs sancti gratia, teste Ambrosio. Et huic sensui consonat quod Dauid fatetur. Spiritus domini locutus est per me, & sermo eius per linguā meā. Prima aūt expositio horum ver

Esaię. 45 suum melior est atq; profundior, & ei cōcordat, qd ait deus pater. Egrediet de ore meo iusti

Eccl. 24 tiæ verbū, & nō reuertet. Illud quoq;: Ego ex ore altissimi prodiui primogenita ante omnē creaturā. Non solū aūt dixit, Eructauit cor meū verbū: sed, verbū bonū, ad insinuādū, q verbū

Marc. 10 istud sit verus deus. Nā Chro testāte, nemo bonus, nisi deus, ipse eñ deus est naturalr, atq; quomodolibet bonus, & secūdū Dionysiū, Natura eius est bonitas, primūq; dei nomē bonū. Cōsequēter prorūpit propheta in laudē regis istius, & primo cōmēdat eū propter pulchritudinē

A chritudinē, dicēs. ¶Speciosus forma p̄ filijs hominum.] Triplex speciositas in Chr̄sto fuit. Vna æterna, diuina, & infinita quę cōuenit ei rōne diuinæ naturę, estq; eēntial̄r idē cū diuina eēntia atq; in trib⁹ p̄sonis vna ac idiuisa, & de hac pulchritudīe Chr̄i, q̄ ē sapia p̄ris, scriptū ē: Sapia emanatio q̄dā est oīpotētis dei syncera. Candor est em̄ lucis æternæ, & speculū sine macula dei maiestatis. & imago bonitatis illius. Et Apostolus: Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Vnde sanctus Hylarius appropriata diuinaꝝ p̄sonaꝝ designans. Aeternitas (inq̄t) est in p̄re, species in imagine, vsus in munere. Quid aūt est species in imagine, nisi pulchritudo cōuenit filio tanquàm per omnia simili deo p̄ri: Propter quod filius contestaf. Qui videt me, videt & p̄rem. Hoc em̄ ait non ꝓpter identitatē personæ, vt asserebat inimicus sanctæ Trinitatis Sabellius, sed propter omnimodam similitudinem vtriusq;, scd̄m quòd ait Apostolus: Qui est imago dei inuisibilis. primogenitus oīs creaturæ. De hac increata pulchritudine dei Dionysius pulcherrimè loquif: Propter hanc quoq; speciositatē ait de Christo Petrus apostolus. In quē desiderant angeli prospicere. Alia est speciositas Christi creata, & sp̄ualis quæ consistit in perfectōe suæ sapiæ, in excellentia gr̄æ, & in eminētia suæ charitatis atq; virtutum, & ista speciositas Christi summa & incomparabilis fuit, imò & maior q̄ omnium simul electoꝝ, q̄a scriptum est: Non ad mensuram dat deus sp̄m, subintelligēdum est Christo homini. Tertia autē speciositas Christi fuit creata, & corporalis, quæ consistit in debita proportiōe, situ & quātitate membroꝝ, & in congrua suprfusione viuacis coloris, & ista pulchritudo Chr̄i magna ac vehemēs fuit. Primo quoniam nulla naturalis perfectio defuit ei. Scd̄o, q̄a decebat, vt aīa illa sanctissima atq; pulcherrima proportionatum sibi corpus, vtpotē pulchrum ac nitidum sortiref. Tertio, qm̄ corpus Chr̄i sumptum erat ex purissima materia. s. ex mundissimis sanguinibus dignissimæ virginis. Quarto. q̄a formatū cōpactumq; fuit ab agēte infallibili nō errāte, puta à sp̄u sancto. Verum, an ista corporalis speciositas Chr̄i fuerit simpl'r maior, q̄ aliqua vnq̄ alterius hoīs speciositas fuerit, de hoc diuersimodè dr̄. Ego aūt piè credo, q̄ dn̄s meus Iesus Chr̄us etiā quantū ad corpalem pulchritudinē cæteros oēs, imò & Absolonē excesserit propter rōnes p̄rædictas. Non tamē semp (vt arbitror) æquè pulcher in vultu apparuit, qm̄ ea quæ pulchritudinē corporalē ornant atq; cōseruant, nō curauit, sed spreuit. Pulchritudo aūt eius sp̄ualis semp æqualis fuit, q̄a in gr̄a nō profecit, pulchritudo vero corporis sui, t̄pe passiōis in t̄m euanuit, vt de ipso dictū sit: Nō est ei sp̄es, neq; decor, & vidimus eū, & nō erat ei aspectus. De hac aūt multiplici pulchritudine sponsi cœlestis, ac regis Messiæ, ait sponsa: Dilectus meus cādidus & rubicundus electus ex milibus. Et: Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus. Sic ergo (ó Chr̄e) tu speciosus es forma p̄ę filiis hoīm. Quod em̄ idipm̄ ad l̄ram de Chr̄o dicaf, patet ex translatione Caldaica apud Hebræos autētica, q̄ sic habet. Pulchritudo tua rex Messia maior q̄ filioꝝ hominū. Porrò in libris Annalibus Romanoꝝ legif: q̄ Chr̄us fuit staturę procerę, mediocris, & spectabilis. Vultū h̄ns venerabilē quē possent intuētes diligere & formidare, capillos h̄ns coloris nucis auellanę, p̄maturę, planos, ferēs q̄ ad aures, ab auribus cincinnos crispos aliquātulū ceruliores & fulgētiores ab humeris vētilātes: discrimē h̄ns in medio capitis iuxta morē Nazaræoꝝ, frōtē planā ac serenissimā sine macula ac ruga, quā rubor moderatus venustauit, nasi & oris nulla prorsus rep̄hēsio, barbā h̄ns copiosam, capillis concolorē, nō longā, in mēto paꝝ bifurcatā, aspectū simplicē & matuꝝ, oculis glaucis varijs & claris existētibus, in increpatiōe terribilis, in admonitiōe blādus & amabilis, hilaris seruata grauitate, aliq̄n fleuit, sed nunq̄ risit, statura corpis ꝓpagatus & rectus, brachia vero & manus visui delectabiles, alloqo grauis, rarus, & modestus, talis vtiq; p oīa vt merito diceref: Speciosus forma præ filijs hominum.

C Deinde Chr̄us laudaf ab eloquētia. [diffusa est gr̄a in labijs tuis.] hoc est, fructuosa & efficax eloquētia data est tibi. Vnde Chr̄us ait: Posuit dn̄s os meū, quasi gladiū acutū. Et ipsi quoq; aduersarij Chr̄i compulsi sunt dicere: Nunq̄ sic locutus est homo sicut hic loquif. Sed & de ipso sic legif: Mirabanf oēs in verbis gr̄æ, quæ procedebāt de ore eius. Efficaciā aūt Chr̄i in loquēdo pandit Euāgelista, dum ait: Erat docēs sicut virtutē h̄ns, nō sicut pharisæi & scribæ. ¶Sciēdum quoq; q̄ Chr̄us habuit donū linguaꝝ, sicut & cæteras grās grai is datas, non tamē legif vsus hoc dono, q̄a nō prædicauit, nisi in Hebræo. Vnde & ip̄e ait: Nō sum missus nisi ad oues quæ perierūt domus Israel. Deniq; sicut manus est organū intellectus practici, sic lingua ē organū seu istrumētū itellect⁹ speculatiui. Quēadmodū ergo Chr̄s habuit summā sapiā, sic decuit eū h̄re sūmā eloq̄ntiā. Iō de gr̄a labioꝝ Chr̄i spōsi sui ait spōsa: Aīa mea liq̄facta ē, dilect⁹ locut⁹ ē. [ꝓpterea bn̄dixit te de⁹ i æternū.] bn̄dictio dei ē, collatio seu isusio gr̄ę dei ac dīnoꝝ donoꝝ m̄ltiplicatio eorūdē. Chr̄s āt i gr̄a nō p̄fecit, nec sibijp̄i aliq̄d de eēntiali p̄mio meruit sicut vbertī p̄habitū ē, qūo ergo ꝓpter grās labioꝝ suoꝝ bn̄dict⁹ à deo asserif: Et r̄ndēdū q̄ beatitudo ista itelligēda ē, q̄tū ad accn̄tale p̄miū Chr̄i: nā p p̄dicationē suā s̄ctissimā meruit sibi corporis sui gl̄ificatōēs & ascēsionē. Pōt q̄q; bn̄titudo ista referri ad fructū eloq̄ntię Chr̄i atq; ad mysticū corp⁹ ip̄i⁹. Dicim⁹ em̄ terrā bn̄dici dū fert copiosum fructū. Sir qm̄ p Chr̄i doctrinā

Sapiæ.7 Hebræo.1 Iohan.14 Coloss.1 De diuin. nomi. ca.7 1. Pet.1 Iohan.3 Esaiæ.53 Cantic.5. Cantic.1. Esaie.49 Iohan.7. Lucæ.4 Math.7 Matt.15 Cantic.5

multi salutē sortiti sunt, ipse Christus rōne suæ eloquentiæ benedici asserit. ¶Accingere » 4
gladio tuo sup fœmur tuū potētissime⌋ hoc est, O rex Christe qui es saluator oīpotens & de- » D
bellator aereaꝝ potestatū fortissimus. Accingere. i. teipſm accinge, vel à tota Trinitate accin-
garis. Gladio tuo. i. p̄dicatōe diuina, verbo dei, sermone iustitiæ, ita vt grām in labijs tuis dif-
fam effundas, eaq́ꝫ ad mūdi informationē vtaris, accingere (inquā) sup fœmur tuū. i. sup in-
Ephes.6. tellectū tuum, ita vt sapienter loquaris, & efficaciter doceas. Bene eqdē p gladiū intelligitur ver
Hebræ.4 bum dei seu prædicatio Euangelij. Iuxta illud diuini Apostoli: In oībus sumētes scutū fidei,
& gladiū spūs, q̄d ē verbū dei. Et iteꝝ: Viuus est (inqt) sermo dei, & efficax & penetrabilior oī
Hiere.13 gladio ancipiti. Dicit em̄ verbū dei, gladius rōne sui effectus, qm̄ intima mētis penetrat, pctā
Eccle.vl. occidit, dæmonē'q́ꝫ exuperat. Vnde dn̄s ait: Nunqd nō verba mea sunt ignis, & quasi malleus
conterēs petrā? Et ait scriptura: Verba sapientū quasi stimuli & quasi claui in altū defixi. Cō
uenienter quoq́ꝫ p fœmur accipit intellectus. Quēadmodū em̄ fœmur corpis est seminariū
Genes,49 generatōis secundū illud: Non auferet sceptrū de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat
Luc.8 qui mittēdus est, sic intellectus est seminariū spūalis procreatōis. Nam vt Chrūs in Euāgelio
asserit, semē est verbū dei. Verbū autē ab intellectu procedit, sicut ait philosophus. Sunt ergo
Gala.4 ea quę sunt in voce eaꝝ, quæ sunt in anima passionū notæ. Intellectus itaq́ꝫ p verbū oris spūa-
liter generat, prout ad Galatas dicit Apostolus: Filioli mei quos parturio donec formet Chri
Hiere.31. stus in vobis. De hoc fœmore intellectuali cui supercingit gladius verbi ait Hieremias: Con-
uerte me dn̄e & conuertar, postq̄ em̄ conuertisti me egi pœniam, & postq̄ ostēdisti mihi, p-
cussi fœmur meū. De potētia aūt Christi in p̄cedentis psalmi elucidatōe multa inducta sunt
Mich.5 quibus hoc adijci potest, q̄ de ea commemorat: Exaltabit manus tua sup hostes tuos, & oēs
Hebræ.1. inimici tui interibunt. Et Apostolus de Chr̄o loquēs: Cū sit splendor glorię, portās'q́ꝫ oīa ver » E
Eccl.24. bo virtutis suæ. Vnde Chrūs dei sapiā ait: Omniū excellentium & sublimium colla calcaui.
¶Specie tua (creata) & pulchritudine tua (increata) intēde prospere⌋ hoc est, feliciter re- » 5
spice & ad nostram æternā prosperitatem, piè considera genus humanum, vt illud saluifices,
⌊procede⌋ de sinu p̄ris in vteꝝ virginis, de cœlo summo in inferiores partes terræ, de vtero »
m̄ris in præsepe, de præsepe in publicū, deinde in crucem, & tandem in cœlū. Sic ergo pro-
Cantic.2. cede, quemadmodum sponsa ait: Ecce iste venit saliens in montibus transiliens colles ⌊& re- »
gna⌋ in militanti ecclesia per fidem & grām, atq́ꝫ in triumphanti Ecclesia per visionem btām »
Zach.vlt. Itaq́ꝫ ó Christe regna, quatenus impleat illud: In die illa erit dn̄s rex sup omnem terram. Et il
Naum.3 lud: Erit dn̄o regnum. De hoc Chr̄i regno ait Apostolus: Deus exaltauit illud, & dedit illi no
Phil.2 men quod est super omne nomen vt in nomine Iesu omne genu flectat, cœlestium, terrestri-
Ephes.1 um, & infernoꝝ. Et iteꝝ: Deus (inqt) cōstituit illum ad dexterā suā in cœlestibus supra oēm
principatū, & potestatem, & virtutem, & dn̄ationē. Propter quod Chrūs affirmat: Data est
Mat.28. mihi oīs potestas in cœlo & in terra. Considerandū aūt, q̄ Cr̄s hoc dixit post resurrectionē,
sed non est hoc ita intelligendū, quasi tunc primū data sit Chr̄o homini p̄dicta potestas, imò
à primo suæ humanæ conceptōis instanti, data est ei oīs potestas in cœlo, & in terra. Nam
eo ipso q̄ Chr̄i humana natura vnita ē deo vnione psonali, subiecta est ei oīs creatura. Ideo'q́ꝫ
Johan.3. Chrūs ante passionem dixit: Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Et iterum ait.
Joh.5. Quæcunq́ꝫ facit p̄r, hęc & filius similiter facit. Et in hoc Chrūs insinuat vnam atq́ꝫ eandē esse » F
essentiam & potentiā sui ac p̄ris, q̄a à diuersis seu distinctis suppositis emanare non p̄t opatio
eadē nūero, nisi in natura & potestate conueniant, imò in verbis his fatet se Chr̄m verum de
um. Nisi enim esset verus deus ipse non faceret, quæ facit p̄r, similiter p̄ri. Vel similiter sicut
pater. Nam si pura creatura esset, vt Arriani mentiti sunt, p̄r faceret principalr̄, & ipse instru-
mentaliter. ¶Propter veritatē & mansuetudinem & iustitiam, & deducet te mirabiliter⌋ » 6
hoc ē, in oī cōuersatōe tua sine culpa, & omino irrep̄hensibiliter diriget te⌊dextera tua⌋ id ē »
diuīa tua natura q̄ tua hūanitate dignior atq́ꝫ robustior ē, sicut dextera nobilior potētior'q́ꝫ cō
sistit q̄ sinistra. Chrūs em̄ sine peccato inter homines conuersatus est, quod vtiq́ꝫ super homi
nem est & mirabile nimis præsertim cum iustus septies cadit in die. Vel sic: Propter veritatē,
& mansuetudinem & iustitiā, hoc est, propter actus haꝝ virtutū, & merito eaꝝ videlicet, q̄a
vita & doctrina verus fuisti, & in aduersis mitis ac patiēs, atq́ꝫ in oībus iust⁹ nō ppriā, sed p̄ris
gloriam hominum'q́ꝫ salutem quærens, propterea deducet te mirabiliter dextera tua, videli-
cet eleuans te de terra ad cœlos, & statuens te iudicem vniuersoꝝ. Ascensionē em̄ & iudicia-
riam ptātem Chrūs sua examinatōe, & sancta conuersatōe promeruit. Chrūs em̄ in oībus ve
Johan.18. ritatem dixit, & obseruauit secundū q̄ ipse coram Pilato testatus est. Ego in hoc natus sum,
Matth.11 & ad hoc veni in mundum, vt testimonium phibeam veritati. Erat etiam mansuetus, quem-
Actoꝝ.6. admodum ait: Discite à me q̄a mitis sum & humilis. Erat & iustus sicut ad Iudæos Stephanus
ait: Quē prophetaꝝ nō sunt psecuti p̄res vestri. Et occiderūt eos q p̄nuntiauer̄t de aduētu iu
sti, cuius vos nūc pditores & homicidæ fuistis. ¶Sagittæ tuæ acutę⌋. i. verba p̄dicatōis tuę » 7
ó Chr̄e sunt penetratiua cordis, & īteriora aīæ expurgātia atq́ꝫ timorem salubrē incutientia,

⌊ppli

A « L populi sub te cadent.⌋ hoc est, infideles qui ante tibi inobedientes rebellesq́ꝫ fuerant, audita
« prædicatione tua ac discipulorum tuorum: conuertent ad fidem & tibi obedient, cadet autem sub te
L in corde.⌋ i. in medio L inimicorum regis.⌋ hoc est Gentilium qui erant hostes tui, qui es rex summus & verus, in toto enim mundo ceciderunt spiritualiter. i. Christo per fidem subiecti sunt, qui tempore incredulitatis inimici extiterant. Vnde Apostolus ait: Commendat autem charitatem suam deus in nobis, quoniam cum adhuc inimici essemus ille pro nobis mortuus est. Et: Christus est pax nostra qui fecit vtraque vnum per crucem dissoluens inimicitias in semetipso. Cui consonat quod de Christo prædictum est: Et erit iste pax Assyrius cum venerit, & cum calcauerit in domibus nostris. Huic autem exponi concordat quod infra de Christo habetur. Dominare in medio inimicorum tuorum. Id quoque quod ait Micheas: Conuertent ad ipsum, quia nunc magnificabitur in medio vniuersæ terræ. De hoc autem casu populorum sub Christo & regno eius sup inimicos suos pulcherrimè vaticinatus est Daniel: Suscitabit (inquiens) deus cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur, secundum quod vidisti, quod de monte abscisus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum. Lapis enim abscisus de monte sine manibus est Christus natus de virgine sine viri seminibus, & hic lapis comminuit prædicta metalla per quæ designantur mundi regna dum Apostoli virtute Christi ad fidem atque obsequium eius vniuersum mundum conuerterunt idololatriam extirpantes. Et hoc est quod inducitur: Horribilis dominus super impios, & attenuabit omnes deos terræ, & adorabunt eum viri de loco suo omnes insulæ Gentium. Propter quod rursus ait Propheta: Idola penitus conterentur. Vel sic: Populi sub te cadent in corde. i. casus iste erit spiritualis per obedientiam mentis non corporalis. ¶ Sedes tua deus in seculum
8 « seculi.⌋ hoc est, thronus gloriæ tuæ atque iudiciaria tua potestas (ó Christe) qui es deus verus, æter-
B naliter stabit, nec vnquam deficiet, quemadmodum dictum est: Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Et: Ipse portabit gloriam, & sedebit, & dominabitur in solio suo,
« L virga directionis virga regni tui.⌋ i. lex seu doctrina tua quæ est, virga regni tui. i. Ecclesiæ per quam ipsa fideles regit, & iudicat, est virga directionis, hoc est, iusta directio & rectum iudicium, quia neminem palpat, & personam non accipit. Christus enim præfixit Ecclesiæ suæ iustitiæ regulas, per quas dirigit Christianos. De hac virga Christi Esaias ait: Percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Vel sic: Virga regni tui, hoc est, ipsum regimen tuum quo regis & iudicas Ecclesiam, quæ est regnum tuum, est virga directionis. i. iusta correctio, æqua tribulatio, & gubernatio omnium directiua. Christus namque est in seipso iustus est iudex, & singula rectissimè atque iustissimè dirigit. Vnde de hac virga Christi iudiciaria legitur. Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet, sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Vnde & Christus in Euangelio ait: Nolite secundum faciem iudicare. Sed & de virga hac regiminis Christi dicitur. Regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. Hunc autem versiculum cum sequenti allegat Apostolus de Christo prædictum. Vnde liquet psalmum istum ad literam esse de Christo conscriptum. Postremo, diligentissime aduertendum, quod sanctus Propheta in versu hoc aperte insinuat Christum esse deum. Nam de eodem de quo prædixit: Speciosus præ forma filijs hominum &c. vsque ad versum hunc, de eo nunc addit: Sedes tua deus in seculum seculi & quod hoc de Christo dicatur euidentissime patet ex eo, quod protinus de eodem, de quo prolocutus est subdit:
9 « ¶ Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vnxit te deus.⌋ Hoc enim de deo secundum naturam diuinam non dicitur, quia secundum eam vnctus non est de deo, igitur incarnato ista dicuntur, quis enim Christo
C secundum vtramque naturam conueniat diligere iustitiam odioque habere iniquitatem, tamen principaliter loco ista dicuntur de Christo secundum humanitatem assumptam, quia subiungit: Propterea vnxit te deus. In præcedenti versu vocauit Christum deum, nunc dicit eum vnctum à deo. Innuit ergo personalem esse distinctionem in deo, & est sensus, quia (ó Christe) dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te deus omnium,
« L deus tuus.⌋ singularissimo modo L oleo lætitiæ.⌋ i. gloria resurrectionis & ascensionis accidentalique
« præmio L præ consortibus tuis.⌋ i. prius & plenius quam alios homines, quoniam tu es primogenitus ex mortuis. Alij aliter exponunt dicentes: Propterea vnxit te deus deus oleo lætitiæ. i. dulcedine seu plenitudine gratiæ & conseruatorem ab omni peccato. Sed his obuiare videtur, quod Christus à primo suæ conceptionis humanæ instanti plenus erat omni gratia, nec aliquo modo meruit per actum præcedentem gratiæ infusionem. Possit tamen (ni fallor) dici ad hoc quod ista vox propterea non dicit causam sed signum. Nam quod Christus dilexit iustitiam signum est, quod deus vnxit eum oleo gratiæ secundum quod ante inductum est. Præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Et per Esaiam ipse Christus: Spiritus inquit domini super me eo quod vnxerit me.
o « ¶ Myrrha & gutta & casia à vestimentis tuis à domibus eburneis.⌋ Per myrrham quæ amara est, & à putrefactione præseruat cadauera, vermesque arcet, mortificatio carnis accipitur, quæ cocupiscentiarum fœtores ac vitiorum squalores expellit, secundum quod ait Apostolus: Nihil damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Et iterum: Si secundum carnem vixeritis moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Per guttam vero quæ aromatica est & inflaturas ac duricias tollit humilitas designatur. Vnde Salomon ait: Qui mentis est duræ, corruet in mala, sed humilem spiritu suscipiet gloria. Per casiam vero quæ in locis humidis nascitur, & altissime crescit, intelligitur baptismus seu fides. Est igitur sensus: Myrrha & gutta & casia

Marginal references: Roman.5 · Ephes.2 · Mich.5 · Daniel.2 · Sopho.2 · Daniel.7 · Zacha.6 · Esaie.11 · Esa.11 · Matth.7 · Luce.23 · Hebre.1 · Esaie.61 · Roman.8 · Prouer.18

&cafia,hoc ē, virtutesp has ſpēs aromaticas ſignificatę,à veſtimētis tuis.i.à natura tua huma D
na ó Chriſte quę fuit q̄ſi veſtimētū diuinę tuę naturę ꝓcedūt& danť eccleſię tuę. Ois em̄ ſuffi
ciētia eius ex te eſt,& hæ virtutes quātū ad actū ſuū ſunt non ſolū à veſtimētis tuis, ſed etiā à
domibus eburneis,hoc eſt,à caſtis atq; conſtātibus fideliū mentibus. Oportet em̄ nos coope
2. Cor.6. rari gr̄æ dei,& ideo actus virtutū ſunt ſimul à te,& ab hominibus virtuoſis q̄bus ait Apoſto
1. Tim.4. lus: Hortamur nos ne inuacuū grām dei recipiatis. Et ad Timotheū: Noli negligere grām,
quæ in te eſt,quæ data eſt tibi,⌊ex quibus(virtutibus)delectauerūt te⌋ hoc eſt, tibi compla- »
cuerī ⌊filiæ regū⌋.i.aīæ religioſæ mūdo& carni atq; dæmonibus dn̄antes ⌊in honore tuo⌋ »
hoc eſt, ad honoē nōis tui opa bona agētes. Solæ em̄ virtutes faciūt intellectualē creaturam
deo acceptā & gratā. Ad lr̄am quoq; multæ filiæ Regū, videlicet Catharina, Barbara, atq; ſa-
cratiſſima Vrſula cū ſuis feliciſſimis ac ꝑamādis ſodalibus Chr̄o propter ꝑdictas virtutes de-
lectabilr̄ placuerūt,ita vt eius deliciæ ſunt eſſe cū talibus Regū filiabus. ¶Aſtitit(ó Chriſte) » 11
regina⌋ hoc eſt,ſponſa tua ſancta Eccleſia⌊à dextris tuis⌋.i.in potioribus gr̄æ tuæ muneri- »
bus,& in proſpero beneplacito tuo,⌊in veſtitu deaurato⌋.i.in charitate diuina ſanctis opi- »
bus adornata ⌊circūdata varietate⌋.i.vndiq; pornata diuerſis chariſmatibus gr̄æ, ſp̄us ſan- »
cti atq; diuerſis generibus populoꝝ,ſtatuū,officioꝝ,ac graduū. Aſtat quippe Chr̄o ſctā Ec-
cleſia tanq̄ parata obedire eius imperio & cooperās gr̄æ ſui ſponſi filios ſuos docēdo, corri-
gēdo,ꝑficiēdo. Stat quoq; à dextris eius,& nō à ſiniſtris,tanq̄ ſponſo ſuo chariſſima. quēad-
Ephes.5. modum dicit Ap̄lus: Chr̄us dilexit Eccleſiā,& tradidit ſemetip̄m pro ea vt illa ſanctificaret,
mundās illā lauachro aquæ in verbo, vt exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiā nō habentē macu-
Apocal.12 culam neq; rugā. De hac Chr̄i ſponſa mr̄e Eccleſia & regina ſcriptū ē: Signū magnū apparuit E
in cœlo, mulier amicta ſole & luna ſub pedibus eius,& in capite eius corona ſtellarum duode
cim,& clamauit parturiēs vt pareret. Hæc em̄ mulier amicta eſt ſole.i. Chr̄o, ſicut ait Ap̄lus:
Roma.13. Induimini dn̄m Ieſum,& luna.i.defectus & inconſtātia ſub pedibus eius, ait Iohānes: Vene-
Apoca.19 runt nuptiæ agni,& vxor eius præparauit ſe. Hæc aūt regina induta eſt veſtitu deaurato. Nā
Apocal.2. per auꝝ intelligiť charitas, iuxta illud: Suadeo tibi emere auꝝ ignitū, probatū. Hoc em̄ tepi-
Luc.11 dò diciť. Deinde huic reginæ, Chriſtiq; ſponſæ diciť. ¶Audi⌋ verbū dei, beati em̄ q̄ audi » 12
unt verbū dei & cuſtodiūt illud, ó⌊filia⌋ in Chr̄o ex aqua & ſp̄u ſctō regenerata ⌊& vide⌋ »
hoc eſt, ꝑ fidem conſidera oīa quæ Chr̄o ſponſo tuo ſunt placita,⌊& inclina aurē tuā⌋ vt ei »
obedias,⌊& obliuiſcere populū tuū⌋.i.inordinatū affectū hoīm tibi notoꝝ depone,⌊& do »
mū p̄ris tui⌋.i.ſocietatē prauoꝝ fuge,& propiquos carnaliter diligere ceſſa, quatenus deo to »
ta adhæreas, quod ſi feceris, tunc ¶Et concupiſcet rex decorē tuū⌋ hoc eſt, Chr̄us pulchri- » 13
tudinē mētis tuæ amabit,⌊q̄m ip̄e eſt dn̄s deus tuus⌋ cui ſoli debes velle placere, nec aliū ſpon »
Dan.7 ſum ei prę̄ferre,⌊& adorabūt eū⌋ om̄es in ip̄m credētes, quēadmodū ſcriptū eſt: Om̄es po- »
puli tribus & linguæ ſeruiēt ei. Ecce hic rurſus teſtať Pſamlographus, regē de q̄ nūc loquiť.ſ.
Chr̄m eſſe deū, imò & veꝝ deū in eo q̄d ait: & adorabūt eū. Adoratio naq; ꝓpriē ſumpta, cō
uenit ſoli vero deo. Propter hāc aūt amoroſam cōcupiſcentiā q̄ Chr̄s amat decorē ſpōſę ſuę
Cantic.4 Cantic.5. ip̄e ait: Vulneraſti cor meū ſoror mea ſponſa vulneraſti cor meum. Et: Aperi mihi ſoror mea
Cantic.8. amica mea, colūba mea. Et pone me vt ſignaculū ſup cor tuū, ſup brachia tua, q̄a fortis eſt vt
mors dilectio ¶Et filiæ Tyri ī muneribus⌋ Turris ciuitatis erat famoſa ac nobilis vicina Iu » 14
dææ atq; pagana. Idcirco p Tyrū deſignanť Gētiles,& eſt ſenſus: Nō ſolū ex Iudæis conuerſi F
Chr̄m adorabūt, ſed & filię Tyri in muneribus.i. Gētiles ad fidē cōuerſi, Chr̄m adorabūt mu
nera offerēdo.i.ſeip̄os & ſacrificiū nouę legis, ac alias oblatōes tp̄e nouæ legis cōſuetas ac li-
Eſaiæ.19. citas. Et hoc ē, q̄d Eſaias ait: Cognoſceť dn̄s ab Aegypto,& cognoſcēt Aegyptij dn̄m,& co-
lent eū in hoſtijs & muneribus. Per hęc em̄ atq; filia inſinuať tota gētilitas cōuertēda ad Chri
Eſa.11 ſtū, ſcd̄m q̄ legiť: In die illa radix Ieſſe q̄ ſtat in ſignū ppl̄oꝝ ip̄m gētes deꝑcabunť,& erit ſepul
chrū eius glorioſum. Hæc in Ieſu Nazareno veriſſimè ſunt īpleta. Nā & Tyrus illa multo tē-
pore Chr̄iano cultui dedita fuit,⌊vultū tuū deꝑcabunť om̄es diuites plebis⌋.i.te ipſam ſeu tu »
am participationē atq; ꝑſentiā ó Eccleſia Chr̄i orabūt oēs gētes ad fidē conuerſæ quę ſp̄ualiter diuites ſunt in charitate & gr̄a. Iam em̄ videmus q̄ magni & parui om̄esq; fideles deprecā
tur paſtores ac ſacerdotes Eccleſiæ, quatenus orēt pro ſe & verbū dei ſacramētaq; Chriſti ſi-
Malac.2. bi communicēt, ſicut habeť: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſciam,& legē ex ore eius requirēt.
Vel ſic: Vultū tuū(ó Eccleſia) deprecabunť omnes diuites plebis, ita vt vultus tuus erit id q̄d
petent, non id à quo petent. Vt ſit ſenſus: Deprecabunť à deo vultū tuū, quatenus ꝑtineāt ad
gregem credentiū, quoniam extra Eccleſiam non eſt alicui ſalus, ſicut nec extra arcam Noe
quiſq̄ à diluuio ſaluatus eſt. ¶Omnis gloria eius(vtpote) filiæ regis⌋ quæ nunc regina vo- » 15
cata eſt,& ſponſa Chriſti atq; Eccleſia,⌊ab intus⌋ hoc eſt, tota ꝑfectio fideliū in interiori mē »
tis decore conſiſtit non in exterioribus rebus caducis ac vanis. Deus em̄ intueť cor & mentē
ſcrutať. Homo aūt ea quæ foris ſunt, aſpicit, ſed quia virtus interior procedere debet in exte-
Matth.7 riones ſanctas operatōes, quēadmodū Chr̄us ait: Quid vocatis me dn̄e dn̄e & nō facitis quę
dico

A dico. Ideo addit: ⌞in fimbrijs aureis circũamicta varietatibus⌟ .i. gloria seu vitæ excellentia
consistit in opibus charitatis & gloria seu pfectio ista est circũamicta varietatibus .i. actibus di
uersaꝝ virtutũ ornata, qa vt ait Aplus: Charitas patiẽs est, benigna est, nõ æmulaf, non agit 1. Cor. 13.
pperã, non inflat, nõ quærit quæ sua sunt. Perfectio ergo Chrianoꝝ animoꝝ in interioribus
maximè sita est. Propter qd monet Aplus: Renouamini spũ mentis vestræ, & induite nouũ Ephes. 4.
hoiem qui scdm deũ creatus. Et iteꝝ exhortat: Mundemus nos ab omi inquinamẽto carnis 2. Cor. 7.
16 & spũs pficiẽtes sanctificationẽ in timore dei. ¶Adducent regi virgines post eam⌟ hoc ẽ
post primitiuã Christi Ecclesiã adducent ad Chrm p prędicatores suos hoies mente & cor-
pore continẽtes ac integri ⌞proximę eius⌟ .i. cõiugati, ac cæteri q virginibus appropinquãt
quo ad hoc quod voluptatibus carnis nõ adhærẽt finalr, ⌞afferent tibi⌟ ó Christe p fidẽ & cul
tum deuotũ. In ipa Ecclesia cõgregant virgines, & cõiugati, & omes Christo vniunt per fidẽ
& grãm. De his nãq; virginibus Chrus in Euãgelio dicit: Sunt eunuchi qui se castrauerũt pro
pter regnũ dei. De qbus scriptũ est: Non dicat eunuchus, ego lignũ aridũ, qa hęc dicit dñs eu Esaiæ. 56
nuchis q custodierũt fœdus meũ, & elegerũt quæ volui, dabo eis in domo mea nomen meli-
17 us à filijs ac filiabus. ¶Afferent in lætitia & exultatõe⌟ hoc est, Cũ gaudio mẽtis & corpis
ad Chrm accedent & ei deseruient, ⌞adducent in templũ regis⌟ .i. in triumphantẽ Ecclesiã,
18 seu regnum cœlorum, post huius exilij incolatum. ¶Pro pribus tuis nati sunt tibi filij,⌟
hoc est, loco priarchaꝝ & prophetaꝝ orti sunt tibi ó Ecclesia dei Apli atq; discipuli Chri, q
pribus successerũt, & ex eoꝝ semine nati sunt, ⌞cõstitues eos (ó Christe) principes sup omnẽ
terram⌟ Nam in illis quas sancti Apli ad fidẽ conuerterũt, principatũ sortiti sunt sicut Iohã
nes in Asia, Andreas in Achaia, Petrus & Paulus in Italia, Thomas & Bartholomęus in India.
B De hac em missione & principatu Aploꝝ ait Chrus: Mittam ex eis q saluati fuerit ad Gẽtes Esaiæ. 66
in mare, in Aphricã, in Lydiã, tenẽtes sagittã, in Italiã & Græciã ad insulas, longe ad eos q nõ
19 audierũt de me, & annuntiabunt gloriam meam gẽtibus. ¶Memor ero⌟ Ego propheta
actor psalmi istius. Vel ego ecclesia ⌞nois tui dñe (rex Chre) in omi generatõe & generatõe⌟
q diu em psalmus iste à fidelibus legit, tam diu Propheta dñi recordat, qa alios ad dei recorda-
20 tionẽ inducit. Ecclesia quoq; idesinẽter nomẽ Chri prędicãdo annũtiat. ¶Propterea po
puli (Christiani) confitebunt tibi, hoc ẽ, laudabũt te atq; ad honorẽ nois tui pctã sua aperiẽt
⌞in æternũ⌟ .i. vsq; ad finẽ mũdi, q diu fides Chriana durauerit, ⌞& in seculũ seculi⌟ .i. laus
ista in psenti vita incipit, & in futuro seculo sine fine continuabitur.

¶Expositio tropologica eiusdem psalmi.

POstremo pensandũ q triplex est Chri sponsa, videlicet vniuersalis quę est Ecclesia, particularis. s. aia fidelis, & singularis, vtpote virgo diuina. Quẽadmodũ Cãtica Cãticoꝝ de hac triplici Chri sponsa exponi pñt, ita q nũc dicta sunt de spõsa Chri vniuersali exponi pñt, de sponsa eius particulari ac singulari. Quælibet nãq; aia pia atq; fidelis Chro p fidẽ vnita, p charitatẽ desponsata, atq; à Chro bonis opibus fœcũdata dici põt regina tanq summi regis filia, Chri cohæres ac sponsa à spũ sancto lumine græ impręgnata, & ista regina astat à dextris Chri in vestitu deaurato scdm intellectũ expositũ. Cętera quoq; faciliter applicari possunt ad quamlibet animam sanctam.

¶Expositio allegorica eiusdem psalmi.

C PRoprijssimè aũt conueniũt ista virgini bñdictæ, ipa est em vnica summa regina astãs semp à dextris filij sui, quæ ineffabiliter delectat prem æternum, & placet incomparabiliter sponso ac filio suo, quẽadmodũ ait ad eam sponsus cœlestis. Pulchra es amica mea, suauis & decora. Cantic. 6. Et iteꝝ: Vna est columba mea pfecta mea. Astat vero regina hæc regi gloriæ in vestitu deauratissimo, splendidissimo, & rubicundissimo, quoniam ipa charitate dei & proximi, ineffabiliter atq; excellentissimè æstuabat, & æstuar, ardentissimo optans affectu filij sui mortẽ & sanguinem fructificare in nobis, oratq; sanctis opibus penitus superplena. Propter quod ipsa proclamat: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Cantic. 2. Vnde de ea habet: Fortitudo & decor indumentum eius. Prouer. vlt. Erat etiã circũdata varietate vniuersaꝝ virtutum, sicut de ea Salomon est locutus: Inæstimabilis odor in vestimentis eius, Cantic. 5. hoc, mira fragrantia spiritualis dulcedinis in virtutibus atq; operibus suis. Nam & de tali odore Paulus testat: Christi bonus odor sumus in omni loco. 2. Cor. 2. Et Moyses dicit: Odorat[9] est dñs odorẽ suauitatis .i. piæ deuotõis. Gene. 8. Deniq; huic filiæ dicit: Audi filia quæcunq; in lege & propheis conscripta sunt, & quæ loquit in te dñs deus, audi etiam salutationem angelicam, & vide quę, quanta & qlia deus pmisit hoibus per prophetas, & inclina aurẽ tuã, vt diuinę inspirationi in oibus acquiescas, atq; angelicæ annũtiatõi credas, assensumq; pbeas, & obliuiscere populũ tuũ .i. Israelẽ scdm carnẽ & Irãm, nõ scdm spm & spũalem interptationẽ, & domũ patris tui à quo carnaliter genita es, qtenus patri spirituũ in cunctis adhærras. Tunc em & cõcupiscet rex Messias vnigenitus dei, decorẽ tuũ interiorẽ. s. humilitatem, castitatẽ, charitatem.

Concupiuit tam vehementer filius dei decorem Mariæ, vt exultaret quasi gygas ad curren D
dam viã, descenderetq; in vterũ eius purissimũ atq; dulcissimũ, assumens sibi ex ea corpus hu
Cantic.2. manũ ac partẽ virginalis substãtię suæ diuinitati vniret. Hinc nãq; ait ad eã: Oñde mihi faciẽ
tuã, sonet vox tua in auribus meis. Vox eñ tua dulcis, & facies tua decora. O quãtũ dilexit te
deus virgo dignissima q̃ beatissima es dña mea, quæ deũ concipere, nutrire, parere, cõtrecta-
Cantic.7 re, lactare, osculari, amplecti, ea ad incremẽta vsq; pducere meruisti. Bñ dicere poteras illud:
Ego dilecto meo & ad me cõuersio eius. Illud quoq;: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi,
inter vbera mea cõmorabit. Nam vtiq; frequẽter adolescentulus ille cãdidissimus puer Iesus,
tecũ in lectulo florido cõquieuit, dormiuit, & vbera tua virginea suxit, te blande aspiciẽs, dul
citer osculãs, t cuer ẽdissimeq; cõplectẽs: Vultũ tuũ (ó dña) depcabunt oẽs diuites plebis. Bea-
tã eñ te dicunt oẽs generatões, miam tuã implorãt & ad te sicut ad benignissimã aduocatã in
omi necessitate confugiũt. Adducent regi virgines post eã. Oñes eñ virgines ad Chr̃m acce
dentes in via p fidẽ, & in pñia p spẽm, Mariã tanq̃ primã & summã sequunt, & eius exemplo
Chr̃o obsequunt. Ecce q̃ præclarissimus & gloriosissimus est psalmus iste. Et quæ lingua eius
præconium dignè euoluat? Sed qm̃ satis difficilis est, studeamus eum clarè intelligere, itemq;
cum deuotione decenti cantare.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM XLV.

¶Argumentum.

¶Titulus: In finẽ filijs Chore pro arcanis, aliàs victoria filijs Chore pro iuuẽtutibus Psal-
mus Dauid. Intendẽs Propheta admonere fideles, ne in tribulatõibus deficiãt, quin potius in
dño qui iudicaturus sit Ecclesiæ psecutores, eamq; sanctificaturus & saluaturus confidãt disse
rit. Primo, de aduẽtu Christi, ac beneficijs quæ collaturus erat Ecclesiæ ex gẽtibus congregã E
dæ: atq; deinde inuitant gẽtes ad huiusmodi credenda, pcipienda atq; amplexãda, ibi: Veni-
te & videte opa hæc scd̃m Gorran. Valentia aũt aliter diuidit Psalmũ. Author vero iste ex-
pendit eum vnica enarratione. In persona Christi fidelium, loquens de arcanis mysterijs in-
carnationis Christi.

¶Expositio Tituli.

¶Habet deniq; psalmus modo tractãdus hũc titulũ: In finẽ filijs Chore pro arcanis, hoc ẽ,
psalmus iste in Chr̃m finẽ nr̃m, nos dirigens cõuenit filijs Chore. i. Christi fidelibus crucifixi
vestigia dignè sectãtibus, pro arcanis, hoc est, psalmus iste tractat de secretis Chr̃i mysterijs
scilicet, de eius aduẽtu & incarnatõe. In hor̃ psona loquens Propheta ait.

¶Expositio Psalmi literalis.



Exodi.20 Deute.32 Eus noster.] De quo Moyses dicit: Dñm deũ tuũ adorabis, & illi soli seruies. „ 1
Qui & alibi testat: Videte q ego sim sol⁹, & nõ sit alius deus pter me. Itaq; iste
deus noster est [refugiũ] ad quod in omi necessitate atq; periculo fiducialr ac „
cedere debemus vt protegamur ab ipo: ipe eñ solus & alius nullus saluare nos
põt ab omi discrimine, ideo sequit, [& virtus] hoc est, deus noster est fortitu
do nostra, seu forte atq; oipotens refugiũ ad se confugientiũ. queadmodũ in-
Esaie.59 Prouer.18 ducit. Ecce non est abbreuiata manus dñi, vt saluare non possit. Turris fortissima nomẽ dñi ad F
ipsum currit iustus & saluabit. Quidã aũt ad eos confugiũt, qui nec seipos, neq; ad se confugiẽ
Job.11. tes valẽt saluare. De qbus scriptũ est: Oculi impior̃ deficiẽt, & effugiũ peribit ab eis, & spes
illor̃ abominatio erit. Tu ergo propriã pensans totã spem tuã in dño fige recolẽs q dñs ait:
Oseę.13. Perditio tua Israel ex te, in me tmmodo auxiliũ tuũ. Ideo aũt Iob: Ecce (inquit) nõ est auxiliũ
Job.6. Naum.3 mihi in me. Insup deus noster est adiutor in tribulatõibus, sicut asserit. Bonus dñs & confor-
tans in die tribulatõis. Vnde & infra habet: Inuoca me in die tribulatõis eruã te. Deus igit est
adiutor noster in tribulatõibus, [quę inuenerũt nos nimis.] i. quę abundãter venerũt sup nos „
Oñes eñ qui volunt piè viuere, in Chr̃o, psecutionẽ patient. Et homo natus de muliere, bre
ui viuens tpe, replet multis miserijs. In tribulatõibus nãq; promissimus, est deus ad succurren-
dum. Porrò quæ sequunt, multipliciter exponunt, possunt aũt lr̃aliter ita exponi. ¶Pro- „ 2
pterea non timebimus dũ turbabit terra, & trãsferent montes in cor maris.] Hoc ẽ, Qm̃ deus „
noster, est nostrũ refugiũ, nostra virtus, & noster adiutor, idcirco non timebimus, q̃uis terra
moueat vehemẽter, & montes trãsferant in profundũ abyssi, seu mediũ pelagi violenter, qa
Romañ.8 (vt ait Apostolus) si deus pro nobis qs contra nos? Et scriptũ est: Qui timet deũ, nihil trepida
Eccle.7. bit. Ecce quãta est securitas mẽtis in deo sperãtis, quãta stabilitas cordis in deum credẽtis. In
nullo eñ euẽtu pauebit, cuius animus in deo veraciter fixus ẽ. Scd̃o sic: Non timebimus nos
in deo cõfisi, dũ turbabit terra, hoc est, hoies terreni q tẽporalia dãna atq; tormẽta corpora-
lia timẽt, q & i die iudicij, turbabunt timore horribili, qñ iusti i magna cõstãtia stabũt, scd̃m
Job.21 q scriptũ est: In diem pditõis seruat malus, & ad diem furoris ducet, & de furore omipotẽtis
bibet, & trãsferent mõtes in cor maris. i. nec tũc timebimus, qñ supbi pijcient in lacũ inferni
cũ dicet eis iudex: Ite maledicti in ignẽ æternũ. Tunc eñ iusti cũ securitate & gaudio audiẽt
Venite

A Venite benedicti patris mei. Tertio sic, vt ea q̃ dicta sunt, sint verba primitiuæ ecclesiæ, quæ Mat. 25
totã fiduciã suã in dño collocauit, & ait: Propterea nõ timebimus, timore carnali, hũano, &
inordinato, dum turbabit terra, hoc est, Iudæa seu populus Iudæoꝝ, q Chri discipulos ex ir
rationabili ꝑturbatione passionũ conabant oĩno delere & extirpare. Vnde de primitiua ec- Actoꝝ. 4
clesia legitur, ꝙ ita orabant, cum principes sacerdotũ prohibuissent ꝑdicari nomen dñi Iesu.
Da seruis tuis dñe cũ omni fiducia loqui verbũ tuũ. Et cũ orassent, motus est locus, in q̃ erant
& repleti sunt oẽs spũ sancto, & loquebant verbũ dei cũ fiducia, Et transferent mõtes in cor
maris. i. nec tunc metuemus dũ apostoli, q propter altitudinẽ vitæ & sapiẽtiæ montes dicũ
tur, Iudæã relinquent, & ad gentiles cõuertendos transibũt, Gentiles eñ in corde maris. i. in
medio mundi habitabant, de quo infra habet: Hoc mare magnum & spaciosum manibus. Et Psal. 103
iterũ: Veni in altitudinem maris. Patet itaq;, ꝙ tẽpore diuisionis apostolorum Christiani in Psal. 68
Hierusalẽ cũ Iacobo permanẽtes securi atq; imperterriti ꝑmanserũt, certi, ꝙ Chrus prote-
ctor esset eoꝝ. Vnde & beatus frater dñi Iacobus, seculares hoĩes paruipẽdens, & Chri famu
los, oĩa cõtemnẽtes, beatificãs, ait: Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miserijs, quæ ad- Jacobi. 5
uenient vobis, Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus. Deinde fidelibus loquẽs: Pa-
tientes (inquit) estote vsq; ad aduentum domini, & confirmate corda vestra, quoniam aduẽ
3 " tus domini appropinquabit. ¶ Sonauerunt, ⌋ montes prædicti, hoc est, sancti apostoli,
" euangeliũ Christi prædicauerũt, ⌊ & turbatæ sunt aquæ eorũ, ⌋. i. gentes, ad quas misse erant
apostoli, audita prædication eoꝝ, turbatæ sunt quædam ad impatientiam & persequutionẽ
" quædam ad pœnitentiã & imitationem, sicut in actibus apostoloꝝ frequenter narrat, ⌊ con
" turbati sunt montes, ⌋ hoc est, principales inter hoĩes, ⌊ in fortitudine eius ⌋ s. Christi. i. ex
potenti prædicatione, & miraculosis operosis apostolorum, ac alioꝝ Christi discipulorum.
B Hæc aũt conturbatio accipi potest in bono & in malo. Nã quidã potentes & magni ad fidẽ
cõuersi sunt, tam ex Iudæis q̃ ex paganis, quemadmodũ scriptũ est: Multa etiam turba sacer- Actoꝝ. 6
dotum obediebat euangelio. Quidam quoq; timore ingenti turbati sunt, teste Luca: Multa
(inquit) prodigia & signa fiebant per apostolos in Hierusalem, & metus magnus erat in vni- Actoꝝ. 2
uersis. Quidã & plures prioribus conturbati sunt conturbatione maligna, videlicet peruersi
principes Iudæoꝝ, atq; tyranni gentilium. Pro maiori equidem parte montes seculi, hoc ẽ,
potentes ac nobiles in sua malitia permanserunt. Propter quod apostolus ait: Videte voca-
tionem vestrã fratres, quia nõ multi sapientes secũdum carnem, nõ multi potentes, nõ multi 1. Cor. 1
nobiles sunt inter nos. Et Iacobus: Nonne (inquit) deus elegit pauperes in hoc mundo, diui-
tes in fide? Omnes autem mõtes, hoc est, superbi, deo rebelles, turbati sunt, vel in ꝑsenti, vel Jacobi. 2
in futuro, imò & vtrobiq;, quoniã nusquã veram pacem habent, qui deo resistũt. Iuxta illud: Job. 9
Sapiens corde est deus & fortis robore, quis restitit ei, & pacem habuit? Et per Esaiam domi
nus dicit: Vltionem capiam, & non resistet mihi homo. Et alibi: Quis similis mei, & quis su- Esaie. 47
stinebit me, ait dominus? Et quis est iste pastor qui resistat vultui meo? Si autẽ quis velit ista Hier. 49
ad literam in sensu grammaticali accipere, tunc palàm est, ꝙ etiam diuina virtute mõtes ter
ræ suo modo turbantur, & de locis suis transferuntur ac cõminuuntur, vt in libro Iob legi-
tur: Qui transtulit montes & cõmouet terram de loco suo, & columnæ eius concutientur. Et Job. 9
saluator ait: Habete fidem dei. Amen dico vobis, quicũq; dixerit huic monti, tolle, & mitte-
C re in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcũq; dixerit, fiat, fiet ei. Marc. 11
4 " Omnia eñ (sicut scribit Marcus) possibilia sunt credẽti. ¶ Fluminis impetus, ⌋. i. fons sa-
" cri baptismatis, ⌊ lætificat, ⌋ spũali lætitia, ⌊ ciuitatẽ dei, ⌋. i. ecclesiã Christi. Gaudẽt eñ fi-
deles de sacramento ac beneficio tanto, in quo omnia pctã donant, gratiæ infundunt, & ho-
mo spũaliter regenerat. De hoc fluminis impetu scriptũ est: Ecce aquæ egrediebãtur subter
" limen domus ad orientẽ, & oĩs anima viuens quæ serpit quocũq; venerit torrẽs, viuet, ⌊ san Ezec. 47
" ctificauit tabernaculũ suũ, ⌋ hoc est, ecclesiã electorum, seu ipsos electos, ⌊ altissimus, ⌋ deus,
qui solus potest facere mũdum de immundo. De hoc tabernaculo ait apostolus: Vos estis tẽ
plum dei viui, sicut dicit dominus, quoniam inhabitabo in illis. Et iterum ait: Templum dei 2. Cor. 7
5 " sanctum est, quod estis vos. ¶ Deus in medio eius nõ commouebitur. ⌋ Hoc dupliciter le
gitur. Primo sic, Deus in medio eius, subaudi est. i. in ipsa ciuitate seu militante ecclesia. Iux-
ta illud: Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eoꝝ, non cõmo- Matt. 18
uebitur, hoc est, ecclesia nõ cadet à fide, eo ꝙ Christus in medio eius sit, nec tẽtationibus dej
icietur, secũdum ꝙ Christus Petro in ꝑsona ecclesiæ dixit: Ecce Satan expetiuit vos, vt cri- Lucæ. 22
" braret sicut triticũ, Ego autem oraui pro te, vt non deficiat fides tua, ⌊ adiuuabit eam, ⌋ scili-
" cet ecclesiam, ⌊ deus mane, ⌋ hoc est, statim cum ad eum clamauerit, ⌊ diluculo, ⌋. i. in spiri-
tuali aurora, vtpote in infusione gratiæ, seu spũs sancti illuminatione. Deniq; locus iste pt
anagogice explanari, vt sit sensus, Fluminis impetus, hoc est, fons sapientiæ, seu inundatio Expositio anagogica
spũs sancti, vel ipsemet deus, qui (vt scriptum est) est fluuius gloriosus, exiliens in terram si-
tientem, lætificat, lætitia beatificæ fruitionis, ciuitatem dei. i. triumphantem ecclesiam, san-

ctificauit tabernaculum suũ,hoc est, corda beatorũ altissimus,nil enim impuritatis esse potest D
Esaiæ.6 in patria,deus in medio eius est,quia in triumphante ecclesia deus facie ad faciem cernit, quẽ
admodũ Esaias ait:Erit tibi dominus in lucem perpetuam,idcirco non cõmouebitur eccle-
sia triumphãs à suæ beatitudinis statu,sed æternaliter deo fruetur. Adiuuabit eam,hoc est,ci
Expositio uitatem cœlestem,deus mane diluculo,hoc est,mox cũ aliquem sanctorũ ad cœlos suscepe-
allegorica rit,confirmabit eum in bono,vt amplius peccare non queat. Prӕterea exponi potest hic
passus de virgine gloriosa,hoc modo. Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ dei,hoc est, verbũ
dei,in quo est omniũ sanctarum deliciarũ fontalis atq; immensa affluentia,sanctã Mariã ex-
ultare fecit,præsertim quãdo in vterum eius cũ omni sua plenitudine descendit,eamq; sup-
impleuit,atq; humanã naturam ex ea vere assumpsit,Sanctificauit tabernaculũ suum altissi-
mus. Nam Christus matrem quã sibi elegit & condidit ab omni immunditia culpæ purissi-
mam fecit,& eã in vtero suæ matris sanctificauit,ac spũ sancto impleuit multo sublimius q̃
Hieremiam aut Iohannẽ Baptistam,deus in medio eius. Nam Christus deus & homo in sa-
cratissimo virginis vtero nouem mensibus requieuit,Ideo virgo Christifera non cõmouebi
tur à bono in malum,sed stabilis erit in deo atq; immobilis. Adiuuabit eam deus mane dilu-
culo,hoc est,ex vtero matris suæ stabiliuit eã in omni perfectione ac gratia secundũ actũ vel
Expositio secunda habitũ,seu dispositionẽ propinquam. Quod vero dictũ est. Deus in medio eius nõ cõmo-
uebitur. Secundo sic legit,vt nihil subaudiat,vt sit sensus,Deus nõ cõmouebitur in medio ec
clesiæ militantis,triumphantis,seu Mariæ virginis. Quãuis enim deus in seipso omnino impas-
sibilis,immobilisq; consistat,solent tamẽ ei ascribi quædam ad passionẽ ac motum spectan-
Malac.2 tia,quia circa rationalem creaturam ita se habet,quasi talia sibi vere competerent. Hinc enim
apud Malachiam legitur:Laborare fecistis dominũ in sermonibus vestris. Et dñs,me(inqt) E
Ephesi.4 cõfigitis gens tota. Sequenti quoq; capitulo:Inualuerunt super me verba vestra. Apl'us vero
apertius ait:Nolite cõtristare spm̃ sanctũ dei. Simili modo dicit deus cõmoueri,qñ à pecca-
tore contemnit,& recedit,dum vero incessanter in aliquo per grãm manet,dicit non com-
moueri. ¶ Conturbatæ sunt gentes,⌋ ex pdicatione atq; miraculis discipulorũ saluatoris » 6
ad pœnitentiã salutarem & ad admirationẽ,quædam vero ad obstinationem & resistentiã,
Matt.11. ⌊& inclinata sunt regna,⌋ i.incolæ regnorũ humiliati sunt ad fidẽ & sanctã conuersationẽ »
Esaię.26 discentes à Christo,quia mitis est & humilis corde. Hoc est,quod beatissimus Esaias de Chri
sto prædixit:Quia incuruabit habitantes in excelso,ciuitatẽ sublimem humillabit. Per ciui
tatem aũt sublimem intelligit Romam,quæ tũc erat domina mundi. De qua propheta subiũ
git. Conculcabit eam pes pauperis gressus egenorũ. Per pedem pauperis Petrũ piscatorem
intellige,per gressum egenorũ,prædicationẽ Petri & Pauli nihil in hoc mundo possidere vo
lẽtium. Horũ enim prædicatio infidelem gloriam Romanorũ atq; pomposam eorũ sublimita
tem ad Christianæ humilitatis profunditatẽ perduxit,⌊dedit vocẽ suam,⌋ Christus per se »
Esaiæ.1. ipsum & prædicationẽ seruorũ suorũ,⌊mota est terra,⌋ ad fidem & admirationem,vel etiã »
ad perturbationẽ & indurationẽ,maxime quo ad Iudæos,de quibus per Esaiã Christus te-
statur:Israel me non cognouit,populus meus non intellexit. Hoc quoq; q̃d ait,mota est ter-
1.Cor.1. ra,conuenienter refertur ad versum sequentẽ,quo dicitur. ¶ Dominus virtutũ nobiscũ,⌋ » 7
hoc est,Christus rex gloriæ,virtus & sapientia patris venit ad nos,& habitauit nobiscũ per
assumptionẽ carnis & animæ rationalis,& ideo subdit,⌊susceptor noster,⌋ i.qui nostrã na- »
turã assumpsit,nosq; redemit,est ⌊deus Iacob⌋ patriarchæ.i.verus deus,nõ pura creatura, »
Aggæi.2 vt hæretici asseruerũt. Huic aũt expositioni cõcordat q̃d dñs asserit:Adhuc vnum modicũ & F
ego monebo cœlũ & terrã,& mare,& aridã,& veniet desideratus cũctis gentibus. Circa ad-
Luc.2 uentũ enim & in aduentu Christi motũ est cœlũ,qñ angelo pastoribus Christi natiuitatẽ annũ
tiante,facta est cũ eo multitudo cœlestis exercitus laudãtium deum,& dicentium,Gloria in
Matt.2 excelsis deo,qñ etiam stella cæteris radiãtior Magis apparuit,eosq; ad creatorem cœlorum
Luc.2 hominẽ factum perduxit. Terra vero mota est, quando omnes mirabantur propter ea quæ
à postoribus dicebantur. Mare vero & arida mota sunt ante Chri aduentũ qñ p dispẽsatio-
nẽ diuinã potestati Romanorũ subiecta sunt regna mũdi & insulæ maris,tũc igit venit deside
Gene.49 ratus cũctis gentibus.i.Chrũs,de quo Iacob pdixit:Ipse erit expectatio gentiũ. De quo nũc
Esaiæ.7 quoq; dicit:Dñs virtutũ nobiscũ. De quo scriptũ est. Vocabit nomen eius Emanuel,q̃d in-
Tropologia terpretat nobiscũ deus. Moraliter deniq;,Dñs virtutũ.i.deus trinitas,est nobiscũ,quãdo
p charitatẽ & gratiam in nostris cordibus manet, & susceptor noster,hoc est,orationum no
strarũ auditor est deus Iacob.i.supplantatoris vitiorum. Qui enim vitijs reluctant,exaudiri me
Joban.9 rentur,non quorum propositum in vitio manet. Propter quod cæcus apud Iohannẽ aiebat
Scimus qm̃ peccatores deus non audit, sed si quis cultor dei est & voluntatem eius facit,
Job.8 hunc deus audit. Cui consonat,quod alibi ait scriptura: Deus non proijciet simplicem ,nec
porriget manũ malignis. ¶ Venite,⌋ non tam gressibus pedum,q̃ fide,affectuq; cordium, » 8
⌊& videte,⌋ oculo mentis,ô omnes qui vultis saluari,⌊opera domini,quæ posuit prodigia »

super

A super terrā,⌋ i. mirabilia opera creatoris facta in terris, de quibus subiungitur, ⌊auferēs bel
“ la vsq; ad finē terræ. In Christi eñ aduentu inaudita pax erat in mundo omnibus populis Ro
mano imperio subditis, quod vtiq; non humana, sed diuina ordinatione atq; potentia factū
8 “ est, non propter meritū Romanorum tunc existentium, sed propter futuros electos. ¶Ar
“ cum conteret & confringet arma & scuta comburet igni,⌋ i. pax ista insolita tam diu dura-
bit, ꝙ vsus armoꝝ, vltra solitum tempus cessabit, sicq; deo disponēte homines bellica instru
menta in alios vsus conuertent, sicut quotidie fit in terris, in quibus bella longo tempore cō- Esaiæ. 2
quiescunt. Et hoc est q̄d dicit: De Sion exibit lex & verbū domini de Hierusalem. Et confla- Michę. 5
bunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gla
dium, nec exercebuntur vltrà ad prælium. Hoc eñ dicitur eo modo, quo de aliqua re vltra
solitum perdurāte dicimus. Istud nunquā habebit finem, cū tamen quandoq; infra diem vel
mensem seu horam habiturum sit finem. Potest autē hic locus spiritualiter interpretari. Expositio mystica
vt sit sensus, Venite & videte opera domini, quæ posuit prodigia super terram, hoc est, in in
carnationē filij, partum virginis, passionem, & resurrectionē saluatoris, qui est auferens bel-
la vsq; in finem terræ, hoc est, qui tentationes à nobis excludit, & homines deo reconciliauit Ephes. 2
Ipse eñ est pax nostra, qui facit vtraq; vnum, hoc est, gentiles atq; Iudæos in vnitate fidei cō
gregauit, quemadmodū legitur: Pax erit inter duos illos. Et secundū apostolum, deus erat Zacha. 6
in Christo mundum reconcilians sibi. Arcum conteret, hoc est, Christus occultas malorum 2. Cor. 5
insidias cōdemnabit ac destruet, & confringet arma, hoc est, persecutiones apertas ac inua-
siones diabolicas, & scuta, hoc est, defensiones fallaces, quibus peruersi suos conātur errores
defendere, comburet igni infernali damnādo peruersos, vel igne spūs sancti illuminando fi-
9 “ deles ad resistendū errātibus. ¶Vacate & videte, quoniā ego sum deus.⌋ Ecce q̄ pie & dul
B citer exhortat nos dominus deus noster. Vacate (inquit) à rebus vanis & malis ac inutilibus
abstrahite corda vestra & mihi tota mēte adhærete, mihi intēdite, in me vestra desideria fi-
gite, in me vestras occupatiōes colligite, & videte per affectuosam cōtemplationē, experi-
mentalēq; gustū, qm̄ ego sum deus creator, prouisor, saluator, & rector vester, q incessabilē
curā de vobis habeo, vobisq; sp succurrere, & consolationē infundere paratus existo, ita vt
experimentaliter agnoscatis me esse deū vestrū. Qui eñ ista gustare & deo syncere intēde-
re cupit, indiget omni custodia cor suū seruare, concupiscentias fugere, voluptates contem-
nere, dissolutiones vitare, occupationes superfluas propulsare, loquacitates abijcere, & illud Lucæ. 10
vnū, q̄d solū necessariū est, indesinēter appetere. Ideo eñ ꝓcipit: Nouate vobis nouale & no Hiere. 4
“ lite serere sup spinas. Circūcidite & auferte ꝓputia cordiū vestroꝝ, ⌊exaltabor in gētibus,⌋
i. ego vnigenitus dei ac mundi saluator à gentilibus agnoscar, & honorabor p ꝓdicationem Esaię. 52
aplōꝝ, secundū quod inquit: Quibus non est annuntiatum de eo videbunt, & qui non audie
runt, contēplati sunt. Et iterū: Videbunt omnes fines terræ salutare dei nostri. Et denuo: In
doctrinis glorificate dominum à finibus terræ, audiuimus laudes gloriam iusti. Et per alium
prophetam Christus ait: Ab ortu solis magnum est nomen meū in gentibus. De quo & Mi- Mala. 1
“ chæas prædixit: Magnificabitur in medio vniuersæ terræ, ⌊& exaltabor in terra,⌋ hoc est, Mich. 5
in populo Iudæoꝝ in fine seculi. Cum eñ plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel Roma. 8
saluus fiet. Nā vsq; ad finem mundi durabit Iudæoꝝ cæcitas atq; captiuitas, iuxta illud: Fi- Danie. 9
C nis eius vastitas, & vsq; ad finē perseuerabit desolatio, Circa finem autem seculi conuertētur Mala. vl.
adueniente Helia, quemadmodum dominus ait. Ecce ego mittam vobis Heliam prophetā,
anteq̄ veniat dies domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrū ad filios, & cor filioꝝ
10 “ ad patres, ne forte veniam & percutiam terram anathemate. ¶Dominus virtutum nobis- Epilog.
biscum.⌋ Versus iste propter significationis suæ dulcedinem ad dignitatem repetitur, qui
iam satis declaratus videtur. Ecce q̄ plenus est hic psalmus sacramentis, in quo fides robora-
tur, spes in deo stabilitur, fortitudo excitatur, nascentis ecclesiæ primordia explicantur, ba-
ptismi gratia cōmendatur, beneficia dei recoluntur, Christi incarnatio designatur, fideles ad
considerationem diuinoꝝ operum inuitantur, diuina potentia prædicat, dulcissima atq; pa
terna dei admonitio cōtinetur, saluatoris magnificentia prædicatur, atq; ad primum ac sum-
mum & suauissimum dei beneficium, scilicet ad incarnationem ipsius reditur, & in hoc bene-
ficio psalmus finitur, ne aliquo modo tradatur. Enitamur ergo psalmum tam fœcundum ac
pulchrum deuotissime decantare.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XLVI.

### ¶Argumentum.

¶Titulus. In finē, siue victori, pro filijs Coræ psalmus Dauid. Propheta hortat fideles ad dei laudē, pro gloriosa Chri ascēsiōe, & verbi dei p aplōs diuulgatiōe. Duo itaq; in hoc psalmo potissimū tractant. Porrò primū inuitant gētes ad dei laudē multiplici rōne. Deīde ostēdit quātæ dignitatis & excellētiæ sit Chrūs bn̄dictus, ad cuius laudes nos prouocat, ibi, Ascēdit deus. Et author in hanc sententiam ipsum exponit.

¶Expositio Tituli. D

¶Titulus psalmi est. In finē pro filijs Choræ, psalmus Dauid, cuius intellectus ex expositi-
one titulorum pcedentiū clarus est. Propheta aūt in hoc psalmo fideles ad cōgratulandū Chr̄o
ascendenti inuitat, & ad laudandū dn̄m pro beneficijs eius, & ait.

¶Expositio psalmi.



MNes gentes, ad fidem conuersæ, plaudite manibus, hoc est, tam cor- » 1
dialiter exultate, vt ex copia interioris lætitiæ exteriora membra ad dei ho-
1. Timo. 2 norem ac laudem extendantur, interioremq́ue hilaritatem ostendant, sicut
Apostolus docens, ait: Leuantes puras manus sine ira & disceptatione, Et
Thren. 2 Hieremias: Leua (inquit) ad deū manus tuas, & miserebitur tui. Vel sic, plau-
dite manibus, hoc est, bonis operibus deum laudate & honorate. Hoc enim est
optimum genus laudandi altissimum, actibus virtuosis venerari maiestatem ipsius. Propter
Jacobi. 3 quod scriptū est: Quis & disciplinatus inter vos ostendat ex bona conuersatione operatio-
nem suam in mansuetudine sapientiæ, Iubilate deo, hoc est, ad gloriam dei ineffabiliter »
eum laudate, in voce exultationis, hoc est, cum iocundo præconio oris. Iubilus enim est »
inexpressibile gaudium cordis, quod nec occultari potest in toto, nec exprimi valet ex inte-
gro. Vult ergo propheta, vt tantā dei laudem concipiat anima nostra, quod eam ore explicare
non possit. ¶Quoniam dominus excelsus, id est, incomprehensibilis, sublimis, atque im » 2
Hester. 13 mensus, terribilis cū sit iudex, ineffabilis, districtus, & iustus, rex magnus super omnem ter- »
Job. 2 ram, in ditione enim eius cuncta sunt posita, & omnia elementa ei subiecta sunt. De hac ex- »
cellentia dicitur: Excelsior cœlo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cogno-
sces? longior terra mensura eius, & latior mari, si subuerterit omnia vel in vanum coartaue-
Job. 26 rit, quis contradicet ei? Et rursus: Columnæ (inquit) cœli contremiscūt & pauent ad nutum
Eccl. 16 ipsius. Et alibi ait sermo diuinus: Ecce cœlū, & cœli cœlorum abyssus, & vniuersa terra, & om E
nia quæ in eis sunt, in conspectu dei commouebunt, montes simul & colles, & cū conspexe-
rit illa deus, tremore concutient. Quàm magnus vero & liber, ac potens rex sit deus sup om
Job. 38 nem terram, ostendit, vbi dominus ait ad Iob: Vbi eras quando ponebā fundamenta terræ?
Alia expō Indica mihi si habes intelligentiam, quis posuit mensuras eius, & quis tetendit sup eam line-
am, aut sup quo bases eius consolidatæ sunt? Potest tamen hic locus conuenientius expo-
ni, hoc modo, Quoniam dominus, Iesus, qui est princeps regum terræ, excelsus, quia secun-
Philip. 2 dum diuinitatem est patri æqualis, secundum humanitatē vero dedit ei deus nomē quod est
super omne nomē creatum, videlicet esse mediatorē dei ac hominū, dicente Apostolo, deus
exaltauit illū, & dedit illi nomen quod est sup omne nomen, terribilis propter futurum iudiciū
Luc. 21. sicut ipse testat: Erunt signa in sole & luna & stellis, & in terris pressura gentium, p confusione
sonitus maris & fluctuū, arescentibus hominibus p timore, & expectatione quæ supueniet
vniuerso orbi, & tunc videbūt filiū hominis venientē in nube cū potestate magna & maiesta
Matt. 5. 10 te. Ecce q̄ vere & inæstimabilr terribilis Chr̄us q potestatē habet, & corpus & animā pdere
in gehennā ignis, Rex magnus sup omnē terrā. i. Iesus Chr̄s in toto mūdo ad ipsum cōuerso,
est rex magnus & ppotens, quemadmodū Balaam prophetauit: Orietur stella ex Iacob, & ex-
Num. 24 urget homo de Israel, & erit Idumæa possessio eius. Per Idumæā aūt gentilitas designat. Vn-
Malac. 1. de alia translatio habet, Et erit omnis terra possessio eius. Propter quod Chr̄s p prophetam
ait: Nomen meū horribile in gentibus. ¶Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus » 3
nostris. Hæc est vox apostolorum seu primiuitiuæ ecclesię, quibus Chr̄s subiecit populos. i. »
Iudæos ad fidē cōuersos, & gentiles credētes, imò deus vult totū mūdū eē subiectū ecclesię mi F
Esaię. 60 litāti, & nō subiectos æternalr cruciabit, quēadmodū in Esaia legit: Gens & regnū q̄d nō ser
uierit tibi, pibit. Deinde ecclesia electorum summū dei bn̄ficiū cōmemorans, dicit. ¶Elegit » 4
nobis hæreditatē suā. i. Chr̄s decreuit nobis dare bona cœlestia, nō terrena, felicitatē vitæ »
Roma. 8 æternæ, nō prosperitatē vitæ mūdanæ, magisq́ue voluit nos facere hæredes dei, cohæredesq́ue
sui, q̄ dare nobis tēporalia bona, quæ esse possunt malis ac bonis cōmunia, sic ergo elegit no-
bis. i. ad nostrā salutē, hæreditatē suā, hoc est, felicitatē æternā videlicet spēm Iacob. i. pul »
chritudinē electorum, vitia supplātantiū, quē Iacob seu designatos p Iacob deus dilexit. »
Mala. 1. Nā & sanctū Iacob deus dilexit, sicut Malachias fatetur Nōne frater erat Esau Iacob? Et: Iacob
dilexi, Esau aūt odio habui. Electos quoque p Iacob significatos, dilexit Chr̄s, quēadmodū legit
Apoca. 1. Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Hæreditas itaque dei quam de-
us elegit dare electis, est species Iacob, hoc est, summus ornatus ac decor pulcherrimus ele-
Psal. 25 ctorum, cum sit summa eorum perfectio. Propter quod superius dictū est. Domine dilexi de
corē domus tuæ. i. beatitudinē patriæ. ¶Ascendit deus, dei vnigenitus, Iesus Chr̄s sup » 5
omnes cœlos, in iubilo, i. in ineffabili laude, & gaudio tā suprpsius, q̄ sanctæ multitudinis »
quæ ipsum ascendere vidit, q̄ angelorum sanctorum, qui, ipso ascendēte, dicebāt: Dn̄s for-
tis & potens, dominus potens in prælio, Et dominus virtutum ipse est rex gloriæ, sicut in
expositiōe

A expositione psalmi octaui plenius dictum recordor. Christus quippe cũ iubilo proprij cor-
dis ascendit, dicens ad angelos sanctos: Ego qui loquor iustitiam & propugnator sum ad sal Esaię. 63
uandũ. De apostolis quoq; & alijs qui Christũ ascendentẽ uidebant, scriptũ est: Eduxit eos Lucæ. 24
Iesus foras in Bethaniam, & benedixit eis, & ferebatur in cœlum, & ipsi adorantes regressi
“ sunt in Hierusalem cum gaudio magno, laudantes & benedicentes deum, ⌊dominus in vo-
“ ce tubæ, ⌋ hoc est, Christus ascendit cũ voce tubali angelorum discipulos consolantium, se Actor. 1.
cundũ quod scriptũ est: Cumq; intuerentur in cœlũ euntẽm illũ, ecce duo viri. i. duo angeli,
in forma virili astiterunt iuxta illos, qui & dicebant: Viri Galilæi, quid statis aspiciẽtes. Vel,
dominus ascendit in voce tubę, hoc est, cũ sonora, altaq; voce sursũ, quia (vt dicit Lucas) Lucæ. 24
Eleuatis manibus benedixit eis, & recessit ab ipsis. Et alia multa alta atq; sublimia dixit disci- Actor. 1.
6 “ pulis, ascensurus, vt in actis dicitur. Cum ergo sit ita, ô omnes fideles. ¶ Psallite deo no-
“ stro, ⌋ videlicet Iesu Christo creatori, saluatori, ac iudici nostro, ⌊psallite, ⌋. i. bonis operi-
“ bus ipsum laudate, psallite, ⌊regi nostro, ⌋. s. Christo, qui cœlũ terramq; regit, & ecclesiã suã
7 “ non deserit, ⌊psallite. ¶ Quoniam rex omnis terræ deus, ⌋. i. Chrũs est dñs totius mundi
in ipsum credẽtis. Vnde dixit apostolis: Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudęa & Lucæ. 24
Samaria, & vsq; ad vltimum terræ. Et apostolus ait: Nouissime diebus istis loquutus est no- Hebræ. 1.
“ bis deus in filio, quẽ constituit hæredẽ vniuersorũ, ⌊psallite sapienter, ⌋. i. cũ interiori mẽtis
sapore, cordialiq; gustu verba psalmodiæ proferte, deũ laudate ac honorate, non cũ vago &
arido corde, quatenus sicut gustus corporis singulas alimẽti particulas discernit, sapit, ac di-
gerit, ita interior aĩæ gustus singula verba spũs sancti attẽdat, gustet, atq; reuoluat, hoc mo-
B do psallere, est vere sapiẽter psallere, quoniam sapiẽtia dicit̃ quasi sapora sciẽtia. Quidã vero insipi Esaię. 29
enter psallunt & orãt. De quibus dñs ait: Populus hic labijs me honorat, cor aũt eorũ longe est
à me. Et talis laudatio siue oratio infructuosa, iuxta illud apostoli: Si orem lingua, mens mea 1. Cor. 14
sine fructu est. Ideo subdit. Orabo spũ, orabo & mẽte, psallã spũ, psallã & mente. Quàm salu
bre, fructuosumq; sit, pandit subiungẽs: In ecclesia volo quinq; verba loqui sensu meo, q̃ de-
cẽ millia in lingua. Studeamus ergo psallere sapiẽter, quod ad nos solitarios tãto amplius p-
tinet, quãto præ cæteris ad maiorẽ mentis puritatem tenemur. Vel sic, psallite sapienter. i.
Christũ laudate & colite, non solũ vt hominem, sed etiam vt verum deũ, secundum quod ait 2. Cor. 5
8 “ Apostolus: Et si Christũ secundum carnẽ cognouimus, tñ iã nũc nouimus. ¶ Regnauit
“ deus super gentes, ⌋ ad se per fidẽ & cultum conuersas, ⌊deus sedet sup sedẽ sanctã suam, ⌋
. i. Chrs sedet ad dexterã patris in throno maiestatis. Vel, sup sedẽ sanctã suã. i. in mẽte oĩm
beatorũ, secũdũ q̃d infra habet̃: Qui sedes sup Cherubin manifestare. Vñ propheta ait: Aspi Danie. 7
ciebã donec throni positi sunt, & antiquus dierũ sedit. Thronus eius flãmæ ignis. i. angeli san Psal. 103
cti, de quibus in sequẽtibus scriptũ est: Qui facit angelos suos spũs, & ministros suos ignem Hebræ. 1.
vrentẽ. Apostolus vero ita allegat hunc versum. Qui facit angelos suos spũs, & ministros su
9 “ os flammã ignis. ¶ Principes populorũ congregati sunt cum deo Abraham, ⌋ hoc cõmu
niter ita exponit̃, principes populorũ. i. quidam ex principalibus plebis, sicut Cẽturio & alij Matt. 8
principes conuersi, congregati sunt cũ deo Abrahã. i. Chro, qui est deus Abrahæ p fidẽ con Marc. 15
iuncti sunt. Sed cõuenientius, magisq; proprie ad literã de apostolis exponendũ videt̃, quibus Lucæ. 23
Chrs in euangelio ait: Beati oculi q vident quæ vos videtis. Et iterũ: Vobis datũ est nosse my Lucæ. 10
steriũ regni dei. Rursusq;: Non possunt filij sponsi lugere, q̃diu cũ illis est sponsus. Ipsi enim Matt. 13
corporaliter cũ deo Abrahæ. i. cũ filio dei incarnato in mundo conuersati sunt, inuenerũtq; Marc. 4
pretiosissimã illam margaritã, per quam Chrs in euangelio seipsum implicat. Et q ista expo Lucæ. 8
C sitio sit magis ad literã, cõstat ex eo, q in natalitijs apostolorũ cãtant̃ verba pdicta de aposto Matt. 9
“ lis loco antiphonæ, ⌊quoniam dij fortes terræ, ⌋. i. sancti apostoli p excellẽtiã grãæ deificati, & ter Matt. 13
“ ræ. i. hoim dij effecti, eos regẽdo & instruẽdo, & quasi saluãdo, ⌊vehementer eleuati sunt, ⌋ Roma. 8
qa primitias spũs sancti receperũt, tã in donis gratũ facientibus, q̃ gratuitis, & ipsi constituti
sunt principes sup omnẽ terrã, sicut in pcedenti psalmo tractatũ est. Si aũt scire optamus, q̃
vehementer eleuati sunt dij terræ, hoc est, sancti apostoli, pensemus qd eis in euãgelio Chrs
dicat: Quorũ (inquit) remiseritis pctã, remittunt̃ eis: & quorũ retinueritis, retenta sunt. Et de Iohan. 20
nuo: Vos q sequuti estis me, sedebitis sup sedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus Israel. Matt. 19
Itemq;: Vos estis lux mũdi. Et vos estis sal terræ. Et iterũ: Ecce dedi vobis potestatẽ calcan- Matt. 5
di sup serpentes & scorpiones, & supra omnẽ virtutẽ inimici, & nihil vobis nocebit. Et rur- Lucæ. 10
sus: Mortuos suscitate, infirmos curate, leprosos mundate, dæmones eijcite. Vnde tales ac Matt. 10
tantos futuros esse apostolos, puidens Esaias, vehemẽter admiratus est, dicens. Qui sunt isti
qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas. Volabant eñi vt nubes, sublimiter Esaię. 60
contemplando, velociter per mundum currendo, atq; altissime prædicando. De quibus ac-
cipi pt illud in Threnis: Cãdidiores niue, nitidiores lacte, rubicũdiores ebore antiquo, Erãt Threñ. 4
nẽpe apostoli candidiores niue, propter splendorem sapientiæ sibi infusæ, nitidiores lacte,
propter innocẽtiam atq; munditiam vitæ, rubicundiores quoq; ebore antiquo, propterea

dorem charitatis diuinæ, atq; fraternæ. Merito ergo dij terræ dicunt, quia doctores & iudi-
Exodi. 6 ces hominũ facti sunt, alijs'q; excellenter prælati. Vnde dominus ait ad Moysen: Ecce con-
stitui te deũ Pharaonis. Ecce psalmus iste eloquio breuis, q̃ vere amœnus est pulcher, & dul-
cis ac sententiosus, in quo tam repetitis vicibus ad dei laudẽ excitamur, nam quinquies in eo
psallere admonemur.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XLVII.

¶ Argumentum.

¶ Titulus. Psalmus cãtici filijs Coræ secũda sabbati. Propheta prouocaturus fideles ad lau
dẽ & p̃coniũ dei, miro in modũ cõmẽdat eius ecclesiã, q̃ magis aspiremus ad illius consortiũ.
Vnde in primis ponit eius cõmendationẽ, à fundamẽti firmitate atq; alijs conditionibus, ad
debitam fundationẽ spectantibus, atq; deinde agit gratiarũ actiones de modo & ordine hu-
iusmodi fundationis, ibi, Suscepimus deus. Valentia censet ipsum esse intelligendũ, de mate
riali & æterna Hierusalem, atq; etiã de tota ecclesia militanti p̃ vniuersum orbẽ diffusa, & ni
hilominus de cœlesti, in qua beati sempiterno perfruunt æuo. Author vero in sua enarratio-
ne simplici, vult ipsum intelligendũ de fundatione ecclesiæ Christianæ post resurrectionem
in aduentu spũs sancti facta. Et de ea ad literam ipsum exponit.

¶ Expositio Tituli.

¶ Præponit demũ psalmo nũc exponẽdo hic titulus. Psalmus cãtici filijs Choræ secũda
sabbati. i. psalmus iste q̃ canticũ appellat, qm̃ agit de rebus diuinis, in quibus solis vera ac san-
cta exultatio est habenda, conuenit filijs Choræ, hoc est, imitatoribus crucifixi, secunda sab-
bati. i. tractans de his, quæ facta sunt in secunda sabbati. Prima eñ sabbati fecit deus cœlum
& terram, diuisit'q; lucem à tenebris, & per hanc mystice intelligit dies dominicæ resurrecti- E
onis, in quo Christus omnia creauit. Secũda vero sabbati seu hebdomadæ fecit firmamentũ
per quam spũaliter designat constitutio ecclesiæ, quæ post Christi resurrectionẽ, adueniente
spũ sancto, in Chr̃o fundata atq; firmata est, & de hac fundatione ecclesiæ psalmus iste ad li-
terã loqui videt. Ait ergo sanctus propheta, cui Chr̃i mysteria excellẽtissime claruerunt.

¶ Expositio psalmi.


Agnus dominus & laudabilis nimis, ⌋ Quod licet de tota trinitate, qualibet'q; » 1
persona diuina accipi possit, propter sequẽtia tñ de Chr̃o specialr̃ dictum est
ipse eñ est magnus dñs, imò immẽsus & laudabilis nimis, vtpote in infinitum,
quantũ eñ res habet de bonitate, in tantũ laudabilis est, cũ ergo dei natura sit
bonitas incircũscripta ac pura, patet, q̃ ipse in infinitũ laudabilis sit, nec digne,
nec satis à creatura laudari queat. Propterea scriptũ est. Terribilis dñs, & ma-
Eccl. 43 gnus vehemẽter, & oĩpotens sup̃ oĩa opera sua. Glorificate dñm quantũcũq; poteritis, sup-
ualebit adhuc, maior est eñ omni laude, ⌊ in ciuitate dei nr̃i, ⌋ i. in Hierusalẽ diuino cultui »
Mat. 27 deputata, quã Euãgelista Matthæus appellat sanctã ciuitatẽ, spũalr̃ tñ in ⌊ mõte sctõ eius ⌋ i. »
in tẽplo ædificato in monte Moria, seu altiori loco vrbis istius. Vel, in mõte sctõ eius. i. In cœ
naculo, in quo Chr̃s nouissimã cœnã cũ aplĩs fecit. Hoc eñ cœnaculũ sitũ fuit ĩ mõte p̃dicto
nõ lõge à templo. Itaq; Christus dicit magnus & laudabilis nimis in ciuitate & mõte p̃dictis
quoniam maiestas & laudabilitas eius in hac ciuitate præcipue monstrata sit, sicut patebit.
Mat. 21. Propter quod legit: Cum intrasset Iesus Hierosolymam, cõmota est vniuersa ciuitas, dicẽs:
Quis est hic? Populi aũt dicebant: Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ. Maxime ve- F
ro apparuit Chr̃i maiestas & laus in mõte sancto huius ciuitatis. i. in tẽplo atq; cœnaculo, qa
in tẽplo multa miracula fecit, quẽadmodũ Euãgelista Matthæus loco p̃allegato subiũgit. Ac
Matt. 21 cesserũt ad eũ cæci & claudi in tẽplo, & sanauit oẽs. ¶ Fundat exultatiõe vniuersæ terræ ⌋ » 2
. i. ciuitas sancta Hierusalẽ ædificata est ad magnã lætitiã oĩm in toto mũdo credentiũ, quia
in ea fuit primitiua ecclesia Christi, cœpit'q; fides catholica primo in ea per aplos p̃dicari, &
exinde diffusa est fides Chr̃i p̃ oẽs gentes. Propter quod scriptũ est: De Sion exibit lex (haud
Esaie. 2 dubiũ quin euangelica) & verbũ dñi de Hierusalẽ. Ex hoc aũt gaudiũ magnũ ortum est oĩbus
Actor. 13 gentibus ad Christũ conuersis, secundũ q̃ legit Paulus ad Iudæos dixisse: Vobis oportebat
primũ loqui verbũ, sed quia repulistis illud, ecce conuertimur ad gentes. Audientes aũt gen-
Luce. 2 tes, gauisæ sunt & glorificabant verbũ domini. Hinc quoq; angelus ad pastores dixit: Annũ
tio vobis gaudium magnũ, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator. Hæc
eñi natiuitas primo prędicata est publice in Hierusalẽ, ⌊ mons Sion, ⌋ q̃ est ex vno latere Hie »
rusalem, ⌊ latera aquilonis, ⌋ hoc est, pars huic monti opposita, sunt ⌊ ciuitas regis magni, ⌋ »
. i. dei altissimi. Ex extremitatibus eñ partiũ suarũ constituitur ciuitas, & partes simul acce-
Ala expõ ptæ sunt idem quod totum. Potest quoq; spũalius hic locus explanari, & redit quasi in
idem, Magnus dñs & laudabilis nimis, in ciuitate dei nostri. i. in ecclesia militanti, quæ per fi
dẽ & grãm fundata est in monte sancto eius. i. in Chr̃o, q̃ est mons magnus, propter oĩm diui
norũ charismatũ eminentiã. De q̃ scriptũ est: Lapis q̃ abscisus est sine manibus creuit in mõtẽ
magnũ

A magnuum,& impleuit vniuersam faciẽ terræ. Vel quod dicit in mõte sancto eius,ẽ idẽ quod
prædixit in ciuitate dei nostri. Quia Ecclesia Christi est mons magnus propter altitudinem
gratiæ. Propter quod de ea scriptum est: Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Esaiæ.2
dñi in vertice montium,& eleuabitur super colles,& fluent ad eum omnes gentes. Per dies au Michæ.3
tem nouissimos intelligunt tempus gratiæ,atq; euangelicæ legis quæ est lex finalis ac vltima.
Hoc itaq; tempore fuit mons domini.i.ecclesia Christi in vertice mõtium.i. sublimior in do
nis ac gratijs spiritus sancti synagoga & oĩm electorum Ecclesia quę à principio mundi fuit
vsq; ad Christi aduentum. Vel mons domus domini appellatur mons Syon q tempore Chri
sti fuit in vertice montium.i.altior mõte Synai & Thabor. Non propter sitũ localem sed pro
pter pręsentiam & pędicationem atq; miracula Christi qui in monte Syon.i.in templo & in Johan.20
domo cœnaculi pręsentialiter apparuit,prædicauit, & miracula maxima fecit, præsertim in Matt.26
cœnaculo seu conclaui, in quod ingressus est ianuis clausis,in quo cõsecrauit corpus & sangui Acto.1.
nem suum,in quo etiam misit Apostolis spiritum sanctum in signo visibili,dans eis omnium
linguarum ac diuinarũ scripturarum pręclaram notitiã. Fundat exultatione vniuersæ terræ:
Hoc est, primitiua Ecclesia in Christo fundata, stabilitaq; est ad omnium exultationem fide-
lium. Ex hoc eñi ꝙ primitiua Ecclesia tantam à Christo gratiam,& virtutẽ recepit, totus mũ Eccl xlii.
dus ad Christum conuersus est, ex qua conuersione electi summe gauisi sunt, mons Syon.i. Ephe.2
populus ex Iudæis conuersus, latera Aquilonis, hoc est Gentiles, vitijs torpidi, affectu insipi
di, & in bonis operibus frigidi. Aquilo enim est plaga frigida iuxta illud: Frigidus vẽtus aqui-
lo flauit & gelauit chrystallus ab aqua. Hi ergo sunt, ciuitas regis magni, id ẽ Ecclesia Christi
quia in Christo sicut in lapide angulari coniuncti sunt Iudæi atq; Gentiles ad constituendam
B vnam ciuitatem seu templum in quo deus per gratiam habitat. De quo templo scriptum est: Zacha.6.
Ecce vir oriens.i. Messias nomen eius & ędificabit templũ dño.i.militantẽ Ecclesiam & con
silium pacis erit inter duos illos, hoc est, inter montem & latera aquilonis secundum exposi-
tionem iam habitam. Et hoc est quod ait Apostolus: Qui eratis sine Chr̃o & sine deo in hoc Ephe.2
mundo. Nunc in Iesu Christo, qui aliquando eratis longe facti estis propè in sanguine ipsius.
Ipse enim est pax nostra qui fecit vtraq; vnum, & medium parietem maceriæ soluens inimi-
citias in carne sua, vt duos condat in semetipo in vnum nouũ hominem faciens pacem ꝑ cru-
3 “ cem interficiens inimicitias in semetipo. ¶Deus in domibus eius⌋ hoc est, à ciuibus seu ha-
“ bitatoribus Hierusalem ⌊cognoscet cum suscipiet eam⌋.i.cum per gratiam suam vocauerit
eam ad fidem & gloriam tantam. Cognitus est nanq; Chr̃us à Symeone & Anna & alijs mul Lucæ.2
tis in ciuitate Hierusalem. Vel in domibus eius.i.in Eccl̃ijs particularibus seu singulis Chr̃ifi
delibus cognoscetur cum suscipiet eam, id est, cum Ecclesiam ita illuminauerit vt cognosca-
tur ab omnibus, quemadmodum pędictum est: Repleta est terra scientia domini, sicut aquæ Esai.11
mare operientes. Sed quia habitatores Hierusalem inducti sunt ad cognoscẽdum Christum
esse natum ex aduentu trium magorũ in Hierusalem venientium atq; dicentium: Vbi est q na
4 “ tus est rex Iudęorum? Idcirco subiungit: ¶Quoniã ecce reges⌋ videlicet tres magi ⌊con-
“ gregati sunt⌋ corporaliter ⌊conuenerunt in vnum⌋ spiritualiter.s. in vna fide & intentione
5 “ adorandi Christum natum. ¶Ipsi⌋.i.habitatores Hierusalem.s. Herodes & principes sa-
“ cerdotum, ac alij multi ⌊videntes sic⌋ magos venire cum tanto comitatu & gloria ⌊admira
“ ti sunt, conturbati sunt⌋.i.inquietati propter solicitudinem ⌊commoti sunt⌋ ad inuidiam,
“ ⌊tremor apprehendit eos⌋ quia Herodes timuit regno priuari & ex hoc cęteri Iudæi time-
bant magnas sibi persecutiones instare. Vnde legitur: Audiens aũt Herodes rex turbatus est, Matth.2
C & oĩs Hierosolyma cũ eo. Vel, ipsi.i.tres magi vidẽtes, sic stellã sibi apparere, & postea dispa Alia expõ
rere, ac iterũ apparere admirati sunt, cõturbati sunt, ꝑ tristitiã, qñ stella disparuit, cõmoti sunt
ad interrogandũ vbi Chr̃us nasceret, tremor apꝑhẽdit eos, hoc ẽ, timor reuerẽtialis intrauit
mentẽ eorũ, ex eo ꝙ spũ sancto reuelante cognouerũt puerũ quẽ viderũt, & adorauerũt, eẽ ve
rum deũ, vnde cũ metu & reuerẽtia maxima offerebãt ei munera, scd̃m ꝙ Esaias ꝓdixit: Re- Esai.xlix.
ges videbũt, & cõsurgent principes, & adorabũt propter dñm deũ tuũ. Hoc tñ intelligi ꝑt, de
6 “ oĩbus terræ principibus ad fidẽ cõuersis. ¶Ipsi⌋.s.in terra Iudææ ⌊dolores vt parturiẽtis⌋
qa genitrices infantũ, q ab Herode occidebant tñ affligebant de filiorũ suorũ interitu sicut par
“ tu ⌊in spũ vehemẽti⌋.i.in ita ĩpetuosa ⌊cõteres⌋ dñe deus.i.ab Herode cõburi ꝑmittes ⌊na
ues tharsis.⌋ Vidẽs eñi Herodes se à Magis illusum, irat' ẽ valde, fecitq; destrui naues tharsis,
eo ꝙ audierat ꝑ eas redisse Magos ad ꝓpriã. Deiñ ꝓpheta ait in ꝑsona primitiuę eccl̃iæ q̃ chr̃i
7 “ mysteria vidit ĩpleri, seu oĩm Chr̃ianorũ q facti Chr̃ifideles cõtẽplant, & ait: ¶Sicut audi
“ uimus⌋ in scripturis diuinis ⌊sic vidimus⌋ oculo mẽtis aut corpis ⌊in ciuitate dñi virtutũ⌋
“ vtpote ⌊in ciuitate dei nr̃i⌋.i.in Hierl̃m, qa in ea Chr̃s apparuit sicut ꝓphetę vaticinati erãt.
“ Vel in ciuitate dñi virtutũ.i.in eccl̃ia q̃ ẽ ciuitas dei, q est dñs virtutũ.i.angelorũ ⌊deus funda
“ uit eã⌋.i.eccl̃iam ⌊in ęternũ⌋ qa fides eccl̃ię vsq; ĩ finẽ mũdi durabit, quẽadmodũ Chr̃s apl̃'s Matt.28
in ꝑsona ecclesiæ dixit: Ecce vobiscum sum oĩbus diebus vsq; ad consummationem seculi.

¶⌊Suſcepimus deus.⌋ Pater in die purificationis ⌊miſericordiã tuã⌋ hoc eſt, Chriſtum fi- ” 9 D
Eſaiæ.16 Eſaię.46 lium tuũ nobis miſericordiſſimè miſſum ac natũ, de quo per Eſaiã dixiſti: Propè eſt vt veniat
ſalus mea. Et denuo: Dabo in Syon ſalutẽ, in Hieruſalẽ gloriã meam, ⌊in medio templi tui⌋ ”
quia tunc virgo beata obtulit Chriſtũ in tẽplo, ſuſcepitq́ eum Symeon in vlnas ſuas, & An-
Lucę.2 na ſancta confitebaꝛ eidẽ loquens de eo oĩbus qui expectabant conſolationẽ Hieruſalem,
Malac.3 quẽadmodum legitur. Hanc autẽ repræſentationẽ Chriſti in tẽplo, Malachias propheta cla
riſſimè prædixit: Loquens enim in Chriſti perſona: Ecce (inquit) ego mitto angelum me-
um, & præparabit ante faciẽ meam, quod certũ eſt de Chriſti præcurſore eſſe prædictũ. De-
inde ſubiungit de Chriſti aduentu, & ſtatim veniet ad templũ ſuũ dominator quẽ vos quæri-
Aggæ.2 ris, & angelus teſtamenti quẽ vos vultis. Porrò Aggæus propheta de eodem pulchrè locu-
tus eſt: Cum eñ dixiſſet veniet deſideratus cunctis gentibus, ſtatim ſubiecit: Et implebo do-
mum iſtam gloria dicit dominus: Scientibus autẽ ſcripturas certũ eſt quod loquiꝛ de templo
in Hieruſalẽ ædificato poſt reditum à captiuitate Babylonica, ad cuius reædificationẽ ipſe
& Zacharias hortabanꝛ Iudæos. De huius autẽ templi gloria ſubdit: Magna erit gloria do-
mus iſtius nouiſſimæ plus quàm primæ dicit dominus. Hæc vero excellentia domus nouiſſi-
mè vltra templũ à Salomone ædificatum in nullo fuit, niſi quòd Chriſtus in propria perſo-
na in ea apparuit, docuit, atq; miracula fecit. Aliàs eñ templũ illud nouiſſimũ nullius reputa-
Eſdræ.3. tionis ad templum primũ à Salomone conſtructũ. Propter quod ſcriptũ eſt, quod ædificato
templo ſecundo, illi qui viderant templũ primũ vehementer lugebant. Qui vero illud nõ vi-
derant, multũ gaudebant, ex quibus accipi poteſt euidens argumentũ, quod rex Meſſias iam
venit, & in templo illo apparuit quod iam diu à Romanis deſtructũ eſt. ¶⌊Secundum no- ” 10
men tuum deus ſic & laus tua in ſines terræ.⌋ Hoc eſt: Secundũ magnitudinẽ tuam, ſeu nomi- ”
nis tui maieſtatẽ diffuſa eſt fama ſublimitatis tuæ, & publicata dignitas tua, exhibeturq́ reue
rentia tibi in oĩbus partibus mundi. Deo eñ impendiꝛ latriæ cultus qui ei ſoli debeꝛ, & ita
ſecundũ nomen ſuũ, ita & ipſe vbi honoraꝛ, quãuis nemo poſſit ipſum laudare, amare, aut ho-
Eſaiæ.42 norare, quantũ ipſe dignus exiſtit. Et hoc eſt, quod ipſe dominus proteſtaꝛ: Ego dñs, hoc eſt,
nomen meũ. Gloriam meam alteri nõ dabo, & laudẽ meam ſculptilibus. Quod autẽ ſecundũ E
Eſaię.42 hoc nomẽ ſuum laudetur deus in finibus terræ, oſtẽdit Propheta protinus ſubdens: Cantate
dño canticum nouũ, laus eius in Eccleſia ſanctoꝶ. Et iteꝶ ponent dño gloram, & laudẽ eius
in inſulis nuntiabunt. Hoc Paulus apoſtolus impletum eſſe denuntians, aut Gentibus ſcribẽs:
1.Theſſ.1. Conuerſi eſtis à ſimulachris mutis ſeruire Deo viuenti ⌊Iuſtitia plena eſt dextera tua⌋ hoc ẽ ”
gratioſa præſentia tua, pia protectio tua, ſeu propitiatio tua ô dñe plena eſt æquitate. Inferi
us eñ ſcriptum eſt: Iuſtus dñs in oĩbus vijs ſuis, quia dum impius miſereꝛ, iuſtè facit ex par-
te ſuæ bonitatis, quoniam ipſe tam bonus eſt, vt iuſtum ſit ipſum indignis benefacere, ingra-
Pſal.144 tiſq́ miſereri, dum aũt bonis gratiam dat, iuſtum eſt tam ex parte ſui q̃ iuſtorum. Vel ſic: Iu-
ſtitia plena ẽ dextera tua, hoc ẽ: Tu ipſe oĩo iuſtus es q̃ ad illos q in die iudicij erũt ad dexterã tu
Matt.25 am, quibus dicturus es, percipite regnũ quod vobis paratũ eſt, in quibus oĩa bona etiã mini-
ma remunerabis. ¶⌊Lætetur mons Syon⌋ hoc eſt, primitiua Eccleſia in mõte Syon inſti- ” 11
tuta & illuminata ſicut iã patuit, ⌊& exultẽt filiæ Iudæ⌋ .i. oĩes ſucceſſores primoꝶ fideliũ, ”
ſeu oĩes Eccleſiæ filij qui ſunt filiæ Iudæ, hoc eſt, filij cõfeſſionis laudis diuinę, ac proprię cul F
pæ. Solẽt eñ ſancti Prophetæ noĩe filiæ, vel in ſingulari, vel in plurali totũ populũ deſignare
Eſaię.47 Vnde Eſaias ait: Deſcẽde, ſede in puluere filia Babylon. Et Zacharias: Exulta ſatis filia Syon.
Zacha.9 Et Sophonias: Exulta in oĩ corde tuo filia Hieruſalẽ, ita hoc loco noĩe filiaꝶ Syon intelligiꝛ
Sopho.3 Roman.9 totus fideliũ populus. Hi ergo exultẽt ⌊ꝓpter iudicia tua dñe,⌋ qbus cui vis miſereris, & quẽ ”
vis induras, qbus iuſtos ſaluas, & impios dãnas, qbus nihil inordinatũ relinquis, qbus in præ-
ſenti vita bonos à malis diſcernis, ac ſeparas gratia, voto, & merito in futuro ſeparaturus eoſ
dem loco ac præmio. Hæc aũt iudicia dei ſunt, ipſemet deus oĩa iudicãs, vel effectus diui-
næ iuſtitiæ. ¶⌊Circũdate Syon,⌋ hoc eſt, Eccleſiã Chriſti verbo & opere defenſate, nullũ ” 12
ſcandalizãtes, peruertẽtes, aut opprimẽtes, ſed fidẽ atq; fideles totis viribus protegẽtes, cõfir
Abacuc.2, mantes, ac venerãtes, vt vobis cõueniat quod Abacuc ait: Super cuſtodiã meã ſtabo, & figam
gradum meũ, ſuper munitionẽ & contemplabor. Hoc modo circũdedit Syon ſacratiſſimus
Eſaiæ.21 Eſaias qui ait. Super ſpeculam dñi ego ſum, ſtans iugiter per diem, & ſuper cuſtodiam meã
ego ſum ſtãs totis noctib⁹. Hoc ad prælatos Eccleſiæ potiſſimũ pertinet, ⌊& complectimini ”
Roma.13. Iohan.13 eam,⌋ hoc ẽ, cordiali affectu amate Eccleſiã, & oĩa membra ipſius. Qui eñ diligit proximũ ”
Iohan.13. legẽ impleuit, quoniã plenitudo legis, dilectio. Propter q̃d Chrus ait. Mandatũ nouũ do vo-
bis, vt diligatis inuicẽ, ſicut dilexi vos. Et iterum. In hoc cognoſcẽt oĩes quia diſcipuli mei
eſtis, ſi dilectionẽ habueritis ad inuicẽ, ⌊narrate in turribus eius⌋ hoc eſt, in Eccleſijs prædi-
cate Euãgelium Chriſti. Vel narrate in turribus eius .i. principibus atq; prelatis fidelium ãn-
nuntiate Chriſti doctrinam, ô prædicatores verbi dei, quatenus ſecũdum Chri præcepta vi-
Acto.20. uant, alioſq́ gubernent ſecundum quod Paulus Eccleſiæ turribus, hoc eſt, aliorum paſtori-
bus di-

bus dicit: Attendite vobis & vniuerso gregi in quo posuit vos spiritus sanctus episcopos re-
gere Ecclesiam dei quam acquisiuit sanguine suo. Et Petrus: Seniores (inquit) obsecro, pasci-
13 te qui in vobis est gregẽ forma gregis effecti ex animo. ¶Ponite corda vestra in virtute 1. Pet. 5
eius⌋ Hoc est: Applicate mentẽ vestrã ad cognoscendũ ac imitandũ pfectionẽ, seu charitatẽ
Ecclesiæ vt sitis viua ac digna Christi mẽbra, & non serui inutiles ne proijciamini in tenebras Matt. 29
exteriores, ⌊& distribuite domos eius⌋.i. ipsos Ecclesiæ filios ordinate, & vnicuiq; propriũ
officium deputate, quatenus sicut ait Apostolus omnia decenter & secundum ordinem fiant 1 Cor. 14
in vobis. Sicq; vnusq; dignè ambulet ea vocatione qua vocatus est. Vnde Moyses ait: Nõ Ephes. 4
transferes terminos, quos fixerũt priores in possessione sua. Quod planius allegari solet hoc Deute. 19
modo: Non transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. Et Dionysius sæpe Prouer. 22
affirmat, ꝙ angeli sancti nequaq̃ præsumunt aliquid agere, nisi secundum ꝙ eis à lege diui-
na præfixum est. Et nos ergo custodiamus ordinem nostrũ, faciatq; vnusquisq; quod sibi in-
cumbit, nec occupet se cum his quę ad ipsum non pertinent, quia nec aliter veram ac stabilem
pacem habere poterimus. Hæc itaq; agite ô doctores, & aliorũ rectores ⌊vt enarretis in pro-
genie altera⌋.i. quatenus successores vestros instruatis cum audierint vitam vestram laudabi
lem salutaremq; doctrinam. Quid autẽ enarrare posteris debeant, subdit. ¶Quoniã hic⌋.i.
14 Christus qui propter nos incarnatus ac passus est ⌊est deus⌋ omniũ tanquàm creator ⌊deus
noster⌋ tanquàm noster saluator ⌊in æternum & in seculum seculi⌋.i. in præsenti seculo &
futuro sine fine ⌊ipse reget nos in secula⌋ hoc est, quàmdiu fuerimus. Regit enim nos Christus
per sacrã scripturã in qua docemur quid agere debeamus. Itẽ per angelorũ custodiam, p vica
rios quoq; suos Ecclesiarum pastores, & etiam per semetipsum gratiam, & dona sancti spiritus
infundendo per quæ in omnibus scimus quid deo sit placitũ. Propter quod dicit: Iustum dedu
B xit dñs per vias rectas, & ostendit illi regnum dei. Quod autem in hoc versu iam dictũ est hoc Sapiæ. 10
idem Ecclesiæ Christi promittitur alibi: Lauda filia Syon abstulit dominus iudicium tuum, Sopho. vi.
auertit inimicos tuos, dñs deus tuus in medio tui, fortis ipse saluabit te, gaudebit sup te dñs in lę
titia, silebit in dilectiõe tua. Ecce psalmus iste in profunditate sensuũ plenus q̃ copiose ac splẽ
dide describit mysteria Christi exordiumq; Ecclesiæ.

## COMMEMTARIVS IN PSALMVM XLVIII.

### ¶Argumentum.

¶Titulus: In finem aliàs victori filijs Core, Psalmus Dauid, Propheta volẽs nos ab amore huius mũdi auocare, docet elatos mũdi sectatores nõ admodũ appreciãdos, qn potius nobis in hac vita prouidẽdũ esse vt timeamus mortẽ, & finale iudiciũ, in q̃ reddituri sumus rõnẽ de his q̃ hic gessimus. Porrò si hęc formidemus & pęnas ęternas nihil timebimus in hoc seculo diuites & potẽtes cum suis vanitatibus æternalr perituros. Habet aũt duas pcipuas partes hic psalmus, primo eqdem ponit prologus seu procemiũ, in quo molit omes ad audiendã doctrinam suã attentos reddere. Deinde prosequit tractatũ & narrationẽ: subiũgendo dicẽda, ibi: Cur timebo, remouẽs errores diuitũ, cõminando eis pœnas post hãc vitã & finale iudiciũ, ediuerso aũt promittendo pauperibus gloriam, quos & consolatur, exhortando ad patientiam. Author ipsum vnico absoluit commentario.

### ¶Expositio Tituli.

C ¶Elucidandi nũc psalmi titulus talis est. In finẽ filijs Chore psalmus, hoc est, psalmus psens
in finẽ.i. in Chrm & verã felicitatẽ nos dirigẽs cõuenit filijs Chore.i. imitatoribus Chri occisi
qui Chrm seqntes tpalem prosperitatẽ cõtemnũt, & verã beatitudinẽ patriæ quærũt. Loq-
tur nãq; hic Psalmus cõtra eos q tunc scãdalizant, & cadũt dũ aliqd aduersitatis eis occurrit,
dum vero oĩa prospera sibi succedũt, deũ glorificãt. De qbus ait saluator: Cũ audierint verbũ Lucæ. 8
dei cũ gaudio suscipiũt illud, & hi radices nõ habẽt, qa ad tẽpus credũt, & in tpe tentatõis re-
cedũt, cuius recessionis causam Chrus assignat, dũ ait: Aerumnæ seculi & deceptio diuitiarũ, Marci. 4
& circa reliqua concupiscentiæ introeuntes in cor, suffocant verbum dei, & sine fructu effici-
tur. De prædictis quoq; scriptum est: Dixistis: Vanus est qui seruit dño. Et quod emolumen- Mala. 3.
tum, quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes coram domino? Ergo
beatos nunc dicimus, arrogantes siquidem, ædificati sunt facientes impietatem. Contra hos
igitur locuturus Propheta, pręmittit procemium, quatenus attentos nos reddat & dicit.

### ¶Expositio Psalmi literalis.


1 Vdite hæc (quæ sequunt) omes gentes⌋ Quia ad omniũ vestrũ salutẽ respiciũt,
nec ignorãtia horũ vos excusat ⌊auribus⌋ cordis & corporis ⌊percipite oẽs q
2 habitatis orbẽ⌋ hoc est, homines vniuersi. ¶Quiq; terrigene & filij hoĩm,⌋
idem frequẽter resumit, vt omnino nos sollicitos efficiat, ⌊simul in vnũ diues &
3 pauper,⌋ quia cõmune bonũ vobis proponã. ¶Os meũ loquet,⌋ in psalmo
isto ⌊sapiam⌋.i. notitiã de rebus diuinis, Tractat eñi in psamo isto quædã de

Deo & beatitudine vera, quę est vita æterna, ⌊& meditatio cordis mei⌋ loquet̃ per os corpis D
⌊prudentiã⌋ hoc est, moralem sciam. Aliqua nanq; in psalmo pręsenti tractant̃ ad informa-
tionem morũ spectantia, sicut patebit. ¶ ⌊Inclinabo in parabolã aurẽ meam,⌋ hoc est, ad 4
intelligendũ occultas seu mysticas iuspiratões atq; alioꝝ sanctoꝝ scripturas parabolicè tra-
ditas applicabo ingenium meum. Vnde in Ecclesiastico habet̃: Sapiam omniũ antiquoꝝ ex-
quirit sapiẽs, & in prophetis vacabit, ⌊aperiam in psalterio⌋ hoc est, in præsenti Psalmo hu
ius libri, qui psalterium nuncupat̃ ⌊propositionem meam⌋ .i. cordis mei conceptũ. Vel, in
psalterio .i. in bona operatõe, ita quòd non solum dicam, quæ dicturus sum ore & lingua, sed
opere & veritate. Hoc em̃ necesse est, vt vita concordet doctrinæ. Nam cuius vita despicitur
eius quoq; instructio vilipendit̃. Hucusq; prophęmiũ, & vtiq; nisi quæ sequunt̃, valde notabi-
lia essent, nequaquã Propheta tam præclarũ prologum induxisset. Narrationẽ ergo incipiẽs
quæstionẽ proponit. ¶ ⌊Cur timebo in die mala⌋ Hoc est: Quid poterit mihi in die iudicij 5
esse causa timoris, vel cur tũc timebo, si pœniam modo nõ egero? Et hanc quæstionẽ propo
nit in psona vniuersoꝝ maximè peccatoꝝ, & rñdet, ⌊iniquitas calcanei mei⌋ .i. operatiõis
meæ. Per calcaneũ em̃ seu pedẽ gressus, & conuersatio, seu opatio designat̃, ⌊circũdabit me⌋
hoc est, vndiq; obijciet̃ mihi, & redundabit in me. In die nanq; iudicij accusabit̃ homo à dæ-
monibus, ab angelis, à consc̃ia propria, imò & à iudice ipso, quemadmodum dominus ait:
Malac.3 Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis & adulteris, & qui calumniantur, &
Esaię.30. opprimunt pauperem, & non timuerunt me. Et Esaias ait: Ecce nomen domini venit ar-
dens furor eius, & grauis ad portandum, labia eius repleta sunt indignatione, spiritus eius ve-
lut torrens inundans ad perdendas Gentes. Hæc ergo est causa timendi futurum iudicium, E
Apoca.14 quia operationum nostrarum iniquitas tunc circundabit nos. Propter quod dicitur: Opera
Lucæ.13 illorum sequuntur illos. Et saluator ait: Amen dico vobis, nisi pœnitentiam egeritis, omnes
simul peribitis. Dicitur autem dies iudicij mala non à malitia culpæ cum sit dies iustissimæ
remunerationis, prudentissimæ discretionis, & districtissimæ examinationis, sed à malitia
Sopho.1. pœnæ, quia multa mala pœnalia erunt in eo, quemadmodum Sophonias testatur. Dies iræ
dies illa, dies tribulatiõis, & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caligi-
nis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris. Ecce quàm horrenda ac horribilissima di-
es, cuius horrorem tot nominibus Propheta explicare curauit. ¶ ⌊Qui confidunt in virtu- 6
te sua,⌋ Hoc est: Qui proprijs viribus se posse saluari præsumunt, & in seculari seu corpora-
li potentia sperant, non in misericordia & gratia creatoris, ⌊& in multitudine diuitiarum sua
rum gloriantur⌋ hoc est, in possessionibus seu proprijs meritis atque iusticijs inordinatè læ-
tantur non omnium largitori gratias referendo, sed in seipsis quasi non acceperint iocundã-
do aut alios contemnendo. Hi tales timeant, quia in die mala euadere non valebunt. Quod
consequenter ostendit. ¶ ⌊Frater non redimit⌋ Hoc est: Nullus consanguineus seu pro- 7
pinqnus alium liberare poterit in die iudicij, secũdum quod apud Ezechielem dominus pro-
Ezech.14 testatur: Terra cum peccauerit, interficiam de ea hominem & iumentum. Et si fuerint tres
viri isti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob, ipsi in iustitia sua liberabunt animas suas. Filium F
Ezech.18 autem & filiam non liberabunt. Et rursus ait idem Propheta: Iustitia iusti erit super eum, &
impietas impij erit super eum. Cum ergo sit ita, ⌊redimet homo?⌋ quod interrogatiuè le-
gendum est, vt sit sensus: Si propinquus & frater non redimet peccatorem, multo minus ho-
Hiere.15 mo, hoc est, alius quicunque extraneus, seu remotus, & minus propinquus redimere poterit,
alium. Vnde & alibi dominus ait: Si steterit Moyses & Samuel coram me, nõ est anima mea
ad populum istum, ⌊non dabit deo placationem suam⌋ id est, peccator in die iudicij deum
placare non poterit, quia post mortem non patet precum meritorumve locus, nec est tunc
Matt.25 pœnitentia fructuosa, secundum quod Christus innuit de virginibus fatuis sero venientibus
atque dicentibus: Domine, domine, aperi nobis, quibus ipse respondet. Amen dico vobis.
Nescio vos. Hæc quippe vita est via ad vitam futurã, idcirco hac vita finita cessat modus mę-
rendi ac demerendi, sicq; ad aliam vitam pertingendi, sed per mortem ponitur homo in ter-
mino motus. Vnde Damascenus. Quod angelo (inquit) est casus hoc hominibus est mors.
¶ ⌊Et pretiũ redemptõis animæ suæ⌋ Hoc est, peccator post mortẽ nullo genere satisfaciẽ 8
di poterit aĩam suã à debita pœna eruere. Ecce q̃ terribilis deus post mortẽ, q añ mortẽ tam
Esaiæ.30 misericordissime præstolat̃, sicut & Esaias ait. Propterea expectat dñs, vt misereat̃ vestri. Ne
mo igit̃ nostrũ in sua virtute confidat, nemo in sua sapĩa, nemo in suis meritis glorietur, ne si-
Hiere.49 bi conueniat, quod ait scriptura. Arrogantia tua & superbia cordis decepit te. Illud quoque,
Esai.5 Væ qui sapientes estis in oculis vestris. Qui iterum ait. Sapientia tua & scientia tua decepe-
runt te. Sed & in spiritualibus diuitijs glorianti, Iohannes ait Apocalypsis tertio. Dicis quia
diues sum, & nullius egeo, & nescis q tu es miser, & miserabilis, & pauper. & cęcus, & nudus.
Lucæ.6 Diuitibus vero in corporalibus diuitijs gloriantibus dicitur. Væ vobis diuitibus qui habetis
consolationem vestram. Deinceps ponitur pœna maloꝝ qui in finali iudicio damnabuntur,
⌊Scla-

A ⌊& laborabit in æternũ⌋ hoc est, impius æternaliter affliget, & laboriosissima pœna torque
bit, quēadmodũ scriptũ ē: Cruciabit iniquus igne & sulphure in cōspectu angelorũ sanctorũ, Apoca.14
& fumus tormētorũ eius ascēdet in secula seculorũ, & requiē nō habebũt die ac nocte, ⌊& vi-
uet adhuc in finem⌋ .i. naturalē vitam nunq̃ amittet, q̃uis eam amittere cupiet, sed æternalr̃
viuet in natura, vt incessabiliter pseueret in pœna. Propter quod Iohannes ait: In diebus illis Apocal.9
quærent homines mortem, & non inueniēt eam, & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.
Nec dissonat quod alibi legit: Eligēt magis mortē q̃ vitam omnes de generatōe hac pessima. Iohā.8
Quàmuis em̃ scd̃m philosophos om̃e ens naturaliter appetat esse om̃e q̃ viuēs naturalr̃ appe
tat viuere, tamē reprobi in inferno appetēt non esse, & nō viuere, qm̃ propter miseriæ vehe-
Ibidem Petite & accipietis, vt gaudiũ vestrũ sit plenũ. In me sunt deus vota tua. i. promissiones seu af
fectus qbus obligaui me tibi seruitu, & qbus te honorare desidero. Hæc aũt vota sunt tua,
hoc est. tibi placentia & mea, qm̃ mihi à te sunt collata, quæ reddã laudatões tibi, ea implendo
sicq; p vitã bonã te collaudando. Dum em̃ promissa implemus, piosq; affectus ad effectũ per
ducimus, deũ laudamus, & sacrificiũ iustitiæ immolamus. Qm̃ eripuisti aiam meã de morte,
æterna & infernali sanguinẽ tuũ p me fundendo, de morte q; pcti mortalis, indulgẽtiam con
ferẽdo, & viuificasti animã meã, charitatẽ & grãm influendo, & pedes meos. i. affectus meos
Osee.11. & opera eripuisti à lapsu, hoc ẽ, à ruina pcti dirigẽdo cor meũ ac opa scdm tenorem legis di
uinæ, queadmodũ de populo tuo testaris: Ego qsi nutricius Ephraim portaui eos in brachiis E
meis. Hęc aũt ideò mihi fecisti, vt placeã corã deo, quãdo ad Chri tribunal pductus fuero, sal
uusq; fiam in lumine viuẽtium. i. in regione viuo, & in lumine gloriæ illud diuinitus partici-
Job.15 pando, de quo lumine superius dictum est. In lumine tuo videbimus lumẽ. Et beatus Iob scri
bit. Nunqd est numerus militũ dei? Et sup quẽ non splendet lumen ipsius? Ecce Psalmum
vere affectuosum audiuimus, in quo primo Chri atq; iusto tribulatões commemorant, de-
inde mens in deo p spem confortat, beneficia dei ad memoriã reducunt. Impleamus igit psal
mi præsentis doctrinã in omi tribulatõe ad deũ suppliciter confugiẽdo, spem verã in ipo ex-
citando, corq; magnanime & inperterritũ assumẽdo, vitã nostrã dño annuntiãdo, sermones
nostros ad ipsius gloriã ordinãdo, vota promissionũ ac desiderio ei reddẽdo, eiusq; benefi-
cia intimẽ recolẽdo, quatenus ei soli in futuro, & nõ alicui in hoc mundo placere optemus.

## COMMEMTARIVS IN PSALMVM LVI.

¶ Argumentum.

¶ Titulus, In finem ne disperdas Dauid in tituli inscriptõe cum fugeret à facie Saul in spe-
lunca, alias in Hebræo, victori vt non disperdas Dauid humilem & simplicem, quãdo fugit à
facie Saul in spelunca. Est aũt hic Psalmus oratio Dauid in psona Chri patientis pro sui libe-
ratõe atq; gloriosa resurrectione deprecantis. Vel etiã Ecclesiæ & cuiuslibet iusti orãtis vt ab F
iniquo persequutõibus liberet. Et habet tres partes secundum glossam. In prima ponit ota
tio, in secunda eius benigna exauditio, ibi, Misit deus misericordiã suã, in tertia vero deuota
pro exauditione gratiarum actio, ibi. Paratum cor meum deus. Author bipharia commen
tatus est hunc Psalmum porrò primum, iuxta literam de Christo atq; deinde tropologicè de
Ecclesia & membris eius.

¶ Expositio Tituli.

1.Reg.23. ¶ Titulus Psalmi istius. In finem ne disperdas Dauid in tituli inscriptõe cum fugeret à facie
Saul in spelunca. Primo Regũ legit sanctus Dauid à facie Saul bis in spelunca fugisse, Primo in
1.Reg.24 spelunca odollam. Secundo in speluncã in qua descendit etiã Saul vt ventrẽ purgaret, in qua
abscidit Dauid summitatẽ chlamydis Saul prohibuitq; Abysay ne Saulem occideret. Ab hac
aũt fuga intitulat hic Psalmus q licet exponi posset de Dauid, sicut in sequẽti expositõe de qli
bet iusto exponet, couenietius tñ de Chro p Dauid significato exponit, præsertim cum Da-
uid non legat titulum erexisse. Est itaq; sensus tituli huius. In finem. i. psalmus iste in Chrm
nos erigens ne disperdas Dauid. i. ne Chrm neges verbo aut facto regẽ ac dñm omniũ sicut si
Matt.18 gnificabat, in tituli inscriptõe q scripsit Pilatus de Chro. Hic est rex Iudæo, cũ fugeret Da-
Marc.15 Luce.23. uid à facie Saul, hoc est, cum Christus à Iudæorum cognitione recessit, illisq; se abscondit, in
Johã.19. spelunca, hoc est, in carne sua mortali, in qua eius diuinitas latuit, incredulisq; se Iudæis abscõ
dit. Christus itaq; passioni iam proximus ex parte hois assumpti adhuc mortalis, & mortẽ na
turaliter abhorrentis orat ad patrem.

¶ Expositio Psalmi literalis.

¶ Miserere

A



1 Iserere mei deus.] Ab hoc passibili statu ad immortalem statum me transferen
do [ miserere mei ] orantis pro corpore meo mystico, vt fructũ passionis meę
[ quoniam in te confidit aia mea ] .i. in tua bonitate ego spero scd̃m quod homo passibi
2 lis & viator aliquo mõ nõ vt deus & comphẽsor. ¶Et in vmbra alarũ tuarũ ]
hoc est, in defensione ac ope misericordiæ atq; potentiæ tuæ [ sperabo donec
transeat iniquitas ] .i. donec finẽ accipiat malitia Iudęorũ aduersus me. s. quãdiu in
hac vita viuo mortalis, Chrũs enĩ semp à deo protectus est, nec aliqd ei nocere valebãt Iudæi
3 donec ipsemet voluit. ¶Clamabo ] .i. passione instante, mẽte & ore orans clamaui [ ad deũ Heb.5
altissimũ ] sicut fatet̃ Aplus: Cũ clamore valido & lachrymis Chrũs pces fudit ad deũ [ deum
qui benefecit mihi ] .i. multa mihi beneficia contulit. Piè exaudiuit, omniq; virtute & dono ac
gr̃a spũs sancti repleuit, quantũ capere potuit natura creata à principio creatõis & conceptõis Johan.3
4 meæ humanitatis. Non enĩ ad mensurã dat deus spm̃ homini Chro. ¶Misit de cœlo & li-
berauit me ] Hoc ẽ, Deus pr̃ desup adiutoriũ mihi impẽdit, & angelũ confortantẽ me misit, Luc.22
& de manibus Iudæorũ in die resurrectõis me penitus eripuit, [ dedit in obprobriũ conculcã-
tes me ] .i. psecutores crucifixores q; meos cõfudit, cõfusione dignos ostẽdit, contẽptibiles fe
cit in pñti, & in futuro priuãs eos propria terra omniq; gr̃a sicut de eis prædictũ est: Induc sup Hiere.18.
eos diem afflictõis, & duplici contritõe contere eos domine deus noster. Et alibi: Ciuitatem Daniel.9
& sanctuariũ .i. habitatores Hierusalẽ q Chrm̃ occiderunt, & templũ dissipabit populus cum
5 duce venturo .i. exercitus Romanorũ cũ Tito. ¶Misit deus miam suam & veritatẽ suam. ]
hoc est, effectũ suæ misericordiæ atq; iustitię effudit super me, ga in omni ope dei commiscent
B misericordia & iustitia. Misit aũt deus miam suã, dum aĩam Chri tam gratiose in omi bene-
dictõe præuenit: & veritatẽ quando eam sicut p Prophetas pdixit, inseparabiliter corpori Psalm.20
reuniuit. Ideo subdit: [ & eripuit aĩam meã ] in die resurrectõis [ de medio catulorũ leonũ ] .i.
de multitudine superborũ atq; ferociũ Iudæorũ, ad immortalẽ statũ me suscitans [ dormiui ]
6 in morte & monumẽto [ conturbatus ] cõculcatus, oppressus, occisus. ¶Filii hoim ] non fi
lii dei, videlicet pdicti aduersarii mei [ dentes eorũ arma & sagittæ ] .i. similes sunt armis, itẽq;
sagittis, ga queadmodũ aliqs p arma impugnat, & p sagittã lædit, sic Iudæi verbis quæ ore &
dẽtibus formant, me impugnabãt ac lędi procurabãt Pilato, dicẽtes: Si nõ eẽt hic malefactor Joha.18.
nõ tibi eũ tradidissemus, [ & lingua eorũ gladius acutus ] qa clamabãt, tolle tolle, crucifige eũ Luce.23
Propterea scri ptũ est: Sagitta vulnerãs lingua eorũ. Deinde Propheta Chrm̃ sic cõculcari & Johan.19
7 passum cõspiciẽs eius resurrectionẽ, ascẽsionẽ, & glorificationẽ desiderãs. ¶Exaltare (inqt) Hierem.9
sup cęlos deus ] .i. tu Chre verus deus sup oẽs cęlos ascẽde, sicut ait Apls: Qui descẽdit, ipse ẽ q Ephe.iiii.
ascẽdit sup oẽs cœlos [ & in omni terra gloria tua ] hoc est, p totũ mundũ prædicet excellen-
tia tua, manifestet potẽtia tua, & notitia tua hoibus reuelet, scd̃m quod legit: In doctrinis glo- Esa.xxiiii
rificate dñm in insulis maris: A finibus terræ audiuim⁹ laudes & gloriã iusti. Vnde post resurre-
ctionẽ Chrs ait discipulis: Eritis mihi testes in omi Iudæa & Samaria, & vsq; ad vltimũ terræ. Actor.1.
8 . ¶Laqueũ mortis ] .i. insidias occidendi [ parauerunt (Iudæi) pedibus meis ] .i. mihiipsi,
[ & incuruauerũt ] .i. humiliauerũt, & psecuti sunt [ aĩam meã ] calumniãdo, ac detrahendo Matth.11
verbis, operibus atq; miraculis meis, dicẽtes: Seducit turbas, & homo vorax. Et in Beelzebub Matt.12.
C eiicit dæmones. Vel, incuruauerũt aĩam meã .i. à via iustitię & ab ipsa veritate eã conabant de- Luce.11
9 flectere adulãdo, dicẽtes: Magister scim⁹ qa verax es. ¶Foderũt añ faciẽ meã foueã ] .i. mor Johan.7
tis deuorationẽ seu crucis passionẽ mihi aperte pparauerũt, [ & ciderũt in eã ] qa me ĩterficiẽ Matt.22
do meruerũt à Romanis occidi, ęternaliq; dãnari. Qui enĩ alteri nocere disponit, prio seipm̃ Marc.12.
interemit, iuxta illud: Propter malitiã tuã circũdatus es laqueis & cõturbat te formido subita. Job.22
10 ¶Paratũ cor meũ de⁹ paratũ cor meũ ] Ad agendũ & sustinẽdũ quęcũq; tibi placita sunt, &
humanę redẽptõi necessaria. Et hoc est, quod Chrũs ait ad patrẽ: Veruntñ nõ sicut ego volo, Matt.26
sed sicut tu. Et itẽ: Calicẽ quẽ dedit mihi pater, non bibã illum? Descẽdit (inqt) de cœlo nõ Johan.18.
vt faciam voluntatẽ meam, sed voluntatem eius q misit me, [ cantabo & psalmũ dicam ] hoc Johã.6
est, verbo & opere te laudabo, & gratias referam. Psalmus enĩ bonam operatiõem designat.
11 ¶Exurge gloria mea ] hoc ẽ, dignitas gr̃æ, oisq; excellentia meæ humanitati collata appa-
re, & hoibus manifestare per prædicationẽ Apostolorũ, atq; credẽtium, quatenus sciãt gloriã
mihi diuinitus datã, sic quoq; [ exurge psalteriũ ] .i. doctrina mea Euãgelica, qua dei insignia
docui, quę doctrina adinstar psalterii suauiter sonat, [ & cythara ] .i. doctrina mea moralis, &
vita exemplaris ac passio mortis, vel in doctria mea, & vita ac passio ad hoim agnitionẽ exur
gãt, easq; credẽdo asseq studeãt. Hinc enĩ apud Prophetã Chrũs ait: Mittã ex eis q saluati fue Esa.66
rint ad gẽtes, & annũtiabũt gloriã meã gẽtibus [ exurgã ] de clauso sepulchro [ diluculo ] .i.
12 valde mane. Iuxta illud: Surgẽs Iesus mane prĩa sabbati. ¶Cõfitebor tibi ] cõfessiõe laudis Marc.16
[ in pplis dñe ] .i. in Iudæis qb⁹ meipm̃ pdicaui, teq; laudaui & honoraui [ & psalmũ ] .i. lau-
dẽ bonę operationi cõiũctã [ dicã tibi ] .i. ad nõis tui honorem [ in gẽtibus ] ad fidẽ cõuersis.
Christus enim in mundo conuersando etiam quibusdam gentibus prædicasse ostenditur ex

Matt. 15 Euangelica relatione, sicut dum ibat per Tyrum & Sydonem, quidam quoq; Gentiles venie D
Johan. 12, bant inter Iudæos ad eius prædicationē scd̄m q̄ scribit, q̄ queadmodū gētiliū q simul ascēde
rāt in Hierl̄m dixerunt ad Philippū: Dn̄e, volumus Iesum videre. Verū q̄m Chr̄us raro & parū
Matt. 15 gētilibus p̄dicauit & q̄d modicū est, p nihilo reputat scd̄m philosophū, idcirco istis nō obuiat
quod Chr̄us asseruit. Nō sum missus nisi ad oues q̄ perierūt domus Israel. Ideo Chr̄s nūc dicit
Matt. 10 psalmū dicā tibi in gētibus magis p discipulos q̄ p seip̄m effecit. Illis em̄ qbus an̄ passionē di-
Marc. 16 xit: In viā gētiū ne abieritis. Post resurrectionē locutus ē: Prędicate euāgeliū om̄i creaturæ.
Matt. 28 Et iterū: Euntes docete oēs gētes. Ideo aūt (ó dn̄e) cōfitebor tibi. ¶ Q̄m magnificata ē vsq; » 13
ad cœlos mīa tua.] hoc ē q̄a mīę tuę effectus magnus factus ē pertingēdo à terra vsq; ad ciues »
cœlestes, q̄m per grām tuā hoīes pc̄tōres cōuertunt atq; ad angelorū cōsortiū p̄ducunt. In fu-
tura siquidē resurrectōe, nec nubēt, neq; nubent, sed erunt tanq̄ angeli dei. [& vsq; ad nubes »
Matt 22. veritas tua.] i. veritatis & sapiæ tuæ illuminatio magna facta ē pertingēs vsq; ad sc̄tōs Ap̄los »
Luc. 20. diuiniq; verbi p̄dicatores atq; doctores, q noīe nubiū intelligunt, q̄a à sole iustitiæ & fonte sa
piētię dn̄o Iesu Chr̄o prius ac plenius illustrati sunt q̄ cæteri hoīes in terra morātes, quēadmo
dum nubes aeris prius recipiūt radios solis q̄ terra. Dicunt quoq; ap̄li & doctores nubes: q̄a de
eis velut de nubibus deus tonat mādatis, fulgurat signis, & pluit salutaribus documētis. De his
Esaiæ 60 nāq; scriptū est: Qui sunt isti q vt nubes volāt. Et alibi: Assumēt pēnas vt aquilæ, currēt, & nō
Esaię 40 laborabūt, volabūt, & nō deficiēt. ¶ [Exaltare sup cœlos deus.] Versus iste q iam videt satis » 14
elucidatus repetit, propter sn̄iæ suæ dignitatem, & quia Christi exaltatio omniū præceden-
tium actionum & passionum eius finis censetur.

¶ Explanatio tropologica moralis eiusdem Psalmi.

DEniq; iuxta Tropologicū sensum p David fugientē à Saul in speluncā intelligit E
quilibet Chr̄ianus à tentāte ac p̄sequēte mūdo seu dæmone fugiēte ad Chr̄m, atq;
1. Regū 14 in eius vulneribus se abscondēte in qbus est om̄i fideli summū tutissimūq; refugiū,
Esaię. 2 iuxta illud: Ingredere in petrā, abscōdere in fossa humo, i. accede ad Chr̄m & in cor
Esaiæ. 26 pore eius propter te vulnerato teip̄m absconde. Vnde dn̄s ait: Vade popule meus intra cubi
cula tua, claude ostia tua sup te, abscōdere modicū ad momentū, donec p̄transeat indignatio
mea. i. tp̄s p̄secutōis p̄sentis. Ecclesia ergo seu qlibet Chr̄ianus q per multas tribulatōes tēdit
Job. 6. ad p̄riam illudq; sancti pensat. Ecce nō est auxiliū mihi in me, diuinā inuocet opem, & dicat:
Miserere mei pc̄tōris vilissimi deus piissimè veniā conferēdo, miserere mei grām infundēdo
Apocal. 3. qui sum miser, & miserabilis, pauper, cæcus, & nudus, putās me aliqd esse cum nihil sim, q ad
Gala. 6 illorū p̄tineo numerū, de qbus scriptum est: Exacerbastis eū q fecit vos deū ęternū, q̄m in te cō
Baruch 4 fidit aīa mea, q̄a tu solus potes facere mundū de immūdo, meq; saluare. Scio veraciter scriptū
Job. 14 Maledictus q cōfidit in hoīe, & ponit carnē brachiū suū, & à dn̄o recedit cor eius. Nā de his
Hiere. 17, qui in rebus creatis & bonis caducis spem suā constituunt, scriptū est: Confidūt in nihili, & lo
Esaiæ. 59 quunt vanitates. Et rursus: Væ q lætamini in nihili, q dicitis: Nunq̄d non in fortitudine no-
Amos. 6 stra assumpsimus nobis cornua, oia em̄ creata p cōparationē ad deū immensum, sunt velut ni-
Esaię 40 hilū & inane scd̄m q̄ dictū est de deo sublimi & benedicto. Extēdit velut nihilū cœlos. Ecce
q̄ fructuosus dulcis & salutaris ē iste versiculus, quāq; incessanter est nobis mēte & ore reuol
uendus. Dicamusq; eū cū plena & amorosa fiducia, q̄m quantū adipisci cōfidimus, tm̄ vtiq; re
Psalm. 32. cipiemus, & exaudiemur orātes: Fiat misericordia tua dn̄e sup nos, quēadmodū sperauimus F
in te. Et in vmbra alarū tuarū, hoc est, in protectōe tua, sperabo, donec transeat iniqtas. i. q̄diu
in hac vita, in qua sine pc̄tō non viuit, præsertim cum iustus septies cadat in die, p̄māsero. Cū
Prouer. 24 em̄ in medio laqueorū positi simus, nunq̄ securi eē debemus, nec desperare, sed sub diuinæ pie
tatis alis idesinēter nosip̄os statuere atq; in dn̄o deo, sicut in p̄re idulgētissi. & affectuosissimo
sp sperare. Clamabo nō tā alta voce, q̄ ingēti affectu ad deū altissimū, die & nocte eius grām
inuocādo deū q bn̄fecit mihi multa bn̄ficia conferēdo vz dona naturæ, & munera gr̄æ, & q̄a
hucusq; benefecit mihi, cōfido q̄ de cętero q̄z benefaciat mihi. Deinde bn̄ficia eius pleni⁹ enar
rant. Nā: Misit deus pr̄ de cœlo vnigenitū filiū suū, & liberauit me pr̄ p filiū, seu filius p passio
nem & sanguinē suū de originali pc̄tō & morte æterna. Hoc est quod Esaias p̄cabat: Emitte
Esaiæ. 16, agnū dn̄e dn̄atorē terræ, de petra deserti ad montē filiæ Syon. Et rursus: Rorate cœli desup,
Esaię 45 & nubes pluāt iustū, aperiat terra, & germinet saluatorē. Quæ oia impleta esse ostēdit sacra-
1. Johā. 4 tissimus Euangelista Iohānes: In hoc (inquiēs) apparuit charitas dei in nobis, q̄m filiū suū vni
1. Petri. 1. genitū misit deus in mundū, vt viuamus p eum. Propter quod Petrus scribit: Non corrupti-
bilibus auro vel argēto redēpti estis de vana vestra conuersatōe, sed p̄cioso sanguine agni im
maculati Chr̄i dedit in obprobriū conculcātes me, hoc ē, filius dei mūdi saluator pro me deie
Exo. 15 cit, & expugnauit aduersarios meos, vtpotè mūdū atq; diabolū. Ip̄e em̄ sicut in Euāgelio scri
Marci. 3, ptū est: Fortē armatū. i. dęmonē ligauit, & vasa eius. i. pc̄tōres de manu eius diripuit. Propter
quod passione instante Chr̄us dixit: Nunc princeps huius mundi, eijciet foras. i. de mentibus
Johan. 12. hoim expellet. Quòd aūt Chr̄us vicerit mundū, constat ex eo q̄ ip̄e ait discipulis: In mundo
Johan. 17. pressu-

A pressurā habebitis,sed cōfidite,ego vici mundū. Chrūs nāq; sua cōuersatione ac passiōe gra
tiā nobis promeruit,formāq; monstrauit vincendi oīa delectabilia & terribilia mūdi,ita ꝙ
nec prospera seculi nos delectent,nec aduersa deterreant,sed Christi in oībus imitātes ve- Esaiæ.30
stigia,gradiamur regia via. De qua scriptū est: Hæc via,ambulate in ea,& neq; ad dexterā ne
q; ad sinistrā. Misit deus misericordiā suā & veritatē suā,hoc est,filiū suū, qui dicit misericor
dia dei,q̄tū ad gentiles,qbus sola misericordia datus est,& veritas q̄tū ad Iudæos,qbus ex ꝓ
missione est datus,sicq; ratio quædā iustitiæ consideratur in hoc,ꝙ ad Iudæos descēdit. Vel sic
misit deus misericordiā suā.i.grām copiosam infudit hoībus,maxime tpe euāgelicæ legis,
& veritatē suā.i.sicut in veteri lege ꝓdixit,ita ꝑ Christū impleuit,secundū ꝙ scriptū est: Lex Iohan.1
per Moysen data, gratia & veritas ꝑ Iesum Christū facta est,& eripuit deus pater ꝑ filiū suū
dilectū,animā meā de medio catulorū leonū.i.de exercitu dæmonū,de quorū vnoquoq; Pe
trus disseruit: Aduersarius vester diabolus,tanq̄ leo rugiens circuit,quærēs quē deuoret. Dū 1.Petri.5
eñi à peccatis eripimur,de medio dæmonū liberamur,cū idē sit,esse seruū peccati & dæmo-
nis. Christus aūt ab omni nos labe peccati redemit,iuxta illud: Dñs posuit in eo iniquitatem Esaię.53
omniū nostrorū,dormiui cōturbatus.i.anteq̄ grām Christi recepi,peccatis subiacui,interiusq;
inordinatus fui,q̄d ad mortis pertinet somniū. Propter q̄d taliter dormiēti,videlicet in vitijs
permanēti clamat aplus: Surge qui dormis, & exurge à mortuis,& illuminabit te Christus. Ephes.5
Huius aūt versiculi sensum Christus apud Oseā pulchre inducit,dicendo: De manu mortis li Oseę.13
berabo eos,de morte redimā eos. Filij hominū ecclesiā persequentiū, iustis detrahentiū, seu
false docentiū,dentes eorū.i.maligni sermones,sunt arma,qbus electos impugnāt,& sagittę
quibus eorū famā denigrant,& animas lædere cupiūt,& lingua eorū.i.peruersa doctrina,gla
dius acutus,vsq; ad interiora pertingēs,animā à deo separans,eāq; spūaliter occidens. Nā te
ste aplo: Sermo talis vt cancer serpit. Exaltare super cœlos deus.i.ab oībus cœlestibus ciui- 2.Tim.2
B bus exalteris ac honoreris,quod dicit ecclesia,nō orando,sed diuinæ beatitudini cōgratulan
do,suū affectū beatis conformando,& in omni terra gloria tua. Gloria proprie dr̄ clara cum
laude notitia. Orat ergo vir iustus vt deus ab vniuersis in terra clare per fidē agnoscatur, atq;
per charitatē laudetur,quod tēpore Christi p̄cipue adimpletū videtur,prout legitur: Repleta est Esaiæ.11
terra scia dñi. Laqueū parauerūt pedibus meis,hoc est q̄d Christus discipulis & in eorū perso
na toti ecclesiæ ait: Si me persequuti sunt,& vos ꝑsequenter,qa non est seruus maior dño suo Iohā.15
Inuisibiles etiā hostes,laqueū.i.deceptiones parant pedibus nostris.i.operibus & desiderijs
nostris. Vadit eñi diabolus & assumit septē spūs nequiores se,q si intromittantur,habitant in Lucæ.11
corde humano,& incuruauerūt à via iustitiæ animā meā. Vel,saltē conati sunt eā incuruare à
recto dei itinere. Vel,incuruauerūt.i.tribulauerūt,sicut testatur aplus,deijcimur,sed non peri-
mus. Foderunt ante faciē meā foueā.i.aperte insidiati sunt mihi,& cōtumelijs atq; iniurijs af- 1.Cor.4
fecerunt me,& inciderunt in eā.i.seipsos in foueā culpæ,mortēq; animæ p̄cipitauerunt. Oia Roma.8
eñi,etiā dura & mala cooperantur electis in bonū,sed in[illegible]quētes sibimetipsis nocēt
& damnationē lac⁹ infernalis acquirunt. Paratū cor meū deus,paratū cor meū. Hoc est quod
quotidie in oratione dñica dicimus. Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Vnde ait apls Matt.6
Non ex tristitia aut necessitate. Hilarē eñi datorē diligit deus. Hanc sanctā cordis parationē 2.Cor.9
facit propriæ volūtatis abnegatio,obediēntia vera,& charitas feruida. Studeamus ergo cha
C rissimi cor paratū habere ad vniuersa agēda ac patienda,q̄ deo sunt placita,nec aliquid nobis
cōtingens moleste feramus,sed diuinæ volūtati nos pure & integre offeramus,cōmēdemus,
& relinquamus,nec possumus deū amplius venerari q̄ ita,imò quo istud perfectius agimus,
eo magis meremur,deo chariores atq; in omni virtute ꝑfectiores efficimus. Implemus enim
quod aplus ad Roma. tradidit: Probetis q̄ sit voluntas dei bona,bñplacens,& ꝑfecta. Exur- Roma.12
ge gloria mea.i.aīa mea imagine trinitatis insignita: exurge inquā à lecto,à peccato,à torpo
re,& omi ignauia,& age quod admonet Hieremias: Cōsurge, lauda in nocte,in principio vi Threñ.2
giliarū, & effunde sicut aquā cor tuū ante conspectū dñi dei tui. Esaias quoq; Excutere(in-
quit)de puluere,cōsurge,sede Hierusalē.i.anima sancta. Primo eñi oportet vt aīa ab inferio Esaię.52
ribus & terrenis se rebus excutiat,deinde ad cœlestia ac summa cōsurgat,sicq; in quietę con-
tēplationis resideat. Vel,exurge gloria mea.i.oīs gloriatio mea in deū ascende,vt in meipso
nō glorier,sed acquiescā aplo admonēti, Qui gloriatur,in dño glorietur. Vnde & apud prophe- 1.Cor.1 2.Cor.11
tā legimus. Addēt mites in dño lætitiā,& pauperes hoīes in sancto Israel exultabūt. Vel,ex- Esaię.29
urge gloria mea.i.gratia mihi collata,oīsq; habitualis ꝑfectio mihi diuinitus in baptismo in
fusa,seu postmodū data in actū,ꝓcede,& efficaciter operare,quēadmodū iubet apls: Noli ne
gligere grām,quæ data est tibi,exurge psalteriū.i.laus psalmodiæ excitetur in me,& cithara.i. 1.Tim.4
operatio corā deo suauis,atq; sonora,vt est exercitatio pietatis ad oīa vtilis,exurgā ab imp-
fectione ad vitā perfectiorē, diluculo.i.cū splendor gratiæ tuæ ò dñe radiauerit in me. Et ad Ibidem
literā consurgendū est diluculo ad laudandū altissimū,iuxta illud: Iustus cor suū tradet ad vi- Eccl.39
gilandum diluculo ad dñm. Et illud: Anima mea desiderauit te in nocte,sed & spūs meus in Esaię.26

X præcor-

 D

Roma.15 præcordijs meis de mane vigilabo ad te. Confitebor tibi in populis dñe.i.in medio fratrũ ac proximorũ, atq; fideliũ te laudabo, sicut ait ap̄lus: V nanimes vno ore honorificetis deum,& psalmũ dicā tibi in gẽtibus.i.laudẽ tuā eis narrãdo,& de earũ cõuersione tibi regratiando, ip sas q̄q; ad tua p̄conia incitãdo. Cætera ex p̄cedẽti patent expositione. Ecce psalmũ vere suauẽ, nobilẽ,& ignitũ audiuimus, cuius virtutẽ gustat ardens amator, ac purus laudator. Conformemus igit̃ vitā nostram sensui huius psalmi, vt vere nobis in eo cõscripta cõueniāt, nec Job.17 vnq̄ ab alis diuinæ defensionis aĩa nostra recedat, dicens deo cũ sancto Iob: Pone me iuxta te & cuius vis manus pugnet contra me.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LVII.

### ¶ Argumentum.

¶ Titulus. In finẽ (aliàs victori) ne disp̄das Dauid in tituli inscriptiõe, aliàs humilẽ & simplicẽ. Propheta spũ diuino afflatus, hortat̃ carnales hoĩes à vitijs suis, q̄ nisi resipiscāt, sint p̄culdubio in futuro seculo graues daturi pœnas. Porrò in p̄sona Chr̄i loquẽs, inuehit̃ aduersus Iudæos & pharisæos, q̄s p̄uidit ip̄m inique ad mortẽ iudicaturos. Et nihilominus differit de lætitia bonorũ, quũ viderint vindictā malorũ. Et proinde triphariā partit̃. Porrò primũ ponit̃ exprobratio culpæ Iudæorũ, q̄ iniq̄ iudicio Christũ cõdẽnaturi erāt. Deinde cõminatio pœnæ pro eorundẽ culpa, ibi, Deus cõteret dẽtes. Tertio aũt lætitia iustorũ, de hmõi punitiõe, ibi, Lætabit̃ iustus. Author tñ duplici cõmẽto explanat. Primo, siquidẽ de Chr̄o, & postmodũ Tropologice in p̄sona ecclesiæ, loquẽdo aduersus obstinatos ac impœnitẽtes p̄ctõres.

### ¶ Expositio Tituli.

¶ Est deniq; titulus psalmi huius. In finem ne disp̄das Dauid in tituli inscriptiõe. Oĩa tituli huius verba in titulo psalmi p̄cedentis cõtinent̃, taliterq; vt ibi exposita sunt, intelliguntur. Christus ergo Iudæos incredulos increpans, ait. E

### ¶ Expositio psalmi iuxta sensum literalem.



I vere vtiq; iustitiā loquimini, ⌋ .i. si veraciter legẽ atq; prophetas legitis, in- 1
Matt 23 telligitis, & laudatis, & si (vt dicitis) Christũ veraciter expectatis, & deside-
Matt.22 ratis, si quoq; ex aĩo me Rabbi noĩatis, & viā dei in veritate docere asseritis, tũc
⌊ recte iudicate ⌋ .i. ex lege & prophetis, me esse regẽ Messiā, aduertite, atq;
discernite ò vos Iudæi, q̄ estis secundũ carnis originẽ, nõ aũt secũdũ dei imi-
tationẽ, ⌊ filij hoĩm, ⌋ .i. rõnabil'r in hoc mũdo conuersatorũ .s. prophetarũ ac
patriarcharũ. Ad rectũ vero iudiciũ hortat̃ Chr̄s Iudæos. Nolite secundum faciem iudicare,
Joban.7 sed iustũ iudiciũ iudicate. Sed vos ò Iudæi erronee iudicatis, cuius rõ subdit̃. ¶ Etenĩ in cor 2
de iniq̄tates op̄amini in terra, ⌋ .i. dolos & mala cõtra me cogitatis, meq; p̄seq̄ & occidere p̄
Marci.2 ponitis. Vñ scriptũ ẽ: Cognito Iesus spũ suo, q̄ ista cogitarẽt apud se, dixit: Quid cogitatis
Matt.23 ista ĩ cordibus vr̄is? Et rursus ait ad eos: Intus pleni estis hypocrisi & iniq̄tate. Et alibi: Nunc
Johan.8 aũt q̄ritis me occidere ho[illegible] v[illegible]tẽ loq̄r vobis, ⌊ iniustitias ⌋ .i. op̄a mala ⌊ manus vr̄æ cõ
cĩnāt, ⌋ cõgregāt & accumulāt, q̄a q̄d corde cõcepistis, ad effectũ p̄ducitis, me p̄sequẽdo, ob
seruãdo, deridẽdo, & occidẽdo. ¶ Alienati sunt p̄ctõres à vulua ⌋ .i. p̄dicti Iudæi ab ipso na 3
tiuitatis exordio à deo auersi sunt, nõ q̄ statim nati peccauerunt, sed q̄a peccare p̄uisi sunt, &
Malac.1 ad mortẽ p̄sciti, & prius odio habiti, q̄ nati, eo mõ q̄ Malachias dicit: Esau odio habui. Secun
dũ hũc sensum errauerũt ab vtero, q̄a p̄sciti erāt à deo, Chr̄m summā veritatẽ negaturi. Pro-
Johan.8 pterea Chr̄s ad eos locutus ẽ: Vos ex p̄re diabolo estis, & desideria eius vultis p̄ficere, & ideo
nõ auditis, q̄a ex deo nõ estis ⌊ locuti sunt falsa ⌋ q̄a me mẽdaciter accusauerũt, sicut de eis scri
Hiere.5 bit̃: Negauerũt dñm, & dixerũt, nõ est ipse. Et alibi: Ego, inq̄t, redemi eos, & ipsi locuti sunt F
Osee.7 cõtra me mẽdacia. Vñ de eis scriptũ ẽ: Dereliq̄rũt dñm, blasphemauerũt sanctũ Isr̄l, abaliena
Esaiæ.1. ti sunt retrorsum. ¶ Furor illis sc̄dm sĩlitudinẽ serpẽtis. ⌋ Sicut eĩ serpẽs irat⁹ venenũ effun- 4
dit & necat, sic Iudæi cõtra Chr̄m furẽtes iuidiæ suæ venenũ euomebāt, p̄curãtes cõtra eũ sen
tẽtiā mortis, eũq; crucifigẽtes. De hoc Iudæorũ furore cõtra Chr̄m p̄riarcha Iacob p̄dixisse vi
Gene.49 det̃: Maledict⁹ furor eorũ, q̄a p̄tinax, & idignatio, q̄a dura, q̄d licet ad l'ram cõtra Leui & Sy
meõ dictũ putet̃, de sacerdotib⁹ tñ & pharisæis ex illorũ stirpe p̄genitis vere accipit̃, ⌊ sicut as-
pidis surdæ & obturãtis aures suas ⌋ .i. talis fuit Iudæorũ malitia cõtra Chr̄m, q̄lis ẽ serpẽtis ne
quitia circa ĩcãtatorẽ. Quẽadmodũ eĩ aspis vnā aurẽ obstruit cauda, aliā terra, ne vocẽ ĩcan-
tãtis p̄cipiat, sic Iudæi aures suas clauserũt, vnā p̄ auaritiā, alterā p̄ inuidiā, ne Chr̄i & ei⁹ disci
Johã.10 pulorũ p̄dicationẽ audirẽt. Propter q̄d scriptũ est: Dicebāt ex Iudæis de Iesu: Demonium ha
Lucæ.16 bet, & insanit. Quid eũ auditis? Et alibi: Audiebāt hæc pharisæi & scribæ, q̄ erāt auari, & de-
ridebãt eũ. ¶ Quæ ⌋ aspis, cui vc; assimilant̃ Iudæi, ⌊ nõ exaudiet vocẽ incãtãtiũ, & venefi- 5
Matt.3 ci incãtãtis sapiẽter, ⌋ secũdũ suæ artis principia, nõ eñ de cauerna sua egredit̃. Hinc ergo Iu
dæi viperæ conformantur. Vnde Iohannes Baptista ait ad eos: Progenies viperarũ, q̄s ostẽ-
Matt.23 dit vobis fugere à ventura ira? Deniq; ipse Christus: Genimina, inq̄t, viperarũ, q̄uo fugietis
à iudicio gehẽnæ? ¶ Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, ⌋ hoc est, malignitate m 6
verborũ

A verboꝝ, quæ cõtra Christũ dixerunt, retorquebit in eos, & proprio sermone mortẽ sibi ac-
quirẽt, quẽadmodũ factũ est, qñ dixerũt: Sanguis eius super nos & sup filios nr̃os. Extũc nan Mat. 27
q; venit sup eos ira dei vsq; in finẽ, secũdũ aplm, ⌊molas leonũ cõfringet dñs, ⌋ .i. minas, ver Ephes. 6
ba, & verbera ferociũ Iudæoꝝ Christo illata, dñs cito cessare fecit, Christũ ad immortalẽ vi- Lucæ. 22
tam resuscitans. Propter quod Chrũs in cœna dixit: Etenim q̃ sunt de me, finem habent.
7 ¶Ad nihilũ deuenĩet tanq̃ aqua decurrens, ⌋ Iudæi em̃ increduli p Titũ & Vespasianũ de-
structi fuerunt, ipsi quoq; spũaliter ad nihilũ deuenerũt, qm̃ omnẽ grãm & eẽ gratificũ peni
tus amiserunt, ⌊intendit arcũ suũ, donec infirment, ⌋ .i. deus pparauit arma exercitus Roma
noꝝ contra Iudæos, donec oĩno debilitarentur, quemadmodũ Christus prædixit: Veniẽt Lucæ. 19
dies in te, & circumdabunt te inimici tui vndiq;, & coangustabunt te, & ad terram proster-
8 nent te. ¶Sicut cæra quæ fluit, auferent, ⌋ Iudæi em̃ de terra sua subito & improuise subla-
ti sunt. Auferent quoq; in die iudicij à regione viuoꝝ, nuncq; auferuntur quotidie, à grege fi-
delium, atq; consortio electoꝝ, ⌊supercecidit ignis, & non viderunt solem. ⌋ Solet in scrip-
tura per ignem quælibet magna tribulatio designari. Est igitur sensus, super infideles Iudæ-
os venit & irruit tribulatio maxima à Romanis, propter peccatũ in Christũ cõmissum, nec
tamen ex hoc perpendebãt se talia pati propter Christi occisionẽ, nec agnouerũt per pœnas
solẽ iustitiæ, Christũ, sed in tenebris infidelitatis mãserunt & indurati sunt, secundũ ꝙ Esai-
as testat: Populus nõ est reuersus ad percutientẽ se, & dñm nõ exquisierũt. Et p Amos dñs ait Esaiæ. 9
9 Percussi vos, & nec sic estis reuersi ad me. ¶Priusq̃ ⌋ ò increduli Iudæi, ⌊intelligerent spi- Amos. 4
næ vestræ, ⌋ .i. pœnæ vobis inflictæ, & cõsciẽtiaꝝ vestraꝝ remorsus, ⌊rãnum ⌋ .i. dæmonẽ
vos ad mala incitantẽ, seu dæmonũ suggestiones, & vitia, propter q̃ ista patiamini, ⌊sicut vi
uentes, sic in ira absorbet eos, ⌋ .i. quẽadmodũ viuentes iniqui, qui se diu victuros arbitrant,
B sed subito moriunt, & sicut iratus repente absorbet eũ cui irascitur, sic deus absorbet, absor-
psit, & absorbebit vos. Iam em̃ ostensum est, q̃ mulpliciter perierunt, & quomodo ad nihi-
lum redacti dicuntur. Vnde de finali hac Iudæoꝝ deiectione dominus dicit: Venit finis sup Amos. 8
populũ meũ Israel, non adijciam vltra, vt pertransẽa eos. Conuenienter aũt per rãnũ intelli
gũtur, diabolus, concupiscentia, seu peccatũ. Ramnus nãq; est herba in principio mollis, cũ
aũt creuerit & matura facta fuerit, durissime pũgit, quoniam acutissimos aculeos tunc acqui-
rit, ita diaboli, cõcupiscẽtiæ, atq; peccata in principio delectabilia offerũt, & tanq̃ mollis her
10 ba dulcia ingerũt, sed cõsentiente ad amarissimas pœnas perducũt. ¶Lætabit iustus cum
viderit vindictã, ⌋ nõ vtiq; zelo vindictæ, sed iustitiæ amore. Quẽadmodũ em̃ sicut scriptũ Sapiẽ. 1
est: Deus mortem nõ fecit, in quantũ est mors, nec directe eã intendit, nec lætat in perditione
seu pœna viuoꝝ, in quantũ est quoddã malũ, sed in quantũ est iustitiæ effectus. Iuxta illud:
Heu consolabor sup hostibus meis, & vindicabor de inimicis mis, ait dñs. Et alibi: Comple- Esaiæ. 1
bo furorẽ meũ, & requiescere faciã indignationẽ meã, & consolabor. Simili modo homo iu- Ezech. 4
stus lætat, dũ videt vindictã iniuriæ nõ sibi, sed deo illatæ, in quantũ vindicta est quoddã bo
nũ diuinæ iustitiæ, nõ in quantũ est proximoꝝ perditio. Quãuis aũt iustus de vindicta malo
rũ lætet in hoc mũdo, in quantũ vindicta hmõi est pro vtilitate ecclesiæ, vel ampliori pereun-
tiũ cõmodo, tñ in die iudicij magis lætabit de vltione diuina, atq; in patria in æternũ, qm̃ tunc
perfecte cõformabit, & inseparabilr vniet æquitati diuinæ, placebitq; ei plenissime quicquid
cõcordat diuinæ iustitiæ. Hinc em̃ legit: Videbunt iusti, & lætabunt, & innocẽs subsannabit Iob. 22
C iniquos. Et alio in loco: Animæ (inquã) interfectoꝝ clamabãt voce magna. Vsq;quo dñe san Apoca. 6
ctus & verus, nõ vindicas sanguinẽ nostrũ de his q habitãt in terra. Porrò ob hoc nõ debem⁹
absolute ipioꝝ vindictã appetere, nisi forte vt in psenti sc̃lo corrigant, ne in futuro dãnent,
aut vt miti⁹ crucient, quẽadmodũ de q̃dã pctõre scribit apl's: Tradidi hmõi Satanæ i interitũ 1. Cor. 5
carnis, videlicet vt ab ecclesia excõmunicet, vt spũs saluus fiat i die dñi. In primitiua em̃ eccl'a
excõmunicati sensibilr torquebant, aut etiã occidebant à dæmone, propter fidei cõfirmati-
onẽ ⌊manus suas lauabit ⌋ .i. iustus operatiões suas purgabit, ⌊in sanguine pctõris, ⌋ .i. ex cõ
sideratione miseriæ atq; pœnaꝝ peccatori inflictaꝝ. Ex hac em̃ cõsideratiõe propriã imper
fectionẽ deplangit timoratus & cautior reddit. Nã felix quẽ aliena dãna faciunt peritũ. Pro
pterea Salomon asserit. Pestilentiæ flagellato stultus .i. pctõr, sapientior erit. Hinc quoq; de Prouer. 19
11 diabolo dicit: Cũ sublatus fuerit, timebunt angeli, & territi purgabunt. ¶Et dicet hõ, ⌋ sa Iob. 41
piens in corde suo, ⌊si vtiq; est fructus iusto, ⌋ .i. si bene agere restat merces à deo, ⌊vtiq; est
deus iudicans, ⌋ iuditio dãnationis, & reprobationis, ⌊eos, ⌋ videlicet pctõres, ⌊in terra ⌋ .i.
in corpore, qa projiciet corpus eoꝝ, & animã in gehennã. Vel, in terra, qa in valle Iosaphat
oẽs dijudicabuntur. Vel, in terra, in qua modo morãtur, qm̃ impioꝝ dãnatio iã inchoatur,
& in futuro cõpletur. Nunc em̃ priuãtur lumine grãæ, & in futuro lumine gloriæ. Spũaliter Alia expõ
vero applicari hęc possunt ad Christũ, vt sit sensus. Lætabitur iustus .i. ppl'us Christianus, cũ
viderit vindictã Iudæoꝝ Christũ negantiũ, manus suas lauabit in sanguine pctõris, qa ex cõ
sideratiõe reprobatiõis Iudæoꝝ, pfectius Chr̃o adhæret ppl'us in Christũ efficaciter credẽs.

Et dicet hõ,ſi vtiq; eſt fructus iuſto ad Chriſtũ cõuerſo,tũc ſequiť,ꝙ vtiq; eſt deus iudicãs eos D
Hiere.2 puta Iudæos incredulos,in terra promiſſiõis,in q̃ iudicauit eos,& reprobauit,tradens eos in
Hiere.10 manus aduerſarioꝝ ſuoꝝ. Vnde dñs plebi huic: Ego,inqt,iudicio cõtendã tecũ,eo ꝙ dixeris,nõ peccaui. Et rurſus: Iuxta deſideriũ meũ corripiã eos. Poſtremo q̃d dictũ eſt de hoie iuſto,manus ſuas lauabit in ſanguine pctõris,aliter pt intelligi,ita vt cõueniat beatis in patria, etitq; ſenſus,manus ſuas.i.actiões ſuæ beatiſſ. vitæ lauabit,nõ ab immũditia culpæ,ſed aqua cõſolatiõis & irrigatiõe lætitiæ in ſanguine pctõris. Beati eñ ex cõtẽplatiõe pœnæ reprobo rũ multiplr gaudet. Primo,qm̃ dei iniuria vindicať. Secũdo,qm̃ ordo iuſtitiæ obſeruať. Tertio,qa ſapientia dei in toto vniuerſo nil inordinatum relinquit. Quarto, eo quòd ipſi tanta pericula euaſerunt.

¶Declaratio Tropologica eiuſdem pſalmi,in perſona eccleſiæ ad quoslibet peccatores impœnitentes.

SAncta ergo eccleſia egre ferẽs regnũ ſpõſi ſui diminui,p hoc q̃d ipſi vel verbis,vel factis negãt Chriſtũ ſuũ ſaluatorẽ ac iudicẽ ad pſeuerãtes in malo,ſic ait: Si vere vtique iuſtitiã loqmini.i.ſi vita vr̃a ſermonib9 vr̃is cõcordat,& Chriſtũ,quẽ labijs cõfitemini vere mũdi ſaluatorẽ arbitramini,& ſi Chr̃i doctrinã verã eẽ putatis,vt dicitis,tunc recte iudicate ò filij hoim.i.inter ſummũ atq; diuinũ ac incõmutabile bonũ,& ĩter bona creata,caduca,& inferiora bñ diſcernite,auertẽdo corda vr̃a à vanis atq; illicitis rebus,& ad ſummũ bonũ vos totalr & inauertibilr cõuertẽdo,illud amãdo,in ipſo ſperãdo,ſempq; finalẽ intentionẽ ad eius dilectionẽ,honorẽ,& gloriã referẽdo. Eſt aũt q̃ddã iudiciũ q̃d nobis Chrũs
Matt.7 phibuit: Nolite iudicare,& nõ iudicabimini.ſ.ne alienũ iudicemus,pſertim in dubijs rebus, E
& q̃ in bonũ accipi poſſunt. Nũc vero iubemur recte iudicare noſipſos,& nobis cõmiſſos,ac opera manifeſta,& maxime,vt inter bonũ increatũ,& bona creata veraciter diſcernamus, quod fit per dona ſpũs ſancti,videlicet per dona ſcientiæ atq; cõſilij. Præterea ad recte & digne iudicandũ multa exiguntur. Primo,vt ipſe platus ſeu iudex iuſte viuat. Nã ſecũdũ philoſophũ: Iudex eẽ debet velut q̃dã viuẽs lex & aĩata iuſtitia,æquitatiſq; regula,q̃tenus nunq̃ à via æquitatis flectať. Secũdo,vt ordinẽ iuris obſeruet,& ſecũdũ ſtatuta iuris procedat. Vnde de
Eſaiæ.56 ignorãtibus,viãq; iuris deſerẽtibus,dñs ait: Ipſi paſtores ignorauerũt intelligẽtiã. Vnuſqſq;
Exod.23 in viã ſuam declinauit. Tertio,ne cedat multitudini aut clamori multoꝝ,iuxta illud. Ne ſequaris turbã ad faciendũ malũ,nec in iudicio plurimoꝝ acquieſces ſententiæ,vt à vero deuies.
Job.29 es. Quarto,vt cauſam bñ requirat atq; diſcutiat. Iuxta illud: Cauſam quã ignorabã,diligẽtiſſ
Actoꝝ.10 ime inueſtigabã. Quinto,vt non ſit perſonaꝝ acceptor,ſicut in Deut.dñs p Moyſen ait: Ita
Deute.1 paruũ audietis,vt magnũ pauperẽ audietis,& diuitem. Sexto,ne propter timorẽ à rectore cedat iudicio. Propter quod diciť: Noli quærere fieri iudex,niſi valeas virtute irrũpere ini-
Eccl.7 quitates,ne forte extimeſcas faciẽ potentis. Septimo. Ne plus debito cõpatiať,ſecundũ q̃d
Exodi.23 ſcriptũ eſt: Pauperis non miſereberis in iudicio. Octauo,vt auaritiam oderit,& dona contemnat,quia ſubuertũt verba iuſtoꝝ. Nono,ne aliquas preces in præiudiciũ alteri9 partis recipiat. Decimo aũt,& maxime opus eſt,vt amorẽ priuatũ,& odiũ penit9 derelinquat. Amor eñ & odium peruertunt omne iudiciũ. Vnde ſecũdũ philoſophũ,homo nõ eſt bonus iudex ſuijpſius,quia nimis amat ſeipſum,nec hoſtis ſui,qm̃ odit eũ,ſed vos ò filij hominũ,nõ humane,ſed irrationabilr cõuerſantes,non recte iudicatis,cuius ratio eſt. Etenĩ in corde iniquitates operamini in terra.i.in propoſito & cordis veſtri affectu,inutilia & nociua atq; prohibi- F
ta cogitatis,& operari intenditis. Corde eñ malũ concipere cum conſenſu apud deum pro
1.Petri.3 opere reputať. Operamini aũt hæc mala in terra corporis veſtri,quia ſecundũ carnẽ ambu-
Matt.5 latis,& concupiſcentias eius perficere deſideratis,& ſicut mites poſſident terrã corporis ſui, ſic vos à terra corporis veſtri poſſidemini. Vnde de vobis ſcriptũ eſt: Væ qui cogitatis inuti
Michę.2 le & operamini malũ in cubilibus veſtris,iniuſtitias manus veſtræ concinnant, quemadmodum in Eccleſiaſtico diciť: Peccator adijciet ad peccandum. Nam,vt ait propheta: Trahitis
Eccl.3 
Eſaiæ.5 iniquitatẽ velut longã reſtem. Cum eñ deberet peccator quotidie cõmiſſa mala deflere, nõ ſolum nõ deflet,ſed iniquitatem velut faſciculũ colligit. Idcirco aplus ad Rom. terribilr lo-
Roma.2 quiť homini tali: An diuitias bonitatis dei & patiẽtiæ & lõganimitatis cõtemnis? Ignoras q̃niã benignitas dei ad pœnitẽtiã te addducit? Secundũ duritiã aũt tuã,& impœnitẽs cor tuũ theſaurizas tibi irã in die iræ iuſti iudicij dei. Quicunq; igitur corde malis conſentiũt,aut illicita operanť,non vere,ſed falſe & nequiter iudicant,qa & ſi ore vera pronuntiant,tñ operibus cõtradicunt. Nã & ſecundũ philoſophũ,nullus eſt prudẽs,niſi virtuoſus,iudicare autẽ
Amos.6 
Eſaiæ.5 eſt actus prudẽtiæ. Propterea de peccatoribus ſcriptũ eſt: Væ qui cõuertiſtis in amaritudinẽ iudiciũ,& fructũ iuſtitiæ in abſynthiũ. Quod planius dr̃,quaſi exponiť,dicẽte ſancto propheta: Væ q dicitis malũ bonũ,& bonũ malũ,ponentes tenebras lucẽ,& lucẽ tenebras, ponẽtes amarum dulce,& dulce amarum. Alienati ſunt peccatores à vulua. Senſus huius verſiculi ex præcedenti expoſitione innoteſcit,penſandum tamẽ,ꝙ viciſſim ſermo ipſe ſine præiudicio

veritatis

A veritatis videt modū excedere, qm̄ ipse qui loquitur nouit quousq; credatur. Fit autem hoc
quatenus aliquid seriosius ac euidētius insinuetur, & hoc modo legit: Multa alia fecit Iesus, Iohā. 21
quæ si scribantur, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros.
Sic quoq; nunc dicit, alienati sunt peccatores, à vulua errauerunt ab vtero, Nō q; ante vsum
ratiōis peccauerit, & ab exordio natiuitatis indesinēter errauerit, sed ista dicunt ad designā Eccle. 8
dū q̄ perseuerāter & ptinaciter multi pctōres deū offendant. De qbus Salomon dicit: Absq;
vllo timore filij hominū perpetrāt mala. Per modū quoq; oppositū iusti dicunt ad deū cōuer
si à vulua, & in virtute esse ab vtero. Vel propter electionē diuinā, vel bonā inclinationē ad
virtutes, vel propter fortē ac stabilē adhæsionē, qua deo cohærent, & ita sanctus Iob ait: Ab Iob. 31
infantia mecū creuit miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecū. Furor illis secundū
similitudinē serpētis. Quēadmodū em̄ serpens homini inimicat, eū'q; veneno inficit & occi-
dit, sic hoīes pestilētes ac impij proximos suos verbis furiosis veneno iræ inflāmant, malis ex
emplis inficiūt, & vel adulādo, vel cōminādo, vel alio mō seducēdo occidūt. Propter quod
Moyses: Recedite (inquit) à tabernaculis hominū impiorū, & nolite tangere q̄ ad eos ptinēt, Nume. 16
ne inuoluamini in pctīs eorū, sicut aspidis surdæ & obturātis aures suas. Oīs q verbū dei con
temnit, & piū informatorē aut increpatorē repellit, assimilat aspidi aures obturanti. De tali- Iohan. 8
bus ait saluator: Sermo meus nō capit in vobis. Nō ergo claudamus aures nostras verbo sa-
lutis, increpationibus vitæ, ac salutari doctrinæ. Beati em̄ q audiūt verbū dei & custodiunt Lucæ. 11.
illud. Scimus quoq; qm̄ qui ex deo est, verbū dei audit. De peccatore aūt verbū dei negligen
te scriptū est: Omnis qui facit peccatū, ex diabolo est, & non cognouit deū. Istud ergo est si- 1. Iohan 3
gnū pdestinationis & gratiæ affectuose atq; libenter audire verbū dei. Propter q̄d de repro
A bis scriptum est: Ipsi de mundo sunt, & de mūdo loquunt, & mūdus eos audit. Vnde Iohan- 1. Iohā. 4
nes Bap. testat: Qui de terra est, de terra loquitur. Deus conteret dentes eorū in ore ipsorum Iohan. 3
.i. superbos, impios'q; sermones malorū damnabit ab effectu impediet & retundet, quēadmo
dū superbissimo regi Assyriorū prædixit: Cū fureres aduersum me, supbia tua ascēdit in aures Esaiæ. 37
meas. Ponā ergo circulū in naribus tuis, & frenū in maxillis tuis. Ad nihilū deuenient, tanquā
aqua decurres. Peccatū nihil est, & qui peccat, incessabiliter perit, & à deo pro nihilo reputa-
tur, ac spernitur, quia ab omni esse diuino gratioso & meritorio euacuat. Propter q̄d repro-
bi dicunt: Nos nati cōtinuo desiuimus esse, & virtutis quidē nullū signū voluimus ostendere. Sapiē. 5
In malignitate aūt nostra consumpti sumus. Quemadmodū igitur aqua decurrens mox de-
fluit, nec apparet, sic peccatores quotidie defluunt, & in hora mortis dānant, atq; in extremo
iudicio cū aīa & corpore pereuntes, ab omni beato esse annihilabunt, intendit arcum suum,
donec infirment, hoc est, cōminationes & pœnas deus iniquis parauit, donec à fortitudine
peccandi deficiant, æternas'q; inferni miserias incidant. Vnde dn̄s puaricatoribus horribilr Amos. 2
cōminatur, & dicit: Ecce ego stridebo sup vos sicut stridet plaustrū onustū fœno, & peribit
fuga à veloce, & fortis nō saluabit animā suā. Sicut cæra q̄ fluit, auferent. Hoc inferius euiden
tius ita inducit. Sicut fluit cæra à facie ignis, sic pereant peccatores à facie dei. Quēadmodum
em̄ calor ignis cærā resoluit & destruit, sic ira diuinæ iustitiæ pctōres à psenti vita tollit, atq; Psal. 67
à futura vita beata repellit, sic'q; vtrobiq; auferunt, & spūaliter corrūpunt. Propterea dn̄s ait Osee. 13
Occurrā eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpā interiora eorū, & cōsumā eos vt leo. Nam &
peccatores peccādo merentur abbreuiationem vitæ psentis, quemadmodū diuiti auaro dn̄s
C ait: Stulte, hac nocte animā tuam repetunt à te. Et Salomon: Non sit (inquit) bonum impio, Lucæ. 12
nec prolongentur dies eius, sed quasi vmbra transeant qui non timēt faciem domini, super- Eccles. 8
cecidit ignis, & non viderunt solem .i. ignis infernalis cadet super iniquos, & deū non vide-
bunt, quia nec sapiētia, nec sciētia, nec opes, nec ratio erūt apud inferos. Vel, supcecidit ignis Eccles. 9
.i. calor libidinis, passionū'q; feruor, vt sunt, inflāmatio iræ, æstus auaritiæ, flāma inuidiæ ce-
ciderunt sup pctōres, qui facta carnis modo nō mortificant, nec sensualitatē rationi subijci-
unt, & nō viderunt solē .i. Christū solem iustitiæ, veritatis, & sapiētiæ nō cōsiderauerūt, nec
eius pceptis obtēperauerūt, qm̄ ignis passionū istarū rationē obtenebrat, charitatē extinguit
& gratiam fugat. Ideo sero fatent: Errauimus à via veritatis & iustitiæ, lumen non luxit no- Sapiē. 5
bis, & sol intelligētiæ non est ortus nobis. Vel, supcecidit ignis .i. tribulatio irruit super mali-
gnos in seculo isto. Peccatori em̄ dedit deus afflictionē & curā superfluam, & non viderunt Eccles. 2
solem .i. non pœnituerunt, neq; ad deū conuersi sunt, sed impatientes effecti sunt, & obstina
ti, quēadmodū in Apocalypsi legit: Blasphemauerūt deū cœli præ doloribus & vulneribus Apoca. 16
suis, & non egerunt pœnitentiā ex opibus suis, vt darent gloriā deo. Priusq̄ intelligerēt spi-
næ vestræ ramnū .i. anteq̄ vermis cōscientiæ vestræ, & punitiones inordinationis internæ
pensarēt enormitatē peccati, ac grauitatē tormēti vobis in inferno parati, sicut viuentes, si- Matt. 26
cut in ira absorbet eos .i. deus vos subito tollet, opprimet, & dānabit, sicut tollunt à seculo isto
viuētes, q diu viuere æstimāt, sed improuise decedūt. Quāuis em̄ iniusti remorsum cōsciæ ha
beant, interioris'q; inordinationis punctiones persentiāt, qm̄ animus inordinatus sibijpsi est

pœna, Nolūt tñ ex hoc vitæ suæ prauitatē aduertere, neq; futura tormenta prospicere, ideo deus eos imparatus inueniēs, subito absorbet eos, & dānat, sicut iā patuit. Hic aūt versiculus in pcedēti expositiōe plenius elucidatus ē. Cætera qq; iā omissa illic plene exposita sunt. Omnino ergo curem⁹ iuste iudicare, recte discernere, & vitā ac mores iusto iudicio subiugare, cōformare, atq; secūdū diuinæ legis tenorē dirigere, agnoscētes certissime, qm̄ erit merces opi nr̄o, nec ipsi iustas pœnas euadēt. Vnde Salomō cōtestat: Pc̄tōr ex eo q̄ cēties facit malū, & p patientiā sustentat, ego cognoui q̄ erit bonū timētibus deū, q quærūt faciē eius. D

*Eccles. 8*

## COMMENTARIVS IN PSAL. LVIII.

### ¶ Argumentum.

¶ Titulus. In finē (siue victori) ne disp̄das Dauid in tituli inscriptiōe, aliàs secūdū Heb. humilē & simplicē, qñ misit Saul & custodiuit domū eius, vt eū interficeret. In hoc psalmo propheta in p̄sona Chr̄i loquēs, disserit de mysterio passiōis eius, orās ad deū patrē p sui liberatione de manu inimicorum, ne sibi p̄ualeāt, qn potius illi cōuertant, saltē in fine seculi, id q̄d multa pietate p̄cat. Tria proinde potissimū agit. Porrò in primis petit liberationē atq; resuscitationē à mortuis, Deinde p̄nuntiat aduersariorum finalē cōuersionē, ibi, Cōuertent ad vesperā. Postremo agit gr̄as de sua liberatiōe & resurrectiōe, ibi, Ego aūt cātabo. Author tñ post hāc literalē expositionē etiam tropologice applicat eū ecclesiæ Chr̄i & mēbris eius.

### ¶ Expositio Tituli.

¶ Assignat p̄terea psalmo iā explanādo hic Titulus. In finē ne corrūpas Dauid in tituli in-
1. Reg. 18 scriptiōe, qñ misit Saul & custodiuit domū eius, vt interficerer eū. Primo Regū legit, q̄ Da-
uid corā Saul psallēte, nisus est ipse Saul pcutere lancea sanctū Dauid, q fugit ad domū suā. E
Saul vero satellites suos misit, faciens nocte illa custodiri domū Dauid, quatenus mane facto,
Dauid cōprehenderet, & occideret, sed Micol filia Saul annūtiauit hoc viro suo, eūq; in spor
1. Reg. 19 ta deposuit, & ita Dauid euasit. Huius igit saluatiōis occasione ædidit Dauid hūc psalmum,
quē multi ad literā exponūt de Dauid, applicādo literā p̄sentis psalmi ad p̄dictā historiā, q̄d
q̄uis aliq̄ modo fieri possit, tñ (vt in processu patebit) multa in hoc psalmo habent, q̄ de Da-
uid valde improprie exponunt. Cōueniētius ergo & verius exponit de significato p rē gestā
q̄ de ipsa re. Dauid eñ figura est Chr̄i, domus q̄q; Dauid significat Chr̄i sepulchrū, Saul autē
regnū Iudæorum. Est igit tituli sensus, In finē. i. iste psalmus in Christū nos erigēs, agit, vel scri
ptus est, ne disp̄das Dauid. i. ne Chr̄i honorē aut regnū, q̄d est ecclesia, diminuas, in tituli in-
scriptiōe, verbis vel actibus malis, negādo Christū eē verum saluatorē, qñ misit Saul. i. regnum
Matt. 27 Iudæorum, & custodiuit domū eius, qa Iudæi miserūt milites Chr̄i sepulchrū custodiētes, sig-
nātes lapidē cū custdibus, vt interficerēt eū. i. Iudæi igit custodiri fecerūt Chr̄i sepulchrū, q̄-
Hiere. 11. tenus nomē atq; memoriā eius delerent, quēadmodū apud Hieremiā ex eorum p̄sona inducit:
Eradamus eū de terra viuētiū, & nomē eius nō memoret vltra. Vnde supius q̄q; Chr̄s dixit:
Psal. 40 Inimici mei dixerūt mala mihi, qñ moriet & peribit nomē eius. Itaq; Chr̄s adhuc passibilis,
& passioni iā proximus, ad immortalē vitā resuscitari desiderans, deprecatur.

### ¶ Expositio psalmi iuxta sensum literalem.

Joban. 9 ERipe me de inimicis meis, ⌋ mihi inuidētibus, detrahētibus, & mala paranti 1
bus, puta Iudæis, de qbus dr̄: Iam eñ cōspirauerāt Iudæi, vt si quis cōfitere-
tur eū esse Christū, extra synagogam fieret, ⌊ & ab insurgentibus in me, ⌋ . i.
Joban. 18 à cohorte & tribuno ac ministris Iudæorum, q accesserūt & iniecerunt manus
in Iesum, & cōprehēderūt & ligauerūt eū, ⌊ libera me, ⌋ p celerē resurrectio
nē, ne in morte vltra triduū detineat. ¶ Eripe me de opantibus iniqtatē, ⌋ 2
Lucæ. 22 . i. à Iudæis q tota nocte me affligebāt, vt i Luca habetur: Viri q tenebāt illū, illudebāt ei, cæ F
dentes eū, & velauerūt eū, & pcusserūt faciem eius, & expuerūt in eum, ⌊ & de viris sangui-
Matt. 27 num salua me, ⌋ . i. ab his qui in die parasceues, vel lingua, vel manu p̄sequuti sunt me vsq; ad
sanguinis effusionē & mortē, corpus meum lacerando flagellis, caput pforando spinis, ma-
nus ac pedes cōfodiēdo grauibus clauis. Ab his Chr̄s eripi & saluari p̄catur, nō, vt hec non
Johan. 17 patiatur, sed vt statim à morte suscitet, in mundo clarificet, & corpore glorificetur. Quam-
obrem ait: Pater venit hora, clarifica filiū tuū. Alibi quoq;: Pater (inquit) saluifica me ex hac
Johan. 12 hora. Merito aūt ò pater æterne hæc oro. ¶ Quia ecce ceperunt, ⌋ p̄dicti Iudæi, præsidisq; 3
ministri, ⌊ animā meā, ⌋ . i. vitā meā corporalē, vt eā extinguant. Vel, animā meā. i. meipm,
Johan. 1. vt me interficiāt. Sæpe eñ p partē in scripturis totū signat, vt ibi: Verbū caro factū est. Ecce
istud ad literā nō cōuenit proprie ipsi Dauid. Nunq̄ eñ à Saul & eius fautoribus captus fuit,
nec capi p̄ualuit, ⌊ irruerūt in me ⌋ Christū filiū tuū, sanctū & innocentē, ⌊ fortes, ⌋ in malo,
videlicet principes sacerdotū, Pilatus cōdēnans, & Herodes deridēs ¶ Neq; iniqtas mea ⌋ 4
cōtra deū, ⌊ neq; pc̄tm̄ meū, ⌋ cōtra proximū, ⌊ dñe ⌋ deus. i. nulla mea culpa merui ista pati,
Psal. 68 sed q̄ nō rapui exoluebā, & pro pc̄tō totius mūdi hæc ptuli, vt scriptū est: Animā meā pono
Joban. 10
Esaie. 53 pro ouibus meis. Vnde Esaias ait: Dn̄s posuit in eo iniquitatē omniū nostrum ⌊ sine iniquitate

cucurri

A cucurri per viam mandatoꝝ tuoꝝ & ſeculi huius campū ſicut ſuperius dictum eſt: Exultauit Pſalm. 18
vt gygas ad currendā viā mādatoꝝ tuoꝝ. Vnde Chrūs teſtał: Sicut mandatū dedit mihi pr̄, Johan. 14
ſic facio, ⌊& direxi⌋ totā conuerſationē meā humanā in hoc mūdo ſcd̄m voluntatē diuinam
nec vnq̄ in aliquo aberraui. Iſtud quoq; ſatis impropriè conuenit Dauid, q̄uis em̄ à Saule oc-
cidi non meruit, non tñ penitus ſine iniqtate cucurrit & direxit. Si em̄ dixerimus, q͞a pc̄tm̄ 1. Johā. 1
non habemus noſipſos ſeducimus. Et nemo mūdus à ſorde, nec infans, cuius eſt vita vnius diei Job. 15
Propter quod Salomon aſſerit: Non eſt hō ſup terrā q faciat bonū & nō peccet. Nec videł ꝙ Eccle. 7
5 Dauid in tm̄ ſeipm̄ iuſtificare pſumpſerit ante deū. ¶Exurge in occurſum meū⌋ hoc eſt, tu
9 “ sumus. ¶Dies super dies regis adijcies ⌋ hoc est, dies beatæ immortalitatis, & securæ æternitatis, addes o deus pater sup dies temporales mortalis conuersationis mei filij tui, qui sum rex Messias, de quo legit̃. Iubila filia Hierusalem, ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator. Et Esaias ait: Dñs iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster, ipse veniet & saluabit nos. Hos dies æternos adiecit deus super dies Christi temporales, dum eum adim- 1. Johã. 31 Zacha. 9 Esaiæ. 33
“ passibilem vitam resuscitauit. Ideo subditur, ⌊ annos eius vsq́ꝫ in diem generationis & gña-
“ tionis ⌋ hoc est, dies æternitatis prædictos adijcies diebus tẽporalibus Christi tanq̃ annos

eius durantes vsq; in diem generationis & generationis.i.vsq; in diẽ æternitatis,omnẽ gene D
rationem includentis & excedentis.Dies ergo quos deus adiecit Chri diebus,sunt dies æter
Esaie.66 nitatis,qui dici possunt plures dies & anni,nõ q successione tẽporali discurrãt ac defluãt,sed
qm omne tẽpus cõprehendũt & ambiũt.Vnde de eis dictũ est:Erit mẽsis ex mẽse, & sabba-
tũ ex sabbato.Verũtamẽ dies isti magis proprie appellant,vnus dies,q̃ multi dies,nõ eñ in-
terrũpunt nocte,Propriissime vero vocant,nõ dies,sed æuũ seu participata æternitas,& qm
hi dies æternitatis adiecti sunt Chro,ideo ipse. ¶Permanet in æternũ in cõspectu dei.⌋ in " 7
cœlo,in q̃ sedet ad dexterã patris interpellãs,& apparẽs nũc vultui dei pro nobis secundum
Hebre.9 aplm,⌊misericordiã & veritatẽ eius,⌋.i.grãm atq; iustitiã Chri,⌊quis requiret.⌋ in vita p̃- "
senti,implorãdi grãm remissionis,& obseruãdo Chri mãdata,eius imitando vestigia, quasi
Mat.20.22 dicat,pauci sunt qui eas ex corde requirũt.Pauci eñ electi,& oẽs quæ sua sunt,requirũt.Vel,
Philip.2 misericordiã & veritatẽ eius quis requiret,in vita futura,quasi dicat,nullus,Misericordia eñ
miseris necessaria est.Veritas aũt cõcernit adimpletionem promissi,in patria vero nemo est
miser,& diuina promissa in eis impleta sunt,qm gaudiũ sempiternũ adepti,amplius pro seip-
Johan.16 sis nõ rogant,fa tẽ pro p̃mio essentiali.Idcirco saluator loquẽs aplis Vos(inquit)nũc quidem
tristitiã habetis,iterũ aũt videbo vos,& gaudebit cor vestrũ,& gaudium vestrum nemo tol-
let à vobis,& in illa die non rogabitis quicq̃. ¶Sic,⌋.i.qm ita est,ego Chrs ⌊psalmum di- " 8
cam nomini tuo,⌋.i.tibi deo patri p meipsum & meos ministros in cœlo & in terra,⌊in se- "
culũ seculi,⌋ te sine fine laudando,⌊vt reddã vota mea,⌋.i.vt offeram tibi preces meas ac de "
sideria pro militãri ecclesia,pro qua apud te secundũ q homo interpello,⌊de die in diẽ,⌋.i. "
indefinẽter vsq; ad seculi finem.Christus eñ pro nobis representat patri latus ac vulnera,& E
1.Johan.2 ipse est angelus perferẽs nostra sacrificia in sublime altare dei,faciẽs ea deo accepta.Vnde Io
hannes:Aduocatum(ait)habemus apud patrem,Iesum Christum iustum,& ipse est propi-
tiatio pro peccatis nostris.

¶Enarratio Tropologica siue moralis eiusdem psalmi.

Non est negandũ,qn psalmus iste ad literã exponi possit de Dauid,sed qm expo-
sitio talis par deuotionis atq; dulcedinis cõtinet,parũq; ab expositione tropolo-
gica differt,ideo ea relicta,tropologicũ prosequor sensum,quõ psalmus iste cõue
nit vnicuiq; Christiano siue ecclesiæ deũ oranti,& ei grãs referẽti,dicẽdo. Exau-
di deus orationẽ meã,impendendo mihi gratiose & cito precis meæ effectũ,qua oro indulgẽ
tiam & grãm in p̃senti,intende depcationi meæ,qua deprecor cõsequi gloriã in futuro.i.cõ
sidera quãto affectu,q̃ta fiducia,& quali intentione ac sine te inuoco.A finibus terræ.i.à cun
ctis partibus atq; climatibus mũdi,ad te clamaui,in p̃cibus ad te fusis,vel gratiarũ actione ac
laude,quã tibi obtuli in aduersis,dũ anxiaret cor meũ.i.solicitaret & affligeret timore pericu
lorũ sibi imminentiũ,mœrore quoq; propter quotidianos defectus & negligentias suas,vi-
delicet quia secundũ q̃d desiderat,non proficit,nec te quantũ cupit honorat.¶V,dũ,anxiare-
tur tentationibus dæmonũ,& persequutionibus hominũ,ac motibus passionũ,in petra exal
tasti me.i.in Christo sublimasti me de imperfectione naturæ ad celsitudinem gratiæ,& de in
ferioribus ac terrenis ad cœlestia atq; diuina.Quilibet quoq; nostrũ dicere potest,à finibus
terræ.i.à superficie terræ in qua habito,finit in altitudine,ad te clamaui secundum sensum p̃
dictum.Vel à finibus terræ.i.à terminis corporis mei,in quo velut in terra habitat aĩa mea,
Psal.34 imò ab omnibus membris & sensibus meis,ad te clamaui,eo modo quo dictum est supra:Om F
nia ossa mea dicent,domine quis similis tibi?Assuescat ergo anima nostra in omni angustia,
Jone.2 cum omni fiducia ad deum clamare,quemadmodũ Ionas propheta se fecisse affirmat,dicen-
do:Clamaui ad dominũ de tribulatione mea,& exaudiuit me.Cum angustiaretur in me spi
ritus meus,domini recordatus sum.Deduxisti me in præsenti exilio per viam mandatorum
Psal.142 tuorũ,ostendendo mihi in lumiue gratiæ tuæ viam rectã,in qua ambulem.Nam sine gratia
tua cæcus sum mente,& ambulo vias non bonas,vitiosas ac lubricas,in quibus grauiter ca-
do,& incessabiliter pecco,nisi tu animam meam deducas de via ad patriam,de labore ad præ
Esaie.48 mium,de creaturis ad creatorem.Hinc eñ dicis:Ego dominus deus gubernans te in via,in
Sapie.10 qua ambulas.Et scriptum est:Iustum deduxit dominus per vias rectas,& ostendit illi regnũ
Tobie.5 dei.Et Tobias ait:Dominus sit in itinere vestro,& angelus eius comitetur vobiscum, dedu-
xisti autem me domine,quia factus es spes mea,hoc est,tu es bonum illud,in quo finaliter spe
ro,& quod finaliter adipisci desidero,atq; per cuius auxilium teipsum adipisci confido. Fit
vero deus spes nostra,quoniam facit nos in ipso sperare.Factus quoq; es mihi turris fortitu-
dinis,hoc est,robusta protectio atq; sublimis defensor à facie inimici,quicunq; sit ille,hoc est
Prouer.18 ab omni incursu hostili,quemadmodum legitur:Turris fortissima nomen domini ad ipsum
Abacu.3 currit iustus & exaltabitur.Et iterum alio in loco:Deus dominus fortitudo mea,& ponet pe
des meos quasi ceruorum.Quid enim deijcere, quid ei nocere poterit,qui in hac summa,
Job.23 atq; inexpugnabili turre inhabitat? Vnde beatus Iob ait:Quis mihi tribuat vt cognoscam
deum

A deum,& veniā vsq; ad soliū eius. Nam de habitantibus in hac turre fortitudinis.i.diuino auxilio innitētibus scriptū est. Deus dextera sua teget eos,& brachio suo defendet eos. Inhabitabo in tabernaculo tuo,hoc est,ego ecclesia militans ad consortium triumphantis ecclesiæ pertingere spero,& fiducialiter dico,quia in ea & in cœlo empyreo post huius vitæ incolatum morabor in secula.i.sine fine,quēadmodū Chrs fidelibus repromisit dicēs: Vado parare vobis locum,& iterū,veniam & assumā vos ad meipsum. Vel,ego Christifidelis,inhabitabo in tabernaculo tuo,hoc est,in vnitate ecclesiæ in indiuidua charitate,sancta obediētia,& fide catholica,protegar ab omni periculo animæ in velamento alarū tuarū,in subsidio misericordiæ atq; potētiæ tuæ. Qm tu deus meus,in quo solo confido,quē solum desidero, in quo totā salutem meam constituo,exaudisti orationem meā vt spero,tu enī dixisti: Quodcūq; petieritis patrē i noīe meo,dabit vobis. Dies sup dies regis adijcies.i.dies æternæ beatitudinis addes post hanc vitā diebus huius breuis vitæ. Diebus dico regis.i.dn̄atoris atq; victoris mundi,carnis ac dæmonis,qui dominat animo suo & vincit seipsum. Vnde dicit apostolus. Id quod est in præsenti est momentaneum,& leue tribulationis nostræ æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Propter quod inferius dicitur. Longitudine dierum replebo eum. Permanet in æternū in conspectu dei.i.ecclesia vsq; in finē seculi in fide perfistet, quēadmodū dn̄s Petro in persona ecclesiæ. Ego (inquit) rogaui pro te,vt nō deficiat fides tua. Et ista vita decursa perueniet ad regis sui gloriosum aspectum,quēadmodum scriptum est. B Regem in decore suo videbunt oculi eius. Deniq; homo iustus permanet in æternū in conspectu dei dicens semper cum sancto Helya. Viuit dn̄s,in cuius conspectu sto hodie. Et cum sancto Iob. Iustificationem quā cœpi tenere non deseram. Nemo enī mittens manū suā ad aratrum & respiciens retro aptus est regno dei, sed qui perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit. Sic psalmum dicā nomini tuo in seculum seculi,hoc est,vita & verbis incessanter te laudabo,sicut dicitur. Confitebor tibi dn̄e rex,& collaudabo te deū saluatorem meū. Et rursus. Laudabit vsq; ad mortē anima mea dn̄m, vt reddā vota mea de die.i. quatenus promissiones tibi factas in receptione baptismi sacri ordinis,aut religionis,quotidie impleā. Vel,vt reddam vota mea,hoc est,desideria mea purificem,tibiq; ea semp exhibeā,sicut superius dictum est. Dn̄e ante te omne desideriū meū. Ecce psalmū breuem,pulchrū, delectabilem ac sententiosum audiuimus,q tam Christo q̄ eius fidelibus optime cōuenit, in quo à deuota oratione incipitur, post quā salubris doctrina inducit, deinde diuina bn̄ficia feruide recolunt, postremo p verba bona fiduciæ,piū propositū inflāmat. Conformemus ergo affectum nostrū psalmi huius sentētijs,eiusq; bn̄ficia affectuosissime recolamus,& conemur īplere q̄d dicimus. Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi. Hoc est enim diuinissimū, saluberrimum,atq; dulcissimum vitæ præsentis exercitium,deum psallere,eumq; laudare,magnificare,& toto affectu extollere, prout scriptum est. Benedicentes dominum exaltate illum quātum potestis,maior est enim omni laude.

Sapiē.5
Iohā.14.
Iohā.14.
2.Cor.4
Psal 90
Luce.22.
Esaiæ.33
3.Reg.17.
4.Reg.3.
Iob.27.
Luc 9.
mat.10.24
Esaiæ.16
Ibidē.
Psalm.37
Eccle.43

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXI.

¶Argumentum.

¶Titulus. In finē siue victori pro Idithum psalmus Dauid. Propheta volēs homines monere,quatenus cōtemptis caducis,perituris q; rebus,sese deo p obediētiā prorsus subdāt,spe C retributōis æternæ. Docet iustos bn̄ viuere atq; malos corripere ac patiēter aduersa tolerare,spe cœlestiū. Tripharia proinde secatur. Porro,in prima parte allegatur obedientiæ debitum,deinde increpantur impellentes ad oppositum,ibi. Quo vsq; irruitis in hominē: Et tandem præeligit obedientiæ huiusmodi bonum,ibi. Veruntamen deo subiecta. Author autem ex hac sententia vnico ipsum absoluit commentario.

¶Expositio tituli.

¶Huic præterea psalmo titulus iste pmittit. In finē pro Idithum psalm⁹ Dauid.i.psalmus iste à Dauid cōscript⁹,& in finē qui Chrūs est nos dirigēs habitus est pro Idithum.i. pro homine oīa terrena trāssiliente ac paruipēdente,& sola cœlestia finaliter cupiente. Potest q̄q; titulus ita exponi,q Dauid fecit hunc psalmū pro Idithum,hoc est,vt specialiter cantaretur à cantatoribus seu leuitis constitutis sub Idithum,qui erat vnus de principalibus templi cātoribus. Homo ergo ad diuina se erigens,atq; innumerabiles mūdi errores,vanitates ac præuaricationes considerans,dicat.

¶Expositio psalmi.



Onne deo subiecta erit anima mea] ei fideliter adhærendo & eius pceptis in omnibus obtēperādo: vtiq; ,ac si dicat subijciātur alij concupiscētijs carnis. Alij mūdi principibus,alij dæmonū suggestionibus, varijsq; pctīs, ego & aīa mea dn̄o obediemus. Nemo enī pōt duobus dn̄is deseruire cōtraria approbātibus,qm̄ ergo nō possum deo & seculo obedire, poti⁹ eligo deo parere quām mūdo. Vnde de inobediēte scriptū est. Confregisti iugū meū,rupisti vincula

Matt 6.
Luc.6.
Hiere.2.

 mea&

mea,& dixiſti,nõ ſeruiã,dicit dñs.Quo cõtra Chrs pcipit nobis:Tollite iugũ meũ ſup vos.
Matth.11. Subiecta igiř erit aĩa mea dño.Nã Salomon ait:Mens iuſti meditabiř obedientiã. Ratio ꝗꝗ
Prouer.15 ſubiectiõis ſubiungiř,⌊ab ipſo eñ ſalutare meũ⌋.i.tota mea ſalus atq; felicitas à deo proce- »
Oſee.11. dit,depẽdet,& profectũ ſortiř.Propter ꝗd dñs ait:Populus meus pẽdebit ad reditũ meum.
Johan.3 Vel,ab ipſo.i.à deo patre eſt ſalutare meũ.i.filius eius meus ſaluator.Sic eñ deus dilexit mun
dum,vt filium ſuum vnigenitum daret. ¶Nam & ipſe eſt deus meus,⌋ hoc eſt,cauſa, gu- » 2
bernator,& conditor naturæ meæ,naturaliumq; donoꝶ,⌊& ſalutaris meus,⌋.i.iuſtificator »
& grãe dator,⌊ſuſceptor meus,⌋.i.precũ meaꝶ auditor,ſemper paratus me pœnitentẽ bra-
chijs pietatis amplecti,meq; conuertentẽ,me& quod in me eſt facientem ſibi, attrahere,&
Job.34 vnire,iuxta illud:Si direxerit homo ad deum cor ſuum,ſpiritum illius & flatum ad ſe trahet.
Cum ergo ſit ita,⌊non mouebor amplius,⌋ ab inchoato virtutis itinere,à bono propoſito, »
à lege diuina,nec à deo meo,per mentis auerſionem recedam,ſed ei immobiliter adhærebo
Hoc autẽ non præſumptuoſe aut certitudinaliter,ſed humiliter ac fiducialiter ait viator trãſi
liẽs,niſi forte ex reuelatione diuina agnoſceret ſe confirmatum in bono.Vel dicitur hoc ad
deſignandum,quid virtuoſo conueniat,in quantum huiuſmodi.Quemadmodum eñ paſſi-
Prouer.10 ones & vitia inſtabilitatis,diſtractionis,& auerſionis ſunt cauſa,ſic virtus ſeu gratia interio-
ris inſtabilitatis ratio perhibetur.Propter quod Salomon proteſtatur:Iuſtus quaſi fundamẽ
Job.11. tum æternum.Et Iob:Si iniquitatem,quæ eſt in manu tua,abſtuleris,eris ſtabilis,& non ti-
mebis. ¶Quouſq;(ô maligni)irruitis in hominem⌋ iuſtum & innocentem,eũ propter iu- » 3
ſtitiam perſequendo,⌊interſicitis vniuerſi vos,⌋ hoc eſt,ô vos omnes,interficere vultis eum »
Sapiẽ.2 ex odio,quemadmodum ſapientia inducit:Dixerunt impij,opprimamus virum iuſtũ,quo- E
niã contrarius eſt operibus noſtris.Vel,interficitis vniuerſi vos.i.oẽs occiditis voſmetipſos
1.Johan.3 qa dũ iuſtũ affligitis,aĩas veſtras p pctm̃ occiditis.Vnde Iohãnes:Oẽs(inqt)qui odit fratrẽ
ſuũ,homicida eſt.Vel quia animã propriã ſpũaliter occidit,vel quia p affectum aliũ perimit,
vel quia corã deo pœnã homicidæ incurrit,⌊tanq̃ parieti inclinato & maceriæ depulſæ.⌋ »
Aliquid ſubintelligendũ eſt,vt ſit ſenſus.Sic aduerſamini homini iuſto,q̃ſi parieti inclinato
ad caſum,& q̃ſi maceriæ à ſtatu ſuo depulſæ.Putatis eñ ꝙ ſicut paries talis fundamẽto priua
tur,facileq; deijcitur,ſic iuſtus deum conſeruatorem ac adiutorem non habeat,ideoq; à ve-
Eſaie.57 ſtra malignitate opprimi poſſit,& cũ eum occideritis,ipſum oĩno periſſe putatis, non atten
dentes quid gloriæ deus illi refundat,& quid pœnæ vobis immineat.Hinc eñ ſcriptũ eſt:Iu
ſtus perit,& nõ eſt qui recogitet in corde ſuo,& viri miſericordiæ tolluntř,& non eſt qui in-
telligat. ¶Veruntamẽ,⌋.i.his non obſtantibus,⌊pretiũ meũ cogitauerũt repellere,⌋.i.iu » 4
ſtitiã meã ſeu opera virtuoſa ac vitam laudabilẽ propoſuerunt ſubuertere, diſſipare,& à p̃-
mio impedire.Bona eñ opatio p̃tiũ appellař,quia p eã vita æterna mercař,⌊cucurri in ſiti,⌋ »
Pſal.41. .i.cũ magno deſiderio ad patriã feſtinaui,ſicut ſupius dictũ eſt:Sitiuit aĩa mea ad deũ fortem
Pſal.118 Vel,cucurri viam mãdatoꝶ dei in ſiti pfectionis,videlicet ſitiẽdo iuſtitiã ampliorem,& cul-
men pfectionis attingere,affectuoſe cõcupiſcens,⌊ore ſuo benedicebãt,& corde ſuo male- »
dicebant.⌋ Hoc faciunt ſubuerſores aĩaꝶ,adulatores,bilingues,& ſimulatores,qui eos quos »
aperte puertere nequeũt,adulando,& mala ſub ſpecie boni proponẽdo, decipere quærunt.
Hiere.9 Propter ꝗd de quolibet tali legiř:In ore ſuo pacẽ cũ amico ſuo loquiř,& occulte ponit ei inſi
dias. ¶Verũtamẽ deo ſubiecta eſto aĩa mea,⌋.i.propter pſequutiones, tentatiões & tri- » 5
bulationes tibi iniuſte inflictas noli deficere,noli à dei lege recedere,noli cõtra deũ murmura F
re,ſed ei ſubijcere,⌊qm̃ ab ipſo patiẽtia mea,⌋ p quã in aduerſis p̃ualeo ſine triſtitia oĩa patiẽ »
do.Deus eñ patiẽtiã tribuit,ſicut & cæteras virtutes infuſas.Solet aũt interdũ homo de ipſa
ſua quã in aduerſis habuit patientia,inaniter gloriari,atq; extolli,tanq̃ magnũ aliquid fecerit
& Chr̃i veſtigia excellenter ſequutus ſit,ſed iſte non penſat patientiã ſuã eſſe à deo,qm̃ glo-
riař in ſe,quaſi nõ acceperit,ſit ergo aĩa noſtra deo oĩno ſubiecta,videlicet nõ ſolũ in hoc ꝗd
aduerſa æquanimiter ſuſtinet,ſed etiã in hoc,ꝙ de ſua patiẽtia in ſeipſa nõ gaudet,& eã deo
attribuit.Ideo aũt dico patientiã meã eſſe à deo. ¶Quia ipſe eſt deus meus,⌋ à quo omne » 6
bonũ procedit,& tota mea ſufficiẽtia fluit,⌊& ſaluator meus,⌋ quia ab eo ſolo vera beatitu- »
do donař.Aliter demũ cõuenit Chr̃o eẽ ſaluatorẽ,in q̃tum deus,& aliter in quantũ hõ.Nã
vt deus vocař ſaluator p authoritatẽ,tanq̃ gratiæ in p̃ſenti,& gloriæ in futuro creator & da-
tor.In q̃tũ vero eſt homo,appellař ſaluator,quaſi inſtrumẽtal'r,cũ ſit ſatisfactor pro culpa ge
Judic.11. neris hũani recõciliator ac mediator.Deus itaq; ſecundũ diuinitatẽ ſaluator eſt,qm̃ ipſe ſo-
Galat.2. lus pctã dimittit,ſolus iuſtificat,ſolus grãm creat,ac influit,beatitudinẽ ꝗꝗ ſolus largiř,imò
Oſee.13 hoc modo propriũ eſt deo eſſe ſaluatorẽ,iuxta illud:Ego dñs,& ſaluator nõ eſt p̃ter me,deus
quoq; eſt ⌊adiutor meus,⌋ in omni ope bono mihi p grãm cooperãs,meq; cõfortans,⌊nõ »
emigrabo,⌋ de vnitate eccleſiæ & grege electoꝶ ad auerſos à deo,& ſocietatem prauorũ, »
Hiere.9 quoniã. ¶In deo ſalutare meum,⌋.i.ſalus mea in hoc conſiſtit,ꝙ non emigrem ab eo,⌊& » 7
gloria mea,⌋ quia in ſolo deo vera & licita habetur gloriatio, quemadmodum Apoſtolus »
dicit

A dicit. Qui gloriatur in dño glorietur. Et Abacuc. Ego autem in dño gaudebo & exultabo in
" deo Iesu meo, ⌊deus auxilij mei⌋ .i. ab eo depēdet ac deriuat auxiliū meū, sicut per Ozeam 1. Cor. 1.
" ait: Perditio tua ex te, in me tm̄modo auxilium tuū ⌊& spes mea in deo est⌋ quia diuinę pie- 2. Cor. 11.
tati innititur, deum'q; pro immediato obiecto & causa sortit cū sit virtus theologica & infu- Abacuc. 3
sa. Ecce q̄ præclarus & splēdidus, suauissimus'q; versiculus omni mēti deuotę sup mel & fauū Ozee. 13.
8 " dulcis & saporosus. ¶Sperate in eo oīs cōgregatio populi⌋ .i. tota ecclesia ⌊ effundite co Psalm. 18
" ram illo corda vr̄a⌋ .i. orōnes vestras, & desideria, necessitates, anxietates, pericula & pecca
ta, & quicqd vestris in mētibus residet, corā deo exponite, in lucē producite, ei ostēdite, co-
ram ipso discutite, sicut Hieremias hortat. Effunde sicut aquā cor tuū añ cōspectū dñi dei tui Treno. 2.
" Vnde in libro regū sancta Anna testat. Effudi animā meā corā dño ⌊deus adiutor noster in 1. Regū. 1.
" æternū⌋ .i. q̄ diu fuerimus, qm̄ in via cōseruat & iuuat p grām, in patria q̊q; per gloriā, q̄ in-
9 " cludit cōfirmationē in bono. ¶Veruntn̄ vani filij hoim⌋ loquēdo de filijs hominū, eo mō
quo de eis loquitur Moyses, dicendo. Vidētes filij dei filias hoim, eorum vc3 qui sine charitate Gene. 6.
B & gratia viuunt, taliū ergo hoīm filij vani sunt, qm̄ opa sua & vitā pn̄tem ad debitū finē, vi-
delicet vitam æternā non referūt, sed in rebus creatis sic finē cōstituūt adhærentes creaturis
" magis q̄ creatori ⌊mēdaces filij hoim in stateris⌋ quia iniusta pōdera habēt, vel mendaciter
iudicāt præferētes mala ac falsa bonis & veris. Quocōtra dñs ait. Nolite facere iniquū aliqd Leuiti. 19.
" in iudicio, in regula, in pondere & in mēsura. Iustus modius æquus'q; sextarius ⌊ vt decipi-
" ant ipsi de vanitate in idipm̄⌋ hoc est, se inuicem fallant, in rebus vanis, tēporalibus & cadu-
10 " cis. Huius proinde oppositū consulens sanctus propheta. ¶Nolite (inquit) sperare in ini-
" quitate⌋ sicut de impijs scriptū ē. Confidūt in nihilum. Peccatū em̄ nihil est, ergo nolite in Esaiæ 59
" peccato cōfidere, quasi p iniustitiā atq; malitiā possitis saluari aut prosperari ⌊ rapinas noli-
" te concupiscere⌋ .i. nec manu, nec affectu auferatis violenter alicui sua, neq; raptoribus cōi-
" cetis, quia nō solū morti digni sunt qui faciūt, sed etiā qui consentiunt ⌊ diuitiæ⌋ exteriores Roma. 1.
" ⌊si affluāt⌋ copiose ⌊nolite cor apponere⌋ .i. volūtate vestrā, nolite īordinate affigere, no
lite inordinate amare, retinere, augere. Nolite in eis superflue occupari, videlicet, vt cum la
bore acquirātur, cū timore possideant, cum dolore perdantur. Nō ergo culpant diuitiæ, sed
inordinatus affectus. Custodiendæ em̄ & amādæ seu colligende sunt diuitiæ, secundū q ad
spūalia bona sunt necessariæ, quatenus habētes victū & vestitū cōtentemur & quiescamus,
atq; de eo quod superest, eleemosynā faciamus. Veruntn̄ difficile satis est circa affluentes di 1. Tim. 6.
uitias cor nō apponere, secūdum quod Chrūs in euāgelio asserit. Quàm difficile qui diuitias Luc. 12
habēt, intrabunt in regnū cœlorum. Nihilominus sicut deus potētes nō abijcit, cū ipe sit potēs Matt. 19
nec abutant potētia, sic ipse diuites nō repellit, cū ipse sit diues, nisi diuitiarum abusi fuerint co- Luce. 1.
pia. Sanctus Iob diuitijs suis cor non apposuit, qui ait: Si lætatus sum sup diuitijs meis mul- Job. 31
tis. Et alibi cunctis amissis. Dominus dedit dominus abstulit, sicut dño placuit ita fact est, sit Job. 1
11 " nomen dñi benedictū. ¶Semel⌋ .i. sine retractatione, vtpote immobiliter, firmiter atq; Psal. 115.
" certissime ⌊loquutus est deus⌋ per seipsum iam incarnatum, & per prophetas ac apostolos
" ⌊duo hæc audiui⌋ in illa loqutiōe occulta & interna .s. in illuminatione supernaturali facta
" per spiritū sanctū. Quæ aūt sint duo hæc subdit, ⌊qa potestas dei est⌋ .i. iusta potētia ad pu-
" niendū iniqs ⌊& tibi dñe mīa⌋ ad coronādū bonos vltra cōdignū, & hoc sic eē cōstat ex eo,
" ⌊ qa tu reddes vnicuiq; iuxta opa sua⌋ tanq̄ iustissimus iudex, de q̊ legit. Absit à deo īpietas, Job. 34.
& ab oīpotente iniqtas, opus em̄ hoīs reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis. Videt au
tem hoc loco potestas pro iustitia accipi, qa ad exercendū iustitiā pcipue est necessaria ptās.
Vn̄ de deo scriptū est. Virtus tua iustitiæ initiū ē. Attribuunt itaq; hæc duo deo potissimū, Sapiæ. 1.
qm̄ oīa quę de deo affirmat diuina scriptura, psertim p cōparationē ad creaturas, ad ista duo
reducunt, propter qd añ dictū est. Vniuersæ viæ dñi misericordia & veritas. Porro, vt tactū
est hoc qd dicit semel loquutus ē deus, nō est referēdū ad numerum, cū multifarię, multis'q; mo Psal. 24.
C dis loquutus sit nobis, sed ad firmitatē, iuxta quē sensum Iob inquit: Semel loquit deus, & se- Heb. 1
cūdo idipm̄ nō repetit. Aduertendū quoq; q psalmus iste cōuenientissime exponi possit de Job. 33
Chr̄o, qm̄ aīa eius semp pfectissime fuit deo subiecta, sicut ipe testat. Sicut mādatū dedit mi
hi pr̄, sic facio. Et alibi. Quę placita sunt ei facio semp. Tota etiā salus anīæ Chr̄i creata fuit à Johā. 14.
deo, erat'q; deus salutaris .i. btificator aīæ Chr̄i, propter qd dr̄. Non pōt hō accipere quicq̄,
nisi ei datū fuerit desup. Qd aūt adijcit, nō mouebor ampli⁹, sic de Chr̄o exponēdū est. Post Johan. 3.
resurrectionē nō patior magis, sed īmobilis à vita .i. impassibilis ero. Quousq; o Iudæi incre
duli, irruitis in hoīem .s. ī me filiū hominis quē volebatis occidere. Vn̄ ait Iudęis. Vos ex pr̄e
diabolo estis, & desideria patris vestri vultis pficere. Et iterum dicit ad eos. Quid me q̄ritis in- Matt. 16 Johan. 8
terficere? Interficitis vniuersi vos .i. animas vr̄as nō credēdo in me. Hoc ad literā Chrūs di- Johan. 7
xit Iudæis. In pctō vestro moriemini. Veruntn̄ preciū meū cogitauerunt repellere, hoc est, Johan. 8.
sanguinem meum voluerunt infructuosum efficere. Volebāt em̄ nomē atq; memoriā Chr̄i Hiere. 11.
delere, omnes'q; homines ab eius fide auertere, ac per hoc sanguinis sui effusionem sine fru-

ctu statuere. Cucurri in siti.i.vitā in hoc mūdo trāsegi in magno desiderio humanæ salutis. D
Propter q̄d in cœna dixit. Desiderio desideraui hoc pascha māducare vobiscū anteq̄ patiar
Lucæ.22. Et pendēs in cruce sitio inq̄t, ore suo bñdicebāt mihi Iudæi dicētes: Magister, scimus q̄a ve
Matt.26 rax es, & viam dei in veritate doces, & corde suo maledicebāt. Talia eñ dicebāt, vt occasio-
Matt.22 nem mortis ex verbis meis elicerēt. Deniq; deus dicit Chri saluator.i.à morte resuscita-
tor ac glorificator nō à peccato redēptor. Quo aūt cætera Chro coueniāt ex p̄cedētibus in-
notescit. Ecce q̄ ineffabilis & admirāda est pulchritudo atq; sentētia huius psalmi, in q̄ ig-
nea verba diuini amoris piam mentē totaliter inflammātia tam copiose includūtur, totiēsq;
repetūtur, in quo obedientia cōmendatur moralissima ac saluberrima documēta proponū-
tur, impij increpant, & in ipso fine deus pulcherrime collaudat. Sit ergo aīa nostra deo sp
subiecta tāq; reuerēter ac pure intenta, vt amorosa verba psalmi p̄sentis ardenter & saporo
Treno.2. se pronuntiet, cor suum coram deo confidenter effundat, nec exterioribus rebus cor appo-
nat, sed in deum se penitus erigat ac figat.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXII.

¶Argumentum.

¶Titulus. Psalmus Dauid cū esset in deserto Idumeę (aliàs) Iudeæ. Daudid in hoc psalmo iustos adhortatur ad rectā cōuersationē in medio nationis prauę, monetq; nos tēdere p bo na opera ad patriā cœlestē, modo desideremus dñi virtutē, interim grās agēs de diuina pro rectione, qua huius mūdi miserias superauit. Et ob id in duo partit. Primo nāq; ponit, affe ctus ad deū perueniędi. Post hoc aūt de securitate quam quisq; habere pōt inter aduersa, mō spem tōtam in deo collocet, ibi. Sic memor sui tui. Author itaq; primo in hāc sententiā expe- E dit ipsum de ecclesia & quolibet iusto, & post hoc allegoriam sequitur, interpretatur eū q̄q; de Christo.

¶Expositio tituli.

¶Titulus psalmi est, psalmus Dauid cū eēt in deserto Idumeę.i. psalmus iste cōuenit eccle siç seu fideli p Dauid significato cū esset ipsa ecclīa in deserto Idumeę.i.in p̄nti exilio cū valle hāc lachrymaę vitijs atq; ęrūnis repleta, à bonis vero deserta seu derelicta. Ecclesia ergo seu q̄libet iustus p̄sentis seculi afflictiōes expertus, diuināq; cōsolationē efflagitans, dicat.

¶Expositio psalmi literalis.



Eus deus meus.i.tu creator omīpotēs, q̄ es oīm deus rōne creatōis & guber 1
natiōis. Specialiter vero deus meus propter specialē prouidētiā tuā circa me
qua me à malis protegis, in bonis promoues, atq; ad vltimū finē recte per-
ducis. Itēq; propter singularē dilectiōnē & venerationē, qua te solū summæ
amo & colo. Ad te de luce vigilo.i. statim cū splendor grāe tuę infulserit a-
nimæ meæ cōsurgo ad te cordiali affectu mentē erigēdo ad te cōtemplandū,
diligendū, adorādum, colendū ac promerēdum. Ad literā quoq; de luce.i. summo mane e-
uigilare & surgere debemus ad dei cultū ac laudē, quatenus sobrio spū deū laudātes ac inuo-
cātes sic interiores oculi illustrētur luminę gratiæ, sicut oculi exteriores p̄fundūtur solis splē 2
Esaie.26 dore. Propterea Esaias ait: De mane vigilabo ad te. ¶Sitiuit in te anima mea. Hoc est q̄d
Psal.41 dixit supius. Sitiuit anima mea ad deū fortē viuū. Sitis eteñ aīæ est ingēs desideriū boni no-
dū adepti. Est igit sensus. Anima mea.i. appetitus meus intellectualis puta volūtas, sitiuit in
te.i. intellectuali ac magno desiderio cōcupiuit te adipisci, cōsolationē tuā acq̄rere, à p̄ntib° F
Tobiæ.3 malis saluari, atq; ad te vniuersæ beatitudinis fontē p̄duci, sicut Tobias ait: Dñe fcđm volū
Esaie.26 tatem tuā fac mecū, & p̄cipe in pace recipi spm̄ meum. Et Esaias. Nomen tuū & memoriale
Ephe.1 tuū in desiderio animæ meæ. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spūs meus in p̄cor-
dijs meis. Hac siti ardebat mens apostoli ad Fphe. dicētis: Desideriū habeo dissolui & esse cū 3
Chro, q̄ multipliciter tibi caro mea.i.q̄ multis suspirijs, varijsq; affectib°, sitiuit tibi.i.
ad gloriā tuā caro mea.i. appetitus inferior sensitiuus. Insinuat iste versiculus carnē multipli
cius affici ad deū q̄ animā, q̄d sane intelligendū est, siue eñ caro sumat pro corpore solo, siue
pro appetitu sensitiuo, non conuenit ei sensitiue in deum directe, proprie & immediate, q̄m
nāq; deus immaterialis & simplex est solo in materiali appetitu ad ip̄m pertingit, sicut & so
lo intellectuali oculo cōtemplat. Carni aūt secūdū se desideriū nō cōuenit, sed in quantū aīa
informatur, ipsumq; desideriū potius conuenit toti cōposito, & animæ q̄ carni. Quod ergo
nūc dicit caro sitire in deū, dupliciter intelligi pōt. Primo, q̄m ipsa est aīæ occasio sitiendi in
Sapię.9. deū. Corpus q̄ppe, q̄d corrūpit, aggrauat animā, multasq; necessitudines, solicitudines, af-
flictiones ac miserias incidit anima ex vnione ad corpus. Nā deprimit terrena inhabitatio
Ibidē. sensum multa cogitantē. Hinc ergo dicit caro multipliciter deū sitire, etiā multiplicius q̄ aīa
q̄ñ aīa plures causas & incitamēta sitiendi deū sortit ex corpe q̄ ex seipsa. Tot eñ habet cau
sas deum concupiscendi quot se experitur impedimentis ab eo elongari ac retrahi. Ideo ad
Romā, septimo exclamat Apostolus, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis
huius?

huius. Simili sensu dicit caro cõcupiscere aduersus animã, nõ ꝙ caro secundũ se cõcupiscat,
A sed qa est animæ occasio cõcupiscẽdi aduersus seipsam. Anima eñ scd̃m appetitũ sensitiuũ Galat. 5.
cõcupiscit cõtra seipsam, quãtũ ad appetitũ intellectualẽ. Secũdo intelligit sic, ꝙ caro .i. ap-
petitus, sensitiuus sitit in deũ, nõ directe & ĩmediate, q̃si deus sit desiderij sui obiectũ, sed qm̃
ea q̃ desiderat scd̃m deũ desiderat. s. scd̃m rõnis imperiũ ac directiões virtutũ moraliũ, sititq;
multiplicius deũ q̃ appetitus supior, qm̃ plures pęnas, culpas atq; miserias habet hõ ex parte
appetitus sensitiui q̃ intellectiui, p̃sertim cũ passiones aïæ, q̃ nobis sunt origo peccãdi in ap-
3 “ petitu sensitiuo fundent. ¶In terra deserta & inuia & inaquosa .i. in corpe isto corrupti-
bili ab originali iustitia derelicto ad errores procliui, & scd̃m se omĩ gr̃a destituto. Caro eñ
non prodest quicq̃. Et Apl'us. Scio (inquit) quia nõ habitat in me .i. in carne mea bonum. In Johan. 6. Roma. 7.
“ hac igit terra, velut ĩ carcere habitãs ego, sic in sctõ apparui tibi .i. ĩ sctõ affectu, desiderio- Treno. 2.
q; cęlesti rep̃sentaui meip̃m tuo cõspectui effundẽdo, cor meũ corã te, atq; ppẽdẽs me semp
à te inspici. Itaq; nõ obstãte corpis molæ ad cœlestia aspirem', & mũdo corde nosp̃os deo
exhibere conemur, q̃tenus illud beati apl'i vere dicamus. In carne ambulãtes, nõ scd̃m carnẽ 2. Cor. 10
militamus. Vel sic. In terra deserta & inuia & inaquosa .i. in hoc seculo neq̃ quod est virtu- Matt. 7.
tibus destitutũ & lata via ducẽs ad mortẽ, inaq̃sum q̃q; .i. infructuosum & aridũ. De hac ter-
ra Chr̃s in euãgelio dicit. Cũ immũdus sp̃us exierit ab hoïe ambulat p loca arida & i[illegible]sa, Luc. 11.
sic in sancto appatui tibi, qa in mũdo isto nõ seculariter vixi, nec pctõꝝ vestigia sum[illegible]
“ tus, sed tibi in sanctitate & iustitia ministraui, & hoc, vt viderẽ in patria clare pe[illegible] speciẽ Luc. 1.
“ virtutẽ tuã hoc est, omnipotẽtiam tuã, qua oĩa in cœlo & in terra disponis, o[illegible]q; beatos
“ potẽtissime in bono cõfirmas, & gloriã tuã .i. beatitudinẽ tuã, quatenus in[illegible]m in gaudi Luc. 19
um dñi mei, & oẽm excellentiã eius in cœlo cõspiciã. Vel sic, vt viderẽ, o pater æterne, vir-
B tutẽ tuã & gloriã tuã .i. Chr̃m filiũ tuũ, qui est virtus & sapiẽtia patris scd̃m apostolũ. Si eñ 1. Cor. 1.
teste scriptura filius sapiẽs est gloria patris, q̃to magis Chr̃us dei vnigenitus, q est ipsa æter- Prouer. 10
na, immẽsa & increata sapiẽtia pr̃is, dici p̃t gloria eius. Vtroq; itaq; mõ p virtutẽ & gloriã
dei intelligitur ip̃emet deus fortis & gloriosus. Nã propter dei visionẽ p speciẽ, tanq̃ ob p̃-
miũ vltimatũ finale & cõsummatũ, om̃ia quæ agimus, opari debemus. Propter q̃d inq̃t sal-
“ uator. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solũ verũ deũ, & quem misisti Iesum Chr̃m. Et Johan. 17 Exodi. 33
4 “ Moyses ait ad dñm. Ostende mihi gloriã tuã. Hæc ãsit ideo oro. ¶Qm̃ melior est miseri
“ cordia tua .i. gr̃æ tuæ p̃sentia, seu pia cõuersatio qua hoïem in esse sp̃uali & gratioso cõser-
uas super vitas .i. super om̃e genus ac modũ vitæ naturalis. Præstãtior qppe sunt mune-
ra gr̃æ donis naturæ, meliusq; existit, nec eẽ nec viuere vita naturali peccatis obnoxia, q̃ sine
charitate & gr̃a esse. Queadmodũ veritas de Iuda protestat. Bonũ ei esset, si natus non fuisset Matt. 26
“ homo ille. Non ergo optemus viuere, nisi vt bñ viuamus, magisq; optemus omnino nõ esse
“ q̃ miserationibus dei carere Labia mea laudabũt te propter bñficia mihi ac cęteris à te cle-
5 mẽter impẽsa. ¶Sic bñdicã te in vita mea hoc ẽ, toto tpe, q̃ subsisto & in vita permaneo
te benedicã .i. bona de te dicã, bonitatẽ tuã glorificãdo, superexaltãdo, & ei gr̃as referendo,
sicut superius dictũ est. Bñdicã dñm in om̃i tẽpore. Et alius dicit. Om̃i tpe bñdic deo & pete Psalm. 33 Tobię. 4
ab eo, vt vias tuas dirigat. Vel, bñdicam te in vi[illegible] mea .i. taliter viuã, ꝙ cõuersatio mea erit
“ quædã noïs tui benedictio, qa ad nominis tui ho[illegible]orẽ laudẽ & gloriã totã vitã meã ordina-
“ bo. Etem̃ nõ min' bñdicit de' iusta vita q̃ voce sonora, & ĩ noïe tuo .i. in te atq; ad tuũ ho
norẽ leuabo manus meas corpales ad cœlũ, vt sic sp̃us prõpti' ferat ad creatorẽ. Cęrimo
C niæ nãq; corporales disponũt nõ modicũ ad deuotionẽ internã. Vel, leuabo manus meas .i.
desideria mea ac opa erigã atq; firmabo in te, sicut in vltimo fine, sicut admonet Hieremias
6 “ Leuemus corda nr̃a cũ manibus ad dñm in cœlos. Vnde apl'us. Volo (inquit) viros orare in Treno. 3 1. Tim. 2.
“ om̃i loco leuãtes puras manus sine ira & disceptatõe. ¶Sicut adipe & pinguedine reple-
“ tur, impinguat & alitur caro sic, repleat anima mea cõsolatione interna, charitate ardẽti
“ & gr̃a sp̃ualiter incrassante; scd̃m q̃d ait apl'us. Emulamini carismata meliora & (tunc) la-
bijs exultatõis laudabit os meũ .i. exultãtibus labijs te os meum laudabit, ita ꝙ in laude tua 1. Cor. 12
gaudebo atq; ex interiori lætitia ad te laudãdum mouebor & signa mẽtalis iocũditatis fo-
7 “ ris ostendã. Amãti nãq; delectabile est occupari in laude dilecti, & q̃to in gr̃a dei altius cres-
“ cimus, tãto iocũdius eũ laudamus, estq; signũ magni amoris in dei laudibus exultare. ¶Si
“ hoc est, qa memor fui tui meditãdo, orãdo, plangẽdo super stratum meum .i. in lecto
meo tẽpore noctis in matutinis meditabor in te .i. in hora atq; officio matutinali te con
templabor, & q̃ tibi sunt placita, cogitabo. Hoc eñ cõsequẽs est, vt q in lecto suo dei nõ ob-
liuiscit, extra lectũ tẽpore diuini obsequij eius reminiscat, & oïno debemus eẽ memores dei
in strato nr̃o, sic collocãtes nos in lecto, q̃si in tumulo. Vel sic, si memor fui tui sup stratũ me-
um .i. in quiete ac prosperitate, ĩ matutinis .i. gratiæ tuæ radio mihi illucẽte, meditabor in te
recolendo bonitatem tuam atq; beneficia infinita, quia fuisti adiutor meus, naturæ meæ in-
9 “ firmitatẽ confortãdo per gratiã tuã, nã gr̃a tua sum id q̃d sum. ¶Et in velamẽto alaꝝ tua- 1. Cor. 15
rum ex-

rum exultabo⌋.i.non in proprijs viribus ero securus,nec in meipso lætabor,sed sub defen- »
Iob.34. sione tuæ potētiæ ac misericordiæ lætus quiescā,& quiete ac tute gaudebo. Nā vt scriptū est
Cantic.2 Deo concedēte pacem quis est qui condemnet? Hinc eñ sponsa ait:Sub vmbra illius quem D
desiderabā sedi,& fructus eius dulcis gutturi meo,⌊adhęsit(o dñe)anima mea post te⌋ hoc »
est per charitatē tibi inhæsit,ad te peruenire conat in anteriora extendēs seipsam,Christiq́
Cantic.1. vestigia sequens & clamās cum sponsa. Trahe me post te,curremus in odorē vnguentorum
tuoꝝ.In hac adhæsione pax nostra & salus tota cōsistit.Propter quod Hieremias ait ad do-
Hiere.17. minum.Ego non sum turbatus te pastorē sequens.Hāc quoq; adhæsionē facit & roborat,ar
dens dilectio creatoris ⌊me⌋ pœnitentē,orātem,confitentē teq́; laudātem ⌊suscepit⌋ & »
exaudiuit ⌊dextera tua⌋.i.fauor gratiæ tuæ,seu pia tua p̄sentia,quæ me pie p̄uenit,clemen- »
ter conseruat,& ad cōsummationē benigne perducit. ¶Ipsi vero inuanū quæsierūt aīam » 9
meā⌋.i.qm̄ dextera dei me suscepit ac sustinet,propterea hostes mei visibiles & inuisibiles »
frustra conati sunt vitā meā spūalem extinguere,animā meā seducere,aut alio modo noce-
re ⌊introibunt⌋ propter peccata sua ⌊in inferiora terræ⌋.i.in lacū inferni,de q̄ scriptū est. »
Esaię.14. Verūtamen in infernū detraheris,in profundū laci,⌊tradent in manus gladij partes vulpiū »
erūt⌋.i.hoīm fraudulētoꝝ & diaboloꝝ fallaciū participes erunt in penis. ¶Rex vero⌋.i. » 10
se[illegible] rationabiliter regēs,& ad regale Chr̄i sacerdotiū ptinens ⌊lætabit in deo⌋in q̄ sola ē »
Iob.22 v[illegible] pura lætitia,propter q̄d legit.Si cōuersus fueris,tunc sup omnipotēte delitijs afflues
& eleuabis ad deū faciem tuā.Hāc aūt in deo lætitiā habere nō potest hypocrita & dolosus, E
Iob.27 quēadmodū Iob ait:Nunquid deus audiet vocē hypocritæ,aut poterit in omnipotente de-
lectari ⌊la[illegible]abunt oēs⌋.i.à deo & sanctis om̄ibus approbabūtur ⌊q iurāt in eo⌋cū debitis »
circūstātijs operis virtuosi.Iurare nāq;,si debite modificet,ordinateq́; fiat,est actus virtutis
Deute.10 scilicet latriæ.Scriptū est eñ.Reddes dño iusiurādū tuū.Et rursus.Per nomen illius iurabis.
Deute.6. Quòd vero ait saluator,ego vero dico vobis,nō iurare omnino,nō est dictū prohibitiue sim
Matt.5. pliciter,sed vt sine necessitate nō assuescamus iurare.Vel,laudabunt oēs qui iurant in eo .i.q
Iacobi.5 fortiter bonū proponūt seu spondēt,illudq́; fideliter prosequunt ac implēt⌊qa obstructum »
est os loquentiū iniqua.⌋Iā eñ obstructū est per prohibitionē diuinam ī die q̄q; iudicij ob- »
struetur per condemnationem æternam.Nihilominus reprobi mala loquentur in æternū.
Nam & in inferno deum iugiter blasphemabunt,eo q̄ tantam potētiam habeat, qua eos sic
cruciat,eisq́; præualeat.

¶Declaratio allegorica eiusdem psalmi de Christo.

QVod aūt beatus Dauid à facie Saul fugiens in deserto moratus est,hoc p̄figurauit
1.Reg.21. q̄ euāgelista Iohannes de Christo commemorat,cōspirauerunt inquit Iudæi, vt
Iohan.11. eum occideret.Iesus ergo iā non in palam ambulabat,sed erat in desertis locis cū
discipulis suis iuxta ciuitatē,quæ dicit Effrem. Chr̄us igit vt homo in hoc de-
gens exilio,ait ad deū prēm,seu totā beatissimā trinitatē vnū verū ac summū deū .Deus de-
us meus,q es specialissimo mō deus meus scd̄m q̄ homo sum qa summæ honoratus atq; di-
lectus à me,ad te de luce vigilo.i.p claritatē lucis diuinæ aīæ meæ infusæ tibi semp intendo.
Erat eñ in aīa Chr̄i à suę creatōis principio,nō solū lux gr̄æ,sed etiā excellētissimum lumen
gloriæ,p q̄d incessabiliter vigilauit ad de[illegible]amādo ac intuēdo.Nō eñ somnus,cib⁹,potus
p̄dicatio aut alia q̄libet occupatio animā Chr̄i ab actuali dei cōtēplatōe vnq̄ ipediuit,sed ip̄e F
sine interuallo iugiter deo intēdit.Sitiuit in te aīa mea,quātū ad id q̄ erat viatrix atq; passibi
lis.Anima nāq; Chr̄i,quātū ad vires supiores ad deū relatas semp erat in beatifica dei fruitio
ne,nec sic p̄prie sitiuit in deū,cū sitis sit desideriū boni absentis, sed amabat & amplectebat
ipsum deū,quātū vero ad vires inferiores erat,anima Chr̄i viatrix & passibilis,sicq́; sitiuit in
deū desiderādo præmiū accidētale,& liberationē ab om̄i passibilitate. Vnde & ipse discipu
Iohā.14. lus dixit.Si diligeretis me,gauderetis vtiq;,quia vado ad patrē,quàm multipliciter tibi caro
mea.Corpus etenim Christi multo pluribus passionibus subiacebat q̄ anima, qa mortale fu
it nō glorificatum , idcirco multipliciter sitiuit in deū desiderādo resuscitationē, ascensionē
Iohan.12 & glorificationem,pro quibus etiā frequenter orauit,dicendo.Pater saluifica me ex hac ho-
Ibidē. ra,& :pater,clarifica filiū tuū.Nōne vtiq; anima,corpusq́; Christi sitiuit ī deum, dum dixit
Marci.9 O generatio incredula,q̄ diu apud vos ero,q̄ diu vos patiar.Et alibi.Deus meus,vt quid de-
Matt.27 reliquisti me.Quomodo aūt corpori competit sitire in deum, dictum est in præcedenti ex-
positione.In terra deserta & inuia & inaquosa,hoc est,in mundo isto vitioso,errabūdo,&
infœcūdo,sic,in sancto desiderio apparui tibi.Nam Christus inter homines viuēs vitia ho-
minum ignorauit,sed diuino aspectui semp seip̄m rep̄sentauit in sc̄tō desiderio, q̄ dei patris
honorē & mūdi salutē ardentissime cōcupiuit,vt viderē virtutē tuā.i. quatenus experimēta-
liter intuerer potentiam tuam,qua per me passionēq; meam, principem huius mūdi supera
re & mortem destruere decreuisti. Nam Christus diuina virtute diabolū vicit,& mundum
Apoc.20. redemit,& gloriam tuam,hoc est,vt viderem excellentiam gratiæ in præsenti,& gloriæ in
Galat.3. futuro

A futuro quã merito meæ passionis dare disposuisti electis. Hãc gloriã dei in electis Chrs maxime desiderauit, qm̃ ꝓpter eã mori dignatus ẽ. Vel sic, vt viderẽ, nõ solũ spũali ac interiori sed etiã oculo corpali corpis glorificati, virtutẽ tuã & gloriã tuã post ascẽsionẽ in cœlo intelligẽdo ꝑ virtutẽ & gloriã effectus diuinæ potẽtiæ, in quibus virtus & gloria dei relucet. In taliũ visione corporali, ꝓmium accidentale partim cõsistit. Vnde post diẽ iudicij corpora cœlestia & elemẽta splendidiora erũt ꝗ modo, vt in eoꝝ corporali visione beati delectentur, diuinamq; in eis virtutẽ & gloriã admirentur. Sæpe equidem in diuinis scripturis ꝑ virtutem & gloriã dei intelliguntur effectus diuinæ potestatis, sicut Christus ait ad Martham. Si credideris, videbis gloriam dei, hoc est, gloriosum miraculum resuscitationis fratris tui. Johan. 11.
Et in libro Paralipomenon. O Iuda & Hierusalem, nolite timere, cras videbitis maiestatẽ dei in vobis, hoc est, opus magnæ potestatis dei cernetis. Qm̃ melior est o deus pr̃ misericordia tua. i. gr̃a, qua me ꝑuenisti, implesti & pfecisti sup vitas. i. sup omnẽ vitã naturæ, gr̃æ & gloriæ oĩm electoꝝ. Maior em̃ dignior ac melior fuit gratia Chr̃o collata gratijs omniũ intellectualiũ creaturaꝝ, qa non ad mensuram dedit deus spiritũ Christo homini, labia mea laudabũt te, interioribus labijs, hoc est, intellectu, memoria & affectu. Anima Chr̃i indesinẽter sine omni interruptione deũ laudauit, sicut beati in patria. Corporalibus quoq; labijs eũ laudauit loco & tempore oportunis. Vnde, Cõfiteor (inquit) tibi pater. i. laudo te. Sic bñdicã te in vita mea, Chrũs vtiq; verbo & ope deo pfectissime benedixit. Propter qd testat, Ego 2. Par. 20 Johan. 3.
B honorifico prẽm meũ, & non quæro gloriã meã, & in noie tuo. i. in tua virtute, vel ad nomi nis tui honorẽ, leuabo manus meas. i. oĩa desideria mea ac opa ad te deũ altissimũ dirigam, & ad cœlestem beatitudinem alijs per me promerendã ordinabo. Vel, leuabo manus meas corporales ad te in oratione, quam fudi passione instãte, atq; in cruce dum obtuli meipsum tibi hostiam beneplacentem. Sicut adipe & pinguedine repleat anima mea, gaudio præmij accidentalis, præsertim de salutione electoꝝ. Christus aũt pro augmento charitatis gratiæ habitualis seu præmij essentialis nõ orauit, quia in talibus anima eius à principio perfectissima fuit, nec in talibus proficere potuit, & labijs exultationis laudabit os meum. i. hilari ore & corde iocundo grãs tibi agã pro omni beneficio per me electis collato, tuãq; o deus bonitatem, exultãter laudãdo. Si memor fui tui super stratum meũ. i. qñ in cruce in qua infirmatus & mortuus sum, memor fui tui o pr̃ dicendo, o pater, vt qd dereliquisti me, &: pr̃ ignosce illis, &: pater in manus tuas commẽdo spm̃ meum, in matutinis, hoc est, tempore resurrectionis, meditabor in te. Tunc enim Chrũs sine omni tristitia bonitatẽ & beneficia patris, propriamq; passionẽm recoluit, dicens discipulis, Nõne hæc oportuit pati Chr̃m, quia fuisti adiutor meus, cooperãdo mihi in redemptione generis humani, atq; à morte resuscitans me. Et in velamento alarum tuaꝝ exultabo, hoc est, de tua protectione semp lętabor. Hinc em̃ Chrũs dixit Iudæis. Pater nõ reliquit me solũ, adhæsit anima mea post te, quia toto corde, tota fortitudine, totaq; mente te semp dilexit, & præceptũ charitatis perfecte in hac vita impleuit, quod nulli viatori extat possibile, me suscepit dextera tua, in ascensione quãdo me collocasti ad dexterã tuã in cœlis. Vel, me suscepit dextera tua. i. naturã meã humanã assum psit verbũ ac filius tuus. Quẽadmodũ em̃ spũs sanctus vocat digitus dei, quoniam deũ atq; occulta per illuminatione demonstrat & edocet, sic filius appellat brachium, & dextera pa Luc. 10 Johan. 8. Philip. 4 Matt. 27 Psalm. 30 Luc. 23 Lucæ. 24 Johan. 8
C tris, quoniam ipse est virtus dei & verbo virtutis suæ omnia portat secundum apostolũ. Ipsi vero puta Iudæi increduli inuanũ, hoc est, cõtra animaꝝ suaꝝ salutem quæ sierunt animam meam corporalẽ, vt eam extinguerent, introibunt propter peccata in me commissa in inferiora terræ, hoc est, in profundum inferni tradent in manus gladij, hoc est, in ptãtem gladij Romanoꝝ. s. Titi ac Vespasiani, q eos igne & gladio peremerũt, partes vulpiũ erũt, hoc est portio atq; possessio dæmonum summę fallacium, qa non credendo in Chr̃m facti sunt filij dæmonũ, atq; ad eoꝝ portionem pertinentes. Propter qd Chrũs ait ad eos. Vos ex pr̃e diabolo estis. Ad lr̃am quoq; Iudæi facti sunt partes vulpiũ, dum eoꝝ cadauera insepulta tradita sunt vulpibus feris & auibus deuorãda. Rex vero. s. Chrũs, de quo legit. Vocabit nomen eius verbũ dei, & habet in vestimẽto & in fœmore suo scriptũ rex regũ & dñs dominantium hic rex lætabit indesinẽter in deo, sicut de eo superius dictum est. Dñe in virtute tua lætabit rex, & super salutare tuum exultabit vehementer, laudabunt omnes qui iurant in eo secundũ sensum in præsenti expositione positum, secundum quem modum iurauerunt, de quibus dicitur. In omni corde suo iurauerunt domino, & in tota voluntate sua quæsierunt eum & inuenerunt, quia obstructum est os loquentium iniqua. Iam vtiq; obstructũ est os Iudæorum dominũ Iesum blasphemantium & interficientiũ. Dixerunt enim. Ne forte veniãt Romani & tollant locũ nostrũ & gentẽ. Volebãt quoq; nomẽ atq; memoriã Iesu, prius delere, & ecce deus cõprehẽdit astutos in astutia eoꝝ, qm̃ oppositũ cõtigit. Nã & ipsi locũ suũ seu terrã natalẽ & populũ pdiderũt. Nomẽq; dñi saluatoris post passionẽ multo latius clarificatũ est, quàm ante. Ecce ꝗ dulcissimus atq; affectuosissimus psalmus, cuius virtutem ac suauitatem Hebr. 1. Johan. 8. Apoca. 19 Psal. 20 2. Par. 15. Johan. 11. Job. 5.

mens

2.Tim.4 mes sapit deuota & amorosa. Studeamus igit semp mentaliter vigilare ad dñm, sicut ad Ti- D
Mat. 26 motheũ ait apostolus. Tu vero vigila, in omnibus labora, sobrius esto. Et Chrũs ad discipu-
2.Cor.10 los. Vigilate (inquit) & orate, ne intretis in tẽtationẽ. Sitiat anima nostra ad deũ, & in carne viuentes non carnaliter conuersemur, sed dño deo nostro in sancto desiderio appareamus, summæq; soliciti simus, imo vt semper stemus in gratia dei, potiusq; optemus nõ esse q̃ sine omi dei misericordia sine charitate & grã esse. Deũ in omi tẽpore, loco & vita laudemus & puras ad eum manus leuemus, atq; in diuino amore semper proficere satagamus.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXIII.

¶Argumentum.

¶Titulus: In fine siue victori psalmus Dauid, volens propheta hoĩes exemplo Christi inducere ad patientiã, in suis persequutionibus. Loquitur in persona Christi saluatoris nostri de sua passione, orans ne obruat ab inimicis, quin potius cõstantia aduersus eosdem patiat, ac tandem ab ipsis liberetur. Et proinde secũdũ glossam duas habet partes. Primo siquidem ponitur oratio Christi in Agonia passionis cõstituti, atq; deinde inimicoꝝ eius derisio, ibi. Sagittæ paruuloꝝ. Author tñ primo licet ipsum Christo applicet suis cõmentationibus, nihilominus etiã iuxta tropologiam, de quouis iusto in tribulationibus cõstituto.

¶Expositio tituli.

¶Deniq; titulus psalmi p̃sentis est. In finẽ psalmus Dauid .i. psalmus iste in vltimũ finem nos diriges conuenit Christo p Dauid p̃figurato. Chrũs igit vt homo viator passibilis passioni iam proximus ait ad deum patrem. E

¶Expositio psalmi literalis.



Xaudi deus orationẽ meã cũ deprecor ⌋ vel pro meipso, sicut dũ dixi. Pater ›› 1
Mat. 26 si fieri potest auferã me calicẽ istũ. Verũtamen nõ mea volũtas fiat. Et iterũ. Pater clarifica me claritate quã habui, anteq̃ mũdus esset. Vel, pro corpe meo
Johan.17 mystico, sicut dũ dixi. Ego pro te rogaui Petre, vt nõ deficiat fides tua. Et ite
Luc.22. rum. Pater sancte, serua eos in noĩe tuo, q̃s dedisti mihi ⌊ à timore inimici eri ››
Johan.17 pe animã meam. ⌋ Chrũs qui pro mũdo mori aduenit, atq; in bono confirma- ›› tus fuit, nõ orauit absolute, vt nõ occideret, aut ne inordinate formidãdo in vitiũ laberetur. Quid ergo orauit dicendo, à timore inimici eripe animã meã, nisi vt naturalis timor mortis ab eo recederet. Vel, vt ad impassibilẽ vitã suscitaret, in qua nullus eum terrere posset aut persequi. Tũc em ab omi timore aduersarioꝝ ereptus est, qñ ad immortalitatẽ statim surrexit. ¶Protexisti me à cõuentu malignãtium ⌋ .i. à fallaci cõsilio Iudæoꝝ, q me frequenter ›› 2
Matt.22 tentabant, quatenus me caperẽt in sermone & accusarẽt. Ab hoc cõuentu deus Chrm protexit, q a per sapiẽtiam animæ suæ infusam fecit eũ irreprehensibiliter respondere, ita vt ipsi
Johan.7 eius aduersarij dicerẽt. Nunq̃ sic loquutus est homo, sicut hic loquit. Protexisti me etiã o do
Luc.4 mine pater ⌊ à multitudine operãtium iniquitatem ⌋ hoc est, à Iudæis volentibus me à super- ››
Johan.10 cilio montis præcipitare, atq; in porticu Salomonis lapidare. Tunc em diuina virtute euasi,
Johan.8.
Johan.10 quia inuisibilis eis effectus sum. Vnde Iohannes dicit. Iesus aũt abscondit se. Et iteꝝ. Quærebant eũ Iudæi apprehendere, & exiuit de manibus eoꝝ. Potuit nãq; Chrũs seipm dũ vellet inuisibilem alijs reddere. ¶Quia exacuerũt ⌋ infideles Iudæi ⌊ vt gladiũ linguas suas ⌋ ver- ›› 3
Mat.27. ba mortifera dicẽdo aduersus me, scilicet tolle tolle crucifige eum ⌊ intenderũt arcũ rema- ››
Mat. 26 maram ⌋ .i. dolos atq; insidias mihi præparauerũt, dicẽtes. Non in die festo, ne forte tumul- ›› F
Ibidẽ. tus fieret in populo. Et item à discipulo suo vendat & tradat, à Preside cõdemnetur, ab eius militibus occidatur. Nos totum faciamus, & nihil fecisse videamur. Hæc aũt fecerũt ⌊ vt sa- ›› gittent in occultis immaculatũ ⌋ hoc est, vt Chrm agnũ sine macula lædãt ac perimãt in oc- ›› culto .i. alijs ignorãtibus eoꝝ versutiã atq; latenter. Sic em volebant principes sacerdotum cum suis fautoribus Chrm occidere, vt nec Pilatus, nec alij scirẽt eoꝝ falsas adinuentões cõtra Christũ, & vt ipse quoq; Chrũs improuise caperet ab eis, quia putabãt eũ nescire eorum
Mat.27. cõsilia. ¶Subito sagittabũt eũ ⌋ .i. Christũ repẽte occidẽt. Nõ em tenebãt eum diu in vin- ›› 4 culis, sed captũ mox tradiderũt Pilato, & die eodem crucifixerũt ⌊ & nõ timebũt ⌋ deum in ››
Johã.12. tanto piaculo. Nã excæcauit & obstinauit eos malitia eoꝝ, propterea sequit ⌊ firmauerunt ››
Luc.23 sibi sermonẽ neq̃ ⌋ .i. pertinaciter quæsierũt à Preside, vt Iesum occiderẽt. Vnde Lucas di- ›› cit. At illi instabãt vocibus magnis vt crucifigeret, & inualescebãt voces eoꝝ. Quãta em fecit Pilatus, vt eum erueret, sed illi firmauerunt sibi sermonẽ neq̃ dicẽtes: Si hũc dimittis, non es amicus Cæsaris. Quo audito Pilatus timens hominem magis q̃ deũ sedit pro tribunali, & sanctũ sanctoꝝ damnauit ad mortẽ. ¶Narrauerũt ⌋ .i. inter se tractauerunt, ⌊ absconde- ›› 5 runt laqueos ⌋ .i. quatenus causas ac insidias mortis Chro occulte pararent. Ideo nãq; mane
modo nunc orat eripi, vt non infigat? Dicendum ergo, ꝙ Christus ad tempus erat infixus in
B limo, secundum sensum inductum, nunc vero orat educi seu eripi, ne diu aut semper maneat
luto infixus. Est itaq; sensus. Eripe me deus pater de luto, hoc est, de mundo isto terreno, de
malignorum consortio, sepulturæq; loco, vt non infigar. i. ne diutius q̄ à te ordinatum est,
in hoc luto permaneam. Desiderauit etenim Christus de mundo redire ad patrem, & de cō-
uentu malignorum ad societatem conscendere angelorum. Vnde discipulis ait: Si diligere- Johan. 14
tis me, gauderetis vtiq;, quia vado ad patrem. Et: O generatio incredula, quamdiu apud vos Marci. 9
“ ero? ⌊ libera me ab his qui oderunt me ⌋, hoc est, à Iudæis, suscitando me ad impassibilē sta-
19 “ tum, ⌊ & de profundis aquarum, ⌋ hoc est, à vehementia persequutionum. ¶ Non me de-
“ mergat tempestas aquæ, ⌋.i. impetus mortis mihi illatæ, de qua superius dixi, tempestas de-
mersit me, non me demergas penitus, vt non permaneam mortuus vsq; ad diem vniuersalis
“ resurrectionis, sed à voragine mortis tertia die eripiar, ⌊ neq; absorbeat me profundum, ⌋.i.
fouea monumenti, videlicet, ne corpus meum in sepulchro permanēs corrumpatur, sed ab
“ hoc profundo exalta me per resurrectionē acceleratam, ⌊ neq; vrgeat super me puteus os su
“ um, ⌋.i. lymbus sanctorum patrum, in quem descendi, non diu me teneat, nec os, hoc est, adi
tum suum super animam meam obturet seu claudat, sed quemadmodū corpus peto educi à
conclusione sepulchri, sic animam meam peto eripi à lymbo inferni, sicut superius dictū est,
20 “ quoniā non derelinquet animam meam in inferno. ¶ Exaudi me domine, ⌋ pater in ora-
“ tionibus iam præmissis, ⌊ quoniā benigna est misericordia tua, ⌋.i. ideo me exaudi, quia dul-
cis est misericordia tua, sicq; propter eam exaudi me. Quamuis em̄ Christus iusto dei iudicio
exaudiri meruit, merito conuersationis suæ sanctissimæ, orat tamen exaudiri propter mise-
ricordiam bonitatis diuinæ. Primo vt nobis præstet exemplū quo semper innitamur mise-
ricordiæ dei, nō proprijs meritis. Secundo, quoniā misericordia dei, sicut iustitiam aīæ Chri
sti creatam in infinitum excedit, sic incomparabiliter maior est ratio exaudiendi, propter di
“ uinam misericordiā, q̄ propter quamcunq; iustitiā creatam, ⌊ secundum multitudinem mi-
“ serationū tuarum respice in me, ⌋ oculo dilectionis paternæ, & subueni mihi sicut precatus
C sum. Miseratio dicitur actus misericordiæ, misericordia aūt dei in se vna est ac simplex. Di-
cuntur tamē multæ misericordiæ, propter diuersos effectus misericordiæ dei, vel potius p-
pter plenitudinē bonitatis diuinæ, qua deus nouit varijs modis, imò infinitis succurrere suis.
Si autem miseratio dei dicatur ipse actus dei miserentis, in ipso cōsistēs, sic eodem modo mi-
seratio dei est vna & plures, sicut de misericordia dictū est. Si vero dicatur miseratio dei effe
21 “ ctus misericordiæ eius, sic miserationes dei sunt realiter multæ. ¶ Et ne auertas faciem tuā ⌋
“ hoc est, pium & gratiosum tuū respectum, ⌊ à puero tuo, ⌋.i. à me vnigenito tuo, ⌊ quoniā
“ tribulor, ⌋ vsq; ad mortem in die parasceues, idcirco ⌊ velociter exaudi me, ⌋ non differen-
22 “ do vltra triduū corporis mei glorificationem. ¶ Intende animæ meæ, ⌋ preces eius ac vota
“ exaudiens, ⌊ & libera eā ⌋ ab interioribus pœnis, quas habuit tēpore passionis, à timore atq;
“ tristitia, ⌊ propter inimicos, em̄, meos (Iudæos) eripe me, ⌋ ab omni mortalitatis, passibilita-
tisq; statu, vt odium & prauitas eoꝝ aduersus me, sit tibi occasio succurrēdi filio tuo dilecto,
Vel, propter inimicos meos. i. propter salutem eorum eripe me de sepulchro, ne in infideli-
tate sua persistant, sed audita prædicatione euangelij conuertantur ad me, sicut eis testatus
sum: Cū exaltaueritis filiū hois, tūc cognoscetis q̄ ego sum. Quod aūt in actibus aploꝝ im- Johan. 8
pletū ostenditur, vbi octo millia Iudæoꝝ cōuersa legunt, multa q̄q; turba sacerdotū cōuersa Actuū. 3

asseritur. ¶Tu⌋ domine pater ⌊scis improperiũ meũ⌋ hoc est, iniuriã verboꝝ mihi di » 23
ctorũ, ⌊& confusionẽ meã⌋ hoc est, contemptũ & vilipensionẽ aduersarioꝝ meoꝝ, me pro
nihilo æstimantiũ ⌊& reuerentiã meam. ⌋ Nõ sumitur hic reuerentia pro veneratione, sed D
pro verecundia seu ignominia. Verecundia autẽ proprie sumpta, est timor dehonestatiõis,
seu pauor de re turpi, ad vitandũ difficili. Sic vero eã sumendo non habuit locũ in Christo.
Sciuit eñ nil inhonestũ à se fieri posse, nec aliquo modo erubuit propter iniurias sibi illatas,
sed per patientiã in aduersis gaudebat. Quomodo ergo fuerunt in eo reuerentia, hoc est, ve
recundia atq; confusio, nisi illa, quæ alijs solent esse causa confusionis & verecundiæ, abundã-
ter in ipso fuerunt, cũ ipse sit tanq̃ latro captus, consputus, nudatus, & inter iniquos suspen-
sus. ¶In conspectu tuo⌋ hoc est, tibi cogniti ⌊sunt omnes qui tribulant me⌋ sacerdotes, » 24
scribæ, pharisæi, ac cæteri & tuæ ptãti subiecti sunt, potesq; me de eoꝝ manu eripere & eos
opprimere ⌊improperiũ expectauit cor meũ & miseriã⌋ quãto tẽpus passionis amplius ap »
propinquauit, tanto Christus de vicinori expectauit iniuriã verboꝝ, & irrigationẽ pœna-
rum. Vnde passionẽ suã apostolis sæpe prædixit, & passione iã proxima, propter expecta-
Lucæ. 22 tionẽ pœnaꝝ imminentiũ, in tantũ expauit, ꝙ factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis de
currentis in terrã. ¶Et sustinui⌋ hoc est, expectaui & consideraui, ⌊q simul cõtristaret⌋ » 25
cõpatiendo doloribus meis ⌊& non fuit⌋ qui condoleret, Sustinui quoq; & qui consolaret »
me tristẽ & non inueni. Hoc Christus asserit, nõ ꝙ nemo sibi cõdoluit, aut consolationẽ sibi
Lucæ. 22. impendere concupiuit. Præsertim cũ scriptũ sit. Sequebatur illũ multa turba populi, & mu-
Johan. 6. lierũ, quæ plangebãt & lamentabant eũ. Et apostolis dixit passione instante. Et nũc quidem
tristitiã habetis. Iterũ aũt videbo vos, & gaudebit cor vestrũ, sed qa pauci contristabant res-
pectu alioꝝ, & quod modicũ est pro nihilo reputat, idcirco asserit non fuisse qui consolaret. E
Esaiæ. 63 Et simili modo alius propheta ait: Circũspexi, & nõ erat auxiliator. Ad minus eñ Petr⁹ ad-
Johan. 18 iuuit, qui Malcho aurẽ abscidit. ¶Et dederũt in escã meã fel, & in siti mea potauerunt me » 26
aceto. ⌋ Nõ legunt Iudæi Chr̃o crucifixo fel seorsum dedisse, sed acetũ felle mixtũ. Dicũt eñ »
Matt. 27 Euangelistæ. Dederũt ei vinũ bibere cũ felle mixtũ. Et Marcus. Dabant ei bibere vinũ myr
Marc. 15
Johan. 19 rhatũ. Iohannes autem. Vas positũ erat aceto plenũ. Quoniã ergo in eo quod Christo offere
bant, nil erat solidũ commestioni ve aptum nisi fel, ideo ait, dederunt in escã meã fel. Chr̃us
quoq; in cruce corporaliter sitiebat, dicentiq; sitio, acetũ porrigebãt, quod & accepit, secũ-
Ibidẽ. dum Iohannẽ. Marcus tamen dicit ꝙ nõ accepit, sed nõ est discordia, parũ eñ quasi gustan-
Marc. 15
Matt. 27 do accepit, statim potare cessauit, propter quod scriptũ est. Cũ gustasset noluit bibere. De-
niq; ꝙ Mattheus affirmat vinũ illud fuisse sellitũ, & Marcus myrrhatũ, facile cõcordatur, qa
vel commixtum erat mirræ ac felli, vel quia Marcus dicit illud myrrhatũ propter qualitatẽ,
scilicet amaritudiuem potus, non propter substãtiam mirrhæ. ¶Fiat mensa eorum coram » 27
ipsis in laqueum⌋ hoc est, cibus iste & potus, quem mihi ex inuidia porrigebant, sit eis causa »
captiuationis, fiatq; eis laqueus aĩæ & corporis. Iudæi eñ propter hanc Christi felleã pota-
tionem, meruerunt in obsidione à romanis illata, inæstimabili fame ac siti torqueri, & tandẽ
captiuari. Dando etiam Christo hunc potum illaqueata & capta est anima eoꝝ vinculo pec
Prouer. 5 catoꝝ, & laqueo vitioꝝ, secundum ꝙ scriptũ est. Iniquitates suæ capient impiũ, & funibus
peccatorum suoꝝ constringentur, fiat etiam eis ⌊& in retributiones⌋ damnationis æternæ
& infernalium tormentorum ⌊& in scandalum⌋ hoc est, in confusionem. Maxima eñ con »
fusio Iudæorum est quòd Messiam sibi in lege promissum occiderũt. Vel, in scandalũ, hoc ẽ, »
in occasionẽ amplioris ruinæ, quia per hanc mensam meruerunt de peccato in peccatũ inci-
dere. Vel sic, fiat mensa eoꝝ, hoc est, scriptura legis & prophetarum, in qua refectio animæ
cõtinet corã ipsis in laqueũ, ita vt à chr̃ianis cõuincant Chr̃m occidisse ex ꝓprijs libris, & in
retributões. i. in grauiorẽ dãnationẽ. Quãto eñ se sapiẽtiores putabãt & q̃to plura de Chr̃o F
legerãt, tãto grau⁹ peccauerũt, ꝙ pñtẽ nõ agnouerũt sed negauerũt & crucifixerũt. Hinc eñ
Johan. 9. Chr̃us in euangelio ait ad eos. Si cæci essetis, nõ haberetis peccatũ, nũc aũt quia dicitis, qa vi
demus, peccatũ vestrũ manet, & in scandalũ. Nã sacra scriptura veteris testamẽti est eis oc-
casio quotidiani erroris, quoniã in Christũ credere nolunt, illã extorte & false exponunt, &
per falsam expositionẽ perfidiã suã confirmant. Ad literã quoq; mensa Iudæoꝝ facta est eis
in laqueum Nã ante obsidionẽ à Tito, conuenerunt omnes in Hierusalẽ ad celebrandũ pas-
chale conuium, quod extra Hierusalem celebrari non licuit, & antequàm egrederent, à Ro-
manis obsessi sunt, puniti, atq; confusi. Hæc autem atq; sequentia non optando, sed prænun-
tiando dicuntur. Non enim dicuntur per modum orationis, vt fiant, sed per modũ prophe
Hiere. 18 tiæ, quoniã fient, quẽadmodũ Hieremias prophetauit. Tu dñe scis om̃e cõsiliũ eorum aduer
sum me, ne propitieris iniqtati eoꝝ & pc̃m̃ eoꝝ nõ deleat. ¶Obscurent oculi eoꝝ ne vi » 28
deant⌋ hoc est, corda Iudæoꝝ, propter peccatũ in Christum commissum, lumine veritatis »
priuentur & omnino cæca reddantur Excæcationem Iudæorum in primo aduentu Christi
sancti Prophetæ copiosissime prædixerunt, & maxime sacratissimus Esaias, cuius testimo
nia in

nia in epist. ad Ro. apl's abũdãter inducit. Nẽpe sic ait: Quis cæc⁹, nisi seruus dñi? Et qs cęc⁹ Esaię.42
A nisi ad quẽ nũcios meos misi? Et alibi. Excęcatũ est cor populi hui⁹, & auribus grau iter au Iohan.12
dierũt. Et iterum dñs ait per Esaiã de populo Iudæorum. Tota die expandi manus meas ad Esaię.65.
populum incredulum ⌊& dorsum eorum semper incurua.⌋ Est quoddã dorsum mentis, in
quo deuoti portant iugũ domini, seu diuina præcepta, hoc dorsum est ipsa voluntas, in qua
virtus & vitium primo atq; præcipue inueniuntur. Est igitur sensus. Dorsum eorũ, hoc est,
voluntatem, affectum, seu appetitum Iudæorum semper incurua, hoc est, ad terrena & va-
na conuerte, ad falsa deflecte, ad obliquitatem culpæ acclina. Hoc videmus in Iudæis imple
tum, cum sint auari à summo bono auersi, suisq; erroribus indesinenter intenti. Nam & in
aduentu Messiæ, quem putant venturum, expectant temporale regnũ adipisci, & vniuersis
hostibus suis dominari. Dicitur autem deus dorsum eorum incuruare, non effectiue, sed p- Exodi.13.
29 missiue, quemadmodum dicitur Pharaonẽ indurasse. ¶Effunde super eos iram tuam,⌋
hoc est vltionem tuæ iustitiæ tradendo eos in manus Romanorum ⌊& furor iræ tuæ⌋ hoc
est grauissima tua vindicta ⌊comprehendat eos⌋ vt vsq; in finem mundi in sua cæcitate p-
maneant, & vagi in nationibus sint, Christumq; incessanter blasphement, & multis oppri-
mantur ærumnis. Nisi enim furor dei eos comprehendisset, mirum videretur, quomodo tã
B grauissime excæcari valerent, quòd captiuitatem suam non aduerterent. Vnde in Esaia ait Esaię.63.
Christus. Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. Et in Hieremia. Facta est
mihi hæreditas mea, domus seu populus Israel, quasi leo in silua. Dedit contra me vocem su- Hiere.12.
am, ideo odiui eam. Quod alius apertius dicit. Exosos habui eos propter malitiam adinuen- Osee.9
tionum ipsorum, non addam vt diligam eos. Et Sophonias apertissime protestatur. Effun- Sopho.3
30 dam super eos indignationem meam, & omnem iram furoris mei. ¶Fiat habitatio eorũ
deserta & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.⌋ Romani enim ciuitatem Hieru-
salem & templum ac reliquas vrbes Iudeæ penitus destruxerunt, sicut & Christus prædi-
xit. Non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quòd non cognoueris tempus visitatio Luc.19
nis tuæ. Et Hieremias. Reliqui domum meam, dimisi hæreditatẽ meam. Hinc alius prophe-
ta dixit. Abijciet eos dominus deus meus, quia non audierunt vocẽ eius, & erunt vagi in na- Hiere.12
31 tionibus. Deinceps ponitur causa tantæ deiectionis Iudęorum. ¶Quoniam quem tu per- Osee.9.
cussisti persecuti sunt⌋ hoc est, Iesum Christum quem tu percuti permisisti, vsq; ad mortem
tribulauerunt. Dicitur enim deus Christum percussisse, quemadmodum Hieremias prædi-
xit. Propter scelus populi mei percussi eum. Petrus quoq; inquit: Iesum definito consilio & Hiere.53
præscientia dei traditũ, viri Israelitæ interemistis. Sic enim deus dilexit mundũ, vt filiũ suũ Actorũ.2.
vnigenitũ daret, ⌊& sup dolorẽ vulnerũ meorũ addiderũt.⌋ Iudæi enĩ supra iniuriã verberũ Iohan.3.
intulerũt Chr̃o iiuriã verborũ, irridendo, blasphamãdoq; eum. Sed & vltra dolorẽ Christo
inflictum in proprio corpore, addiderunt iniuriã infligere corpori suo mystico, scilicet pri
32 mitiuæ ecclesiæ, quam grauiter molestabant, sicut in actibus apostolorũ ostenditur. ¶Ap
pone⌋ o domine, non effectiue, sed permissiue ⌊iniquitatem super iniquitatem ipsorum.⌋
permittendo eos cadere de culpa in culpam. Cum enim homo sine gratia dei nil boni agere
possit, dum deus hominem exigentibus vitijs suis gratia spoliat, de peccato in peccatũ con-
tinuo cadit, ⌊& non intrent in iustitiam tuam⌋ Introitus seu ostium iustitiæ est fides. Iustus Abacuc.2
C nãq; ex fide viuit. Quid ergo est, non intrent in iustitiam tuam, nisi fide Christi priuẽtur, &
33 mandatis eius non pareant, sed in suis peruersitatibus perseuerent? ¶Deleantur de libro
viuentium⌋ Liber viuentium, seu liber vitæ est prædestinatio electorum in mente diuina,
quia quemadmodum fixum & firmum est, quod in libro fuerit scriptum, sic quod in sapien-
tia mentis diuinæ decretum est, stabile manet & variari non potest. Quomodo igitur aliqs
de libro viuentium valet deleri, præsertim cum nemo scriptus sit in hoc libro, nisi electus?
Liber enim vitæ est notitia dei qua prædestinauit electos. Et respondendum, quòd duplici-
ter dicitur aliquis in libro viuentium scriptus. Primo secundum veritatem, & taliter scri-
ptus deleri non potest. Vnde Christus in libro vitæ, scriptos perire non posse insinuans, sic Mat.24
ait: Surgent pseudoprophetæ, & pseudo Christi, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt
in errorem ducantur, si fieri potest, etiam electi. Secundo dicitur aliquis scriptus in libro vi
uentium, secundum suam spem vanam, & opinionem fallacem, hoc modo erant scripti Iu-
dæi qui se prælectos à deo opinantes, cæteros contempserunt, & Christum occiderunt. Et
simili modo Christus in euangelio appellat eos filios regni, non q vere erant filij regni. Fili- Iohan.8.
us nãq; manet in domo in æternum, sed filij regni erant secundum suam superbissimã opi- Ibidẽ.
nionem, dicentes ad saluatorem. Vnum habemus patrem deum. Quorum errorẽ Christus
declarans. Vos (inquit) ex patre diabolo estis. Sic autem de libro vitæ deleri, aliud non est, ni
si in eo non scribi nec in diuinæ pietatis memoria contineri. Idcirco quasi exponens quod di
xit, deleantur de libro viuentium, subdit, ⌊& cum iustis non scribantur⌋ non quòd aliquis
de nouo possit libro vitæ inscribi, sed dicitur deus illud in libro vitæ scribere, quòd finaliter

approbat. Quoniam ergo reprobi nil deo acceptum aut meritorium operātur, ſecundum q̄ D
tales ſunt, dicuntur in libro vitæ non ſcribi, inſuper Chriſtus ait: ¶ Ego ſum pauper ⌋ Pau 34
Matt.8. perem nāq; matrem elegit, in paupertate vixit, in paſſione pauperrimus eſt effectus, quia nu
dus in cruce ſuſpenſus. Propter quod dixit. Volucres cœli nidos habent, & vulpes foueas. Fi
lius autem hominis non habet vbi caput ſuū reclinet, ⌊ & dolēs. ⌋ Chriſtus multos in hac vi-
ta dolores ſuſtinuit, maxime tamen in paſſione doloroſiſſimus extitit, quādo à planta pedis
vſq; ad verticem capitis non remanſit in eo ſanitas ⌊ ſalus tua deus ſuſcepit me ⌋ hoc eſt, be
atitudo tua perfecta in reſurrectione glorificauit me, quantum ad corpus, & ita, ſalus tua, de
us pater ſuſcepit me, hoc eſt, ego ſalutem tuam, præmium accidentale, in reſurrectione ſuſ-
cepi. ¶ Laudabo nomen dei cum cantico, ⌋ hoc eſt, cum ſpirituali lætitia, & hilaritate 35
interna, atque vocali melodia ſi opus eſt, ⌊ & magnificabo eum in laude ⌋ hoc eſt, per lau-
Matt.6. dem quam ei cantabo, dicam, & offeram, confitebor & manifeſtabo, quòd deus ſit dominus
magnus atque laudabilis valde. Quemadmodum enim in oratione dominica dicimus, ſan-
ctificetur nomen tuum, non quòd aliquid ſanctitatis deo ex nobis accreſcat, ſed quia per no-
ſtræ ſeruitutis puritatem probatur & declaratur eſſe ſanctus, ſimili modo magnificamus e-
um. ¶ Et placebit deo ⌋ laus & magnificatio iſta, ⌊ ſuper vitulum nouellum ⌋ hoc eſt, an- 36
niculum, ⌊ cornua producentem ⌋ pro munimine capitis ⌊ & vngulas ⌋ pro pedum defen-
ſione. Sacrificiū nāq; laudis & euangelicæ laudationis, acceptabilius deo eſt, quàm ſacrificia
Hebr.10 illa legalia quæ ſecundum apoſtolum, nec auferre poterant peccata, nec accedentem facere E
perfectum. ¶ Videant ⌋ oīa nunc prædicta ⌊ pauperes ⌋ hoc eſt, humiles, ſpiritu fideli- 37
ter contemplando ⌊ & lætētur ⌋ in domino de beneficijs eius ⌊ quærite deum ⌋ faciendo q̄d
in vobis eſt, & fide ac opere in eum tēdite, ⌊ & viuet anima veſtra ⌋ hoc eſt, gratiam cōſeque
Esai.55 tur, quæ eſt vita animæ ſicut anima eſt corporis vita. Hoc eſt quod propheta dicit. Quærite
Matt.7. dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum prope eſt. Et in euangelio. Omnis qui
Matt.5.
Esai.57 quærit inuenit, & pulſanti aperietur. ¶ Quoniā exaudiuit pauperes ⌋ ſpiritu ⌊ dominus ⌋ 38
quia de talibus dicitur. Beati pauperes ſpiritu. Et: Dominus ſublimis in ſancto habitās, vt vi
uificet ſpiritum humilium & cor cōtritorum ⌊ & vinctos ſuos ⌋ hoc eſt, peccatores electos,
qui ad tempus errant, ſed in finem errare nō poſſunt, ⌊ nō deſpexit ⌋ quoniam pœnitētes li-
Hiere.3. benter ac miſericorditer recipit, quemadmodū Hieremias loquitur. Reuertere ad me, & nō
auertam faciem meā. Vel, vinctos ſuos, hoc eſt, eos qui ſeipſos diuina lege cōſtringūt, & mā-
datis diuinis quaſi vinculis quibuſdā ab oīni via mala coercent. Vel, vinctos ſuos, hoc ē, ſan
ctos in lymbo detētos, deus pater ſeu Chriſtus non deſpexit, quia pater per filium eos rede-
Esai.49 mit. Vnde deus ait ad Chriſtū. Dedi te in fœdus populi, vt poſſideres terrā, & diceres his qui
Deute.32 in tenebris, reuelamini. ¶ Laudēt illū cœli & terra, hoc eſt, angeli ac homines, ſicut Moy 39
ſes. Audite (inquit) cœli, quæ loquor, audiat terra verba oris mei, ⌊ mare & omnia reptilia in
eis ⌋ laudent deum materialiter, præbendo hominibus occaſionem laudandi creatorem in
creaturis relucentem, ſicut refulget natura atq; perfectio cauſæ in ſuo effectu. ¶ Quoniā 40
deus ſaluam faciet Sion ⌋ hoc eſt, militantem eccleſiam, dando hominibus gratiam ⌊ & ædi
ficabuntur ciuitates Iudæ ⌋ .i. particulares eccleſiæ Chriſto confitentes. Iuda eñi interpreta-
tur confeſſio. Vel, ciuitates Iudæ, hoc eſt, corda confitentium, quæ ædificantur per fidem &
Rom.14. charitatem, ac opera virtuoſa, prout ait apoſtolus. Quæ ædificationis ſunt, in inuicē cuſto- F
diamus. ¶ Et inhabitabunt ibi ⌋ hoc eſt, fideles in eccleſia commorabuntur, obediendo e- 41
ius præceptis ⌊ & hæreditate acquirent eam. ⌋ quoniam vſq; ad finem mundi durabit fides
catholica, per quam fideles in eccleſia habitare dicuntur. ¶ Et ſemen ſeruorum eius, ⌋ hoc 42
eſt, ſpirituales filij apoſtolorum, videlicet omnes credentes ⌊ poſſidebit eam ⌋ hoc eſt, eccle
ſiam hæreditario iure ⌊ & qui diligūt nomen eius ⌋ hoc eſt, ipſum deum, habitabūt in ea. Di-
lectio eñi præcipua cauſa eſt, ob quā in eccleſia atq; in Chriſto manere cēſemur. Videtur e-
Heb.12. tiam poſſe exponi de triumphanti eccleſia, quam vocat apoſtolus Sion Acceſſiſtis (inquens)
ad Sion montem & ciuitatem dei viuētis, Hieruſalem cœleſtem, eritq; ſenſus. Quoniam de-
us ſaluam faciet Sion, præcipue in die iudicij, quando ſalutem corporum dabit electis, con-
figurando corpus humilitatis noſtræ corpori claritatis ſuæ ⌊ & ædificabunt ciuitates Iudæ,
hoc eſt, ordines angelorum reparabuntur, & ruina cœleſtis Hieruſalem reformabitur per
homines illic aſcendentes, ſic ciuitates Iudeæ, hoc eſt, manſiones cœleſtes, ex viuis lapidibus
ædificabuntur. Et inhabitabunt ibi, hoc eſt, in eccleſia triumphante electi, & hæreditate ac-
Mat.25. quirent eam, dum Chriſtus dicet ad eos. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, vo-
bis paratum ab origine mundi. Et ſemen ſeruorum eius, hoc eſt, imitatores ſanctorum poſ-
ſidebit eam. i. terram viuentium ſine fine, & qui diligunt nomen eius habitabunt in ea. Cha
1.Cor.13. ritas enim nunquàm excidit, ſed ciues cœleſtis Hieruſalem efficit. Veruntamen ſicut quod
dictum eſt. Fiat habitatio eorum deſerta, &c. literaliter explanatum eſt de vrbe Hieruſalem
& ciuitatibus reliquis tribus Iudæ, ſic nunc introducta videtur ad literam poſſe exponi deci
nitati-

uitatibus materialibus Iudeæ, vt sit sensus, ædificabuntur ciuitates Iudæ. Hierusalem nanq́;
A & aliæ vrbes à Romanis destructæ, postmodum erant reædificatæ, multoq́; tempore habi-
tabant in eis veri Israelitæ, & spirituales Iudæi, videlicet Christiani, donec exigentibus cul-
pis suis, hæreditatem suam perdiderũt, & à Sarracenis deiecti sunt.

¶Expositio tropologica siue moralis
eiusdem psalmi.

QVoniam sicut ait discipulus quem diligebat Iesus, qui se dicit in Christo manere,
debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Non em̃ est seruus maior domino suo 1. Iohã. 2.
idcirco mirum non est, ¶ psalmi illi qui ad literam de Christi humilitate & pas- Iohan. 13
sione loquuntur, moraliter de corpore eius mystico exponũtur, præsertim cũ 2. Tim. 3
dicit apostolus. Omnes qui volunt pie viuere in Christo, persecutionẽ patiẽtur. Hinc ergo
psalmus iste, qui de Christi passione ad literã expositus est, moraliter elucidatur de corpore
eius mystico, quod est ecclesia. Ecclesia igitur, seu fidelis quicũq;, in medio laqueorũ se vidẽs
& vndiq; tribulari se pẽsans, nec proprijs viribus se posse p̃ualere expertus, proclamet ad do
minũ. Saluum me fac deus ab om̃i vulnere mẽtis, & si vtile mihi est etiã ab om̃i infirmitate
corporis, quoniã intrauerũt aquæ tẽtationum diaboli, persecutionum mũdi, & impugnatio
num appetitus sensitiui, vsq; ad animã meã, hoc est, profunde & fortiter mihi impressę sunt
nec possum de facili reijcere eas, q̃m intrauerũt aquæ vsq; ad animã meã. i. vsq; ad delectatio
B nem seu cõsensum mẽtis. Hoc vnusquisq; tẽtatus atq; afflictus totis clamet præcordijs, dum
se grauiter impugnari experitur. Infix⁹ sum in limo profundi. i. in voluptate carnali in secu
lo isto vitioso atq; fallaci, ita vt vitijs sum subiectus, in turpibus rebus delectatus, mũdo isti
per inordinatũ affectũ intẽtus, & nõ est mihi substãtia. i. virtus euadẽdi, resistẽdi, ac p̃ualẽdi.
Vel, non est substãtia, hoc est subsistẽtia stabilis, q̃m vanitati subiectus sum, corde vagus, &
fragilis mente. Veni in altitudinẽ maris, hoc est, in aduersitates ingẽtes, tribulationesq́; ma
ximas, & tempestas demersit me, hoc est, fortitudo ac impetus aduersitatũ hm̃oi deiecit, le-
sit, occidit, vel ad peccatũ me induxit, sicut ait apostolus. Nullam requiẽ habuit spiritus no- 2. Co. 2. 7
ster. Et rursus, supra modũ grauati sumus, ita vt tæderet nos viuere. Dum primi nostri parẽ- 2. Cor. 1.
tes nõdum peccassent in paradiso, velut in portu erãt tranquillo, perpetrato autem peccato
ipsi, & om̃is eorum posteritas in altitudinẽ maris, hoc est, in profundũ huius mundi proiecti
sunt, in quo totiens nos demergit tempestas, quotiens aduersitati cedimus p̃ inpatientiã seu
pusillanimitatẽ, & quotiẽs tentationi cõsentimus, aut molestia aliqua frangimur. Tẽpestas
hæc exteriorum p̃secutionẽ demersit martyres sanctos in mortẽ corporalem. Apostatãtes
vero à fide demersit in mortem animæ spiritalẽ. Vel sic, veni in altitudinẽ maris, hoc est, ad
gradum p̃lationis in mundo isto, & tempestas demersit me. i. strepitus negotiorũ seculariũ,
solicitudo temporaliũ rerũ, occupatio exteriorũ causarũ, mẽtis quietẽ, lumen deuotionis, ac
cordis custodiã extinxit, aut minorauit in me. Deniq; si velimus ista omino ad literã expo-
nere, sic etiã quibusdã Christi mẽbris cõueniẽt, videlicet sanctis martyribus in aquas proie-
ctis, quorũ nõnulli diuina virtute educti sunt. Aliqui vero submersi, sed oĩm anima est salua-
ta. In his aũt aquę materiales ac elemẽtares intrauerũt p̃ os vsq; ad animã. i. vsq; ad interiora,
C vel vsq; ad extinctionẽ corporę vitæ. Hi q̃q; infixi sunt in limo profundi. i. in terra lutosa,
in fundo aquarũ, vel in carcerib⁹ aquosis atq; limosis, vt erãt Hieremias, Micheas, & alij mul
ti. Vñ Hieremias de seip̃o scribit, q̃ descẽdit in lutũ carceris, vsq; ad renes. Venerũt etiã q̃dã Hiere. 38
istorũ in altitudinẽ maris, sicut de multis beatissimis martyrib⁹ scribit, q̃ de naui, ripa, aut ru-
pe, ligatis ad eorũ corpa saxis in mare iactati sunt. Horũ aũt vnus extitit Ionas propheta, qui Ione. 2.
in pelago missus, & à ceto absorptus, ita de vẽtre piscis orauit, vt dr̃. Proiecisti me dñe in p̃-
fundũ, in corde maris, & flumẽ circũdedit me, oẽs gurgites tui sup̃ me trãsierũt, circũdede-
rũt me aquæ vsq; ad animã, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum. Laboraui cla
mãs, raucę factæ sunt fauces meę. Laborat ecclesia deflẽdo sua pc̃tã, pœnitẽtiãq́; agẽdo, atq;
pro aliorũ cõuersione discurrẽdo, docẽdo, increpãdo, alliciẽdo, clamãtq́; ad dñm pro indul-
gẽtia vitiorũ, pro infusiõe grãrũ, pro illuminatiõe errãtiũ, & emendatiõe prauorũ. Raucæ fi-
unt voces ipsius, dũ alijs p̃dicãdo nil proficit, vel dũ difficulter ac tarde exaudit à deo, vł etiã
ex nimio dolore inflicto, aut labore assumpto, humore viribusq́; exhaustis. Hinc em̃ sanctus
Iob ait ad dñm. Clamo ad te & nõ exaudis me, sto, & nõ respicis me, mutatus es mihi in cru- Iob. 30
delem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi. Et iterum. Sagittæ domini in me sunt, quo- Iob. 6.
rum indignatio ebibit spiritum meum, & terrores domini militant contra me, defecerunt
oculi mei dum spero in deũ meũ. Hoc vicissim cõtingit infirmis ecclesiæ mẽbris, q̃ propter
duritiã ac vehemẽtiã tẽtationũ & tribulationũ, dũ nõ exaudiũtur pro voto à deo, infirmant
& nutant in spe, & pusillanimes fiunt. Non enim conuenit eis illud beati Iob. Etiam si oc- Iob. 13
ciderit me deus in ipso sperabo. Vel, defecerunt oculi mei corporales, plangendo, aut peni-

1. Reg. 29 tus pereundo, dum spero in deum meum, quia in ipso sperando incessanter affligor, aut pro D
pter iustitiam seu fidem catholicam morior. Vnde de Dauid eiusq; socijs scriptum est. Eleuauerunt vocem suam & fleuerunt, donec deficerent in ipsis lachrymæ. Vel, defecerūt oculi mei interioris intellectus, dùm spero in deum meum, quoniam non tam fiducialiter, amorose, & imobiliter in deo cōfido sicut deceret. Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Multi & innumerabiles sunt hostes ecclesiæ atq; sanctorum, omnes infideles, hæretici, schismatici, falsi fratres, detractores, ambitiosi, ac inuidi. Hi omnes gratis, & sine rationabili causa, persequuntur ecclesiā. Habemus quoq; inuisibiles inimicos mul
Ephe. 6 tos & fortes: de quibus dicit apostolus. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed contra principatus & potestates, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Habemus etiam hostes domesticos multos ac periculosos, qui sunt propriæ passiones ac vitia. De his aduersarijs dicere potest ecclesia & quilibet iustus. Confortati sunt qui persecuti me inimici mei iniuste, quę non rapui tunc exoluebam, hoc est, pœnas quas non merui passus sum. Hoc sanctis martyribus maxime competit, qui pro deo, pro fide, pro iustitia occubuerunt. Vnde & Iob hæc ait: Passus sum absq; iniquitate manus meæ, cum mundas haberem ad deū
Iob. 16 preces. Deus enim frequenter permittit tribulari electos sine eorū demerito, quatenus gloriosius coronentur. Nuam tamen infert alicui damnum in bonis spiritualibus, gratiæ gratū facientis, sine propria hominis culpa. Deinde ecclesia in persona infirmorum suorū loquens membrorum, seu quilibet penitens propriam insipientiam atq; peccata humiliter confitetur, dicendo. Deus tu scis insipientiam meam. Insipiens est em̄ omnis qui peccat, quia in ma
Sapie. 1. liuolam animā non introibit sapientia. Et quid tam stultum atq; vesanum, quā non obedire E
præceptis, nec acquiescere consilijs & exhortationibus æternæ sapientiæ? Insipiētia māgna est, carnis vitijs deseruire, animæ salutem negligere, in statu tali viuere, in quo nō audet qs
Amos. 4. mori. Porro delicta nostra, deo sunt cognita, sicut ipse testatur. Cognoui multa scelera vestra, & fortiora peccata vestra. Hæc propriæ insipientiæ atq; iniquitatis confessio, veræ sa-
Esaie. 47 pientiæ infusionē, & grāæ iustificationē meret. De eo nanq; qui seipsum æstimat sapientem
Esaie. 5 scriptum est. Sapientia tua & scientia tua decepit te. Et alibi. Væ qui sapientes estis in ocu-
Roma. 12 lis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Propterea hortatur apostolus. Nolite eēē pru-
Hiere. 10 dentes apud vosmetipsos. Confiteamur igitur semper cum omni humilitate insipientiam nostram, quia veraciter insipientes sumus, quemadmodum scriptum est. Stultus factus est omnis homo à scientia sua. Non erubescant in me, qui expectant te domine. Dum ecclesia, seu quilibet iustus, iniurias patitur, tentatur, aut simili modo affligitur, nisi tunc deus ei subueniat, erubescere poterunt alij deum expectantes, hoc est, in ipso sperantes, quorum ista spes est, quod sicut affirmat diuina scriptura deus ecclesiam suam non dereliquit, nec iustos
Roma. 12 finaliter opprimi sinit, sed agit quod ait scriptura, Mihi vindictam, & ego retribuam. Et,
Psalm. 36 non vidi iustum derelictum. Et, non permittit vos tentari supra id, quod potestis. Quid est
1. Cor. 10 ergo, non erubescant in me, qui expectant te domine, nisi in omni necessitate atq; angustia mihi succurre, ab omni persecutione & tentatione me eripe, omnesq; preces meas exaudi, sicut in sacra scriptura te facturum promitis, quatenus alij in te sperantes, corroborentur in spe, videntes misericordiam tuam mihi impensam. Et ad eundem sensum pertinet versus sequens. In his enim quæ ad affectum respiciunt, solet scriptura frequenter eundem sensum sub alijs verbis repetere. Ait enim. Non confundantur super me, hoc est, propter derelictio F
nem meam & oppressionem, qui quęrunt te deus Israel, qui vtique confunderetur & scan
Malac. 3 dalizarentur, nisi viderent mihi opem & gratiam donari à te. Dicerent enim. Vanus est qui seruit domino. Et quod emolumentum quia custodiuimus præcepta eius. Quoniā propter te sustinui obprobrium, hoc est, propter iustitiam, propter fidē, propter nominis tui amo-
Matt. 5. rem atq; honorem passus sum contumeliam, non propter meā offensam aut culpā. Hæc em̄ vere sustinentia, patientiaq; beata, quemadmodum ait saluator. Beati qui persequutionem, patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Et iterum. Beati eritis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mētientes, propter me. Quidā tamen obprobrium sustinent, non propter deū atq; iustitiam, sed propter seipsos seu propriam culpam. Et quidem hoc equanimiter ferre, tanquàm pœnam pro culpa inflictam, bonū meritoriumq; consistit, sed multo minus vir-
1. Petri. 2 tuosum est hoc, quàm si propter deum sustineatur. Propter quod priceps papostolorum dicit. Hæc est gratia, si propter conscientiam dei sustinet quis, tristitias patiens iniuste. Quæ em̄ gratia, si peccantes & colaphizati suffertis? Si autē benefacientes sustinetis, hæc est gra-
Matt. 5. tia apud deū. Aliqui vero verba saluatoris iam præinducta, quibus ait: Beati qui persecutionem, &c. inconuenienter allegant, dum em̄ pro suis corrigunt excessibus, excusant seipsos, seq; grauari arbitrantes, consolantur seipsos & dicunt, beati qui persecutionem patiuntur, propter iustitiā. Si igit pœnas atq; iniurias ꝑpter deū nobis illatas, patienter ferre nequmus,
hoc

hoc valde intolerabile est, quòd disciplinas, increpatiões, & pœnas, propter nostros exces- Hiere. 5.
A sus irrogatas, pati contemnimus, sicut de quibusdam legitur. Rennuerunt accipere discipli- Amos. 5.
nam. Et alibi. Odio habuerunt corripientē, operuit confusio faciem meam, hoc est, vehemē
ter & ex omni parte confusus sum propter te, non ꝙ homo virtuosus erubescat, seu confun
datur propter iniurias sibi iniuste inflictas, imo in talibus gaudet, quemadmodum Christus Luc. 6.
hortatur. Gaudete in illa hora & exultate, ecce eñ merces vestra multa est in cœlo. Sed quia
hoc sustinet, de quo alij erubescere solent, videlicet exprobrationem, contemptũ, abiectio-
nem, & similes pœnas. Imbecilliores tamen in talib⁹ animo confunduntur & vultu erubes-
cunt, sed talibus elaborandum est, vt discant Christi vestigia cum gaudio imitari, dicentes
cum apostolo. Ego stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Extraneus factus cum fra Gal. 6.
tribus meis, hoc est, quasi alienum eiecerunt, spreuerunt & reputauerunt me propinqui, co-
gnati, amici, familiaresq́ꝫ mei, & hoc idē sub alijs verbis resumitur, & peregrinus filijs ma-
tris meæ, hoc est. velut hospes, qui vna nocte recipitur, & alio die emittitur, factus sum pro-
ximis meis, qui sunt filij matris meæ, quæ est ecclesia vel Eua, aut mater mea imediata. Hinc
enim in euangelio dominus ait discipulis. Trademini à fratribus & propinquis & amicis. Et Luc. 6.
iterum. Odio eritis omnibus hominibus, propter nomen meum. Religiosus etiam & deuo-
tus, qui Christũ sequendo reliquit patrem, matrem, sororē, fratrē, siue vxorem, versum hũc
dicere pōt. Cur vero ista ꝑpessus sit, subdit. Qm̃ zelus domus tuæ comedit me, hoc est, ma
gna affectio boni status ecclesiæ ac diuini honoris, boni cōmunis ac fraternę salutis, spiritu-
B aliter meipsum absorbuit, & in charitatis viscera transformauit. Zelus nãqꝫ est effect⁹ ex in-
tenso amore procedens, per quem vtiqꝫ zelum, nititur homo repellere à se ea, quæ consecu-
tionē boni optati impediunt. Et sicut amor est duplex, nimirum concupiscentię, quo amat
quis aliquid propter propriam vtilitatem aut delectationem, quemadmodum homo amat
agrum, vestem, pecuniam, & amor amicitiæ, quo diligit homo bonum dilecti, & ipsum di-
lectũ, vt in seipso perfectus existat. Sic zelus est duplex, puta carnalis & inordinatus, de quo
dictum est supra. Neqꝫ zelaueris facientes iniquitatem. Et apostolus: Cum sit inter vos ze- 1. Cor. 3.
lus & contentio, nonne carnales estis? Alius est zelus diuinus & charitatiuus, quando vide-
licet nititur homo ex dilectione excludere, quæ contrariantur diuino honori, aut bono fra- 3. Reg. 19
tris dilecti. De hoc zelo ait Helias. Zelo zelatus sum pro domino exercituum. De eo quoqꝫ
nunc dicitur. Quoniam zelus domus tuæ comedit me. Etenim bono zelo comeditur, qui
quælibet praua, quæ videt, corrigere cupit, si autem non potest, tolerat & gemit. Talem ze-
lum multi deuoti in claustris habent, qui ordinis rigorem strictè obseruari desiderant. Et de
isto zelo Gregorius loquitur. Acceptissimum sacrificium est zelus animarum, & obprobria
exprobrantium tibi ceciderunt super me. Quemadmodum lapis contra turrim proiectus,
quem frangere nequit, resilit, & vitrum ex opposito situm, super quod cadit, frangit, sic blas-
phemiæ & maledicta, deo & Christo eius illicita, ipsis non nocent, sed seruis dei sunt occa-
sio mortis aut læsionis, dum se falsitati opponũt, & mori malunt, quàm talia dissimulare aut
tolerare. Obprobria autem seruis dei illata, dici possunt obprobria dei & deo inflicta, quē-
admodum dominus ait: Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. Et: Qui vos audit, me Zacha. 2.
audit, & qui vos spernit, me spernit. Et operui in ieiunio animam meam, corporaliter absti- Luc. 10
C nendo ad implorandum misericordiã creatoris, prout ipse admonet. Conuertimini ad me Iohelis. 2
in toto corde vestro in ieiunio, & fletu, & factum est in obprobrium mihi. Peruersi eñ ope-
ra bona sanctoꝝ sinistre interpretantur, eisq́ꝫ detrahunt, & cōmuniter boni sunt obprobriũ
maloꝝ, quoniã prauitatē eorum corripiunt, & ob id oblocutionē, irrisionē q́ꝫ sustinent, sicut
Iob ait: Deridetur iusti simplicitas. Vnde dominus ait ad Ezechielem. Portentũ te dedi do- Iob. 12
mui Israel. Dic, ego portentum vestrum. Sunt etenim nonnulli peruersi, qui bona aliorum, Ezech. 12
quæ imitari, vel nolunt, vel nequeunt, irrident atqꝫ vituperant. Et posui vestimentũ meũ ci-
licium. Hoc facere solet ecclesia, præsertim dũ instant magna pericula, sicut etiam in veteri
testamento sæpius factum scriptura cōmemorat, & factus sum illis in parabolã. Quanto eñ
boni se magis humiliant, tanto maligni amplius contra eos insaniunt, propter quod dicit a-
postolus. Blasphemamur & obsecramus, tanq̃ purgamenta huius mundi facti sumus, omniũ 1. Cor. 4.
peripsima vsqꝫ adhuc. Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta, hoc est, q in aper-
tis & publicis locis sedebant, obloquuti sunt mihi, & in me psallebant cũ irrisione, qui bibe-
bant vinũ, gulosi & ebriosi, de quibus habetur. Væ qui consurgitis mane ad ebrietatē sectan- Esaię. 5
dam, & potandum vsqꝫ ad vesperum. Tales enim contemnunt atqꝫ derident iustos & sobri-
os, qui eorum vitia arguunt & condemnant, dicentes illud Iohelis. Expergiscimi ebrij & fle Iohelis. 1
te, & vlulate omnes qui bibitis vinũ in dulcedine. Ego vero orationem meam ad te domine
fudi, orãdo pro meipso ac hostibus meis, prout tu domine iussisti. Diligite inimicos vestros, Matt. 5.
& orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Et decet te domine exaudire, quoniã
tēpus talis orationis, est tp̄s beneplaciti, hoc est, tēpus tibi acceptũ o deus, qa in eo fit q̄d tibi
maxime

Luc.6. maxime placet. Orantibus em̃ pro aduersarijs suis, Christus promittit dicens: Eritis filij altissimi, ideo eorũ oratio est accepta, & tempus eius beneplacitum est. In multitudine misericordiæ tuæ. i. propter multã tuã clementiã, exaudi me in veritate salutis tuæ, dando mihi verãm salutem mentis & corporis, quam peto à te. Eripe me, per gratiam tuam, de luto, de quo superius dixi. Infixus sum in limo profundi, de vita carnali, & seculo isto vitioso atq; tenaci, vt non infigar, hoc est, ne luto huic omnino immergar, libera me ab his, qui oderũt me scilicet ab inuisibilibus & visibilibus inimicis, & de profundis aquarum, hoc est, de magnitudine tribulationum, de quibus scriptũ est. Inundauerunt aquæ super caput meum. Non me demergat finaliter, nec me demersum teneat, tempestas aquæ, hoc est, impetus tentationis, strepitus vitiorum, vel solicitudo rei secularis ac temporalis, neq; absorbeat, hoc est, animã meam non perdat, profundum, hoc est, desperatio, obstinatio, seu pessima consuetudo. De quo profundo Salomon ait: Impius cum in profundum venerit peccatorũ, contemnit. Ab hoc profundo videntur absorpti, de quibus dicitur. Si mutare potest Aethyops pellem suã, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Et alibi. Indurauerunt facies suas supra petram, noluerunt reuerti, neq; vrgeat super me puteus os suum. Puteus est quoddam profundum, & modo idem designant, sed dicitur profundum, seu puteus, os suum vrgere seu claudere super peccatorem, dum ipse peccator obstinationi & prauæ consuetudini, superaddit finalem impœnitentiam, ita vt confiteri contemnit, & in sua auersione decedit, sicut Esaias dixit. Scio (inqr) quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ænea. Hieremias quoq;. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Qui autem peccata sua humiliter confitetur, huius putei clausuram egreditur, iuxta illud. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur, qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Vnde & sanctus Iob asserit. Vias meas in conspectu dei arguam, & ipse erit saluator meus. Exaudi me domine, non propter vitæ meæ iustitiam, sed quoniam benigna est misericordia tua. Vere enim ineffabiliter pius es, totaliterq; benignus, ad cuius misericordiam peccatores tam dulciter inuitãtur. Conuertimini ad dominum deum vestrũ quia benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia, secundum multitudinem miserationum tuarum, respice in me, oculo tuæ pietatis immensæ. Et ne auertas faciem tuam, hoc est, intellectus tui piam memoriam, singularem prouidentiam, benignissimam approbationem, à puero tuo, hoc est, à me famulo tuo, ne obliuioni tradar à te, & inter eos inueniar quibus dicturus es, nescio vos. Solet autem scriptura nomine pueri, seruum significare, quemadmodum de Helia dicitur. Reliquit ibi puerum suum. Interdum quoq; per puerum intelligitur filius, sicut de Christo scribitur. Conuenerunt aduersus sanctum puerum tuum Iesum, & ita nunc accipi potest pro filio adoptiuo, sicq; blande ac dulciter sonat quod dicitur. Et ne auertas faciem tuam à puero tuo. Nec est omnium hoc dicere, sed eorum, qui deo familiares esse meruerunt, de quibus per Esaiam Christus testatur. Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi dominus in signum, quoniam tribulor velociter exaudi me, continuis quippe tribulationibus laborant electi, quia militia est vita hominis super terram. Intende animæ meæ, per singularem custodiam, prouidendo ei de om̃ibus necessarijs ad æternam salutem, & libera eam, à malo culpæ & pœnæ, propter inimicos meos, hoc est, occasione inimicorum meorum eripe me, ab omni periculo. Malitia nãq; aduersantium electis, est occasio q; deus eis succurrit, propter quod tẽpore tribulationis, deus maxime pronus est ad exaudiendum & succurrendum, si tamen oratio tribulati ex vera charitate procedat, non ex seruili timore. Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reuerentiam meam. Quicquid enim aduersitatis aut pœnæ homini accidat, deus cognoscit, & istud cum versu sequẽti, dicit homo ad prouocandum misericordiam dei, qui afflictis subuenire consueuit. Vnde Hieremias. Vide domine quoniã tribulor. In cõspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, nec aliquid possunt in me, nisi permittantur à te, improperium expectauit cor meum & miseriam, hoc iusto in tribulationibus constituto, atq; ecclesiæ, sæpissime conuenit, qui iniuriam verborum atq; factorum, sibi imminere cognoscunt ab impijs. Præcipue vero competit hoc, & sequentia, sanctis martyribus, qui, dum essent clausi in carcere, agnoscebant se die sequenti verbis & ictibus grauiter molestandos. Et sustinui q simul contristaretur & non fuit, & cætera. Compassio & consolatio afflicto exhibitæ ex charitate procedunt, quoniam ergo Christus in euangelio ait electis. Odio eritis omnibus hominibus propter me, ideo electi interdum nullum reperiunt compatientem aut consolatorem, imo frequenter à proximis & fratribus suis despiciuntur. Et dederunt in escam meã fel, &c. Hoc ad literam quibusdam martyribus factum est. Spiritualiter vero dat alij fel pro cibo & acetum pro potu, qui malo exemplo alium inficit, atq; ad amaritudinem & indignationem animũ eius perducit. Ideo nãq; Moyses ait: Non sit inter vos radix germinans fel & amaritudinem. Et alibi. Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum. Fiat mensa eorum coram ipsis

Marginal notes (left): Luc.6. — Treno.3. — Proue.18 — Hiere.13. — Hiere.5. — Esaie.48 — Hiere.3. — Proue.28 — Iob.13 — Iohe.2 — Mat.25. — Regum.3 — Actor.4 — Esaie.8. — Iob.7. — Treno.1. — Luc.6. — Deut.29. — Abacuc.2
Marginal letters (right): D — E — F

A ipsis in laqueum, hoc est, malum quod mihi parauerunt, irruat super eos, & iniquitate propria constringantur ac puniantur, quemadmodum scribitur. In impietate sua corruet impius, & insidijs suis capientur iniqui. Vniuscuiusq; enim malum, in proprium redundat actorem, & iniuriato nulla nocebit aduersitas persequentis, si nulla in ipso dominetur iniqtas propriæ mentis. Obscurentur oculi eorum ne videant, quanta eis æternæ mortis tormenta parata sint, & quantam felicitatem amittant. Effunde super eos iram tuam, derelinquendo eos in suo errore, sicut inferius de reprobis dicis. Dimisi eos secundum desideria cordis eorum. De quibus & Iob ait. Non est virga dei super eos, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt, & furor ire tuæ comprehendat eos, damnando eos finaliter, irreparabiliter, & æternaliter, quemadmodum legitur. Vlciscens dominus, & habens furorem, vlciscens in hostes suos. Fiat habitatio eorum deserta, ciuitates & domus infidelium sæpe à fidelibus destructæ, possessæ, & inhabitatæ leguntur, & tunc tabernacula infidelium proprio inhabitante carebant. Spiritualiter autem habitatio impiorum fit deserta, dū corpora eorum ab animabus ante tempus separantur, ita vt propter sua peccata occiduntur, aut celerius moriuntur. Vel dum animæ eorum, quæ esse deberent sedes sapientiæ, reclinatorium dei, & domus Christi, à gratia relinquuntur, nec à deo per fidem formatā inhabitantur, sicut per Ezechielem dominus ait de peccatrice. Recessit anima mea ab ea. Et de impijs. Væ eis, cum recessero ab eis. Quoniam quem tu percussisti, permissiue, persecuti sunt, malitiose, atrociter,

B & mala intentione. Permittit enim deus electos ab impijs tribulari, quatenus expurgentur. Impij vero non ideo tribulant eos, vt purgentur, sed inuidiose eos affligunt, idcirco, quemadmodum pater virga corrigit filium, quo correcto, proijcit virgam in ignem, sic deus per reprobos corrigit electos, quibus emendatis, atque saluatis, proijcit reprobos in ignem æternum, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt, mihi dolorem verborum malorum, irrisiones, maledictiones, blasphemias. Deleantur de libro viuentium, hoc est, à cōsortio beatorum, ad quorum numerum se pertinere existimant etiam infideles & pessimi, q̄uis ignorent, in quo vera beatitudo consistat. Ego sum pauper, præsertim in bonis gratiæ, in donis spiritus sancti, in spiritualibus atq; internis diuitijs, & conuenit mihi, quod in apocalypsi habetur. Tu es miser & miserabilis, pauper, cæcus, & nudus, sum quoq; & dolēs propter peccata commissa, & mundi errores, ac tuas iniurias, idcirco salus tua deus suscepit me, hoc est, gratia tua saluifica, mihi infusa est, & tu ipse, qui es vera salus omnium electorum, me misericorditer suscepisti, propterea gratias referam deo, &c. Laudabo nomen dei cū cātico psalmodiæ diuinorum hymnorum, deuotionisq; feruidæ, quia non clamor, sed amor insonat auribus omnipotentis. Cætera patent ex præcedenti expositione. Ecce psalmū præclarum & sanctum audiuimus, de Christi passione, Iudæorum excæcatione, & ædificatione ecclesiæ, diffuse ac lucide pertractantem. Discamus igitur exemplo Christi, in omni persecutione esse patientes, in omni tentatione constantes, in omni aduersitate robusti. Continentur quoq; in psalmo præsenti deuotissime & ardentissime orationes, mirabili dulcedine redundantes. Quid enim tam amorosum atq; suaue, sicut tres versus illi. Exaudi me domine, quoniam benigna est misericordia tua, &c. Cum multa itaq; mentis custodia, munditia & feruore ingenti, canamus semper hūc psalmum.

Prouer.11.
Iob.21.
Naum.1.
Ezech.23.
Osee.9.
Apoca.3.

C

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXIX.

¶Argumentum.

¶Titulus. In finem Dauid in rememoratione, eo quòd saluum eū fecit dominus (aliâs) victori Dauid ad recordandum, Prophera intendit homines admonere, quatenus in suis tribulationibbs & persequutionibus in deo spem atq; fiduciam collocantes ipsum inuocēt pro liberatione, ab huiusmodi afflictionibus. Duas habet præcipuas partes. In prima petitio liberationis & persequentium punitionis ponitur. Porro deus vocatur in adiutorium, deinde subiungitur inuitatio proximi ad lætitiam propter premiū, ibi. Exultent & letentur. Author vnico absoluit ipsum commentario.

¶Expositio tituli.

¶Habet autem hic psalmus titulū istum. In finem psalmus Dauid, in rememoratione q̄ saluum fecit eum dn̄s, hoc est, psalmus iste à Dauid cōscriptus, & in finē, qui Chrūs est, nos dirigens. Psalmus inq̄ sancti Dauid hic, in persona hominis iusti loquētis, in rememoratiōe id est, de memoria, q̄ saluū fecit eū dn̄s, & ita Dauid fecit hūc psalmū ad recolēdū bn̄ficia sibi diuinitus p̄stita. Nicolaus de Lyra dicit hūc psalmū in Hebræo taliter intitulatū. Ad victoriam Dauid, ad recordandū. In translatione quoq; Hieronymi iuxta Hebræum sic. Victori Dauid ad recordandū. Quod aūt adiungit, q̄ saluum fecit eū dn̄s, asserit ab aliquo expositore adiunctū, propterea ait hic eē prophetiā de futuro, ita vt p̄uidit in sp̄u sancto, principiū hui⁹ psalmi eē recordādū in omi canonicarum horarum initio. Vel iuxta initium, sicur iā fit in ecclesia. Loquens ergo propheta in p̄sona viri iusti, tribulari, atq; tentati, ait:

¶Expositio psalmi.



Eus in adiutorium meum intende⌋.i.ad hoc respice in me, vt adiutoriū mi- » D 1
hi impendas. Intende in adiutorium meum, non in derelictionē, excæcatio-
Miche.2 nem, damnationemq́ꝫ meam. Cogita super me cogitationes pacis, non affli
ctionis, quēadmodū de quibusdam dicis. Ecce ego cogito sup familiā istam
malum, vnde non auferetis colla vestra. Sed quia o dn̄e indesinenter tua ope
indigeo, tua cōseruatione subsisto, idcirco, ⌊domine ad adiuuandū me festi- »
Iohan.15 na.⌋ Tu em̄ dixisti. Sine me nihil potestis facere. Et per Paulū. Nō sumus sufficientes cogi- »
2.Cor.3. re aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. ¶Confundātur & re » 2
uereantur, qui q̄runt animā meam.⌋ Versus iste, cum duobus sequentibus, exponi pōt du- »
pliciter in bono & in malo. Primo igit̄ exponēdi sunt versus isti in bono, eritq́ꝫ sensus. Con
fundātur de suis peccatis, & ex confusione pœniteant, & reuereantur, hoc est, deum hono-
rent, deumq́ꝫ iudicem expauescant, qui quærūt animā meam.i.hostes mei, qui quęrūt vitam
meam corporalem ledere, siue extinguere, aut spiritū meū inficere atqꝫ subuertere. Est autē
Eccle.4. duplex confusio, quēadmodum ait scriptura. Est cōfusio adducēs peccatum, & est confusio
Ibidē. adducens gratiam & gloriam. Cōfusio adducens peccatū, est verecundari de bono Vn̄ scri- E
ptum est. Non cōfundaris confiteri peccata tua. Cōfusio autem adducēs grām in p̄senti, glo
Roma.6. riamq́ꝫ in futuro, est verecūdari de malo culpę, sicut de quibusdā ait apostolus. Quē fructum
habuistis tunc in illis, in q̄bus nūc erubescitis. ¶Auertātur retrorsum⌋ hoc ē, à malo ope- » 3
re cessent, à proposito prauo desistāt, neqꝫ in malo ꝓcedāt & crescāt, ⌊& erubescāt,⌋ ꝙ tā »
inhoneste ac vitiose egerūt, aut agere optauerūt, ⌊qui volunt mihi mala⌋ pœnæ vel culpę, »
quod ad inuidiam pertinet, & ita vir iustus pro aduersarijs suis intime deprecat̄. ¶Auer- » 4
tātur statim⌋ à suo errore ⌊erubescētes⌋ de propria iniquitate, qm̄ periculosum est eis p̄se »
uerare in culpa ⌊qui dicunt mihi euge euge⌋ gaudendo de mea miseria, vel de mea prospe »
ritate se gaudere dicētes, nō vere sed adulatorie aut irrisiore. Habet autē homo duplices ho-
stes, inuisibiles atqꝫ visibiles, si ergo de inuisibilibus hostibus nūc loquamur, tūc ista nullo mo
do exponēda erunt in bono, p̄sertim cum hostes huiusmodi sint incorrigibiles & obstinati.
Secūdo exponūtur in malo, hoc modo. Confundātur iniqui, cōfusione reprobationis diui-
Ozee.11. næ, ac damnationis æternæ, & reuereant̄.i.verecundētur in cōspectu iusti iudicij dei, de pec
Eccle.23. catis propriæ voluntatis, quemadmodum scribitur. Confundetur Israel in volūtate sua. So
let em̄ interdum, reuereri, accipi pro verecundari, sicut & irreuerēs dicit̄ inuerecūdus, iuxta
illud. Animæ irreuerenti ne tradas me, qui q̄runt animā meam seducere, vel vitam meā de-
struere. Auertātur retrorsum.i.à summo bono auertātur, & caducis ac vanis rebus inhære-
Hiere.2. ant, sicut de eis dn̄s ait. Verterūt ad me dorsum, & nō faciem. Et alibi. Auersus est pp̄lus iste,
Eccle.8. auersione cōtentiosa, & erubescāt erubescentia damnationis non cōfessionis, qui volunt mi
hi mala, siue suā voluntatem perducāt ad actū siue non. Auertantur statim erubescētes, id ē,
protinus gratia tua priuent̄, & nomen tuum cōfiteri, suaq́ꝫ vitia propalare, erubescāt. Vnde
Deute.7. Moyses loquit̄. Dn̄s deus tuus, ipse est deus fortis & fidelis, reddens odientibus se statim, ita F
vt disperdat eos, & vltra nō differat, protinus eis restituens quod merētur. In pręsenti etem̄
seculo statim subtrahit eis grām atqꝫ protectionem, ꝑmittens eos cadere de malo in malum,
quod est maxima vltio. ¶Exultent⌋ hoc est, signa lætitiæ foris extendāt, & ex interiori hi » 5
laritate quasi extra se saltent, ⌊& lætentur⌋ interiori gaudio ⌊in te⌋ non in vanitatibus mū »
di ⌊om̄es qui quærūt te⌋ fide & opere, aut faciendo quod in se est, vt gratiam tuā contēpla- »
tionem ac dilectionē bonitatis tuæ acquirāt, conseruēt, possideant, ⌊& dicāt semp, magni- »
ficetur dn̄s⌋ hoc est, ab om̄ibus honoretur ac benedicat̄, magnusq́ꝫ esse cognoscat̄, ⌊qui di- » 6
ligunt salutare tuum⌋ Christū omnium saluatorem. ¶Ego vero egenus & pauper sum,⌋ »
Egeni sumus, propter imperfectionem naturalem animæ nostræ ac viriū eius. Anima enim
rationalis est infima in ordine intellectualium substātiarum, & intellectus possibilis in prin
cipio sui, est tanq̄ tabula omni carens pictura. Voluntas quoqꝫ naturaliter ad malum procli-
uis est, & memoria labilis. Pauperes vero sumus, propter gratiæ imperfectionem. Nā om̄es
Esaię.64 nostræ iustitiæ sunt, velut pannus menstruatæ, & hoc ipsum quod boni in nobis est, aliunde
recepimus, nec aliquid ex proprijs viribus p̄ualemus, propter quod quotidie mēdicamus pa
Matt.6. nem à patre cœlesti, dicētes. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et ipse Dauid.
Ego (inquit) sum vir pauper & tenuis. Cū ergo sim adeo egenus & pauper, o ⌊deus adiuua »
me⌋ per gratiæ infusionem, per Christi passionem, ꝑ angeli sancti custodiā, per intercessio- »
nem sanctoꝝ, ꝑ consilium atqꝫ auxiliū proximoꝝ & prælatoꝝ meorum. ¶Adiutor meus » 7
esto⌋ in faciendo bono ⌊& liberator meus⌋ in declinādo à malo ⌊es tu⌋ & alius nullus, nisi »
in tua virtute hoc faciat ⌊deus meus⌋ quē singulariter amo & colo ⌊ne tardaueris⌋ preces »
has adimplere. Deniqꝫ psalmus iste de Christo exponi potest. Nam ip̄e vt homo, frequē-
ter petiuit adiutorium dei, vt à morte suscitaretur, in corpore glorificaretur, & per totum
orbem

A orbem clarificaretur. Sed expositio ista ex sæpe inductis atq; dicendis clarissime patet. Nam & psalmus iste pro magna parte in psalmo sequẽti cõtinet, totus vero cõtinet in psal. 39. cuius exordiũ est, Expectans expectaui dñm, ab illo loco quo dicit, Cõplaceat tibi dñe vt eruas me. Siue aũt de Christo, siue de eius membris exponat hoc quod dicit: Confundant & reuereantur, &c. cũ duobus sequentibus versibus, qñ in malo exponit, tripliciter intelligi pt. Primo per modũ prænũtiationis, nõ imprecationis, ad designandũ quid impijs sit futurũ, nisi pœniteant. Secũdo per modũ declarationis, ostendentis quid mereant maligni. Tertio per modũ orationis, qua se hõ cõformat diuinæ iustitiæ, cupiẽs impios iustas luere pœnas, vel in p̃senti, ne æternalr pereãt, vel in futuro, nisi iã cõuertant & deo ministrẽt. Si aũt intelligãtur hi versus de inuisibilibus hostibus, tunc simplr & absolute accipiunt in malo. Magna proinde & admirãda est virtus primi versus psalmi p̃sentis, propter q̃d merito mater ecclesia à spũ sancto instructa, instituit in singularũ horarũ principio, vel circa principiũ dici hũc versum, quarenus diuinæ subuẽtionis clipeo p̃muniti, vniuersas euadamus inimici insidias, q vtiq; tũc nobis fortius insidiat, nequiusq; obsistit, dũ diuina inchoare curamus. Laudem p̃terea huius versiculi, illustrissimus pater noster Cassianus libro primo collationum, pulchre prosequit, describens ea q̃ ex ore sancti Anachoritæ abbatis Isaac didicit. Ad p̃petuã (inqt) dei memoriã possidendã, hic versus inseparabilr proponẽdus est menti, recipit em̃ oẽs affectus, qui inferri possunt hũanæ naturæ, & ad omnẽ statũ atq; vniuersos incursus proprie & cõuenienter aptat. Habet siquidẽ aduersus discrimina inuocationẽ dei, habet humilitatẽ piæ cõfessiõis habet solicitudinis, p̃petuiq; timoris vigilantiã, habet considerationẽ fragilitatis suæ, exauditionis cõfidentiã semp p̃sentis, astãtisq; p̃sidij. Qui em̃ iugiter suũ inuocat protectorẽ, certus est eũ semp esse p̃sentẽ. Habet amoris & charitatis ardorẽ, habet insidiarũ contemplationẽ, inimicorumq; formidinem, qbus perspiciens se die noctuq; vallatũ, confitet se nõ posse

B sine sui defensoris auxilio liberari. Hic versiculus oibus infestatione dæmonum laborantib' inexpugnabilis murus est, & impenetrabilis lorica ac munitissimus clipeus. Hic versus in accidia, & anxietate animi collocatos seu tristitia, vel cogitationibus quibuscũq; depressos, salutis remedia desperare nõ patit, ostendens illum quem inuocant inspicere iugiter nr̃a certamina, nec eum suis deesse supplicibus. Admonet nos versus iste in prosperis successibus, spiritalibusq; profectibus non extolli, sed sicut in duris ac tristibus, ita in lætis ac prosperis nos semp diuino indigere auxilio, quatenus ab illis eruamur, & in istis stabiliter im̃oremur. Porrò quocunq; p̃cõ pulsemur, quacũq; passione tẽtemur, quacũq; aduersitate, euagatiõe, ariditate, tædioq; molestemur, semp nobis clamandũ est: Deus in adiutorium meũ intẽde, &c. Huius ergo versiculi meditatio, in tuo pectore indisrupta voluat. Hunc in omni ope, ministerio, atq; itinere decãtare nõ desinas. Hunc dormiẽs & reficiens, & in vltimis naturæ necessitatibus meditare. Hæc em̃ meditatio, nõ solũ ab omni dæmonũ incursione te illæsum custodiet, sed à cũctis quoq; vitijs terrenæ te cõtagiõis expurgãs, ad illas inuisibiles ac cœlestes theorias p̃ducet, atq; ad illũ ineffabilẽ ac p̃paucis expertũ, prouehet oratiõis ardorẽ. Hunc versiculũ meditãdo obdormi, donec incessabili eius exercitatione formatus, etiã p̃ soporẽ eũ decantare cõsuescas, hic tibi expergefacto primus occurrat, vniuersas quoq; cogitationes ina-

C nes anticipet, teq; omni tempore prosequatur.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXX.

### ¶ Argumentum.

¶ Titulus. Psalmus Dauid filiorũ Ionadab & priorũ captiuorũ, teste Iacobo de Valẽtia & alijs, hic psalmus apud Hebræos nõ habet titulũ. Propheta in p̃sona ecclesiæ aut cuiuslibet fidelis orans, docet nos omnẽ spem nostrã in deo reponere, vt in aduersitatibus ad ip̃m recurramus, eidẽ gratias pro liberatione referẽtes. Bipharià itaq; partit. Primo equidẽ ponit ecclesiæ seu iusti cuiuslibet petitio, vt hinc elucescat omne bonũ nobis à deo p̃stolandũ. Post hoc vero declarat dei varias laudes & multa preconia, ibi, Deus quis similis tibi. Author quidem primo expendit ipsum cõsentanee, ad hæc, & tũ quoq; iuxta allegoriam de Christo.

### ¶ Expositio Tituli.

¶ Præsens psalmi titulus est. Psalmus Dauid filiorũ Ionadab & primorũ captiuorũ. Hieremias narrat, qũo Ionadab filijs suis præcepit, non bibere vinum, neq; in domibus residere, sed in tabernaculis habitare, cui filij fideliter obedierũt, propter q̃d dñs improperat filijs Israel, q; verba Ionadab præualuerũt verbis suis, quibus filij Israel obedire neglexerũt. Psalm' vero iã declarandus, nõ agit de ista historia, sed de re significata per eã, videlicet de his, q diuinæ voluntati sponte obediunt, qui fuerunt primi captiui, hoc est, anteq̃ ad deum conuersi sunt, subditi erant seruituti peccati, & iugo diaboli, quemadmodum ait apostolus: Nos aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, & eramus natura filij iræ sicut & cæteri. Quamdiu em̃ portamus imaginem præuaricationis Adæ, captiui ducimur in legem peccati, dum vero imaginem Christi portare incipimus, imitando vestigia eius, liberamur à mi-

Hiere. 35

Ephes. 2

1. Cor. 15 sera captiuitate culpæ atq; diaboli, efficimurq; filij gratiæ, & in domino liberi. Hinc em̄ di- D
cit apostolus: Primus homo de terra, terrenus: secundus homo de cœlo, cœlestis. Qualis ter
renus, tales & terreni: & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Igitur sicut portauimus imaginem
terreni, portemus & imaginem cœlestis. Sensus itaq; tituli est. Psalmus iste, qui est Dauid ꝓ
phetæ, sicut actoris, æditus ad instructionem filiorum Ionadab, hoc est, filioꝝ obedientiæ,
spõte seruientium deo, primorũ captiuorũ. i. filiorum qui erant captiui, secundum modum
iam dictum, anteq̃ domino obedirent, cui seruire, est vere regnare. Loquens ergo propheta
in persona hominis vehementer afflicti, & in domino pure ac integre confidentis, sibiq; nil
boni aut perfectionis attribuentis, ait.

¶Expositio psalmi iuxta sensum literalem.



N te domine speraui, ⌋ .i. in tua pietate immensa, in tua bonitate purissima, » 1
in merito passionis tuæ, ô Christe, nõ in proprijs meritis, vel in incerto diui-
tiaꝝ, aut in aliquo bono creato, caduco, & vano confisus sum, idcirco oro vt
⌊ non confundar in æternũ, ⌋ .i. ne æternaliter peream, nec in die iudicij, ver- »
Mat. 25 bum illud æternæ confusionis, cum reprobis audiam: Ite maledicti in ignem
æternum. Quamuis ergo ô domine in præsenti vita à malignis confundor,
despicior, tribulor, non confundar in ęternum, nec spei meę priuer effectu, sed fructum eius
Hiere. 39 adeptus, saluificer, quemadmodũ testatus es speranti in te: Eruens liberabo te, & erit tibi ani
ma tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ⌊ in iustitia tua libera me. ⌋ Iustitia dei du- » E
plex est, scilicet increata, quæ est ipsemet deus. In hac iustitia libera deus viros iustos atq; ꝑ
fectos, qui merito suæ conuersionis virtuosæ, saluari merentur à domino. Alia vero est iusti-
tia dei creata, quæ dici potest omnis gratia, virtus, & perfectio nobis à deo concessa. Omnis
em̄ nostra iustitia, est dei, sicut datoris, cõseruatoris, ac præmiatoris. Specialiter tamē ista iu-
stitia dici potest pœnitētia seu forũ pœnitētiale, in quo de peccato iustitia agit, dũ ipsum cor
rigitur atq; punitur. In hac ergo iustitia pœnitētiali, qua homo de propria culpa dolet, seq;
ad deum conuertit, petit liberari peccator & pœnitens, qui nondũ virtutibus plenus est, nec
bonis operibus, meritisq; abundans. Ait ergo, in iustitia tua. i. sicut exigit tua diuina iustitia,
libera me à malo culpæ, & in seculo isto & erue me à malo pœnæ, & in seculo venturo. Hoc
em̄ diuina iustitia tua exigit, vt sperantē in te, pœnitentēq; liberes. Vel, in tua iustitia mihi à
te infusa ac data, videlicet actuũ virtuosoꝝ, quos virtute gratiæ tuæ feci, libera me. Liberatio
em̄ actui virtutis correspondet. Nec ista petitio repugnat ei quod dictũ est. In te domine spe
raui, Spes em̄ principaliter innititur deo, secundario autē innititur proprio merito, quod ho
mo agnoscit sibi à deo concessum, quia & nostra merita, sunt dei dona. ¶Inclina ad me au » 2
rem tuã, ⌋ hoc est, misericordiã tuã applica mihi, ⌊ & salua me, ⌋ nunc per grãm, per opera »
virtuosa, per inchoationem felicitatis futuræ, per contemplationē dei formem, & consola-
tionē internã, in futuro vero me salua per gloriã. ¶Esto mihi in deũ protectorē, & in locũ » 3
munitũ, ⌋ hoc est, tu qui es omniũ deus & conseruator, sic sis mihi deus, vt me protegas & cõ »
serues, sicut in loco munito custoditur homo à iaculis, atq; insidijs inimici, quatenus sicut qui
offendit, & irã iudicis metuit, ad locũ refugij properat, & in eo tutatur, sic mihi peccatori sit
semper recursus ad tuã clementiã, securitasq; in ea, ⌊ vt saluũ me facias, ⌋ quod ideo depre- »
cor te. ¶Quoniã firmamentũ meũ, ⌋ .i. causa totius firmitatis, stabilitatisq; meæ, ⌊ & refu- » 4
gium meũ ⌋ hoc est, terminus fugæ meæ, spes mea, & summũ bonũ meũ, in quo solo salutem »
constituo, ⌊ es tu ⌋ domine. ¶Deus meus eripe me de manu peccatoris, ⌋ .i. de potestate di » 5
Iohan. 8. aboli, ne eius impugnationi succumbã. De quo scriptũ est: Homicida erat ab initio, & in ve- F
ritate non stetit. Et iteꝝ: Diabolus ab initio peccat, eripe quoq; me ⌊ de manu contra legem »
agentis, ⌋ hoc est, cuiuslibet hominis impij iustos persequentis, ne ab homine tali inficiar & »
seducar, ⌊ & iniqui, ⌋ qui fraternæ charitatis iura dissoluens, me persequitur sine causa, maxi »
me tamen ô domine, eripe me de manu peccatoris, hoc est, à meipso peccatore, secundum ꝙ
impius sum, & de manu meipsius, contra legē agentis conuertendo me ad te, ne talis sim qua
Prouer. 12 lis fui, sed esse desistã iniustus, quēadmodũ scriptũ est: Verte impios, & nõ erunt. ¶Quoniã » 6
Iob. 17 tu es patientia mea domine, ⌋ .i. causa, finis, & præmiũ patientiæ meæ. Vnde & sanctus Iob »
ait: Vbi est præstolatio mea, & patiētia mea? Tu es dñe deus meus, ⌊ domine spes mea à iu- »
uentute mea. ⌋ Vel corporali, quoniã multi à iuuentute iugũ dñi super se portant, & in deo »
Threñ. 3. confidunt illi, qui in prima vigilia conuertunt. Propter quod Hieremias testat: Bonũ est vi-
ro, cũ portauerit iugũ dñi ab adolescentia sua. Et alibi Laudabo nomen tuum dñe assidue, &
Eccle. vl. confitebor tibi cũ adhuc iunior sum, anteq̃ oberrem. Vel, à iuuentute mea spũali, hoc est, ab
illo tēpore quo cœpi renouari spũ mentis meæ, expoliando me veterē hominē cum actibus
suis, & induendo nouũ, qui renouatur in agnitionē dei, secundũ apostolũ: Ab hac iuuentute
Coloss. 3. est deus spes hominis, quia sic renouari & taliter conuersari nemo potest, nisi in dño sperãs.

¶In te

A
7 " ¶In te confirmatus sum ex vtero,⌋ hoc est, tua virtute sum conseruatus in esse naturali, in vtero matris meæ carnalis, vsq; ad egressum ex vtero, & deinceps. Nisi enim deus conseruaret infantem in vtero, esse & permanere non posset, sicut nec aliquid sine manutenentia dei subsistere valet, & nisi infantem in vtero à cunctis præseruaret periculis, frequenter, facileq; moreretur in ventre. Propterea dicit sanctus Thomas, & alij multi, quòd infanti, adhuc in vte-
" ro existenti, deputatur angelus bonus, qui eũ custodiat, ⌊de ventre matris meæ tu es prote-
" ctor meus,⌋ hoc est, ab ortu natiuitatis meæ, vsq; in præsens, tu protexisti me, per te ipsum, & angelũ tuum sanctũ. Quamuis enim iusto iudicio suo, permittat deus aliquẽ aliquando cadere, quẽlibet tamen electũ in tantũ defendit, quòd non permittit eũ in peccato mortali decedere, vel à diabolo finaliter absorberi, imò in quolibet reprobo hoc agit misericordia creatoris, quod per angelicã custodiã à multis malis retrahitur, atq; ad aliqua bona instigatur. Spiritualiter vero, ita exponendus est versus iste. In te confirmatus sum, hoc est, in fide & gratia tua cœpi stabiliri ex vtero, id est, ex catechismo, vbi in Christiana doctrina instructus sum de ventre matris meæ, hoc est, de ventre ecclesiæ, vtpote ex sacro baptismate, in quo spiritualiter regeneratus sum ex aqua & spũ sancto In baptismo enim infundit nobis gratia, fides, spes, charitas, tu es protector meus, me conseruando in donis gratiæ, gratũ facientis, in ba- Alia expō Johan. 3.
8 " ptismo collatis. ¶In te cantatio mea semper,⌋ id est, laus mea vocalis, exultatio cordis, & regratiatio animæ meæ, circa tua beneficia versatur, & de tua bonitate concipitur, ita quod incessabiliter te laudare desidero, in omni loco, causa, ac tẽpore. Et si hominẽ laudo, vel aliquid creatũ, hoc ago ad gloria tuã, tibi omnia bona ascribens, & ad tuũ honorẽ omnia referens, nec aliquẽ laudo in malo, sicut superius dictũ est, quoniã laudatur peccator in desiderijs animæ
B suæ, sed si quẽ laudo, propter virtutes, & gratiæ dona hoc facio. Hoc modo Paulus suos fre-
" quenter laudauit discipulos, ⌊tanquã prodigiũ factus sum multis,⌋ hoc est, velut portentũ à multis sum reputatus, irrisus ac spretus, quoniã vita mea, vitæ illorum dissimilis inuenitur, tẽporalia enim, carnalia, & delectabilia, quæ ipsi magni pendunt, laudant, acquirunt, & diligũt, ego velut stercora arbitror, vt Christo pura ac libera mente adhæreã, cœlestia, inuisibilia, & æterna, terrenis, visibilibus, & transitorijs præfero, patrẽ, matrẽ, fratres, sorores, vxorẽ, propinquos, agros, & cætera vniuersa, pro Christi amore relinquo, ideo vitã meã putant insaniã. Vnde & ait diuinus apostolus: Spectaculũ facti sumus mundo, & angelis & hominibus. 1. Cor. 4
Ad Philippenses quoq;: Existimo (inquit) omnia detrimentũ esse, propter eminentẽ scientiã domini nostri Iesu Christi. Hinc etiã sanctus Ezechiel ait ad populũ suũ. Ezechiel erit por- Philip. 3. Ezec. 24
" tentũ vestrũ, ⌊& tu adiutor fortis,⌋ id est, tu domine fortiter mihi astitisti, magnãq; gratiã ac fortitudinẽ donasti, ita quod propter improborum irrisiones & persequutiones non recessi à recte ab opere bono cessaui, sicut (heu) plurimi facere solent, qui dũ se ab alijs aspernari, molestari, & vituperari conspiciunt, viam perfectionis arreptã relinquunt. Quo contra exhortatur nos diuinus Apostolus: Per patientiã curramus ad propositũ nobis certamen, aspicientes in authorẽ fidei Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucẽ, confusione contempta Recogitate eũ, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris. Et rursus: Exeamus igitur ad eũ extra castra, improperiũ eius portantes. Deinde vir iustus cupiens de tantis beneficijs gratus domino inueniri, precatur. Hebr. 12 Hebr. 13
9 " ¶Repleatur os meũ laude,⌋ hoc est, tu domine mentẽ accende, illumina, quatenus tuã bonitatem & beneficia contemplando, os diuina laude repleatur. Ex abundantia enim cordis os loquitur, & nisi tu mentem diuino calore succenderis, cito fatigabitur in tua laude os corporis, imò & spiritus meus, idcirco superius dictũ est: Sicut adipe & pinguedine repleatur ani- Matt. 12
C ma mea, scilicet diuino amore, & labijs exultationis laudabit os meum. Vnde nunc plenius
" subdit, cur petat os suũ laude impleri, ⌊vt cantem gloriam tuam,⌋ hoc est, quatenus prædi-
" cem famam tuã gloriosam, tuamq; excellentiam cantando, annuntiem ⌊tota die magnitudi
" nẽ tuam,⌋ hoc est, semper, quantũ huic vitæ possibile est, maiestatẽ ac dignitatẽ tuam decantem. Hoc nẽpe est diuinissimũ ac illustrissimũ præsentis vitę exercitiũ, in diuinis laudibus iugiter delectari, hilariter occupari, affectuosissime immorari cũ beatissimo Esaia propheta: Domine, deus meus tu es, exaltabo te, & confitebor nomini tuo. Et iterum. Nomen tuũ, & memoriale tuũ, in desiderio animæ. Hæc est vere angelica, cœliformisq; vita, diuinæ glorificationis meritoria, sicut & ipse dominus affirmat: Quicunq; glorificauerit me, glorificabo Esaie. 25
10 " eum. ¶Ne proijcias me in tẽpore senectutis.⌋ Quemadmodũ duplex assignata est nunc 1. Regũ. 2
iuuentus, spiritualis & corporalis, sic duplex senectus est. Vna corporis, dũ calor deficit, & corporea virtus occũbere incipit. Alia vero est senectus animæ, dũ spiritualis calor amoris fregescit, nec anima per gratiarum incrementa renouatur, sed in negligentia sua & vitijs inueteratur, vel tædio persequutionũ grauatur, aut minus actiua in bonis efficitur. Et de vtraq; senectute intelligi possunt hæc verba, Ne proijcias me in tempore senectutis, hoc est, ne gratiam tuam auferas mihi, dũ corporaliter senesco, aut mente deficio, sed tunc tanto benignius

mihi subuenias, quanto me amplius indigere agnoscis, & ideo, quasi exponendo quod dictũ D
est, addiditur, ⌊cum deficiet virtus mea,⌋ corporalis aut spiritualis, quod maxime fieri so-
let & potest in agone, & tempore magnæ infirmitatis, ⌊ne derelinquas me.⌋ In hoc versu
sanctus Thomas singularem, præcipuamq́ꝫ deuotionem habere solet, & in dulces lachry-
mas ac vberem fletũ amorose resolui. Versus enĩ hic mirabiliter affectuosus est, efficax, & sa- 18
lubris. Merito autẽ ò domine peto ista à te. ¶Quia dixerant inimici mei mihi,⌋ quicquid
excogitare potuerunt ad fallendum & opprimendum me. Dæmones enĩ honores propo-
nunt, mundus diuitias, caro delicias, ⌊& qui custodiebant,⌋ hoc est, obseruabãt, ⌊animam
meam,⌋ ad decipiendũ, ⌊consiliũ fecerũt in vnũ,⌋ .i. pari proposito, & fine eodẽ, facti vna- 12
nimes ad perpetrandũ illicita. ¶Dicentes, deus dereliquit eũ,⌋ qm̃ enĩ factus sum illis pro-
digiũ, putant vitã meã dño non placere, p̃sertim cũ videant se in hoc seculo prosperari ac p̃-
Abacuc.1 ualere, me vero varijs calamitatibus fatigari atq; deficere. Hoc nãq; opinant maligni, dũ iu-
stos cernunt affligi, se aũt lætari ac dominari. Vnde Abacuc: Quia impius p̃ualet aduersus iu
stum, propterea egreditur iudicium peruersum, & quia me putant à deo derelictum, arbitrã
tur se obsequium præstare deo me persequendo, & cohortando se dicunt, ⌊persequimini &
comprehendite eum,⌋ hoc est, facite ei quod vultis, ⌊quia non est qui eripiat eum,⌋ de ma-
nibus vestris, ipse nanq; humanum auxilium spreuit, & in deo confisus est. Non aduertunt
Iob.2 isti insensati & reprobi, quoniam sicut aurum in fornace, sic deus probat electos, & quia per
multas tribulationes oportet nos ingredi gloriam dei, quemadmodũ Iob inducit. Qui humi 6
liatus fuerit, erit in gloria, & saluabitur innocens. ¶Deus ne elongeris à me,⌋ auxiliũ diffe
rendo, gratiam subtrahendo, aut etiam minorari sinendo, sed ò ⌊deus meus,⌋ in quo sum-
me & plene confido, ⌊in auxilium meũ respice,⌋ tanto gratiosius succurrenno, quanto illi E
Naum.1. malitiosius me subuertere nituntur, quemadmodũ scriptum est: Bonus dominus, & confor 4
tans in die tribulationis, & sciens sperantes in se. ¶Confundantur⌋ de suis sceleribus, ⌊&
deficiant,⌋ ab executione operis mali, ⌊detrahentes animæ meæ,⌋ bonã eius famam deni-
grare optantes, quod est mortale peccatũ, quoniã bona fama multũ pretiosa atq; amabilis est
Eccle.7 & melior cunctis diuitijs, quemadmodũ Salomon profitetur: Melius est nomen bonũ, q̃ vn
guenta pretiosa. Et rursus: Curam habe de bono nomine, hoc enĩ magis proderit tibi, q̃ mil
le thesauri. Propterea detractio est maius peccatũ q̃ furtũ, ⌊operiantur confusione,⌋ prædi
cta, ⌊& pudore,⌋ qui in confusione peccati maxime cooperatur ad culpæ remissionem, etiã
quantũ ad pœnam, ⌊qui quærunt mala mihi,⌋ inferre, meq́ꝫ ad peccandũ inducere, aut simi
Ezec.36 li modo iniuste affligere. De hac bona confusione scriptũ est: Confundimini & erubescite su
per vijs vestris, ait dominus. Veruntamen quomodo ista confusio, pudor, & defectio mul- 15
tipliciter accipi queant, in præcedentis psalmi explanatione inductũ est. ¶Ego autẽ sem-
per sperabo,⌋ .i. quantũcunq; illi me persequant verbis & factis, occulte & publice, ego nihi-
lominus incessanter in te confidere volo, sicut beatus Iob de te fatetur: Etiam si occiderit me
Prouer.3 in ipso sperabo. Et Salomon: Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo. Et: Expecta do-
minũ, & liberabit te, ⌊& adijciam super omnẽ laudem tuã,⌋ .i. omnẽ laudem, qua te venera-
ri potero, vel ab alijs es laudatus, confitebor esse minorem tua dignitate, & in infinitum de-
ficere à præconio, quo tu dignus es, propter tuæ bonitatis plenitudinem prorsus immẽsam,
idcirco quãtũ mihi possibile fuerit, semper conabor te nouis hymnis laudare, perfectiori lau-
de extollere, & nunq̃ à tua laude cessare. ¶Os meũ annuntiabit⌋ apud se, te laudando, teq́ꝫ 16
coram alijs prædicando, ⌊iustitiam tuam,⌋ qua vnicuiq; reddis quod meretur, & sine perso F
narũ acceptione omnia operaris, Te ergo ò domine iustificabo, tua iudicia approbabo, me
vero accusabo & cõdemnabo. Potest quoq; per iustitiã dei, sacra scriptura intelligi, in qua
Prouer.8 diuinæ iustitiæ, præcepta atq; consilia continentur. Vnde sapientia ait: Iusti sunt omnes ser
mones mei, & nõ est in illis peruersum quid, neq; prauũ, & ita dei iustitiam annũtiare, est sa-
cram scripturam docere, prædicare, aut legere. Annũtiabit quoq; os meũ ⌊tota die salutare
tuũ,⌋ hoc est, indefinẽter competẽtibus horis diei, narrabo atq; laudabo dominũ Christum
omniũ saluatorem. Vel, salutare tuũ, id est, salutem & saluationem, quã nobis misericorditer
Expõ 1a impẽdisti per Christũ, atq; in cœlis parasti. ¶Quoniã nõ cognoui literaturã.⌋ Istud varijs 17
modis exponi potest. Primo sic, nõ cognoui literaturã .i. nõ approbaui inanẽ philosophiã,
& oẽm scĩetiã extollẽtẽ se aduersum sciẽtiã dei, nõ ꝙ philosophia sit p se odibilis aut vitãda,
sed q̃a nõ debemus in ea quiescere, & inaniter gloriari, aut inflari, sed ad diuinã doctrinã ip-
Expõ 2a sam ordinare. Vel, nõ cognoui lr̃aturã⌋ .i. nihil me scire arbitratus sum, qñ in cõspectu dei
Expõ 3a meip̃m cõstitui, & ad eius sapĩam ĩfinitã me cõparaui. Vel, nõ cognoui lr̃aturã .i. aliquã sci
entiã per humanã exercitationẽ, informationẽ, & studiũ. Hoc nõ cõpetit oĩbus, sed Petro &
Actor.4 Iohãni, de q̃bus legit, ꝙ erãt hoĩes sine literis & idiotæ. Dicit etiã cõuenire sctõ Dauid, q̃ tpe
suæ iuuẽtutis oues pauisse legitur, non scholas frequentasse, vt aliqui dicunt, sed nõ videt cer-
tũ, q̃a & psalmos metro cõscripsit. Qm̃ ergo his modis, vel aliquo horũ, nõ cognoui lr̃aturã,

⌊intro-

A ⌊introibo,⌋ per contemplationem supernaturalē,⌊in potentias domini,⌋ .i.in perfectio-
nes seu veritates diuinas,easq́ȝ cognoscā,& alios instruā. Perfectio dei & virtus eius,est vna
ac simplex,vt pote sua essentia,sed dicuntur plures potētiæ,perfectiones, virtutesq́ȝ dei,qm̄
deus in ipso suo simplicissimo esse omniū reꝝ perfectiones eminētissime cōprehendit. Ad
haꝝ diuinaꝝ perfectionū,quæ sunt,sapiētia,iustitia,misericordia,cōtemplationē ingredif,
qui in proprio sensu nō cōfidit,neqȝ naturali rōni innitif, sed diuinitus illustraf. Vñ & Chrs Matth.11
ait in euāgelio:Cōfiteor tibi pf,quia abscondisti hæc à sapiētibus & prudētibus, & reuelasti
ea paruulis Quid est à sapiētibus & prudētibus,nisi à literatis? Et nōne Paulus literatus erat
qui legem ad pedes Gamalielis didicerat? Quid ergo est,abscondisti hæc à sapientibus,pru
dentibus,& literatis,nisi ab his,qui in sua sapiētia & literatura inaniter glorianf,seq́ȝ sapiē-
tes & literatos arbitrantur? Tales propter suam superbiam, diuinæ illuminationis capaces Mat.18
non sunt,nec fiunt,nisi conuertantur & efficiantur vt paruuli. Ideo nāqȝ ait sapientimus Pau 1.Cor.3.
lus:Si quis videtur inter vos sapiens esse,stultus fiat,vt sit sapiens. Vel sic,introibo in poten-
tias domini,id est,fortes dei illuminationes,& potētes ac magnas gratias eius recipiam,tan
quam nihil de proprio sperās ingenio,sed deo me humiliter applicādo,sicq́ȝ cōtemplabor,
& sciam,q̄ potēs & gloriosus sit deus meus,& tunc ò domine,⌊memorabor iustitiæ tuæ so-
lius,⌋ hoc est,tuam dūtaxat iustitiam cōmemorabo,nihil de mea iustitia allegabo, omne bo
nū,virtutem,& gratiam tibi ascribam,oīe malū,omnem defectū,& culpā mihi attribuā,
dicamq́ȝ cū Apostolo:Gratia dei sum id quod sum. Et denuo:Qui se putat aliquid esse,cum 1.Cor.15
nihil sit,ipse se seducit. Et iteꝝ:Ignorantes(inquit)dei iustitiam,& suā volētes statuere,iu- Galat.6.
stitiæ dei nō sunt subiecti. Et quasi quis diceret,si ò serue dei literaturā nō nosti,quomodo tā Roman.10
decora documēta atqȝ sublimes sentētias nosti atqȝ cōscribis:Respōdet ad dominū,loquēs.
18 ¶Deus docuisti me,⌋ per inspirationem spūs sancti,& illuminationē supernaturalē,⌊à
iuuētute mea,⌋ vel corporali vel spirtuali, de quibus modo satis ad prædictū videf,⌊& vs-
qȝ nūc,⌋ cōseruando,augēdo,seu perficiendo grām tuā,⌊ pronūtiabo mirabilia tua,⌋ quæ
B facis in cœlo & terra,in operibus naturæ ac mysteriis gratiæ,maxime tñ incarnationē, passi
19 onē,& mortē tuā ò Christe pronūtiabo. ¶Et vsqȝ in senectā(spūalem)& seniū,⌋ corpo-
rale,de quibus distinctio assignata est,pronūtiabo mirabilia tua,⌊deus ne derelinquas me.
20 ¶Donec annūtiem brachiū tuū,⌋ .i.maiestatis tuæ potētiā. Vel, brachiū tuū.i. vnigenitū
filiū tuū,qui est fortitudo & virtus tua,de quo Esaias dixit:Parauit dñs brachiū suū,in oculis Esaie.52
omniū gentiū. Sicut & spūs sanctus vocaf digitus dei;ratiōe sui effectus,quoniā cūcta demō-
strat,sic filius appellaf brachiū dei,qui oīa portat & sustētat verbo virtutis suæ,annūtiē vti-
qȝ domine brachiū tuū ⌊generatiōi omi,q̄ ventura est,⌋ vsqȝ ad finē mūdi. Hoc actor psalmi
p̄sentis excellēter p̄fecit. Per librū eñ psalmoꝝ,quē ædidit,& nobis reliquit,annūtiat ista in
desinēter toti mūdo,& quilibet nostrū hoc agit,dū,quantū sibi possibile est,nomē dei glori-
rificat,& eius honorē augere conatur,atqȝ post suā mortē,diuinæ legis testimonia differit,
verbo,fama,& vita,veꝝ esse cōtestans quod fides affirmat catholica. Annūtiem quoqȝ ò do-
21 mine. ¶Potētiam tuā,⌋ quæ vere immēsa est,per quā omnia creasti, conseruas,& regis,
⌊& iustitiā tuā deus⌋ q̄ vnicuiqȝ quod meref,repēdis:potentiā,in quā,& iustitiā tuā annūtiē
nō secundū q̄ in se est,quoniā sic omnino incognita extat,sed per cōparationē ad suos subli-
mes effectus,videlicet,⌊vsqȝ in altissima quæ fecisti magnalia.⌋ Quæ aūt sunt ista magnalia
C altissima à deo producta,nisi angelicoꝝ distinctio ordinū,creatio visibiliū & inuisibiliū, bea
tificatio electoꝝ,gubernatio mūdi,iustificatio impii,redēptionis humanæ mysteria,& reli
qua dei prodigia,signa,atqȝ miracula? In his effectibus relucet creatoris iustitia,& admiran-
da potētia,cū ergo tanta sint tua magnalia,ò deus,quis similis tibi? quasi dicat, Nullus. Simi-
litudo aūt est duplex,imitatiua.seu imperfecta,& naturalis seu perfecta. Secundū primā si-
militudinē creatura similis est creatori,p̄cipue homo,q ad dei imaginē & similitudinē factus
est,sed q̄tū ad similitudinē secundā,nil creatū simile est creatori. Vnde propheta dicit:Cui si Esaie.40
milē fecistis deū,aut quā imaginē ponetis ei? Et Iob:Ecce excelsus deus in fortitudine sua,& Job.36
22 nullus ei similis in legislatoribus. ¶Quantas,ò deus,ostēdisti mihi,⌋ p experientiā, ⌊tribu
lationes⌋ mūdi,carnis,ac dæmonū,⌊multas,⌋ numero,⌊ & malas,⌋ malitia pœnæ,acer-
bas ac duras,aut certe iniusta seu mala intētione alioꝝ illatas ⌊& cōuersus⌋ .i.placatus & mei
misertus,⌊viuificasti me⌋ vita gratiæ,auferēdo à me flagella iracūdiæ tuæ,⌊& de abyssis ter
ræ,⌋ .i.de sumersione peccati & fluctibus seculi,⌊iteꝝ,⌋ .i.frequēter,⌊reduxisti me,⌋ ad sta
23 tū salutis & gratiæ. ¶Multiplicasti magnificētiā tuā,⌋ .i.magnā tuā potētiā multipliciter
ostēdisti in me,flagellādo me variis modis,⌊& cōuersus⌋ ab ira tuæ vindictæ ad māsuetūdi
nē tuæ dilectionis paternæ absqȝ tua mutatione,⌊cōsolatus es me,⌋ infusione interioris læti
tiæ,cōtēplatione felicitatis futuræ,seu p̄mioꝝ cōsideratiōe,& alloquutiōe sacræ scripturæ,
in qua dicif:Qm̄ nō sunt cōdignæ passiones huius tpis ad futurā gloriā,q̄ reuelabif in nobis,
24 & si cōpatimur & cōregnabimus. Huius aūt cōsolatiōis meæ indiciū est. ¶Nā & ego cōfi- Roma.7.

tebor tibi,⌋ cõfessione laudis,⌊in vasis psalmi,⌋.i.in psalmis q̃ sunt vasa laudis diuinæ,in D
ipsis cõtentæ. Vel,in vasis psalmi.i.in viris deuotis,in quorũ cordibus velut in vasis,cõtinetur «
laus tua. Vel,in vasis psalmi.i.in psalterio,q̃d dicit vas psalmorũ,⌊veritatẽ tuã deus,⌋.i.ad
gloriã tuã cõfitebor seu laudabo veritatẽ tuã,in diuinis scripturis traditã. Vel,veritatẽ tuam »
increatã,quæ est oĩs veritatis origo,⌊psallã tibi in cithara⌋ spũali.s.in carnis mortificatiõe,
per citharã significata,ò dñe,qui es ⌊sanctus Israel,⌋.i.sanctificator populi te fideliter con- »
templãtis. ¶Exultabũt labia mea⌋ exteriora.i.signa lætitiæ manifestabũt ⌊cũ cantaue- »
ro tibi,⌋ qm̃ vultu hilaris ero,secũdũ faciẽ sanctorũ,cũ te ore laudauero. Vel,exultabũt.i.ex » 25
uberãter gaudebũt,labia mea interiora,intellectus & volũtas,qbus interiora verba & vota »
formantur,cũ cantauero tibi.i.ad tuum honorem,⌊& anima mea,quã redemisti,⌋ per gra
tiam tuã à culpa,atq; per sanguinis tui pretiũ à gehenna,exultabit,tibi cantãdo. ¶Sed & »
lingua mea⌋ interior.s.intellectus;⌊tota die⌋.i.horis aptis ac debitis,⌊meditabit iustitiã » 26
tuam⌋ reuoluẽdo intra se legẽ tuã iustissimã. Vel,lingua mea corporea,meditabit.i.ex inte- »
riori cogitatiõe loquet iustitiam tuã,⌊cũ cõfusi⌋.i.repulsi, victi,⌊& reueriti,⌋.i.perterriti »
fuerint,⌊q q̃runt mala mihi,⌋.i.dæmones mihi nocere optantes,vel hoĩes mali,de quorũ cõfu »
sione atq; repulsa gaudẽt boni,tranquillã vitã amãtes.Sed quia in hac vita non possumus ple »
ne erui,totaliter,iugiterq́; ab eorum impugnatione esse securi,idcirco versus iste anagogi-
ce exponi p̃t,de statu futuro in patria,tũc em̃ lingua nr̃a interior,& forte etiã exterior,tota
die æternitatis.i.cõtinue & indefesse,meditabit iustitiã dei,p cõtẽplationẽ clarissimã,cũ con
Esaie. 25 fusi & reueriti fuerint,&c.qa in die iudicij irreparabilr cõfundent oẽs iniqui,iuxta illud:Præ
Esaie. 41. cipitabit dñs mortẽ in sempiternũ,& opprobriũ populi sui auferet. Vñ & viro electo ait dñs
Ne timeas,qa ego tecũ sum,ecce cõfundent oẽs,qui pugnãt contra te. E

¶Enarratio allegorica eiusdem psalmi,de Christo.

QVoniã psalmus iste gloriosus atq; decorus,in principio sui,verbis & sensu cõfor-
mis est psalmo.30.qui sic incipit,sicut iste,In processu autem similis est in aliqui-
bus psalmo.21.cuius exordium est,Deus deus meus respice in me,quorum vterq;
ad literã de Christo exponitur. Idcirco studendum est,vt & p̃sens psalmus ex
ponat,quantũ fieri p̃t,de dño saluatore. Christus ergo secundũ q hõ passibilis,& aliquo mo-
do viator extiterat,ad passionẽ propinquãs,orauit ad patrẽ,dicẽdo. In te dñe pr̃ speraui.i.
omne bonum quod desideraui,teq; rogaui,à te adipisci confisus sum,nõ per spem,quæ ẽ vir
tus theologica,sed p quandam fiduciam. Spes em̃ quæ est virtus theologica,est expectatio
futuræ beatitudinis. Cum igit anima Christi à suæ creationis principio beata fuerit,deum vi
dendo per spẽm,constat q spem talem nõ habuit,nihilominus habuit quandã præstolatio
Prouer. 17 nem siue fiduciã,de qua scribitur:Gemma gratissima,expectatio præstolantis. Sperauit nam
q; anima Christi à deo gloriã corporis,& alia quædam ad præmium accidentale spectantia.
Qm̃ ergo in te dñe speraui,nõ confundar in æternum.i.quãuis ad tẽpus à Iudæis despicior,
& illudor,ab Herode quoq; & Pilato,atq; eorũ militibus,nõ tamen duret diu ista cõfusio,sed
tertia die honorer à te, p resurrectionem beatã,in iustitia tua.i.secũdum iustitiã tuam,& se-
cundũ exigẽtiam eius libera me à generatione hac infideli ac pessima, de qua loquutus sum:
Marci. 9 Quàmdiu apud vos ero,q̃diu patiar vos?& eripe me ab omni corporis mortalitate ac passi-
bilitate. Inclina ad me filium tuũ vnicum & dilectũ, aurem tuã,quod oro, non quasi incertꝰ
q sic facies,sed quia p orationem decreuisti dare quod opto, & ego ostendã me à te habere
omne bonũ quod habeo,alijsq; formã orandi exhibeam,& salua me ab omni malo pœnæ, F
dando etiã præmiũ accidentale,corporis glorificationẽ & ascensionẽ. Esto mihi in deũ pro
tectorẽ,ne ante tẽpus à te pordinatũ,à Iudæis cõprehendar,occidar, aut lædar,q me præci-
pitare,lapidareq́; conati sunt,sed nõ potuerunt,qm̃ nondum venit hora mea. Esto etiã mihi
& in locũ munitum,vt in te quasi in loco confugij,securus ab omni inuasione quiescã,vt sal-
uum me facias,animam corpori reuniendo. Quoniã firmamentũ meũ.i.confirmator meæ
humanitatis,& causa vniuersæ fortitudinis eius,& refugiũ meũ.i.adiutor meus in quãtũ ho-
Iohan. 5 mo sum,ad quẽ in omni necessitate cõfugio. Hinc em̃ ait saluator de semetipso: Nõ possum
Esaie. 50 ego à meipso facere quicquã. Et iterũ:Pater in me manens,ipse facit opera. Esaias quoq;:Ec
Hiere. 20 ce dñs deus auxiliator meus. Et Hieremias:Dominus mecũ est quasi bellator fortis, idcirco
qui me persequunt,cadent. Deus meus,qui es specialissimo modo deus meus eripe me de ma
nu peccatoris.i.de potestate Iudæ proditoris, cuius iniquitatẽ cœli reuelabũt,& terra aduer
sus eũ consurget,& de manu contra legem agentis & iniqui.i.populi Iudæorũ,de quo dixit
Iohan. 7 Nõne Moyses dedit vobis legem,& nemo ex vobis facit legem? Et rursus:Quare vos trã-
Matth. 15 gredimini mãdata dei,propter traditionem vestrã? Quoniã tu es patientia mea dñe, oĩs em̃
perfectio animæ Christi,à deo infusa,collataq́; fuit. Christus quoq; oĩa propter dei honorẽ
sustinuit,sicut superius dixit,qm̃ propter te sustinui opprobriũ,sicq; deus erat causa efficiẽs,
& finalis patientiæ Christi,domine spes mea à iuuentute mea,Nam Christus,per prædictã
fiduciã

A fiduciam, semper certissimè & immobiliter sperauit in deo. Propter quod dixit: Ego autem scièbam, quoniã semper me audis. In te confirmatus sum ex vtero, hoc est, in ipso matris meæ virgineo vtero, per gratiã cõsummatã .i. per beatificã fruitionẽ, fixus & roboratus sum in te, ita vt à te nunq̃ possim auerti. Nõ eñ solũ erat aĩa Chr̃i in vtero virginis sanctificata p gratiã sed & immobilis facta per gloriam, de ventre matris meæ tu es protector meus .i. ab instanti natiuitatis meæ, vsq; ad mortẽ, protexisti me ab om̃i ruina peccati, à tentatione diaboli, & à pœnis quas Iudæi ante tempus inferre volebant. Quoniam eñ Christus confirmatus erat in bono in virginis vtero, post natiuitatem peccare nullatenus potuit. Hinc de ipso Esaias præ dixit: Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Quis contradicit mihi? Stemus simul. Ecce quanta securitas propter protectionem diuinam, propter quod nullo modo opinandũ est, q̃ Christus expauit, quãdo ducebãt eum ad supciliũ montis, quatenus pcipitarẽt eũ. In te cãtatio mea semp .i. te ó deus pr̃ semp laudaui, noĩs tui honorẽ, nõ propriã gloriã, semp quæsiui, sicut testatus sum blasphemis Iudæis. Ego nõ quæro gloriã meã, sed honorifico prẽm meum & vos inhonorastis me, tanq̃ prodigiũ factus sum multis, puta Iudæis, de qbus scriptum est. Dicebant multi ex Iudæis: Dæmonium habet, & insanit: quid eum auditis? Et cum filiam archisynagogi suscitaturus dixisset: Puella non est mortua, sed dormit, deridebant eum. Vnde de Christo prædictum est. Inglorius erit inter viros aspectus eius, & tu adiutor fortis, quoniam in om̃i aduersitate fecisti me constantem atq; immobilem. Repleatur os meũ laude. Christus in gratia habituali nunquã profecit, nec in ea proficere exorauit. Vnde quemadmodum sancti in patria deũ non rogant pro gratia benefaciẽdi, sic nec Christus exorauit, vt ex gratiæ interioris incremento, ad Dei laudẽ prorumperet. Ideoq; quòd ait, repleatur & cætera, potius cõgratulando quòd sic eft, q̃ orando vt sic sit intelligẽdum videt. Vel orat vt corpus suum

B in morte ab aĩa separatũ, denuo vniatur eidẽ, & ita os suũ corpale in triduo mortis clausum p resurrectionẽ aperiat, laudibusq; diuinis impleatur, vt cantẽ (inquit) gloriã tuã. Christus eñ ore interiori iugiter decantauit gloriã summæ Trinitatis, laudãdo eam in seculũ seculi multo sublimius q̃ aliquis beatorũ in patria, secundũ q̃ cõprehẽsor fuit, & tota die, hoc ẽ, incessanter & in die æternitatis participatæ quæ fuit mensura opationũ suarũ interiorũ cõuenientiũ sibi vt cõprehẽsori, cãtauit iteriori melodia, magnitudinẽ dei, illam clarissime cognoscẽdo atq; dignissimè extollendo. Deniq; etiã añ passionẽ & post resurrectionẽ, cãtauit ore corpali gloriã Dei .s. Euãgelicæ legis doctrinã, in qua deus pulchrẽ laudat, & tota die, hoc est, semp cõgruis horis, cãtauit seu prædicauit magnitudinẽ dei, p seipm ac suos ministros. Ne proijcias me in tpe senectutis. Dicere aliqs posset Christũ oraſſe hũc versum nõ pro seipso, sed pro corpe suo mystico eo modo quo iam impassibilis factus, dixit ad Paulũ: Quid me persequeris: præsertim cũ nec corporalis senectus, nec spũalis in Christo fuisse noscant: nã iuuenis occisus est, & in interioribus semp, æqualiter, recẽs, virensq; extitit, propter quod viridi ligno cõparauit seipm. Verũtamẽ dicere possumus, q̃ hoc loco per tp̃s senectutis, intelligat tẽpus dñicæ passionis, in qua corporalis natura Chr̃i instar hoim antiquorũ, à suo virore atq; vigore occubuit, eritq; sensus exponẽdo hũc versum de Chr̃o. Ne proijcias me in tpe senectutis .i. tpe passionis nõ subtrahas mihi tuæ pr̃næ pietatis pñtiam derelinquẽdo corpus in tumulo, aut aĩam in lymbo Non eñ orauit Chr̃us ne proijceret à deo grãm amittẽdo, aut gloriã qm̃ se confirmatum cognouit in bono, cũ deficiet virtus mea corpalis in cruce, qñ expiraui, inclinato capite tradens spm̃, ne derelinquas me, sed audi quod dico: Pater, in manus tuas cõmẽdo spm̃ meũ. Merito

C quoq; pcor ista ó pater: Quia dixerunt inimi mei Iudæi, mihi quicqd mali excogitare valebant, vt est illud: Nunquid interficiet semetipsum? Et alibi, homo vorax, potator vini. Hic blasphemat, multaq; talia & q custodiebãt animã meã .i. Iudæi q obseruabãt vitã meã vt eam arguerẽt, quẽadmodũ scriptũ est: Obseruabãt si sabbatis curaret Iesus, vt accusarẽt eũ, cõsiliũ fecerũt in vnũ .i. adinuicẽ & pari malitia. Iuxta illud: Cõsiliũ fecerũt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderẽt. Dicẽtes deus dereliqt eũ. Iudæi nãq; putabãt deũ recessisse à Iesu, tanq̃ à pc̃tore. Vnde dicebãt: Nos scimus, q; a hic hõ pc̃tor est. Et iterũ: Nõ est hic hõ à deo, q sabbatũ non custodit, psequimini & cõprehẽdite eũ, hoc ẽ, q̃d dr̃: Miserũt Iudæi ministros, vt cõprehẽderunt Iesum. Et in nocte cœnæ, dixerunt hæc verba suis ministris principes sacerdotũ, qui eos miserũt cũ Iuda, vt caperẽt eũ. Propter q̃d dr̃: Audiui cõtumelias multorũ, & terrorẽ in circuitu, psequimini, & psequamur eum, q; a nõ est q eripiat .i. nullus est qui Iesum de vestris manibus eruat, eo quòd deus reliquerit eum. Hinc eñ dicunt aduersarij Christi. Contumelijs & tormẽto interrogemus eum, & probemus quæ vẽtura sunt illi. Ea propter Esa. Nos (inqt) putauimus eũ quasi leprosum & pcussum à deo & hũiliatũ. Deus pr̃ ne elõgeris à me, differẽdo resurrectionẽ meã vltra triduũ, deus meus in auxiliũ meũ respice, tua diuina virtute cooperando meæ humanitati, in redemptiõe generis humani, atq; de manibus Iudæorũ me eruẽdo, per resuscitationem ad impassibilem statum. Hoc est, quod Christus ante passionem orasse describitur. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, saluifica me ex hac hora.

Iohan.17
Esa.50
Iohan.8.
Iohan.10
Luce.8
Esai.53
Acto.9
Luc.23.
Luce.23.
Iohan.8.
Marci.3.
Matt.26
Iohã.9
Iohan.9.
Iohan.7.
Hiere.20.
Sapie.2
Esa.53
Iohan.12.

Confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ.] Multipliciter confusi sunt, & defece- D
runt Iudæi, dñm saluatorem persequentes & occidẽtes. Nonne cõfundebant, dum Chr̃o in
cruce pendẽte, sol obscuratus est, terra cõmota, velumq́ tẽpli scissum, dum etiã in die resurre
ctionis milites eis narrabãt quę circa Chr̃i sepulchrũ contigerũt, & quõ resurrexisset, dũ insup
Acto.2 ab Apl̃orũ principe beatissimo Petro audierũt, Iesum Nazarenũ virũ approbatũ à deo, in vir
tutibus & prodigijs & signis quæ fecit deus p illũ in medio vestri, interemistis: dum quoq; p
Ibidem. manus Apl̃orũ signa magna fiebãt in Hier̃lm, & multa milia cõuertebant ad Chr̃m. Maximè
aũt confusi sunt & penitus defecerunt, in obsidione Titi, ac Romanorũ: opereant confusione
& pudore. i. vndiq; confundant & erubescant, intus quoad seip̃os, & foris quantum ad alios,
Hiere.17. qui quærũt mala mihi, id est Iudæi q mihi mala culpæ imponũt, & mala pœnæ infligũt. Vnde
apud Hieremiã Chr̃us ait: Confundant qui me p̃sequunt, & nõ confundar ego, paueant illi,
& non pauea ego, & duplici contritõe contere eos, videlicet in p̃senti & in futuro. Hæc autẽ
à Chr̃o dicunt, potius p̃nuntiãdo q̃ imp̃cando. Quõ tñ ista multipl̃r possent exponi. s. p mo-
dum or̃onis in bono ex præhabitis innotescit. Ego autem semp sperabo Nam quicqd Iu
dæi Chr̃o dixerũt, siue fecerũt ip̃e in deo mãsit, immobil̃r sperãs, certitudinaliterq́; ab eo ex-
pectãs resuscitari, corpe glorificari, & sup alta cœlorũ eleuari, & adijciam sup omnẽ laudẽ tuã,
hoc est, omĩ laude qua in lege atq; pphetis laudaris, addã Euangelicæ prædicatõis p̃coniũ, &
noui testamẽti scripturã, in qua multo sublimius cõtinent laudes diuinæ, q̃ in veteris legis do-
ctrina. Os meũ annũtiabit iustitiã tuam. i. q̃diu Chr̃s prædicauit in mũdo, annnutiauit iusti
Johan.8. tiã dei, docẽdo: q deus sit iustus, nec pct̃m relinquat inultũ increpãdo etiã pctõres, & recta p̃-
Johel.2 cepta, saluberrimaq́; cõsilia pponendo. Propter qd ip̃emet ait: Ego sum lux mundi. Et sicut
Osee.10. docuit me pr̃, loquor. Vnde de ip̃o habet: Exultate in dño vestro, qa dedit vobis doctorẽ iu-
stitiæ. Et: Tempus requirẽdi dñm cũ venerit, q docebit vos iustitiã. Annũtiabit quoq; os me E
um ó deus pr̃, tota die, hoc est, q̃diu in mũdo sum salutare tuũ. i. salutẽ, quã mũdo impendis p
Johan.8. me. Merito aũt tp̃s quo Chr̃s in mũdo vixit, dies vocat, qm̃ sol iustitiæ hoĩbus luxit atq; appa
ruit, scd̃m q ip̃e testat, q̃diu in mũdo sum, lux sum mundi, & tota hac die aununtiauit Chri-
Johã.6 stus verbo vel ope. salutare dei. i. seip̃m seu saluationẽ, qua ip̃e mundum saluauit, & ideo ait in
Euãgelio: Me oportet opari opa eius, q misit me, donec dies est. Hoc modo annũtiauit Chri
Johan.14 stus salutare dei. Qui credit ĩ filiũ dei, habet vitã æternã, q aũt incredulus ẽ filio, ira dei manet
sup illũ. Et alibi: Ego sum via veritas & vita: Nemo venit ad pr̃em nisi p me. Et in alio loco.
Marc.16 Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qm̃ nõ cognoui l̃raturam. i. sciam p exercita
tionem, & studiũ, seu informationẽ humanã. Iuxta illud: Mirabant Iudæi, dicentes: Quomo
Johan.7. do hic l̃ras scit, cum non didicerit? Qm̃ ergo non cognoui l̃raturam p studiũ, sed p illumina-
tionem diuinam: idcirco introibo p contemplationẽ p̃fectam, seu visionem fruitiuam atq;
beatam, in potentias dñi, cognoscendo p̃fectiones & virtutes diuinæ naturæ, & magna opa
eius. Anima em̃ Christi à suæ creationis exordio, vidit p speciem diuinam essentiam, & p̃fe-
Johan.8. ctiones eius potentes, non nisi p illuminationem supnaturalem, dñe memorabor iustitiæ tuæ
solius, hoc est, nihil boni mihi ex me ascribam, secundũ q homo sum, sed omnẽ conuersatio
nis meæ iustitiam tibi attribuam, & alios sic facere edocebo. Hoc est quod asserit Christus,
Si ego glorifico meip̃m, gloria mea nihil est. Et: Claritatem ab hominibus non accipio. Et
Lucę.17. Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus, qd debuimus fa- F
cere, fecimus. Deus docuisti me à iuuentute mea & vsq; nunc, Deus Trinitas docuit animam
Christi à primo instãti quo eã creauit, dãdo ei multiplicẽ sapĩam, vtpotè sapĩam beatificę vi
sionis, qua cognouit deũ per speciem increatam sicut & sancti in p̃ria. Sapĩam quoq; infusam
seu inditam, qua omnia nouit in proprijs naturis per species innatas seu concreatas, sicut &
Vide S. oẽs angeli ante lapsum, & confirmationẽ nouerunt. Habuit etiã Christus (secundũ quosdã)
Tho.3.p. scientiã acquisitã seu experimentalẽ, de qua ait Apostolus. Didicit ex his quæ passus est obedi
.q.9.ar.4. entiam, & sumit ibi discere pro experiri, qm̃ Christus ab alijs nihil didicit, sed per propriã ad
Hebrę.5. inuentionem, secundũ ponẽtes scientiam acquisitam in Christo. Vnde de hac sapientia intel
Lucæ.2 ligi potest, quod legit in Euangelio. Iesus proficiebat sciẽtia & ætate. Sed qm̃ Christus à prin
cipio, p̃fectè instructus fuit, quomodo nunc ait, Deus docuisti me à iuuentute mea & vsq; nũc
ac si secundũ successum temporis addita sibi fuisset scientia? Et respondendũ, q deus dicit san
ctos in patria, & animam Christi semper docere, inquantũ sapĩam ipsis infusam, incessanter
in eis conseruat, pronũtiabo mirabilia tua. Christus occultissima, supnaturalissima, penitusq́;
incõprehensibilia docuit, sicut q est vnus ac trinus, q deus ip̃e in vnitate p̃sonę sit deus & hõ
q beatitudo nostra in diuinæ essentiæ visione cõsistit, q ipsemet sit resuscitaturus & iudicatu
turus mortuos vniuersos, & alia multa, sicq́; mirabilia dei p seip̃m & discipulos pronuntiauit.
Et vsq; in senectam & seniũ, hoc est, vsq; ad tẽpus passionis meæ pronũtiabo mirabilia. Vn-
Matt.26 de in nocte passionis dixit Iudæis. Amodò videbitis filiũ hoĩs sedentem à dextris virtutis dei,
& venientem in nubibus cœli. Coram Pilato quoq; in die passionis testatus est, Rex sum ego.
Ego

A Ego in hoc natus sum & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Vel, vsq; in senectam & senium, hoc est, vsq; ad vltimã mundi ætatem, & finem seculi pronuntiabo per meos ministros mirabilia tua. Nam vsq; ad terminum mundi cantabunt Christiani, à Christo instructi, mirabilia dei in nouo ac veteri testamento scripta, deus pater ne derelinquas me, in monumento aut lymbo. Donec annunciem brachium tuum .i. potẽtiam tuam generationni omni quæ ventura est, hoc est, vniuersis hominibus vsq; in finem seculi nascituris. Hoc in Christo videmus impletũ, quoniã post resurrectionem instruxit suos discipulos, aperiens illis sensum vt intelligerent scripturas & tandem quinquagesimo die misit eis spiritũ sanctũ, qui eos in omni lingua atq; sapientia erudiuit. Per hoc vero quòd Christus illis diuinã potentiã reuelauit, etiam omnem generationem venturam edocuit, quia per Apostolorũ doctrinam, fidem catholicam promulgauit mundumq; conuertit. Vnde & Christus in Euangelio ait: Quod vni dico omnibus dico. Potentiã tuam, & iustitiam deus, vsq; in altissima, quæ fecisti magnalia. In Christi incarnatione, passione, & ascensione potentia atq; iustitia dei excellentissimè splendent. Quòd eñ deus & homo in vnam conuenerunt personam, infinitam eẽ ostendit potestatẽ diuinam. Similiter q́ Christus de virgine natus est, tantaq; miracula fecisse credendus est. Iustitia vero dei relucet in hoc, q́ proprio filio non pepercit, sed pro mũdi peccatis tradidit illum, ne culpa remaneret inulta. Hanc aũt dei potentiã & iustitiam, Christus annuntiauit verbis & factis, protestando se esse patri æqualem, primũ principiũ verumq; deũ, & nihilominus hoĩem verũ, patre minorem, atq; passibilem. Sed & iustitiã patris Christus professus est: Pater iuste mundus te non cognouit, ego aũt te cognoui. Sic ergo Christus pronuntiauit potentiã & iustitiam dei vsq; in altissima quæ fecit magnalia, hoc est, per comparationem ad humanæ redemptionis mysteria, quæ sunt altissima magnalia, super omnia naturalia opa creatoris. Christus nanq; suã incarnationẽ, passionẽ, resurrectionẽ, ascensionẽ & spiritus sancti missionem, ante passionem vbertim prædixit. Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, hoc est, persecutiones, & varias pœnas mihi infligi permisisti, quẽadmodũ Esaias pdixit Dñs voluit eũ conterere in infirmitate & dñs posuit in eo iniqtates omniũ nostrũ. Et Petrus: Deus (inquit) qui prænũtiauit per os omniũ Prophetarũ, pati Christũ suũ, impleuit sic. Vnde Hieremias: Tu dñe ostendisti mihi, & cognoui, tu ostendisti mihi studia eorũ, & conuersus .i. mũdo per meã passionẽ placatus, viuificasti me, resuscitãdo me tertia die à mortuis, & de abyssis terræ, hoc est, de sepulchro & inferno, iterũ reduxisti me, in die resurrectionis. Multiplicasti magnificentiã tuã, gloriose atq; poteter me resuscitando. Nam Angelus dñi descendit, & accedens reuoluit lapidẽ, & terra mox mota est, custodes quoq; perterriti, & quasi exanimes facti sunt, sed & duo angeli sederũt iuxta sepulchrũ, vnus ad caput, & alter ad pedes, & cõuersus ab ira qua hoĩbus irascebaris, consolatus es me, liberando me ab oĩni dolore atq; tristitia quos habui tpe passionis, & corpus meũ glorificãdo, nouaq; gaudia, ad accidentale præmiũ pertinentia, mihi post resurrectionẽ præstando. Nam & ego vnigenitus tuus, cõfitebor tibi .i. laudabo te, in vasis Psalmi .i. in deuotis hominibus, laudẽ tuã cordialiter continẽtibus, cõfitebor veritatẽ tuã deus, te per ipsos laudando, & eos ad tua præconia inflammãdo, quẽadmodũ p Esaiã prophetã locutus sum, laudate cœli & exultet terra, iubilate
C montes laudẽ, quia cõsolatus est dñs populũ suũ, & pauperũ suorũ miserebit, psallam tibi in cithara, hoc est, in carne mea propter te crucifixa & mortua ó dñe, q es, & cuius nomẽ est sanctus Israel, scđm q́ scriptum est: Redemptor noster dñs exercituũ, sanctus Israel nomẽ eius. Exultabũt labia mea cũ cantauero tibi, tanto ampliori hilaritate & exultatione semp gauisa sunt, & in æternũ gaudebũt labia Christi, interiora & exteriora, in laude diuina, quãto ipse p alijs deũ ardentius dilexit, clariusq; cognouit. Vnde & Euangeliũ. Exultauit Iesus spũ sancto & ait, cõfitebor tibi pater, & aĩa mea in tua laude exultabit, quã redemisti ab oĩni passibilitate & loco inferiori, itemq; à culpa, nõ illa quã habuit, qm̃ oĩni penitus culpa carebat, sed illa quã potuisset habere, nisi præuẽta fuisset affluentia gr̃æ tuæ, & hypostatica vnione cũ verbo. Sed & lingua mea interior atq; exterior, tota die æternitatis in patria meditabit iustitiã tuã, illam laudando ac proferendo ad gloriã tuã, cũ confusi & reueriti fuerint, cõfusione pfecta atq; cõsummata, tanq̃ æternaliter cõdemnati, q quærunt mala mihi, scđm sensum inductũ. ¶ Ecce Psalmus præclarus ac cœlestis armeniæ dulcedine plenus, verba ignea sanctæ dilectioonis cõplectens, affectuosissimas preces includẽs, deũ pulcherrime laudãs, oẽmq; pusillanimitatẽ propulsans, psalmus vtiq; mirabil'r cõsolatorius attẽto lectori, q etiã de dño saluatore tã cõgrue ter exponi. Quidã vero exponũt eũ ad lr̃am de Dauid, quã explanationẽ pter plixitatẽ, & qm̃ parũ deuotõis adducit, omitto. Cũ ingẽti igit alacritate & oĩni mẽtis feruore atq; custodia psalmũ tã fulgidũ decãtare conemur, psertim cũ oĩm visibiliũ inuisibiliũq; aduersariorũ psecutiões & tentamẽta, pñtis psalmi deijciant, vincant ac prosternant virtute.

Marginalia: Iohan. 18 · Iohã. 2 · Actor. 2. · Mar. 13 · Apocal. 1. · Iohan. 17 · Esa. 53 · Acto. 3. · Hier. 11 · Lucæ. 24 · Esa. 49 · Esa. 47 · Lucæ. 10.

## COMMEMTARIVS IN PSALMVM LXXI.

¶ Argumentum.

¶ Titu-

¶ Titulus: Psalmi ẽ in Salomonem, Propheta credens nos inducere, vt Christũ dei filium D
credamus verũ regẽ esse, cui merito subijciamur, loquit de magnificẽtia regni eius. Porrò adserit ipm ab oĩbus regibus orandũ, vel eò potissimũ q̃ genus humanũ à potestate diabolica eripuerit. Duas aũt habet præcipuas partes, primo equidẽ agit Propheta de multiplici conditione regni Christi in psona Ecclesię, modo quodã ofonis de eius iudiciaria potestate disserens. Deinde multo pręconio regẽ Christũ cũ grãrũ actione cõmẽdat, ibi: Sit nomẽ eius benedictum. Author quoq; in hanc sniam vnico hũc psalmũ expendit commentario.

¶ Expositio Tituli.

¶ Titulus Psalmi est: In Salomonẽ. Asserunt quidam, q̃ Dauid fecit hunc Psalmũ pro filio suo Salomone, orando pro prosperitate regni ipsius, sed hoc nullatenus verisimile esse pt, qñ multa in hoc Psalmo continent quę Salomoni nullo modo conueniũt: sicut patebit. Hieronymus aũt dicit hunc Psalmũ à Salomone intitulatũ, tanq̃ ab authoritate q̃ Salomon ędidit Psalmũ præsentẽ. Augustinus vero & Cassiodorus (quorũ positioni magis consentiendũ videt) dicũt hunc psalmũ, sicut & oẽs alios, à Dauid conscriptũ. Omnes quoq; magni catholici q; doctores, videlicet Hieronymus, Augustinus, Cassiodorus, Hugo, exponũt hũc psalmũ de Christo ad lrãm, & est sensus tituli. In Salomonẽ. i. Psalmus iste tẽdit, & ducit nos in Christum, p Salomonẽ figuratũ. Salomon nẽpe interptat pacificus, & ita Chrs est verus Salomon

Ephes.2. mundũ patri reconcilians, de quo dicit Aplus: Chrus est pax nrã, q fecit vtraq; vnũ per crucẽ dissoluẽs inimicitias in semetipo, & veniẽs euangelizauit pacẽ his q propè, & his qui procul.

Roma.5. Et ad Romanos. Cum adhuc inimici essemus, reconciliati sumus deo, p mortẽ filij eius. Pro- E

Zacha.6. pter quod Zacharias: Ipse portabit gloriã & dñabit, & erit sacerdos, & consiliũ pacis erit in-

1.Cor.1. ter duos illos, videlicet inter Gẽtiles & Iudæos diuinitus pelectos, de qbus ait Aplus: Ipsis aũt vocatis Iudæis & Græcis, prædicamus Christum dei virtutem & dei sapiam. Christus nanq; est lapis augularis, in quo sibi connexi atq; coniuncti sunt in vnitate Ecclesiæ, p fidem & charitatem. Iudæi atq; Gentiles. Ait ergo Propheta ad deum patrem, seu totam beatissimam trinitatem, seu cuius dona & opera indiuisa consistunt.

¶ Expositio Psalmi.

Apocal.1. Eus iudiciũ tuũ] Hoc est, Iudiciariã tuã potestatẽ [regi] .i. Chro regi regũ, „ 1
& dño dñorũ [da] constituẽdo eũ iudicẽ viuorũ ac mortuorũ [& iustitiã tuã] „
hoc ẽ, habitũ veræ æquitatis, p quẽ in omi iudicio rectè procedat, da [filio re- „
gis] .i. Chro, q scdm diuinam generationẽ, est filius regis æterni, vtpotè tui, „
scdm generationẽ aũt humanã, est filius Dauid regis terreni. ¶ Iudicare po- „ 2
pulũ tuũ in iustitia] .i. ad hoc da Chro iudiciũ atq; iustitiã, quatenus populũ „
Chrianum iudicet iuste, discernẽdo ac separãdo eum ab infideliũ plebe, & dando singulis q̃d

Matth.5 merent, vt etiã iudicet [& pauperes tuos] .i. vere & spũaliter pauperes, de qbus habet: Beati „
pauperes spũ: [in iudicio] discretõis in psenti, & in iudicio remuneratõis in futuro, quatenus „
nunc separet eos à diuitibus & supbis, voto & merito, in futuro quoq; loco & pmio. Sed mirũ videt, qũo Propheta, q vtiq; fuit & est mẽbrũ Chri, præsumpserit orare pro capite. s. Chro, F
orãdo prẽm vt Chro iudiciũ det atq; iustitiã. Et rñdendum, q̃ sanctus Propheta nõ dicit ista orãdo pro Chro, quasi Chrs sua pce indigeat, sed ad insinuandũ cordis sui affectũ, quẽ habuit

Psalm.113 pro chri honore & gloria. Iuxta quẽ modũ inferius dicit: Nõ nobis dñe nõ nob, sed noĩ tuo da gloriã. Deniq; in eo q̃ ait: pauperes tuos in iudicio secernit & diuidit pauperes dei à paupibus mũdi atq; diaboli. Est eñ pauper auarus, & est pauper supbus, & est pauper inuolũtarius, quorum nullus est pauper dei. Est q̃q; pauper spũ, paup affectu, paup rebus & mẽte, vt deo libere

Esaie.29. vacet, & isti sunt pauperes dei, de qbus Propheta: Pauperes hoies in sancto Israel exultabunt

Daniel.7 Quòd aũt nunc dicit Psalmista: Deus iudiciũ tuũ regi da. Daniel euidẽtissime de Chro pnun tiauit: Aspiciebã in visione noctis, & ecce in nubibus cœli q̃si filius hoĩs veniet: & vsq; ad anti

Johã.5 quũ dierũ peruenit, & dedit potestatẽ & honorẽ & regnũ. Quod etiã saluator in se impletũ fa-

Actor.10. tet. Neq; eñ pr iudicat quẽquã, sed oẽm iudiciũ dedit filio. Et Petrus de Chro loquẽs: Pręcepit (inqt) nobis testificari, quia ipse est q constitutus est à deo iudex viuorũ & mortuorũ. Sed

Johan.18 his cõtrariari videt q̃ Chrus ait: Ego nõ iudico quenq̃, quod idẽ btissimus Euãgelista clarius

Johan.3 ptestat dicẽdo: Nõ misit deus filiũ suũ vt iudicet mũdũ, sed vt saluet mũdus p ipm. Considerandũ est vtiq;, q̃ in iudicio duo pensant, iudicandi authoritas, & iudicialis authoritatis executio, seu sniæ prolatio. Quantũ ad primũ horũ, cõuenit deo pri seu toti trinitati iudicium, &

Johan.8. non Christo secundum q̃ homo est. Vnde ipe Christus: Ego (inquit) non quæro gloriã meã est q quęrat & iudicet. s. deus Trinitas. Quantũ vero ad scdm q̃ ad prolationẽ sniæ, cõpetit

Johan.5. Chro hoĩ iudicare, sicut Euãg. affirmat, dicẽs: Ptãtẽ dedit ei pr iudiciũ facere, q a filius hoĩs ẽ.

Acto.17 Et horũ vtrũq; Paulus breuiter innuit, dicẽs: Deus statuit diem in quo iudicaturus est orbem in æquitate, in viro quẽ statuit. Sic igit constat, quomodo deo Trinitati, & Chro homini, iu-

Johan.5 dicum diuersimode competat. Veruntñ quod Chrus ait: Ego non iudico quẽquã, referri ad

tẽpus

A tẽpus sui primi aduentus, atq; exponi de iudicio remu neratõis ac vltionis. Primus nãq; Christi
aduẽtus in humilitate fuit, venitq; non ministrari aut iudicare, sed ministrare ac iudicari. Vn
de (vt legit̃) cum Iohannes & Iacobus Chr̃o dixissent: Dñe vis, dicimus vt veniat ignis de cœ Lucæ.10.
lo & consumat eos, videlicet, qui dominum Iesum non receperũt. Respondit eis Iesus: Nesci
tis cuius spiritus estis. Filius enim hominis non venit animas perdere, sed saluare. Hinc quoq;
fœminam in adulterio deprehensam, noluit condemnare. Quòd autem christus tam iustè ac
iudicialiter iudicaturus erat populum suum Esaias manifestat, dicendo: Non secũdum visio- Esa.11.
nem oculorum iudicabit, neq; secundum auditum aurium arguet sed iudicabit in iustitia pau
3 peres, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. ¶Suscipiant mõtes⌋ Hoc est, sublimes
& Apostolici viri ac magni prælati Ecclesiæ ⌊pacem populo⌋ .i. grãm veræ internæq; pa-
cis ad salutem ĩformationemq; populi, ita vt ipsi Apostoli & successores ipoꝝ, à deo acquirãt
tam sibi q̃ gregi eis cõmisso, stabilem pacis quietem. Hoc autem in Apl̃is impletum est, dum à Iohan.14
domino Iesu audierunt. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Et: In quãcũq; domũ Lucæ.10.
intraueritis, primũ dicite: Pax huic domui. Suscipiãt q̃; ⌊& colles iustitiã⌋ .i. inferiores recipi
ant gratiam obediendi diuinis præceptis, à superiobus assignatis. De horum montium colli-
umq; fœc[un]ditate scriptum est. In die illa stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac Iohel.3
4 & mel &c. Deinde Propheta ostendit fuisse implendum, quod ipse fieri exorabat ¶Iudica-
bit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperũ.⌋ In præsenti enim iudicat pauperes suos
iudicio discretionis, vt dictum est. In die autem nouissimo iudicabit eos, iudicio beatæ remu
nerationis, quemadmodum ipse asserit. Ecce venio cito, & merces mea mecum est, dare vni- Apoca.22
cuiq; secundum opera sua, ⌊& humiliabit calumniatorem⌋ hoc est, Christus confundet, da-
mnabit, ac destruet omnem persecutorem iustorum, omnem tyrannum, & tentatorem eccle
siæ diabolum, & Antichristum. Iuxta illud: Percutiet terram virgã oris sui, & spiritu labioꝝ Esa.11
B suorum interficiet impium. s. Antichristum, de quo habet̃: Triturabit̃ Moab sub eo. De quo Esaiæ.25
ait Apostolus: Reuelabit̃ ille iniquus, quẽ dñs Iesus interficiet spiritu oris sui. Multos vero ca 2.Thess.2.
lumniatores atq; tyrannos, etiam in hac vita, Christus humiliauit, priuãdo eos vita aut regno
omnes autem in die iudicij finaliter humiliabit, quia tunc om̃is, q se nunc exaltat, humiliabit̃, Luc.14.18
5 non humiliatõe virtuosa, sed deiectõe dãnosa. ¶Et pmanebit cũ sole & añ lunã, in gñatõe
& generationẽ.⌋ Sicut p lunam intelligi potest Ecclesia, ita per solem pater æternus q est lu-
men cuncta illustrans, & de vtroq; sole & luna hic versus exponit̃, Christus enim pmanet cũ
sole intellectuali. s. deo patre, quoniã coæternus est ei, cum hoc sole pmanet à parte añ, secũdũ
diuinam naturã, tanq̃ splendor gloriæ, & candor lucis æternæ. Permanet quoq; Chr̃us à par
te post, scd̃m suã humanã ac diuinã naturã cũ sole materiali, qm̃ sicut sol incorruptibilis est,
ita & Chr̃us incorruptibiliter pseuerat, & añ lunã vtrãq;, puta ecclesiã & lunã vnã planetaꝝ
permanet Christus à parte añ, scd̃m suam diuinã naturam, quemadmodum Sapientia testat̃:
Ego ex ore altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. Et: Dominus possedit me Eccl.24
initio viarum suarum, antequàm quicquàm faceret à principio. Quando præparabat cœlos Prouer.8
aderam, & eram cum eo cuncta componens. Ecce manifestè declarat̃ diuinitas Christi & eius
6 æternitas. Propter q̃d dicit Apostolus. Iesus Chr̃us heri & hodie ipse & in secula. ¶Descẽ- Hebræ.13
det sicut pluuia in vellus⌋ Libro Iudicum narrat̃, quemadmodum ad instantiã Gedeonis cõ- Iudi.6
plutum rore madefactũ est vellus, terra sicca manente, & postea madefacta est circũquaq; ter
C ra, vellere non adaquato. Est igit̃ sensus: Chr̃us rex noster descẽdit in vteꝝ virginis, sicut de-
scendit pluuia in vellus Gedeonis. Quemadmodum enim pluuia in vellus illud descendit, ita
vt p vellus non distillauit, nec aliq̃d diuisionis aut corruptõis velleri intulit, sic verbum dei de
sinu patris in virginem veniens, eam in nullo læsit, aut violauit: qm̃ non de viro concepit, sed Lucæ.1
spiritu sancto obumbrante est imprægnata, supnaturaliter quoq; formatum est corpus Chri Zacha.2.
sti in virginis aluo. Iuxta illud: Ecce cælabo sculpturam eius (ait dñs) & corpus eius formabo,
⌊& sicut stillicidia stillãtia sup terrã⌋ quẽadmodũ leniter atq; suauiter cadunt de cælo in terrã
& eam refrigerãt & fœcundant, sicut Chr̃us p̃ suã incarnationẽ, dulciter & sine strepitu, descẽ
dit in m̃rem virginẽ, & p eam in mundũ. Nam primus eius aduẽtus in humilitate, paupertate
ac mãsuetudĩe fuit, scd̃m q Zacharias p̃dixit: Exulta satis filia Syon, ecce rex tu⁹ veniet tibi iu Zacha.9.
7 st⁹ & saluator ip̃e paup. Et in euã. ip̃emet fassus ẽ. Fili⁹ hois nõ h̃z vbi caput suũ reclinet. ¶Orietr̃ Lucæ.9
in dieb⁹ ei⁹⌋ .i. in p̃io chr̃i aduẽtu ⌊iustitia⌋ .i. pfectio vitę seu fides catholica T̃ps em̃ Chr̃i, ẽ
t̃ps gr̃ę:, ppterea hoies, Chr̃i vestigia imitãtes, pfecti⁹ sanctiusq; vixer̃t q̃ Iudęi tp̃e legis. Et iõ Matth.5
Chr̃s in euã. ait: Nisi abũdauerit iustitia vr̃a, plus q̃ scribaꝝ & pharisęoꝝ, nõ itrabitis in regnũ
cœloꝝ. Et ad Iohã. Bapt. Sic (inq̃t) decet nos iplere oẽm iustitiã. In tm̃ em̃ abũdauit gr̃a atq; Matth.3
iustitia tp̃e Chr̃i, plus q̃ añ, vt scriptũ est: Nondũ erat sp̃us datus, q̃a Iesus nõdũ erat glorifica- Iohan.7.
tus, nõ q añ nequaq̃ fuerat datus, sed q̃a tã exuberãter datus nõ erat ⌊& abũdãtia pacis⌋ hoc
est, q̃d supius dictũ est: Venite & videte opa dñi quæ prodigia sup terram, auferens bella vsq; Psal.45.
ad fines terræ. Et: Non leuabit gens contra gẽtem gladium, nec exercebunt̃ vltra ad præliũ. Esa.2.
Et ita

Et ita ista abundantia pacis tempore Christi orta, intelligeret de pace temporali, quæ fuit in D
Lucæ.2 toto mũdo sub Cæsare Augusto, sub quo natus est Chr̃us, ita ꝙ ad vnius viri imperiũ, descri-
beret vniuersus orbis, sed q̃a hæc pax nõ durauit, donec auferat luna, idcirco scd̃m hanc expo
sitionẽ, hoc q̃d d̃r: ⌊donec auferat luna,⌋ referendũ est ad iustitiæ Chr̃ianę durationẽ, q̃ vsq;
in finem mundi durabit: non autem ad durationem pacis prædictæ, cõueniẽtius tñ apparet,
vt hæc abundantia pacis intelligat de magnitudine pacis internæ, in tranquillitate cõsciæ
Coloss.3 collocata, de q̃ Apostolus loquit: Pax Chr̃i exultet semp in cordibus vestris. Quã Zacharias
Zacha.9. prophetauit, Christum suis fidelibus esse daturum. Loquet (inquiens) pacem gẽtibus. Hanc
etenim pacem annuntiauerunt angeli, in Christi natiuitate, dicentes: Gloria in excelsis Deo,
Lucæ.2. & in terra pax hoĩbus bonæ voluntatis. Hæc pax in bonis abundat hoĩbus, sicut orat Apl̃us:
Phil.4 Pax Christi, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras.
Esa.9 Et ob eius copiam, vocatus est Christus princeps pacis. Hæc itaq; abundantia pacis, ꝑmanet
in electis, donec auferat luna, hoc ẽ, nunq̃ cessabit, sicut nec luna. Vel donec auferat luna. i.
quousq; Ecclesia militãs, transferat ad societatẽ triumphãtis Ecclesiæ, om̃i corruptõe & mor
talitate abiecta. Non ꝙ tunc cessabit, sed q̃a tũc ꝑficiet, sicut & luna semiplena ꝑficit: & ita do
Matth.1. nec nõ denotat terminũ pacis, sed cõtinuationẽ ipsius, quẽadmodũ de Ioseph & Maria ait scri
ptura: Nõ cognouit eã, donec peꝑit filiũ suũ p̃rogenitũ. ¶Et d̃nabit (Chr̃s) à mari ⌋ oriẽtali 8
Psalm.18. ⌊vsq; ad mare ⌋ occidẽtale, q̃a in oẽm terrã exiuit son⁹ apl̃oꝝ, & cõuersi sunt in oĩb⁹ finib⁹ mũ
di q̃dam ad Chr̃m ⌊& à flumine⌋ paradisi terrestris seu Iordanis. Vel à flumine q̃cũq;, puta à
cunctis fluminibus, accipiendo singulare pro plurali, ⌊vsq; ad terminos orbis terraꝝ.⌋ Vnde
Zacha.9. scriptũ est: Potestas eius à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad fines terræ. Et hæc de Chr̃o
Matt.28 dicunt: Prĩo, q̃m oĩa etiã inaĩata & irrõnalia, subiecta sunt ei, put ip̃e dicit: Data ẽ mihi oĩs p̃tãs E
in cœlo & in terra. Scd̃o, q̃m oĩs hõ in om̃i mũdo existens, velit nolit Chr̃i subiectus est p̃tãti,
Johan.17. scd̃m ꝙ ip̃e ait loquẽs de seip̃o ad p̃rem: Dedisti ei p̃tãtẽ om̃is carnis. Tertio, q̃m in om̃i parte
terræ habitabilis, aliq̃ Chr̃o ꝑ fidem & oꝑa, obedierunt, propter quod deus p̃r ait ad Chr̃m.
Esaie.49 Dedi te in lucẽ gentiũ, vt sis salus mea vsq; ad extremũ terræ. Et hoc ẽ quod ait saluator Apl̃is
Acto.1. Eritis mihi testes in om̃i Iudæa, & Samaria, & vsq; ad vltimũ terrę. ¶Coram illo procidẽt 9
Matth.2 Aethyopes⌋ Hi em̃ ꝑ Euãgelistã Matthæum cõuersi, Chr̃m humiliter adorauerũt. Possunt
aũt ꝑ Aethyopes accipi Gẽtiles, q̃ ante cõuersionẽ suã ad Chr̃m, erant vitioꝝ caligine deni-
grati, sicut Aethyopes nigra pelle tegunt, ⌊& inimici eius⌋ Chr̃o increduli ⌊terrã lingẽt.⌋
Hiere.17. hoc est, rebus terrenis adhærebũt, & eas præ amore sibi ĩtimè applicabũt. Vñ Hieremias: Re-
cedentes (inq̃t) à te, in terra scribent. Vel sic, inimici eius. i. q̃ Chr̃o aliquãdo repugnabãt, post
conuersionẽ, terrã lingẽt, hoc est, eam ex deuotõe ad Chr̃m, osculabunt, prosternẽdo se vsq;
Matth.2 ad terrã, propter reuerẽtiam Chr̃i. ¶Reges Tharsis & insulæ munera offerẽt, reges Arabũ 10
& Saba dona adducẽt⌋ Hoc ad l̃ram nõ solum ipletũ est in tribus Magis, Chr̃o in die Epipha
niæ, auꝝ, thus, & myrrham offerẽtibus, sed & in aliis multis regib⁹ atq; principibus haꝝ terra
rum, quæ multo tp̃e fuerunt sub fide Catholica, & Chr̃o, seu eccl̃ię diuersa mũera obtulerunt,
videlicet spiritales corporalesq; hostias. ¶Et adorabũt eũ oẽs reges, om̃es gẽtes seruiẽt ei.⌋ 11
Vtraq; distributionũ istaꝝ sumẽda est pro generibus singuloꝝ, nõ pro singulis geneꝝ. Nam
& de om̃i genere Regũ ac Gentiũ, aliq̃ Chr̃m adorauerũt, & ipsi ministrauerũt. Iuxta vatici- F
Dani.7 nium Danielis: Om̃es populi, tribus & linguæ seruiẽt ei. Et Micheæ: Stabit & pascet in forti-
Michę.5 tudine d̃ni, & cõuertent: q̃a nunc magnificabit in medio vniuersæ terræ. Consequẽter indu-
cit causã vniuersalis dominii Chr̃i. ¶Quia liberabit pauperẽ à potẽte⌋ Sed qualẽ paupe- 12
rem? Subdit: ⌊& pauperẽ cui nõ erat adiutor.⌋ alius, nisi ip̃e deus, talis pauper est om̃is humi-
lis, q̃ propriis viribus nequaq̃ innitit, sed toto affectu in deo cõfidit: hm̃oi aũt pauperem deus
Lucæ.11 multipliciter liberat à potẽte, hoc est, à dęmone, quẽ Chr̃us in Euãgelio fortẽ armatũ appel
Job.41. lat, & de quo scriptũ est: Non est p̃tãs sup terrã, quæ ei cõparet, qui factus est vt nullũ timeat.
Vel à potẽte. i. hoĩe quocũq; superbo, & forti ꝑ naturalem fortitudinẽ, aut secularẽ potentiã
aliis ꝑualente. Primo liberat Chr̃us pauperes ab his potẽtibus, dando eis patientiã in aduer-
sis, constãtiamq; in bonis, sic ꝙ illoꝝ malignitas ipsis non nocet, imò cooperat eis in bonum,
Scd̃o, q̃m facit eos tẽtationes viriliter superare, & tanto instantius studere virtutibus, quãto
Hiere.20. amplius impugnant. Tertio, q̃m æternal̃r eos saluabit, illis in æternũ damnatis. Hinc em̃ d̃r.
Esaiæ.41 Cantate d̃no, laudate d̃m, q̃a liberauit animã pauperis de manu maloꝝ. Et iterum: Ego d̃ns
exaudiam egenũ & pauperẽ, nõ derelinquã eos. ¶Parcet pauperi & inopi⌋ P̃ctã dimitten 13
Malac.3. do, pœnã relaxando, & grãm tribuẽdo. Vnde scriptura. Parcã timẽtibus me, dicit d̃ns, sicut
parcit vir filio suo seruiẽti sibi ⌊& animas pauperꝝ saluas faciet.⌋ modo ꝑ grãm, & in futuro
2.Cor.8 per gloriã. Propter quod ait Apl̃us. Altissima paupertas eoꝝ, abundauit in diuitias simplicita
tis eoꝝ. ¶Ex vsuris & iniq̃tate redimet animas eoꝝ⌋ Chr̃us nãq; ꝑ suos ministros atq; vi- 14
carios, ꝑ summũ pontificẽ, aliosq; p̃latos ac principes, dãnat & prohibet vsuras, sub æternæ
damnatõis periculo. Est aũt alia quoq; vsura, ex qua suos eripit Chr̃us, videlicet obligatio ad
pœnã

A pœnā inferni, quæ sequit̃ perpetrationē peccati. Peccatū nãq; est quasi pecunia dæmonis, &
pro eo exigit ipse à nobis pœnas ꝑpetuas, quas nō suscepimus, sed soluimus propter iniquita
tē, quā à diabolica suggestione cōtraximus. Ab hac vsura & omni iniquitate, redemit Chrūs
pauperes suos, semel ꝓtio sanguinis sui, quotidie quoq; ab his redimit eos, ꝑ infusionē gratię
spiritalis, q̃ est effectus meriti dñicæ passionis, ⌊& honorabile nomen eorꝫ corā illo, ⌋.i. nō-
men paupeꝝ dei, q̃ Christiani vocant̃, corā deo dignū est veneratione ac laude. Hoc quippe Esaię. 65.
est nomē, de quo Esaias Iudæos redarguens, ait: Interficiet vos dñs deus, & seruos suos voca
bit noīe alio, in quo qui bñdictus est sup terram, bñdicat̃ in deo, Amen. Hoc nomen (sicut in Actoꝝ. 11.
actibus apl'oꝝ Lucas cōmemorat) primo impositum est discipulis Christi in Antiochia.
¶Et viuet, ⌋.i. Chrūs morte deuicta, immortalis resurget, & æternaliter viuet, ⌊& dabit̃
15 ei de auro Arabiæ, ⌋ Multi em̃ principum Christianoꝝ tale auꝝ (q̃d optimū est) Christo &
eius ministris obtulerūt, ad sustentationē paupeꝝ, constructionē ecclesiaꝝ, & in alios pios
vsus. Mystice vero, per auꝝ signat̃ sapientia, ꝑ Arabiā vero gentilitas, & ita datur Chr̃o
de auro Arabiæ, dū sapientes huius seculi, & in naturali philosophia doctissimi, ad fidē eccle-
siæ sunt cōuersi, vt patet de diuo Dionysio, Augustino, & alijs multis. Datur etiam Christo
B de auro Arabiæ, dū sibijpsi homo nō innititur, sed omnē naturalē scientiā, fidei subijcit, sicut
creatura subdenda est creatori, ⌊& adorabunt de ipso semp ⌋.i. fideles deum adorabunt de
Christo .i. ex cōtemplatione bonitatis, beneficiorūq; eius. Propter beneficia nãq; per Chri
stum nobis collata, deū semp adorare & venerari debemus, ⌊tota die ⌋.i. qualibet parte diei
conuenienti ac debita, ⌊bñdicent ei ⌋.i. Chr̃m regem laudabūt. ¶Erit ⌋ rex Chrūs, ⌊fir-
16 mamētum in terra ⌋.i. causa totius firmitatis ac stabilitatis hoīm, in terra manētiū, ⌊in sum-
mis montiū ⌋.i. profundissima doctrina prophetaꝝ, confirmādo, & illuminādo suos electos
in sapientia scripturaꝝ, illas verificās in semetipso, sicut habet̃: Veritas ꝑ Iesum Christum fa Johan. 1.
cta est. Vnde & ipse post resurrectionē dixit discipulis: Oportet impleri oīa, q̃ scripta sunt Lucæ. 24
in lege, & prophetis, & psalmis, de me, ⌊supextollet̃ sup Libanum fructus eius ⌋.i. effectus
passionis Christi, videlicet gratia dei, seu ipsi electi, qui sunt sanguine Christi redēpti, eleua-
bunt̃ sup omnē dignitatem atq; candorē huius seculi. Libanus em̃ candidatio interpretat̃, & Alia expō
in eo arbores altæ, scilicet cedri, nascunt̃, ꝑ quæ altitudo & flos ꝓsentis seculi figurat̃. Verū- sm̃ varias
tamen quidā diuersaꝝ translationū inspectores soliciti, versum hunc sublimius, fructuosiusq; lectiones.
exponunt. Nā loco eius quod hic dicit̃. Erit firmamētum, &c. In Hebræo habet̃, Erit ab-
undātia frumenti. In translatione vero Hieronymi, Erit memorabile triticū. In translatione
quoq; Chaldaica, apud Hebræos autentica, Erit placēta tritici, sicq; videt̃ nostra translatio
vitio scriptoꝝ corrupta, habendo pro frumēto, firmamētū, & ita exponendus est locus iste,
de sacramēto Eucharistiæ, in quo Chrūs, sub specie panis triticei, veraciter cōtinet̃. Ait ergo
sanctus Dauid, de Christo loquēs: Erit abūdantia frumēti, seu memorabile triticū, aut placē
ta tritici, qm̃ rex Messias Chrūs dñs, sub forma panis triticei, in modū placentæ cōgesti, con
tinetur, atq; in ecclesiis reseruat̃, & ipse Chrūs est tale frumētum, in summis montiū. i. in ca-
pitibus sacerdotū, hostiam altaris in sublime tollentiū. Dicuntur aūt sacerdotes montes, pro
pter eminētiam ordinis sapiæ & potestatis, supextollet̃ sup Libanum fructus eius, qa per fru
C ctū huius sacramēti, hoīes erigunt̃ & perducunt̃ ad cœli palatiū, & ecclesiæ triūphantis cōsor
tiū, ⌊& florebunt, ⌋ fideles, ⌊de ciuitate ⌋.i. de ecclesia, ⌊sicut fœnū terræ. ⌋ Quemadmo-
dū em̃ fœnū tpe suo sublimiter crescit, & pulchre virescit, sic Christiani post sacrā cōionem
de ecclesia egredientes, spūal'r florent in grã, & alte crescunt in vita ꝑfecta, dū fuerint huius sa
cramēti effectū sortiti, prout Chrūs testat̃: Qui manducat meā carnē, & bibit meū sangui- Johan. 6
nē, in me manet, & ego in illo. Et denuo: Si quis mānducauerit ex hoc pane, viuet in æternū.
17 Propter tanta ergo bñficia Chr̃i. ¶Sit nomen eius benedictū in secula ⌋.i. ꝑ oēs generati-
ones laudet̃ & clarificet̃, ⌊ante solē ꝑmanet nomen eius. ⌋ Nā Chrūs ab æterno fuit, & oēm
creaturā æterna generatiōe ꝓcessit, sicut de eo scriptū ē. Egressus eius ab initio, à diebus æter Micheę. 5
18 nitatis. ¶Et benedicent̃ in ipso oēs tribus terræ, ⌋ ex hoc constat q̄ vera sit expositio Pau
li apostoli, q illud q̃d ad Abrahā loquutus est deus: In te (inquiens) benedicent̃ oēs cognatio Genes. 12
nes terræ, exponit de Christo, ad Galatas, sic em̃ allegat ap'lus: In semīe tuo .i. in Christo (vt
ipse interpretat̃) bñdicent̃ oēs gentes. Et hoc est quod iā ait Psalmista. Et bñdicent̃ in ip̄o oēs Galat. 3.
tribus terræ, qa non solū duodecim tribus Israel, sed & oēs mundi progenies bñdicuntur in
Christo, qa per illum saluant̃ & grām dei nūc, postq; gloriam beatoꝝ adipiscunt̃, merito in-
carnationis, conuersationisq; Christi. Propter quod ait Petrus, loquēs de Christo. Huic te Actoꝝ. 10
stimoniū perhibent oēs prophetæ, remissionē accipere peccatoꝝ ꝑ nomen eius, oēs q cre-
dunt in illū, ⌊oēs gentes magnificabūt eū, ⌋ laude & opere. Et est in versu isto distributio ꝓ
generibus singuloꝝ, qa ex omni genere tribuū ac familiaꝝ quidā, imò & multi crediderūt in Zacha. 2
Christū, quemadmodū ꝓdixit Zacharias: Lauda & lætare filia Sion, qa ecce ego venio & ha
19 bitabo in medio tui, & applicabunt̃ gentes multæ ad dñm in die illo ¶Benedictus dñs deus
d Israel ⌋

Johan.18 Iſrael,⌋ tanta bñficia pſtans hoibus,⌊ qui facit mirabilia ſolus,⌋ propria authoritate ac po- D
teſtate. Quãuis enĩ p ſanctos deus mirabilia operet, ſecundũ φ ipſe ait: Qui credit in me,
opa quæ ego facio,& ipſe faciet, hoc tamẽ ſancti non faciũt, niſi virtute diuina,& ita de⁹ eſt
actor principalis. Sunt aũt quædã mirabilia, quæ etiã fieri poſſunt p dæmones & impios,
Joſue.10 ſed mirabilia q̃ totum ordinẽ, curſum,& legẽ naturæ creatæ tranſcẽdunt, à ſolo deo efficiun
tur, ſicut eſt ſtatio ſolis, reſuſcitatio mortuoꝝ, reuelatio ſecretoꝝ cordis. ¶Et bñdictũ no 20
men maieſtatis in æternũ,⌋.i. nomẽ magnæ poteſtatis dei, q̃ ipſe oĩpotẽs appellat, ab oĩbus
ſemp laudet & glorificet,⌊& replebit maieſtate eius oĩs terra,⌋.i. cognitione maieſtatis di-
Eſaiæ.11. uinæ oĩs homo implebit, ſicut pdictũ eſt: Repleta eſt terra ſciẽtia dñi,& hoc factũ eſt in toto
mundo p ſanctos aplos. Vel, maieſtate eius.i. magnificentia opeꝝ diuinoꝝ ſeu glorioſis effe
ctibus creatoris, replebit mundus, quẽadmodũ factũ eſt in die pentecoſtes,& poſtmodũ qñ
Johelis.2 effudit deus de ſpũ ſuo ſup omnẽ carnẽ, quia tũc ſpũs dñi repleuit orbẽ terraꝝ, cœperũtq; in
Sapiẽ.1. Actoꝝ.2 vniuerſo mũdo fieri magna miracula in noĩe Chriſti. Poſtremo deſiderãs propheta cũ ingẽ
ti affectu, pdicta vaticinia verificari in actu, adiungit,⌊ fiat fiat.⌋ Ecce pſalmũ vere p oĩa cœ
leſti pulchritudine candidatũ audiuimus, in q̃ Chri duplex natura & vna pſona clariſſime cõ
mendat, regnũ eius vniuerſale deſcribit, eccleſiæ inſtitutio declarat, deo grãæ exhibent. Et pa
tet ex his, q̃ multa in hoc pſalmo dicunt, q̃ de Salomone nullatenus verificantur.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXXII.

### ¶Argumentum.

¶Titulus. Defecerũt laudes Dauid filij Ieſſe, pſalmus Aſaph. Quatenus pphe‐ta nos inducat, vt amore dei relinquẽtes caduca ac terrena, aſpiremus ad cœleſtia & æterna bona, nobis miꝝ in modũ cõmẽdat diuinã bonitatẽ, q̃ pmittit inimicis ſuis proſpa cõtingere, cõtrà vero amicis aduerſa: Tria itaq; p ordinẽ agit Nã in primis cõmẽdat diuinã bonitatẽ. Deĩde oñdit hũani iudicij infirmitatẽ, ibi, Mei aũt pene moti ſunt pedes. Poſtremo manifeſtat mundani deſiderij cupiditatẽ, ibi, Quid enĩ mihi eſt in cœlo. Alij tñ aliter diuidunt hunc pſalmũ. Author vero ipſum expendit de prouidentia dei recte omnia diſponentis, licet pluribus oppoſitum videatur ex imbecillitate ingenij. E

### ¶Expoſitio Tituli.

¶Pſalmi aũt pſentis titulus eſt. Defecerũt laudes ſeu hymni Dauid filij Ieſſe pſalm⁹ Aſaph .i. poſtq̃ impleta fuerũt, quæ in pcedenti pſalmo dicebant futura, videlicet Chro incarnato, defecerunt laudes ſeu hymni Dauid filij Ieſſe.i. populi Iudæoꝝ, ſignificati p Dauid. Solebãt enĩ deũ laudare, ppter bñficia tpaliũ & exterioꝝ bonoꝝ, ſed Chro nato, defecerunt hæ laudes, qm̃ perdiderũt locũ & gentẽ. Prædictas igit laudes, ſequitur pſalmus pſens, in q̃ oſtenditur rectitudo, puidẽtiæ dei oĩa diſponẽtis, cuius tñ cõtrariũ nõnullis impfectis videt, dũ malos nũc florere ac proſperari, bonos vero tribulari & opprimi cernũt. Dicit q̃q; hic pſal. eſſe
2.paral.16 ipſius Aſaph, tanq̃ actoris ſcd̃m Hieronymũ, ſecũdũ Auguſtinũ ſicut cãtoris, ita φ Dauid fecit hũc pſal. decãtandũ p Aſaph, q erat vnus de principalibus tẽpli cãtoribus tpe Dauid. Primo aũt, pponit, ppheta Dauid principale, ppoſitũ ſeu cõcluſionẽ intẽtam, deinde arguit ad partem vtranq;. Dicit ergo.

### ¶Expoſitio pſalmi.



QVàm bonus Iſrael deus,⌋.i. multũ bonus eſt deus populi Chriſtiani, diuina 1
fideliter cõtemplantis,⌊ his q recto ſunt corde,⌋.i. iuſtis, nil mali machinãti-
bus, ſed diuinæ legi ſe ſemper conformantibus. Omnibus aũt bonus eſt deus,
in quantũ cũcta cõſeruat in eſſe,& ſingulis prouidet, ſed iuſtis deus eſt valde F
bonus.i. pius, dulcis, liberalis. Bonũ enĩ vocat, q̃d eſt ſui diffuſiuũ. Deus vero,
q̃tũ in ſe, oĩbus prõptus eſt, ſuã bonitatẽ cõicare,& aliud nihil impedit nos à
Hiere.5 perceptiõe diuinoꝝ donoꝝ, niſi negligẽtiæ nr̃æ atq; pctã, quẽadmodũ Hieremias teſtatur
Pctã vr̃a prohibuerũt bonũ à vobis. Qm̃ ergo recti corde hoc impedimentũ abijciũt, digni
ſunt accipere dona diuina, idcirco bonitatẽ diuinã, quã alij informiter & ſimplr ſciũt, ipſi ex
Thren.3 perimẽtalr norũt & dulciter guſtãt, propterea deus ẽ eis valde bonus, iuxta illud: Bonus eſt
dñs ſperãtibus in eũ, aĩæ q̃renti illũ. Deinde propheta incipit ad oppoſitã partẽ arguere. lo-
quensq; in pſona infirmoꝝ, ait. ¶Mei aũt pene moti ſunt pedes,⌋.i. affectus mei quaſi in- 2
curuati ſunt,& à diuinæ legis obſeruatione pene auerſi. Vel, pedes mei.i. intellectus atq; vo
lũtas, q̃ a p has vires tẽdimus in deũ, cõtẽplãdo & diligẽdo,⌊ pene effuſi ſunt greſſus mei,⌋.i.
opa mea q̃ſi euacuata ſunt,& mercede priuata, ppter incõſtãtiã meã. ¶Quia zelaui⌋.i. in 3
uidia & irrationalr motus ſum,⌊ ſup iniq̃s,⌋ inuidẽdo tpali, pſpitati eoꝝ⌊ pacẽ⌋ falſã, car-
nalẽ & trãſitoriã,⌊ pctõꝝ vidẽs,⌋ quã æq̃nimiter ferre nõ potui ppter ipfectionẽ meã. Nõ
Pſal.36. enĩ debet hõ ita moueri, q̃a ſuperius dictũ eſt, Noli æmulari in malignãtibus, neq; zelaueris
facientes iniquitatẽ. Si aũt quis doleat de proſperis impioꝝ ſucceſſibus, in q̃tũ eorum ſaluti

repu-

A repugnāt, hoc ex dilectione procedit, neq; ad zelū inuidiæ ptinet. Aeſtimare vero nō debe-
mus ꝙ impij verā habeant pacē, cū pax ſit tranquillitas bonæ ordinationis, qua carēt malig- Eſaiæ. 57
ni, q in ea ſenſualitas pualet rationi, & caro dn̄atur ſpūi. Vnde ſcriptū eſt: Nō eſt pax impijs,
dicit dn̄s. Sæpenumero deniq; ſancti prophetæ, hāc quæſtionē & rationē infirmoꝝ indu-
cunt, cur. ſ. boni in hoc ſeculo affligunt & impij proſperant. Hinc Hieremias ait: Iuſtus qui- Hiere. 12
dē tu es dn̄e, ſi diſputē tecū, verūtamen iuſta loquar ad te. Quare via impioꝝ proſperat, &
bene eſt oībus qui præuaricant in te? Et Abacuc: Quare nō reſpicis cōtemptores, & taces cō Abacuc. 1
culcante impio iuſtiorē ſe? Mundi ſunt oculi tui, ne videas malū. Quare nō reſpicis ſup ini- Iob. 21
que agentes? Iob quoq;: Nunquid contra hoīem diſputatio mea eſt, vt merito nō debeā con
triſtari? Quare ergo impij viuunt, ſubleuati ſunt, confortatiq; diuitijs, & nō eſt virga dei ſu-
per eos? Hæc aūt malignoꝝ proſperitas, viro perfecto & iuſto vacillationē aut anxietatem
non facit, nō eñi ignorat ꝙ deus flagellat omnē filiū quē recipit. Et ꝙ ſicut auꝝ in fornace ꝓ Sapien. 3
bat electos, & ꝙ per multas tribulationes oportet nos intrare regnū cœloꝝ. Cur aūt videat Acto. 14
4 " pax eſſe peccatoribus, ſubdit. ¶Quia nō eſt reſpectus morti eoꝝ, ⌋ .i. qm̄ ipſi nō aſpiciunt
" neq; cōſiderant mortē ſibi inſtantē, ideo ſic viuūt ſecuri, quaſi nō eſſent morituri, ⌊ & firma-
" mentū in plaga eoꝝ, ⌋ reſumenda eſt negatio in principio verſus poſita, vt ſit ſenſus, nō eſt
firmamentū. i. aliq̄ virtus ſeu ſtabilis pœnitētiæ fortitudo, in plaga eoꝝ. i. vitioſa ac miſerabi
li vita ipſoꝝ. Peccatū eñi eſt aīæ plaga, & ipſi in vitijs pſeuerāt, ſicut de eis ait ſcriptura: Dixe Iob. 21
runt deo, recede à nobis, ſcientiā viaꝝ tuaꝝ nolumus. Eſaias q̄q;: Dicūt vidētibus, nolite vi-
B dere: & aſpicientibus, nolite aſpicere nobis ea q̄ recta ſunt. Loquimini nobis placētia, videte Eſaiæ. 30
nobis errores. Vel ſic, Quia nō eſt aſpectus morti eoꝝ. i. ideo in vitijs pacē habent, qm̄ deus Alia expō
nō reſpicit eos oculo ſuæ clementiæ, prout ipſe ait de peccatore: Abſcondi faciem meam, & Eſaiæ. 57
abijt vagus in via cordis ſui, & ita non proſpicit deus morti eorum æternæ, quia non im-
pedit eam, idcirco eſt & firmamentū. i. perſeuerantia fortis & obſtinatio dura in plaga eoꝝ
interiori. i. in culpa, quia nō pœnitent. Vel ſic, & magis ad literā. Quia nō eſt reſpect⁹ mor Alia expō
ti eoꝝ. i. non vident cito mori, ſed interdū viuunt diutius q̄ iuſti, quēadmodū ſcriptū eſt: Iu- Eccles. 7
ſtus perit in iuſtitia, & impius multo viuit tpe in malitia ſua, hoc tn̄ cōtingit ad dānationem
ipſoꝝ grauiorem, interdū autē merentur per aliqua opera bona extra charitatē facta, tēpo-
ralis vitæ prolongationē, & firmamentū in plaga eoꝝ, ſi mali aliquā plagā incurrāt, cito cu-
rantur, & nō diu in ea perdurāt, propter multa ſuffragia, & humana ſolatia eis parata, qbus
5 " ſæpe iuſti egent, & carent. ¶In labore hoīm, ⌋ .i. viroꝝ ſanctoꝝ & virtuoſoꝝ, ⌊ non ſunt
" & cū hominibus, ⌋ vere rationabilr̄ conuerſantibus, ⌊ nō flagellabunt ⌋ flagello filiorum, ad
emendationē in vita pſenti, ſed flagello reproboꝝ, & ad perditionē in lacu inferni. Nō autē
ſunt hæc intelligēda, quaſi peccatores nō laborent in hac vita, pſertim cū ipſi dicant: Laſſati Sapiē. 5
ſumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles. Eccleſiaſtes q̄q; ait: Eccles. 2
Bono homini dedit deus ſapientiā & ſciētiā, peccatori autē afflictionē & curam ſuperfluam
Eſt igit duplex labor, labor pœnitentialis, & labor iniquæ operationis. Quemadmodū nāq;
virtus ex ſua natura delectabilis eſt, ſic vitiū ex ſua natura amaꝝ eſt, triſte, laborioſum, atque
pœnale, ſæpe tamen cōtrariū accidit quātum ad nos, propter noſtræ naturę corruptionem.
In ſctō ergo & pœnitētiali labore pctores nō ſunt, q a nec ſacris vigilijs, nec pcibus puris, nec
debitis diſciplinis, ſaluberrimiſq; ieiunijs vacāt, ſed in vanitate & puerſitate tps ſuū expēdūt,
& pdūt. Quāuis aūt vita eoꝝ ſecūdū veritatē, multo laborioſior ſit atq; pœnalior cōuerſati-
C one bonoꝝ, qm̄ tn̄ vita peruerſa eis amplius placet, idcirco ſine labore ſe viuere arbitrant, &
vitā iuſtoꝝ laborioſam putāt, eāq; abhorrēt & aſpernant. Iuſti aūt veꝝ habēt iudiciū, & per
experientiā didicerūt, q̄ dulce ſit deo ſeruire, q̄ta ſit delectatio ſerenæ cōſciētiæ, q̄ vehemens
ſit lætitia aīæ puræ, q̄ vere ſuaue ſit iugū Chr̄i, & leue onus ipſius. Secundū Bernhardū, verſi Matt. 11.
culus iſte nullis tā proprie cōpetit, q̄ clericis noſtri tpis. Qm̄ itaq; ſic proſperant & otiantur
6 " maligni. ¶Ideo tenuit eos ſupbia ⌋ .i. vinculo elatiōis cōſtricti ſunt, & in captiuitatē ac ſer
" uitutē ſupbiæ ducti, imò ſerui ſupbiæ facti, iuxta illud: Oīs q facit pctm̄, ſeruus eſt pcti, ⌊ op- Iohan. 8
" ti ſunt iniquitate & impietate ſua ⌋ .i. quēadmodū viri pfecti dicunt opti atq; veſtiti iuſtitia,
7 " ſic iſti vndiq; operiunt malitia, faciētes iniquitatē in proximū, & impietatē in deū. ¶Pro-
" dijt quaſi ex adipe iniquitas eoꝝ, ⌋ .i. ex abundātia atq; pinguedine, ſeu copia tpaliū reꝝ, ini
quitas eoꝝ cauſat, qm̄ tpaliū copia reꝝ, oīs tranſgreſſionis extat fomētū, ideo orat vir iuſtus, Prouer. 30
" tantū victui meo tribue neceſſaria, ⌊ trāſierūt in affectū cordis ⌋ .i. cōcupiſcētijs carnis, illici-
tiſq; deſiderijs cōſenſerūt. Quocōtra de iuſtis ait aplus: Qui aūt ſunt Chr̄i, carnē ſuā crucifixe Galat. 5
rūt cū vitijs & cōcupiſcētijs. Ad q̄d monemur à principe aploꝝ, dicēte: Obſecro vos tanquā 1. Petri. 2
8 " aduenas & peregrinos, abſtinere à carnalibus deſiderijs, q̄ militāt aduerſus animā. ¶Cogi
" tauerūt, ⌋ cū cōſenſu mētali, ⌊ & locuti ſunt ⌋ ore corporali, ⌊ nequitiā ⌋ .i. fraudulēta & cru-
delia verba cōtra virtuoſos viros, q̄s quærūt opprimere, q̄d in tyrānis, beatoꝝ martyꝝ ho-
micidis, maxime patet. Vnde legit: Fraudulēti vaſa peſſima ſunt, ipſe eñi cogitationes con- Eſaiæ. 32

Esaiæ.3. cinnabit ad perdẽdos mites, ⌊iniquitatẽ,⌋ .i. verba iniqua ⌊in excelso,⌋ .i. in sublimi, auda- D
cter, alte, & publice ⌊locuti sunt,⌋ sicut scriptũ est: Peccatũ suũ quasi Sodoma ꝑdicauerunt,
& nõ absconderũt ¶ Posuerũt in cœlũ os suũ ⌋ .i. erecto collo, & tumida mẽte, cõtra deũ lo 9
Job.15 quuti verba blasphemiæ, prout scribitur: Cucurrit impius aduersus deũ erecto collo, & pin
Exodi.5 gui ceruice armatus est. Vnde & Pharao dixit: Nescio dñm. Et Senacherib: Non te decipi-
2.para.32 at deus tuus, quia nõ poterit liberare te. Nero quoq;, Domicianus, Dioclecianus, & alij plu-
res, maximas cõtra Christũ dixerunt blasphemias, ⌊& lingua eorũ trãsiuit in terra ⌋ .i. sermo
eorũ rebus terrenis inhæsit, vel in opus processit, atq; humanæ fragilitatis mensurã excessit.
Deinde dñs ait de populo prælecto. ¶ Ideo conuertetur populus meus hic ⌋ .i. qm̃ tanta 10
iniquitas atq; dãnatio cõcomitant̃ tẽporalẽ prosperitatẽ impiorũ, idcirco pplus saluandus
cõuertet̃ ad me, hic .i. in hac cõsideratione ꝑsenti, quia perpẽdent q̃ periculosa sit mundana
prosperitas, & carnalis voluptas, & ita eas abhorrebit & fugiet, nec amplius sup iniquos ze-
labit, sed cõdolebit, atq; ad spũalem ac arduã conuersationẽ se dabit, ⌊& dies pleni,⌋ fructi-
bus pœnitẽtiæ, & bonis operibus, ⌊inuenient̃,⌋ à deo iudice, ⌊in eis⌋ ad deũ cõuersis. Pleni
tudinẽ em̃ (vt ait Ambrosius) vita sanctorũ habet, ianes aũt sunt dies malorũ. ¶ Et dixerũt ⌋ 11
ꝑdicti infirmi, anteq̃ pfecte essent ad deũ cõuersi, ⌊quõ scit deus,⌋ ista inferiora, si ista ꝑmit-
tit, videlicet vt impij prosperent̃, ⌊& si est scientia in excelso ⌋ .i. si est prouidẽtia in deo sub
Job.22 limi, imò videt̃ q; nõ, qa si esset, daret deus malis aduersa & pœnas, sicut merent̃, iustis aũt ꝓ-
speritatẽ & gaudiũ? Hoc est q̃d scribit beatus Iob: An cogitas q; deus excelsior cœlo sit, nec
Sapiẽ.15 nostra considerat, & circa cardines cœli perambulat? Vnde de negantibus diuinam proui-
dentiam, scriptũ est: Aestimauerũt lusum esse vitã nostrã, & cõuersationẽ vitæ ad lucra com D
positã, & oportere vndecunq; acquirere. Cur aũt infirmi hæc dicãt, subiũgit, ¶ Ecce ipsi ⌋ 12
sunt ⌊peccatores, &⌋ nihilominus sunt ⌊abũdantes in seculo, obtinuerũt diuitias⌋ hæredi-
taria possessione. ¶ Et dixi ⌋ dũ adhuc inercitatos habui sensus, ⌊ergo ⌋ .i. cũ ita sit, ego ⌊si 13
ne causa ⌋ .i. sine fructu & rõne ⌊iustificaui cor meũ,⌋ omni custodia custodiẽdo cor meũ à
cogitationibus malis, & sine causa ⌊laui inter innocẽtes manus meas ⌋ .i. opa mea impolluta
seruaui. ¶ Et fui ⌋ sine causa ⌊flagellatus tota diẽ ⌋ .i. assidue in vigilijs, ieiunijs, disciplinis, 14
fletu, & ꝓcibus, exterioribus q̃q; laboribus propter deũ assumptis, vel ad spũalem profectũ re
latis, ⌊& castigatio mea in matutinis ⌋ .i. correctio q̃ meipm̃ correxi, & exercitatio sctã, sum
mo mane arrepta, q̃ castigaui corpus & spm̃ meũ, vel à te castigatus sum inanis. Cõsequenter
arguit ad oppositũ. ¶ Si dicebã ⌋ corde, ⌊narrabo sic,⌋ .i. cogitaui ita sentire atq; asserere 15
de ꝓuidẽtia tua, & felicitate malorũ ⌊ecce nationẽ filiorũ tuorũ reprobaui ⌋ .i. tũc gñationem
& societatẽ electorũ redarguo, qa vita eorũ mercede caret, sicut de qbusdã cõquerit̃ dñs: In-
Malac.3 ualuerũt sup me verba vr̃a, dicit dñs. Et dixistis: Vanus est q̃ seruit dño. Aut q̃d emolumẽtũ,
qa custodiuimus ꝓcepta eius, & qa ambulauimus tristes corã dño? ¶ Existimabã vt cogno 16
scerẽ ⌋ .i. putaui me posse rõnem huius scrutari & inuenire, cur ĩpij prosperant̃, & scti multi-
pliciter affligunt̃, ⌊hoc lobor ẽ ante me,⌋ hãc causam cognoscere, laboriosum est mihi.
¶ Donec intrẽ in sanctuariũ dei ⌋ .i. donec deus mihi reuelet incerta & occulta sapiẽtię suę 17
Psal.50 in secretũ suæ cognitiõis me intromittẽs ad sacrã scripturã, q̃ etiã sanctuariũ dei vocat̃, mihi
aperiat. Per sacrã nãq; scripturã deus nobis loquit̃ & respõdet, sicut in sanctuaria tabernacu
li diuina dabant̃ respõsa, ⌊& intelligã in nouissimis eorũ ⌋ .i. cõsiderẽ q̃d finalr̃ instet puersis,
q̃d pœnæ & dãnationis eis ĩmineat, q̃ cito morituri sunt, q̃ districte iudicãdi, q̃ irreparabilr̃
cõdẽnandi. Aduertã etiã q̃d beatitudinis restet electis & iustis, q̃ secure discedẽt, q̃ clemẽter E
à iudice recipient̃, q̃ gloriose coronabunt̃, dũ ista aduerto, tũc vtiq; ex prosperitate prauorũ
nõ moueor, neq; bonorũ me turbat aduersitas, qm̃ scio q; deus electos hic purgat, q̃tenus ci-
Apocal.3 tius, copiosiusq; glorificent̃ in cœlis, sicut & ipse testat̃: Ego quos amo, arguo & castigo. Ho
rũ q̃q; nouissimorũ ꝑmeditatio sedula, ꝑseruat hoĩem ab omni ruina, iuxta illud: In omnibus
Eccl.7 operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternũ nõ peccabis, sed qm̃ reprobi ista nõ pen
Deute.32 sant, prout de eis asserit̃: Gens absq; consilio est & sine prudẽtia, vtinã saperent & intellige-
rent, ac nouissima prouiderent. Deinde ponunt̃ tormenta prauorũ. ¶ Verũtamẽ, ò deus, 18
propter dolos,⌋ q̃s impij fecerunt in proximos, ⌊posuisti eis ⌋ .i. impijs finẽ vitæ breuiorẽ,
q̃ alias habuissent. Sæpe em̃ hoĩes propter pctã sua, intẽpestiue moriunt̃, qñ videlicet imple
Job.15 tæ sunt iniquitates eorũ. Vnde de pctõre scriptũ est: Anteq̃ impleant̃ dies eius, peribit. Et ite
rũ sanctus Iob: Viri (inq̃t) iniqui añ tẽpus suũ sublati sunt, ⌊deiecisti eos dũ alleuarent̃ ⌋ .i. dũ
Abdiæ.1 adhuc florerẽt & supbirẽt, humiliasti iniq̃s, eos occidẽdo siue dãnando. Hinc Abdias disseruit
Supbia cordis tui extulit te, sed si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sydera posueris nidũ tu
um, inde detrahã te, dicit dñs. ¶ Quõ facti sunt in desolationẽ,⌋ pdẽdo tpalia bona, corpo 19
ris sanitatẽ aut mortẽ incurrẽdo, in q̃ nullus eos valuit adiuuare, ⌊subito defecerũt, sicut dicit̃
Job.20 Laus impiorũ breuis est, & gaudiũ hypocritæ instar pũcti, ⌊perierũt⌋ æternalr̃ cõdemnati,
Job.21 ⌊propter iniquitatẽ suã⌋ sicut scriptura testat̃: Ducũt in bonis dies suos, & in pũcto ad ifer-
na des-

A
20 “ na descẽdunt. ¶Velut somniũ surgẽtiũ,⌞.i.quẽadmodũ somniũ euigilãtiũ statim euanes-
“ cit,& fallax fuisse cognoscit,sic ò dñe ⌞ad nihilũ rediges⌟.i.cõdẽnabis ac destrues ⌞imaginẽ
“ ipsoꝝ⌟.i.omnẽ apparentẽ felicitatẽ & gloriã reproboꝝ,⌞in ciuitate tua⌟ cœlesti, tollẽdo
eos ab ea,ne videãt beatitudinẽ tuã.Hinc eñ dicturi sunt impij in die reprobatiõis suę.Quid
nobis profuit sụpbia,aut qd diuitiaꝝ iactãtia cõtulit nobis. Transierũt oĩa illa tanq̃ vmbra, Sapię.5
& tanq̃ nũtius pcurrẽs.Et iteꝝ scriptũ est:Spes impij,tanq̃ lanugo,& tanq̃ spuma gracilis, Sapię.5
& tanq̃ memoria hospitis vnius diei ptereũtis.Ideo scriptũ est:Si ascẽderit vsq; ad cœlũ su- Job.20
perbia eius,& caput eius nubes tetigerit,q̃si sterquiliniũ in fine pdet,velut somniũ auolãs nõ
21 “ inueniet,trãsiet q̃si visio nocturna.Hæc aũt dico. ¶Quia inflãmatũ est cor meũ⌟ zelo iusti
tiæ,& igne spũs sancti,cõtigitq; mihi q̃d dictũ est:Factus est sermo dñi i corde meo,q̃si ignis Hiere.20
“ exæstuans,⌞& renes mei⌟.i.motus seu affectus sensitiui appetitus,⌞cõmutati sunt⌟.i.rõnis
“ imperio subditi sunt,q dudũ scd̃m impetũ cõcupiscẽtiæ mouebant,q̃d nõ fit sine magna gr̃a
“ dei,⌞& ego ad nihilũ redactus sum⌟.i.q̃tũ ad spũale eẽ nihil factus sum,anteq̃ cõuersi fuerãt
“ renes mei,q̃n pc̃tis subiacui & cõcupiscẽtijs deseruiui,⌞& nesciui⌟me sic annihilatũ propter
excæcationẽ pc̃ti,nã putaui me aliqd eẽ,cũ nihil essem. Vel,ego ad nihilũ redactus sum, p- Galat.6.
pria reputatiõe,& nesciui.i.nõ sapientẽ,sed ignorantẽ me reputaui,eo q̃ dicat ap̃lus: Qui se
putat aliqd scire,nõdũ scit qũo oporteat eũ scire. Et iteꝝ:Nolite prudẽtes esse apud vosmet 1.Cor.8.
22 “ ipsos. ¶Vt iumentũ factus sum apud te,⌟.i.cõparatione tuæ sapiẽ,potius videor esse irra Roma.12
tionale aĩal,q̃ rõnalis creatura. Vel sic,Vt iumentũ factus sum apud te.i.tuo iugo dorsũ meũ
B supposui,tuisq; pceptis tã prõpte obediui,vt iumẽtũ dño suo obedit,onera ei⁹ portãdo ⌞&
“ ego semp tecũ,⌟ Qui eñ seipm corã deo hũiliat,eiq; paret,indefinẽter manet in eo p grãm.
23 “ ¶Tenuisti manũ dexterã meã⌟.i.p grãm me cõsolidasti & sustẽtasti, quẽadmodũ susten
“ tat cuius dextera ab amico tenet,⌞& in volũtate tua⌟.i.in obseruatiõe pceptoꝝ tuoꝝ,vl̃ se-
“ cundũ tuæ volũtatis bñplacitũ,⌞deduxisti me⌟in via pegrinatiõis atq; exilij huius, ducẽdo
“ me p rectã viã ad felicitatẽ æternã,⌞& cũ gloria⌟.i.gloriose atq; potẽter ⌞suscepisti me,⌟
vniẽdo tibi p charitatẽ,quẽ ex ore diaboli,& morte pc̃ti rapuisti. Vel,cũ gloria.i.cœlesti be
atitudine,suscepisti me.⌞suscipies,trãsferẽdo me de via ad patriã,& de corpe mortis huius
24 “ ad incorruptibilẽ statũ,psertim in die iudicij,q̃n mortale hoc induet ĩmortalitatẽ. ¶Quid
“ eñ mihi ẽ in cœlo,& à te qd volui sup terrã⌟.i.nihil requiro à te nisi teipm,nec in aliq̃ creatu
ra cœlesti siue terrestri spem meã cõstituo,aut felicitatẽ repono,sed tu mihi obiectũ & causa
es fidei,spei,charitatis,& felicitatis.Oĩa arbitror vt stercora,vt Christũ lucrifaciã.Insuffici- Philip.3.
ens & angusta est mihi oĩs creatura,te creatorẽ sup oĩa diligẽti,nec saciare pt affectũ meũ bo
nũ finitũ,sed tu deus æterne,q es bonitas infinita,& veritas incircũscripta,solus quietare,ĩ-
25 “ plere,& beatificare potes intellectũ meũ atq; affectũ. ¶Defecit caro mea⌟.i.appetitus in-
“ ferior,⌞& cor meũ⌟.i.appetitus supior in cõtẽplatione ac dilectiõe summi boni,& beatitu
dinis mihi à deo meo paratæ,q̃m oculus non vidit,nec auris audiuit,nec in cor homĩs ascẽ- 1.Corin.2
“ derũt,quæ pparauit deus diligẽtibus se,⌞deus cordis mei⌟.i.amor aĩæ meæ,summũ bonum Esaię.64
ipsius,& deus totius beatitudinis suæ.Quod eñ quis maxime colit ac diligit,hoc est deus ip-
“ sius,⌞& pars mea deus in æternũ⌟.i.deus est illud bonũ,q̃d ego ex oĩbus bonis elegi,p vni-
uersis rebus dilexi,cui semp adhærere intendo,q̃m ipse solus sufficit mihi,qa in ipso omnium
C bonoꝝ,pulchroꝝ,ac desiderabiliũ plenitudinẽ inuenio. Vnde & Esaias,hoc bono conten-
tus,ait:Nomen tuũ,& memoriale tuũ in desiderio aĩæ.Anima mea desiderauit te.Et scrip- Esaię.26
26 “ tura:Qui diligunt te dñe,sicut sol in ortu suo splendet,ita rutilent. ¶Quia ecce q elongant Judicũ.5
“ se,⌟p pc̃tm̃ mortalẽ,⌞à te⌟ omniũ saluatore ⌞peribũt,⌟ q̃m ibunt in ignẽ æternũ,⌞perdi-
“ disti oẽs qui fornicant abs te,⌟.i.in psenti perdis,eis grãm subtrahẽdo,& in futuro perdes,à Mat.25.
gloria rpellendo,oẽs qui adulterinis & pessimis cogitationibus à te recedũt,& rebus caducis
inhærent.Est eñ quædã fornicatio spũalis,qua aĩa summæ trinitatis imagine insignita,quæ
esse deberet sui creatoris filia,Christiq; spõsa,deo suo infidelis efficit,& creaturis poti⁹ q̃ cre
atori innitit,delectat,& fruit,sic fornicãtes à deo cõterunt,sicut scriptũ est:Cõtriui cor eorũ,
fornicãs & recedens à me,dicit dñs. Et iteꝝ:Noli lætari Israel,quia fornicatus es à deo tuo. Ezech.5
C rursus. Gloriā eorū in ignominiā cōmutabo, & exaltabūtur cornua, hoc est, virtutes & alta fiducia contemplatioq; sublimis iusti, qm̄ quicquid perfectionis iā inuenit in homine iusto, hoc post mortē in patria vehementer perficit, atq; æterno honore præmiaf, & in die iudicij iusti, anima & corpore, super oēm cœlorū mobiliū altitudinē locabunt. Agamus ergo quod in præsenti psalmo cātamus, dei laudibus insistendo, nostra vitia recolēdo, atq; præ omnibus & in omnibus omnē superbiā abhorrendo, veramq; humilitatem incessabili studio, amplectendo, qm̄ deus superbis resistit, humilibus aūt dat grām. Ipse quoq; summus & vnicus noster magister. Discite (inquit) à me, quia mitis sum & humilis corde. Odibilis em̄ (teste scriptura) corā deo & hominibus est superbia. Propter q̄d bonus pater filium instruēs ait: Superbiam nunq̄ in tuo animo, aut in verbo tuo dominari pmittas. In ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Et Iob. Vir vanus in supbiam erigitur, & tāquàm pullum agri se liberum natum putat. Porro ipsemet Christus humilitatem nos vltimo docuit verbo & opere, in cœna nouissima discipulorum pedes lauando, eisq̄ dicendo. Qui maior est in vobis, fiat sicut minor, & qui præcessor sicut ministrator. Osee. 4 Iacobi. 4 Matt. 11. Eccle. 10. Tobiæ. 4 Job. 11. Joban. 13.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXXV.

¶Argumentum.

¶Titulus. In finē, siue victori, in laudibus, carminibus, seu organis psalmus Asaph cāticū. Varie sunt huius psalmi expositiones apud doctores, nā alij de strage Senacherib expēdūt, quē sensum author sequit, licet Iacobus de Valentia cōfutet, alij de plio futuro cōtra Gog & Magog, alij de victoria Christi in Hierusalem tēpore passionis & resurrectionis habita cō-

tra aduersarios, cuius sententiæ est Valentia. Atqui interim docemur deũ laudare, eiq; gratias agere de beneficijs dei populo suo in afflictione cõstituto collatis, in hoc vel illo bello & victoria. Et proinde hortamur deo potẽti munera offerre. Verũ Gorran inquit, materiã huius psalmi eẽ, notitiã & deuotionẽ, quã habẽt fideles, q verũ deũ in Christo cõfitentur. Et pinde propheta intendens cõfutare Iudæos carnales, & monere fideles deuotos ad dei laudem. Duo potissimũ agit in hoc psalmo, nã inprimis, de bonis ab Iudaismo ad gẽtes trãslatis. Deinde ostẽdit modũ & ordinẽ hmõi trãslationis, ibi. Ibi cõfregit potẽtias. Author tñ vt plibani vult ad literã de victoria populi Iudæorũ tpe Ezechiæ intelligendũ. Et nihilominus iuxta tropologiã expendit ipsum de statu ecclesiæ Christianæ, & quolibet eius mẽbro.

¶Expositio tituli.

¶Præterea titulus psalmi pñsentis est. In finẽ in carminibus psalmus Asaph cãticũ ad Assyrios. Psalmus nũc declarãdus, secundum doctores Hebræos atq; catholicos, ad literã loquitur de admirãda victoria populi Iudæorũ tpe Ezechiæ, quã deus cõtulit eis de Assyrijs, qñ pcussit angelus dñi in castris Assyriorũ centũ octogintaquinq; milia hoim, q viso fugit Senacherib. Hãc ergo liberationẽ prænoscens in spũ actor psalmi pñsentis, fecit hũc psalmum, cuius titulus ita exponit. Psalmus pñsens in finẽ. i. in Christũ nos dirigẽs in laudibus, qm continet laudẽ dei, quã decantãdo in deũ dirigimur, est ipsius Asaph vel sicut actoris secundũ qsdam, vel sicut cãtoris. Vel, Asaph. i. synagogæ tanq̃ pro eius ædificatione conscriptus, & est cãticum. i. spũalem exultationẽ includẽs, scriptũ ad Assyrios cõterendos. i. de Assyriorũ deiectione pertractans. Ait ergo.

¶Expositio psalmi literalis.



Otus in Iudæa ⌋. i. in terra & populo Iudæorũ ⌊ deus ⌋ alijs nãq; nationibus ad » 1
idololatriã declinãtibus, pmãsit in populo Iudæorũ cult⁹ vnius veri summiq;
dei, ⌊ in Israel magnũ nomẽ eius. ⌋ Per Israel eosdẽ designat, quos p Iudæam, »
quia Iudæi filij erãt Iacob, q dictus est Israel. Vel, per Israel specialiter expri-
Esaiæ.38. mit decem tribus, qui tpe Ezechiæ nõdum trãslatæ erãt, & quis ille pro maio- E
ri parte ad idololatriã essent conuersæ, adorãtes vitulos aut eos quos fecit Iero
boam. Multi tamen manserunt in populo illo deum verum colentes, quorum vnus erat To
3.Reg.12 3.Reg.19 bias, vt patet in libro Tobiæ. Vnde scriptum est. Dixit dñs ad Heliã. Dereliqui mihi in Hie-
rusalem septem milia virorum, quorum genua nõ sunt curuata ante Baal. Sic ergo in Iudæa,
hoc est, in populo tribus Iudæ & Beniamin, inter quos etiã morabãtur Leuitæ, qm Ieroboã
fecit sibi sacerdotes de extremis populorũ. Et itẽ, in Israel. i. in populo decẽ tribuum, creden
te & deum colente, magnũ fuit nomen eius. s. dei, qm magnitudinẽ dei nouerunt, & deus eis
ostendit potentiam suam & magnificentiam, tam mirabiliter occidendo Assyrios. Dicitur
enim nomen alicuius magnum illic, vbi magna eius virtus ostenditur, & ipse clare cognos-
Deute.7. citur. Et horum veritas liquet ex eo quod Moyses ait populo isti. Te elegit dominus deus,
Deute.5. vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis qui sunt super terram. Et rursus. Ecce ostendit
nobis dominus deus noster maiestatem & magnitudinem suam. ¶Et factus est in pace lo » 2
cus eius ⌋ hoc est, terra Iudeæ, quæ impugnabatur à rege Assyriorum, pacem adepta est, oc »
ciso regis exercitu, ⌊ & habitatio eius ⌋ scilicet dei, facta est ⌊ in Sion ⌋ hoc est, in templo, in »
monte Sion constructo. Reddita nãq; pace, rex pijssimus Ezechias cum sacerdotibus & po
pulo, deuotissime deo gratias retulit atq; seruiuit in tẽplo, & sic deus p gratiam magnã habi
Abacuc.2 tauit in templo suo, secundum q habetur. Dñs in templo sancto suo. ¶Ibi ⌋ in terra Iudeæ » 3
dominus ⌊ cõfregit potentias, arcum, scutum, & gladiũ ⌋. i. omĩa bellica instrumenta Assy- »
riorum & bellum, hoc est, bellatores regis Senacherib. Vel bellũ. i. prælium eius dissipauit.
Confregit autem deus hæc bellica instrumenta, impediendo ea ab actu per imperfectionẽ F
bellatorum, vel ipsi Iudæi confregerunt hæc arma pro magna parte, sicut & cætera spolia.
¶Illuminans tu mirabiliter ⌋ hoc est, lucem miserationum tuarum, mirabili pietate nobis » 4
emittens atq; infundens ⌊ à mõtibus æternis ⌋. i. ab angelis sanctis, qui dicũtur mõtes æter- »
ni, qm sublimes sunt & immortales, ab his deus Iudæos mirabiliter illustrauit, quoniã p pre-
ces atq; ministeria angelorũ Iudæos custodientiũ, deus cõcessit istã victoriam. Quàmuis e-
4.Reg.18 tenim scriptũ sit. Egressus angelus percussit in castris Assyriorũ, &c. Credendũ est tñ, q ange
Esaiæ.38 li singuli singulos Iudæos sigillatim custodientes, orabãt deum pro illo triumpho, ⌊ turbati »
sunt oẽs insipientes corde ⌋. i. ministri peruersi perfidi regis, videlicet Assyrij idola hono- »
rantes, corde perterriti sunt, & corpore interfecti p gladiũ angeli. Vel, omẽs insipientes cor
de turbati dicuntur, quoniã gentes in circuitu Iudeæ morãtes audita deiectione Senacherib
obstupuerunt de tã admirabili plaga. Vnde etiã longo post tẽpore, dũ Nabuchodonosor
Esaiæ.37 obsideret Hierusalẽ, nõ putabãt gentes, vicinæ Iudeæ, q Nabuchodonosor præualeret, p-
Treno.4 pter memoriã deiectionis Senacherib. Propter qd Hieremias ait in Trenis. Non credide-
runt reges terræ, q ingrederet hostis p portas Hierusalẽ. Dicit quoq; illuminatio ista mirabi
liter fa-

A “ liter facta, qm̄ corpora Assyrioꝝ fuerunt redacta in cineres. ¶Dormierunt,⌋ Assyrij di-
5 “ uina virtute occisi ⌊somnũ suũ⌋.i. somnũ mortis, à quo nemo suscitat, nisi deus, ⌊& nihil in
“ uenerũt oẽs viri diuitiaꝝ in manibus suis⌋.i. ꝑdicti Assyrij qui diuites erãt propter spolia, q̃
in multis terris à se vastatis collegerant, cũ essent occisi, nullũ habuerunt subsidiũ, aut profe-
ctũ ex suis diuitijs, sed opa eoꝝ sequebant̃ eos, non aũt diuitiæ, sicut superius de diuite dictũ
6 “ est, qm̄ cũ interierit, non sumet oĩa, neqꝫ descendet cũ eo gloria eius. ¶Ab increpatõe tua⌋
“ .i. à districta tua vltione, ò ⌊deus Iacob,⌋ patriarchæ, qui dicis: Ego sum deus Abrahã, deus
Isaac, & deus Iacob, hoc nomẽ mihi est in æternũ, & hoc memoriale meũ in gñationẽ & ge- Exodi. 3.
“ nerationẽ, ⌊dormitauerũt,⌋ dormitione mortis, de qua scriptũ est: Diues cũ dormierit, ni- Job. 27
“ hil secũ auferet. Et Chrũs: Lazarus amicus noster dormit, ⌊qui ascenderũt equos,⌋.i. mini- Johan. 11.
7 “ stri & milites regis Assyrioꝝ. ¶Tu terribilis es,⌋ propter vindictã tuæ iustitiæ, & imꝑscru
tabilem profunditatẽ iudicioꝝ tuoꝝ. Propter q̃d sanctus Iob ait: Semꝑ quasi tumentes suꝑ Job. 31
“ me fluctus, timui deũ, ⌊& quis resistet tibi,⌋ quasi diceret, nullus, queãdmodũ inducit̃. Quis Hier. 49
“ similis mei, & quis sustinebit me, dicit dñs? Et quis est iste pastor, qui resistat vultui meo ⌊ex
“ tunc⌋.i. ex tpe quo occidisti Assyrios, ⌊ira tua⌋.i. vltio tuæ iustitiæ euidenter innotuit.
8 “ ¶De cœlo auditũ fecisti iudiciũ⌋.i. iustã vltionem, quã exercuisti in omnẽ exercitũ Assy- Expõ ꝑa
rioꝝ, audiri fecisti in terra de cœlo.i. virtute cœlesti, qua hanc vltionẽ fecisti. Sicut em̄ hæc
vltio de cœlo facta est ministerio angeli, sic dicit̃ facta, audita de cœlo, qm̄ virtus cœlestis, q̃
fuit causa existentiæ huius vltionis, extitit etiam causa promulgationis ipsius. Vel sic, De Secunda
B cœlo auditũ fecisti iudiciũ⌋.i. audiri fecisti ab hoĩbus iudicium cœleste sic quoqꝫ quod dicit̃,
de cœlo iudicium, tantum est dicere ac si dicatur, iudicium cœleste, Hoc autem cœleste iudi
cium fuit, quod dñs de rege atqꝫ exercitu Assyrioꝝ peregit, occidendo tantã cateruam. Vel Tertia.
sic, De cœlo auditũ fecisti iudiciũ.i. cœlitus reuelasti iudiciũ istud. Reuelauit em̄ deus Esaiæ,
quæ futura erant regi huic & populo eius, imò Esaias frequenter in libro visionum suaꝝ va
“ ticinatur. Esaias quoqꝫ idipsum Ezechiæ ꝑdixit, ⌊terra tremuit⌋.i. populus Iudæoꝝ prop-
ter aduentum Assyrioꝝ vehementer expauit, Vel dicit̃ terra tremuisse, propter multitudinẽ
exercitus Assyrioꝝ, queãdmodũ primo Machabæoꝝ habet̃: Cõmota est terra à voce exer- 1. macha. 9
9 “ cituum, ⌊& quieuit⌋.i. populus terræ Iudææ à suo pauore cessauit, occisis Assyrijs. ¶Cum
“ exurgeret in iudicium deus⌋.i. in actũ iudicandi procederet, cõmittendo angelo suo, vt ꝑdi
“ ctum populũ trucidaret, ⌊vt saluos faceret oẽs mansuetos terræ⌋.i. quatenus Ezechiã regẽ
10 “ mitem & sanctũ cũ pplo suo, de manu Assyrioꝝ erueret. ¶Qm̄ cogitatio hoĩs,⌋.i. cor &
“ meditatio cordis regis Ezechiæ & cuiuslibet serui ipsius, eũ in virtutibus sequentis, ⌊confi-
“ tebit̃ tibi,⌋ confessione laudis, gratias tibi agendo de liberatione tam gloriosa, ⌊& reliquiæ
“ cogitationis⌋.i. memoriæ huius facti, nascentes in ipso Ezechia ac populo suo, posterisqꝫ e-
“ orũ, ex prima cogitatione seu agnitione facti istius, ⌊diem festũ agent tibi⌋.i. occasio erunt
vt solenniter recolat̃ liberatio talis à pplo Ezechiæ, imò & ab alijs q norunt tam mirabile o-
pus, quia nos oẽs hoc miraculum audientes, diem quodãmodo festũ agimus, contemplãdo,
& admirando deũ in opere tam ꝑclaro. Deinde propheta alloquit̃ pplm̄ Iudæoꝝ ab Assyrijs
11 “ liberatũ, quatenus deo sint grati, aitqꝫ. ¶Vouete,⌋ pro grãꝝ actione vota spõtanea, ⌊&
“ reddite⌋.i. vota ꝑsoluite ⌊dño deo vestro, oẽs q in circuitu eius affertis munera⌋.i. q ex om
ni terra circa Hierl̃m, & in gyro ipsius ac templi, in quo deus esse & habitare asserit̃, conueni-
12 “ tis, vt dño hostias immoletis: dño (inquã) ¶Terribili & pro.i. ei qui aufert spm̄ principũ⌋
“ occidendo magnos sicut & paruos, ⌊terribili apud reges terræ,⌋ qui audientes deiectionẽ
C Sennacherib, deũ Israel formidabant. Vnde & Nabuchodonosor ait: Nunc igit̃ laudo, ma- Danie. 4
gnifico, & glorifico regẽ cœli, qm̄ omnia opera eius sunt vera. Et Darius: Paueant (inquit) Dañ. vlt.
habitantes in vniuersa terra deũ Danielis, quia ipse est liberator & saluator, faciens signa, &
mirabilia in cœlo & in terra.

¶Expositio Tropologica siue moralis eiusdem psalmi.

IVxta intellectum aũt moralẽ, exponendus est psalmus hic de statu eccl'æ Christianę, vi-
delicet de q̃libet hoĩe, pplo, seu cõitate Christifideli, à multis periculis liberata, atqꝫ ex
hoc deũ magnifice collaudante, & alios ad sanctã deuotionẽ ac gratitudinẽ inuitante,
eritqꝫ sensus tituli supius positi talis. Psalmus Asaph.i. cõgregationi fideliũ, significatę
per Asaph, conueniens, atqꝫ in finẽ (qui Chrũs est) tendens ac dirigens, in laudibus, ita vt ipsa
ecclesia ex promptitudine volũtatis, & impetu sanctæ dilectionis, deo laudes cõcinnat, & nõ
ex tristitia seu necessitate, qm̄ hilarem datorem diligit deus, estqꝫ psalmus iste, canticũ.i. laus 2. Cor. 9
spũalis iocunditatis, ad Assyrios.i. ad dirigente eos, videlicet q cor suũ ad dñm dirigunt. As-
syrij nanqꝫ, dirigentes interpretant̃. Ait itaqꝫ. Notus in Iudæa deus. Hoc modo ad literã ac-
cipi nequit pro tpe isto, quia & terra Iudææ iã à Sarracænis (prohdolor) inhabitat̃, & popu-
lus Iudæoꝝ deum veꝝ ignorat, quemadmodũ Iudæis loquutus est Chrũs. Neqꝫ me scitis, ne Johan. 8.
qꝫ patrem meum. Et alibi: Et pater meus, quem vos dicitis, quia deus vester est, & nõ cogno

uistis eum. Quæ est ergo Iudæa, in qua modo veraciter notus est deus, nisi christiana eccle- D
sia in deū corde credens, eumq́ʒ ore cōfitens atqʒ operibus bonis honorans? De hac quippe
Iudæa, ait beatissimus euangelista Iohannes. Scimus, qm̄ filius dei venit & dedit nobis sen-
sum, vt cognoscamus deū verū. Vnde Chrūs testatus est. Pater iuste mundus te nō cogno-
uit, ego aūt te cognoui & notū feci eis. s. quos dedisti mihi, nomen tuū. Iudæa eñ interpre-
tatur cōfessio. Ecclesia aūt dño verissime cōfitet, qm̄ ipsa sola de deo veraciter sentit p catho
licæ fidei veritatē, agnoscēs deū vnū ac trinū, dei vnigenitū incarnatū, nostrā beatitudinem
in dei visione esse repositā, in Israel. i. in homine seu populo, deū per fidē syncerā contem-
plante, magnū nomen eius. i. magnificū reputat & gloriosum, & incōparabile eē cognoscit
nomē dei seu ipsemet deus, q de seipso ait: Rex magnus ego sum, & magnū nomē meum in
gētibus. Et factus ē in pace locus eius. i. p pacē disponit, aptat, & dignificat rationalis creatu
ra, vt in ea habitet deus, q de seipso locutus est. Sup quē reqescet spūs meus, nō sup quietum
& humilem? Quietus aūt pacificus est, qm̄ pax est quies mētis. Est eñ pax trāquillitas bñ or
dinati cordis, dū. s. caro seruit ac paret spūi, sensualitas rationi, & ratio deo, ita vt semp infe-
rius suo superiori prōpte obedit. In aīa hāc pacē sortita deus libenter morat, de q̄ Paulus ait:
In pace vocauit nos deus. Et iterū. Nō est (inqt) dissentiōis deus, sed pacis. Hæc siqdē pax fa-
cit hoīem filiū dei, iuxta illud. Beati pacifici, qm̄ filij dei vocabunt. In hoīe ergo pacifico, tāq̄
in filio dilecto, habitat deus, idcirco oīni chrīano, & maxime religiosis & solitarijs, summe
studendū est, vt verā atqʒ internā pacē stabiliter & immobiliter, quātū fieri pōt, possideat.
Propter q̄d monet apl'us. Pacē sequimini cū oībus, & sanctimonia sine q̄ nemo videbit deū,
cōtemplātes ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat. Et alibi. Si fieri pōt q̄d
in vobis est, cū oībus hominibus pacē habete. In pace eñ splendide reqescit oīs aīa sancta,
in presenti degēs exilio, scd̄m q̄d dñs asserit. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis.
Deniqʒ quantū appetēda sit oīni christiano hæc pax, cōstat ex eo, q̄d Chrūs añ passionē dis-
cipulos mittēs, pcepit eis vt pacē añ oīa hominibus imprecarent. In quācūqʒ (inquiens) do- E
mum intraueritis, primū, dicite, Pax huic domui. Post resurrectionē quoqʒ apparens disci-
pulis, pacē primitus annūtiauit, dicēdo. Pax vobis. Sed & omnes apostoli q scripserunt epi
stolas, nonne in salutationibus suis pacē singulariter, eis quibus scribunt, desiderant, dicētes
gratia vobis & pax, aut simile aliquid? Omnē ergo perturbationē, discordiamq́ʒ vitemus,
quatenus deum pacis intra nos commanentē habere possimus, & habitatio eius, scilicet, dei
est in Sion. i. in eccelesia christiana, seu quolibet homine deum fideliter speculante. His eñ
ait saluator in Euangelio. Ego vobiscum sum cunctis diebus. Et ad eū veniemus ego & pa-
ter, & mansionem apud eum faciemus. Sion nāqʒ speculatio interpretatur, & certum est om
nem speculatiuam animam inhabitari sanctam atqʒ altissimam trinitatē. Ibi, hoc est, in hoc
homine virtuoso atqʒ ecclesia, deus per gratiam suam confregit, destruxit, & extirpauit po
tentias arcuū. i. vires fallaciū suggestionū diaboli, atqʒ occultas insidias doli humani, scutum
id est, excusationē propriç culpç, qua se cōtra corripientem defendit peccator, gladiū, id est
manifestam resistentiam, qua homo deo repugnat, veritatem impugnat, superiori suo resi-
stit & bellum, hoc est, inobedientiam seu rebellionem, qua contra spiritum caro cōcupiscit
atqʒ luctatur. Omnia mala hæc deus per gratiam suæ pietatis expellit ab hoīe, qm̄ ei propriū
est peccata auferre & impiū iustificare, sicut Iob ait. Quis potest facere mundū de immundo
nonne tu qui solus es? Potest quoqʒ p arcum intelligi delectatio subita, quę ad similitudinem F
arcus improuise ferit, ac repente occidit. Per scutum autem peruersa voluntas, qua se armat
iniustus ad vitia. Per gladium vero opatio vitiosa, qua se homo actualiter perimit. Per bel-
lum quoqʒ consuetudo peccandi, qua contra legem diuinam peccator incessabiliter pugnat
De his enim, qui his vitijs obnoxij sunt. Scriptum est. Væ eis, quoniam contra deum est ma-
nus eorum. Illuminans tu deus mirabiliter, hoc est, super naturaliter à montibus æternis, hoc
est, ab angelicis spiritibus, seu per angelos sanctos ecclesiam militantem. Quemadmodum
enim gloriosissimus Theologorum princeps Dionysius docet, Hierarchiam Ecclesiasti-
cam, seu militantem Ecclesiam, deus gubernat per Hierarchiam angelicam, quia & singu-
lis hominibus assunt, prosunt, & præsunt angeli singuli. Regna quoque archangelos ha-
bent præsidentes, & ipsa vniuersalis Ecclesia Michalem, paradisi præpositum creditur ha-
bere rectorem, quemadmodum olim synagoga, cuius Michael princeps fuisse refertur. Per
hos montes, diuinitus copiosissime illustratos, illuminat deus corda humana, mittens nobis
per eos gratiam sui auxilij, directionēq́ʒ mentis in omnibus. Vnde secundum Dionysiū, mul
ti gentilium per illuminationem angelicam ad fidem cōuersi sunt, atqʒ ad vnius dei cultum,
etiam ante legem scriptā. Alij autem exponunt hunc locum de apostolis, p quorum præ-
dicatio nē deus mundū mirabiliter illustrauit, cōuertēdo eū ad fidē p multa miracula, dicū-
turqʒ sancti apostoli mōtes propter excellētiā grē, eminētiā vitę, & altitudinē sapīæ. Vocā
tur q̄qʒ mōtes ęterni, qm̄ sunt cū Chro æternal'r regnaturi. Turbati sunt oēs insipiētes corde
hoc est,

Marginal notes: 1. Iohā. 5. Iohan. 17 | Malac. 1. | Esaie. 66 | 1. Cor. 7. 1. Cor. 14. | Matt. 5. | Hebr. 12 Galat. 6. | Esaiæ. 32 | Luc. 10 | Lucæ. 24 | Mat. 28. Iohā. 14. | Iob. 14 | Mich. 2. | Dan. 10. 11 | Alia expositio

A hoc ē, vniuersi qui vel angelicæ inspirationi, vel apostolicæ prædicationi non consenserūt, mentis deordinationem, inquietudinem, & veræ pacis carentiam, tumultum vitiorum, & strepitum passionum inciderunt, Propterea. Dormierunt somnum suū, hoc est, somnū pec cati, de quo clamat apostolus. Surge q dormis. Et rursus. Tempus est, nos iam de somno sur gere. Hunc somnum dormire, est in rebus carnalibus, trāsitorijs, caducis, & vanis delectari, quiescere, aut finaliter perdurare. Vel sic, dormierunt somnū suum, hoc est, miserabilē mortem gustauerunt, moriendo in vitijs. Siue autem exponatur de somno peccati, siue de somno mortis, conuenienter adiectum est, suum, ita vt insipientes dormisse somnum suum narrantur. Est enim & duplex somnus iustorum, videlicet somnus sanctæ contēplationis, seu internæ quietis ac interioris virtutis in dño, de quo dictū est supra. In pace in idipsum dormiam. Et in Genesi. Immisit dominus soporem in Adam. Est quoq; & somnus beatę mortis, q appellatur natale sanctorum, de quo dictū est. Cū hæc dixisset Stephanus, obdormiuit in dño, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum, hoc est, auari in manibus suis. i. in operibus suis, qa in hora mortis suæ, itemq; in die iudicij, ab omni opere bono ac meritorio inueniuntur inanes & vacui, nec tūc prosunt eis diuitiæ, delitiæ, & bona huius momentaneæ vitæ. Propter quod dicūt. Quid nobis profuit superbia, aut qd, diuitiarum iactantia contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra. Et rursus scriptum est. Diues cum dormierit, nihil secum auferet. Apprehendet eum quasi aqua inopia. Vnde & alibi habetur. Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miserijs quæ aduenient vobis. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra à tineis comesta sunt. Aurum & argentum vestrū eruginauit, & erugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Ab increpatione tua, id est, Ephe. 5. Roma. 13 Genes. 2. Actorum. 7 Sapię. 5. Job. 27 Jacobi. 5.

B de ipsa tua castigatione seu disciplina, & de tua exhortatione, comminatione, correptione, & prædicatione, o deus Iacob dormitauerunt, hoc est, non sunt emendati, nec ad virtutes euigilauerunt, sed in peccato obdormierunt, qui ascenderunt equos, hoc est, qui temporales honores, dignitates, prælationes, & pompas dilexerunt. Increpat enim deus nunc peccatores per flagella, & exhortationes sacræ scripturæ, sed quidam inde obdurant vnde merito corrigerentur, sicut de talibus dominus ait: Percussi vos vento vrente & aurugine & grandine, & non fuit ex vobis qui reuerteretur ad me dicit dominus. Vel, qui ascenderunt equos, id ē, qui in fortitudine equi confisi sunt magis, quàm in auxilio dei. Propter quod talibus dicit. Dixistis, ad equos fugiemus, ideo fugietis. Et super veloces ascendemus, ideo veloces erunt qui persequentur vos. Et nobis consulitur. Conuertimini ad dominum, & dicite ei. Super equos non ascendemus, non quòd bestiam (quæ equus nuncupatur) ascendere culpa sit, sed vel in equo confidere, vel in altum elationis seipsum erigere, & contra deum ceruicē protendere nephas est. Tu terribilis es, quemadmodum inducitur. Ecce cœlū, & cœli cœlorum, abyssus, & vniuersa & omnia quæ in eis sunt, in conspectu dei commouebuntur, & cum cōspexerit ea deus, tremore concutientur. Et in omnibus his insensatum est cor hominis, deum non formidantis. Iob quoq;. Potestas & terror apud ipsum sunt, qui facit concordiam in sublimibus suis, & quis resistet tibi? nullus vtiq;, quoniam tu ipse locutus es. Consiliū meum stabit, & omis voluntas mea fiet. Et scriptura testatur. Deus, cuius iræ resistere nemo potest, sub quo curuantur qui portāt opem. Propterea beatissimus Iob alibi ait: Deus solus est, & cogitationem eius nemo auertere potest, idcirco à facie eius turbatus sum, & considerans eum, timore solicitor. Maxime autem in futuro iudicio deus apparebit terribilis, in tantum Agge. 2. Esaiæ. 30 Osee. 14. Eccle. 16. Job. 25. Esaie. 46 Job. 9 Job. 23 Hebre. 10

C vt dicat apostolus. Horrendum est incidere in manus dei viuentis, ex tunc, hoc est, ex tempore quo per gratiæ tuæ iustam substractionem, turbati sunt omes insipientes corde, & dormierunt somnum suū, & cætera, ira tua, hoc est, vltio tua cœpit apparere. Grauissima nāq; ira dei in hac vita, est peccatorem relinquere in suo errore, & ita dum impius in vitijs perseuerat, ita dei in eo apparet. Hinc enim conscriptum est. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium. Vel, ex tunc, hoc est, ex tempore nouissimi diei, in æternum apparebit ira tua pfecta in damnatis, quia ipsi sunt vasa iræ, secundum Apostolum. De cœlo auditū fecisti iudicium, hoc est, de ore Christi & Apostolorum sanctorum ac aliorum prædicatorum fidelium, qui omnes cœli dicuntur, propter vitam suam angelicam, & conuersationem cœlestem, audiri fecisti o deus trinitas iudicium discretionis, quo separas in præsenti electos à reprobis, vita & moribus. Christus enim atq; discipuli eius prædicauerunt ac docuerunt, quomodo deus quosdā ab æterno prædestinasset, & aliquos odisset, & nunc quotidie inter illos discerneret, hos misericorditer aspiciendo, illos autem iuste spernendo. Hoc vero iudicium tempore Christi in exordio Euangelicæ prædicatiōis, cœpit præcipue innotescere, quoniā tunc maxime apparere cœpit, qui essent electi, & qui præsciti. Propter quod dixit saluator. Nunc iudicium est mūdi. Et hoc quare subiungit. Nūc princeps huius mūdi eijciet foras, vel ex cordibus electorum, vt pateat q ad deū ptineant. Vel, de cœlo. i. per illuminationē cœlestē, seu spūs sancti 2. Mac. 6 Expō pa. Johan. 12

inspirationem, auditum fecisti iudiciũ, quod in fine mundi futurũ est, quoniã ipsi apostoli & D
successores ipsorũ ac præcessores sancti prophetæ, cõcorditer docuerũt & hominibus nun-
Expõ ter tia. tiauerũt istud finale iudicium. Vel, de cœlo auditum fecisti iudiciũ, hoc est, audire facies, qñ
1. Thess. 4. ipse dñs in iussu, & voce archangeli, & in tuba dei descendet de cœlo, & tuba canet, dicens:
Surgite mortui, venite ad iudicium. Sed & quando ipse Chrũs sententiam proferet, dicens:
Mat. 25. Ite maledicti in ignem æternum, & venite benedicti patris mei, deus trinitas auditum faciet
iudiciũ, quod ipse intra se de vniuersis cõcepit, cuius iudicij executor vel prolator est Chri-
stus vt homo, terra tremuit & quieuit cũ exurgeret in iudicium deus. Hoc diuersimode acci
pi potest. In aduẽtu em̃ Christi ad iudiciũ, om̃es hoĩes in terra existẽtes, terrebũtur, sed bo-
ni ab hoc terrore cito quiescẽt, qm̃ de⁹ iudicabit pro eis. Impij q̃q; quiescẽt à pristinis vitijs,
Esaiæ. 1. qm̃ amplius deliciari nõ poterũt. De hac em̃ quiete dictũ est. Quiescite agere peruerse. Vel
ipsum elemẽtum terræ tũc tremet, hoc est, ad similitudinẽ tremẽtis se habebit, propter ignẽ
cõflagrationis & impetũ fluctuum maris, & quiescet ab hac agitatione, quoniã facto iudicio
tempus, & motus cœli cessabũt, & terra splendebit vt aurum. Sic ergo terra tremuit & quie
uit, hoc est, cõtremiscet atq; quiescet. Cum exurgeret in iudiciũ deus. i. dũ Chrũs ad iudicã-
Esaiæ. 3. dum veniet cũ omnibus incolis cœli, iuxta illud. Dominus ad iudicium veniet, cum seniori-
bus populi sui & principibus, vt saluos faceret. i. quatenus ab om̃i corruptione, mortalitate,
& molestia saluet om̃es mansuetos terræ. i. homines mites, qui irã refrenãt. Potest q̃q; expo
Mat. 28. ni de Christo resurgente. Nam vt dicit Mattheus. Christo resurgente, terræmotus factus
est magnus. Angelus em̃ domini descẽdit, &c. Ab hoc aũt motu terra quieuit, cũ exurgeret
deus dei filius. s. Christus, à morte in iudiciũ. i. vt suo tpe iudicet mũdum, qui est iudicatus à E
mũdo, & vt iudicaret Iudæos. Quoniã cogitatio hominis cõfitebitur tibi, prima occupatio
seu principalis exercitatio cordis hominis virtuosi, laudabit te & accusabit se, sic'q; implebit
Matt. 6. illud euãgelij. Primũ quærite regnum dei, & reliquiæ cogitatiõis. i. cæteræ meditationes ex
hac prima occupatione nascẽtes, diẽ festum agẽt tibi, mẽtem implebũt bonis cõsiderationĩ
bus, quibus intenta, tibi solenniter vacabit & inhærebit, tẽpus'q; festiue ac fructuose expen-
det. Dum nãq; hõ deũ primo cõfitet̃ sua bñficia, & mox memor efficit̃ pctõrũ suorum, tũc a-
nima eius implebit̃ splendoribus gratiæ, ppendit'q; homo quantam beatitudinẽ peccando
amisit, quãtam miseriã incidit, pœnã'q; promeruit, q̃ viliter tps expẽdit, q̃ graue peccatũ sit
ingratitudo, q̃ clemẽs est deus q sibi tã diu pepercit, & grãm cõuersionis modo largitus est,
multa'q; alia cõsiderat anima sic conuersa. Vouete. i. consulo vobis vt voueatis, vel in susce-
ptione sacri ordinis, vel in ingressu religionis, vel aliud aliqd ad dei honorẽ agẽdo vel dãdo
& reddite. i. iubeo vt reddatis dño deo vestro. Vouere em̃ consilium est, qa ad supereroga-
Deute. 23 tionẽ pertinet, soluere autẽ vota præceptum, quemadmodum Moyses asserit. Quod semel
Eccles. 5 egressum est de labijs tuis obseruabis, & facies sicut promisisti domino deo tuo, imò & cito
reddendum est, secundum quòd habetur. Si qd vouisti domino, ne moreris reddere. Displi-
cet em̃ ei stulta & infidelis pmissio. Ideo Thomas affirmat, q̃ votum plus obligat quàm iu
ramentum. Deniq; multo perfectius est, & magis meritorium bonum ex voto facere quàm
sine voto, sicut & maius est dare arborem cum fructu, quàm fructum tãtum. Voluntas nãq;
est veluti arbor, vnde fructus boni ac mali, hoc est, opera virtuosa ac vitiosa nascunt̃. Qui er
go promittit voluntatem, ipsam deo offert & obligat, ostenditur quoq; homo talis magis
promptus & ardens ad dei obsequium, q̃ nõ promittens, sed & ipsum votum seu promissio, F
cum sit actus virtutis, quæ latria dicit̃, magnum recipit præmium, sic'q; ex voto operans, du
pliciter promeret̃, videlicet ratione voti, & item ratiõe operis boni. Sunt autem quædã vo-
ta cunctis cõmunia, sine quibus nemo valet saluari, sicut in fonte baptismi promittimus cre
dere, & operibus satanæ renunciare, & ista cadunt sub præcepto sicut baptismus. Alia vero
sunt specialia vota, quemadmodum votum castitatis, paupertatis, & cætera, & ista añ pro-
missionem sunt in consilio, vota autem emissa sunt sub præcepto. Sic ergo vouete & reddi-
te domino deo vestro, o omnes fideles, qui in circuitu eius affertis munera, hoc est, q ex om̃i
parte ad deum confluitis, atq; per modum coronæ ad eum acceditis, qui vtiq; est in medio
Matt. 18 vestrum, non tamen sicut sunt omnes homines in circuitu dei, quasi deum intra se claudant
ac terminent, quoniam ipse immensus est. Cætera patent ex præcedẽti explanatione. Ec
ce psalmum iocundum, amenum, & dei laudibus plenum audiuimus, quem decet nos cũ in-
terna dulcedine, cordiali lætitia, & intellectu intẽto proferre, quatenus nosipsi & vnusquis-
que nostrum esse queat Iudæa, domino fide & opere confitendo, Israel gloriam eius reuela-
ta facie speculando, & ita corde pacifico & syncero, præparemus domino habitationem in
nobis.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXXVI.

¶ Argumentum.

¶ Titulus. In finẽ, siue victori pro Idithũ, psal. Asaph. Intẽdit ppheta in hoc psal. nos ab
illece-

A illecebris huius seculi auocare, quatenus in tribulationibus constituti, deum inuocemus, in quem collocãtes spem nostrã optemus per gratiã illius ab om̃ibus malis liberari. Vnde docet nos contẽptis mundanis ad cœlestia aspirare, Agit interim de misericordia dei, & ipsius operibus miraculosis, atq; liberatione tribulatorũ à suis ærũnis. Habet itaq; duas partes pcipuas, nã in prima ostendit, quõ & ad quid oĩbus contẽptis nobis trãseundũ sit ad deũ. In altera aũt astruit dignũ esse, vt nos totos in illum transferamus, à quo tot beneficia, per Christum recepimus, ibi. Viderunt te aquæ deus. Author in hanc sententiam expendit ip̃m vnico dumtaxat commentario.

¶Expositio tituli.

¶Declarãdus nũc psalmus hoc titulo p̃signatur. In finẽ pro Idithũ psalmus Asaph, Idithũ interpretatur transiliens. Asaph autem congregatio. Est igitur sensus, psalmus Asaph. i. tractatus iste cõgregationi fidelium, puta ecclesiæ competens, atq; in finem, qui Christus est & vita æterna, nos dirigens, scriptus ac æditus est pro Idithũ. i. pro viro perfecto, vniuersa caduca, omnia vana, cuncta transitoria, creata atq; finita trãsiliente, paruipendente, & cõtemnente, & sola diuina, ęterna, cœlestia, vel potius ipsum superſimplicem deum, summe & vnice concupiscente. Vere equidem, quemadmodum beatissimus Augustinus fatetur, sentire, gustare, seu intellectualiter sapere nequit psalmi huius virtutem ac sensum, nisi qui hoc mõ inuenitur trãsiliens, qui omnia cum apostolo arbitratur vt stercora, vt Christum lucrifaciat Philip.3.
B Loquens ergo propheta in persona viri iusti, siue ecclesiæ, ait:

¶Expositio psalmi.



1 Oce mea ad dñm clamaui ⌋. i. voci cordi meo cõsentiente, voce attẽta & propria non aliena, ad dñm clamaui, nõ tam alto sono q̃ magno affectu, nisi q; forte ex desiderio feruenti prorumpit homo in clamorem vocalem. Clamaui ergo ardenter orando, non quasi deus longe distaret à me, aut suscitandus esset meo clamore, cum ipse vbiq; existat & omnia distincte agnoscat, sed clamaui quatenus deus conspiciens me facere quod in me est, & studij ac desiderij mei impetum cernens, statim mihi attendat, quemadmodum scriptum est. Si omnipotentẽ fueris deprecatus, & mundus ac rectus incesseris, statim euigilabit ad te, voce mea interiori seu exteriori, ad deum clamaui, ipsum solummodo inuocando, in eum sperando, & nõ aliud ab ipso nisi ipsum petendo, & ea quibus indigeo ad hoc q; ad eum pertingam, nec inaniter feci hoc, quia ⌊ & intendit mihi ⌋ deus, cõsiderãdo clemẽter precem meã, & eã exaudiẽdo. Oftẽdit ergo in me verũ esse, quod ait scriptura. Quis inuocat eũ, & despexit illũ? Atq; in Euãgelio. Om̃ia quæcũq; petitis, credite quia accipietis, & venient vobis. Porro in hoc versu & in sequentibus, profitetur vir iustus fructũ suæ orationis & studiũ suæ deuotionis, quatenus nobis exauditionis fiduciã præstent, nosq; ad sanctæ cõuersationis, & intime exercitatiõis ex- Iob.8. Eccle.3. Marci.11
2 ercitia incitet & inflãmet. ¶In die tribulationis meæ ⌋ hoc est, tẽpore aduersitatis, persecutionis, seu tentationis ⌊ deum ⌋ in adiutorem ac saluatorem ⌊ exquisiui ⌋. i. eximio modo diligentiq; studio expetiui ⌊ manibus meis ⌋ corporalibus ad cœlos expansis, queãdmodũ ait Hieremias in Trenis. Leuemus corda nostra cũ manibus in cœlũ. Vel, manibus meis. i. operibus bonis quæ vim sortiũtur orationis, qa non cessat orare, q nõ cessat bene agere ⌊ nocte ⌋ hoc est, tpe nocturno q̃d ad orãdum cõueniẽtissimum est, propter cessationẽ exteriorũ strepituũ, atq; vacationẽ sensuũ exteriorũ. Propter q̃d Esaias. Anima mea (inqt) desiderauit te in nocte. Et Hieremias. Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarũ. Vel, nocte. i. in vita præsenti, quæ per cõparationẽ ad diem æternitatis vitamq; futurã, nox potius appellatur q̃ dies. Sic vero oraui ⌊ cõtra eum ⌋ hoc est, dirigendo oculos meos ad locum mihi ex aduerso seu in opposito situm, in quo habitat deus, videlicet ad cœlũ empyreũ quod est cõtra me, qa est sursum & ego dorsum. Vel, contra eum, hoc est, corã eo, constituendo meipsum in præsentia dei, eumq; velut præsentem præcando, secundum quod ait Helias. Viuit dñs, in cuius cõspectu sto hodie. Nam loco eius quod hic dicitur, cõtra eum, alia translatio habet, ⌊ corã eo, & non sum deceptus ⌋ hoc est, fraudatus non sum spei meæ effectu, sed verum esse expertus sum, quod in euãgelio scriptũ est. Omnis qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Sacra scriptura neminẽ fallit, sed possibilius est cœlũ & terrã trãsire, q̃ vnum apicem de lege perire, vt ait saluator. Qm̃ ergo diuina scriptura frequẽter promittit, deum adesse oĩbus inuocãtib⁹ eũ, palam oĩno est, nullũ inuocãtiũ deũ decipi posse, si tñ oret sicut orãdũ est. Quõ em̃ orãdũ sit, Chrũs ostendit. Oportet (inquiẽs) semp orare & non deficere. Et istud certissime credere atq; sperare debemus, & ex tã certa ac fideli fiducia deũ rogare, sic q; nequaq̃ fallemur, quãto em̃ fiducialius exoramus, tãto libẽtius, liberaliusq; exaudi nos deus. Cõsequenter inducit saluberrimũ documẽtũ & institutionẽ pfectã, qua hõ diuina ex- Treno.3. Esaie.26. Treno.2. 3.Reg.17. Matt.7. Mat.24 Hiere.29 Iohelis.2 Matt.6. Luce.18 Iacobi.1.
3 auditiõe, cõsolatione, & ppetua inhabitatiõe dignus efficit. ¶Rennuit cõsolari aĩa mea, ⌋ id est, in p̃senti seculo erumnoso, afflictiõibus pleno, in q̃ ego multiplr̃ tribulor, tpalia amittendo

tendo,corporaliter infirmando,tentationes varias incidendo, pro peccatis meis ac alienis
plorando & maxime, quoniam minus q̃ cupio,in spiritualibus bonis proficio,sæpius cado, D
gratiæ minoratione sustineo,internæ consolationis atq; feruoris suspensione incurro,men
Philip.3. teq; durus ac sterilis fio,sed in tantis miserijs nolo consolationem vilem recipere ,cõtemno
in tempotalib⁹ exultare,sperno humana solatia,inania verba,gesta scurrilia,atq; ob dei mei
super omnia prædilecti amorẽ,omnẽ adulterinã lætitiã respuo,cõfidens & præstolãs eum
reuersurum ad me,& animã meam eius amore afflictam & languidam,clementissime conso
laturum.Istud autem est signum perfecti atq; synceri amoris,omnem consolationẽ dilecto
contrariã aspernari,eiusq; reditum longanimiter pręstolari.Vnde dilectę amatrici dicitur.
Osee.3 Dies multos expectabis me,& non fornicaberis & non eris viro , Osee quoq; dominus ait:
Osee.11. Populus meus pendebit ad reditum meum.Qui talis est potest dicere illud ecclesiastes. Ri-
Eccles.2 sum reputaui errorem,& gaudio dixi.Quid frustra deciperis? Ideoq; Salomon iterũ profi-
Eccles.7 tetur. Melius est ire ad domum luctus,q̃ ad domum conuiuij.In illa enĩ finis cunctorũ admo
netur hominum,& viuens cogitat quid futurum sit. Porro consolationẽ habentibus in diui-
tijs,delitijs,honoribus,domibus,familijs,atq; similibus mundi huius stultitijs , ait Christus.
Luc.6. Væ vobis diuitibus,qui habetis consolationem vestram.Hæc autem ad religiosos & solita
rios tanto amplius pertinent,quanto ipsi ad eminentiorem diuinitatis dilectionem tenen-
tur. Ipsorum enĩ est in solo domino delectari,⌊memor fui dei⌋ bonitatem ipsius contem- »
plando,beneficia eius recolendo,promissa ipsius expectando,⌊& delectatus sum⌋ intelle- »
ctuali delectatiõe ex huiuscemodi speculatione,⌊& exercitatus sum⌋ hoc est,occupaui me- »
1.Cor.13. ipsum in laudibus atq; operibus dei,qm̃ charitas otiosa nõ est ⌊& defecit spũs meus⌋ vel q̃- »
niam deũ digne laudare,sufficienter cognoscere,plene amare,efficaciter honorare non va-
luit Vel,quoniã ex magna atq; extatica eleuatione seu raptu in deũ,à semetipso alienatus ẽ, E
hoc est,ab exteriorũ sensuũ operatione abstractus,& in deũ omnino absorptus,sicut vicissim
cõtingit deuotissimis pueris dñi saluatoris,de quibus deus ostẽdit diuitias glorię suæ. ¶An- » 4
ticipauerũt vigilias oculi mei⌋.i.ante lucem surrexi,seu tempus quo alij surgunt, præueni, »
Eccle.39 quatenus deum orarem,laudarem,& contemplarer,queadmodũ in scriptura habet. Iustus
cor suũ tradet ad vigilãdum diluculo ad dñm. Hoc in amorosis famulis Christi efficit ęstuãs
amor,q separationis impatiẽs est,semperq; ad vnionẽ & amplexũ dilecti suspirat. Ignorat
Cantic.8 siquidẽ tarda molimina benedicti creatoris dilectio feruida,qa de ea veraciter scriptũ ẽ. Aquę
multæ nõ poterũt extinguere charitatem.Lampades eius, lampades ignis atq; flammarum,
⌊turbatus sum⌋ ex cõsideratione peccatorũ meorũ,quibus intus cõmaculor,& laqueorũ seu »
periculorũ,quibus foris circũdor,⌊& nõ sum locutus⌋.i.pręnimia cõfusione os meũ ad dñm »
aperire ausus nõ fui,secundũ quod habet. Deus meus cõfundor,& erubesco leuare faciẽ meã
ad te,qm̃ iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrũ ,& delicta nostra creue-
1.Esdr.9. runt vsq; ad cœlũ. Similiter tres pueri loquebãtur in camino. Et nũc non possumus aperire
os,confusi & opprobriũ facti sumus. Veruntamen nõ debet homo in tali formidine diu p-
Danie.3. sistere ne desperet,talia enĩ dicuntur ad insinuandum grauitatem nostrorũ facinorũ. Vel,nõ
sum locutus excusando meipsum,aut alij mea scelera imponendo, aut humanã refocillatio-
nem quærẽdo. Vel,non sum locutus alijs considerationũ mearũ secreta pãdendo,sed feci q̃d
Esaię.24 dictũ est. Secretũ meũ mihi, secretũ meũ mihi. ¶Cogitaui dies antiqs⌋.i. historias vete- » 5
Eccle.39 res & opera dei ab exordio mũdi,cursumq; seculi vsq; ad tps iã instãs recolui,iuxta q̃d eccle
siasticus dicit. Sapientiã omniũ antiquorũ exquiret sapiẽs,& in prophetis vacabit. Sed qa in- F
ueni oĩa quę sub sole geruntur vanitati subiecta,idcirco⌊& annos æternos in mente habui⌋ »
hoc est , statũ seculi futuri,& diem q̃ viuũt electi cũ deo,reprobiq; in inferno, corde reuolui
Roma.8. quatenus ex cõsideratione æternarũ lętitiarũ in patria, perpetuorumq; tormẽtorũ in gehenna,
cõtemnerẽ vniuersa q̃ mõ delectãt,patiẽterq; ferrẽ quæcũq; temporaliter grauãt. O q̃ salubris est
cogitatio talis.Si enĩ æternorũ horũ annorũ longitudinẽ perpẽdamus,momẽtaneũ arbitra-
mur vitã præsentẽ,quãtumcũq; protractã,sicq; in eius cõtemptũ atq; in futuræ vitæ amorẽ
accẽdimur,imo si qs à prothoplasti parẽtis tpe vsq; in pñs vixisset,nõne oĩe tps præteritũ ve
lud momẽtũ videbit, præsertim si ad futuræ vitę æternos annos cõparet? Cordialiter ergo &
præcordialissime penitus,cõsideremus pñtis vitę breuitatẽ,gaudiorũ mũdi fallaciã,hucusq;
status infinita pericula.Habeamus insup in mẽte æternos annos,q restãt, cõtemplãdo sola-
tia electorũ,atq; supplicia reproborũ,hisq; pẽsatis,eligamus q̃d nobis amplius expedire cen
semus,vel nunc gaudere cũ seculo,& postmodũ æternaliter cruciari cũ reprobis in inferno,
Eccles.11 nũc sectari vestigia Chri,& paulopost possidere gaudia cœli. Hinc quippe sapiẽtissimus Salo
mon loquit. Si multis annis vixerit hõ,& in his oĩbus lætat⁹ fuerit, meminisse debet tenebrosi
tẽporis & dierũ multorum,qui cum venerint,vanitatis arguent præterita. ¶Et meditatus » 6
sum nocte cum corde meo⌋.i.in intellectu meo nõ vana & friuola atq; illicita cogitaui,sed »
in lege domini versatus sum , discutiendo & intuendo qualiter æternos annos miserorum
possem

possem euadere, annosq́ æternos beatorum in patria adipisci ⌊& exercitabar⌋.i.mētaliter ac
seriose occupabar in his ⌊& scopebā spiritū meū⌋.i.animā meā discussi, cōscientiā exami- Prouer.1.
A nauí,& quicquid dignū erat remorsu ejeci, mundaui, ac vitare decreui. Sed qm̄ nō deus sem- Miche.3
per exaudit hoīem tā cito, vt cupit, sed vicissim satis diu eum affligi pmittit, propterea subdi
7 tur vox iustorum, qui in tali dilatione propter pœnarum ac psecutionū grauitatē, ex humana fra
gilitate cōqueruntur & dicūt. ¶Nunqd in æternū proijciet deus⌋ preces meas, ipsas nō ex-
audiendo nec me ad grām desideratā perducendo? Hic em̄ est modus loquēdi afflictorum, q-
bus duratio modica videtur longa, longa vero æterna. Vnde beatus Iob ait: Clamo ad te & Iob.30.
non exaudis me, sto & non respicis me ⌊aut non apponet vt cōplacitior sit adhuc⌋ hoc est,
nunquid deus semp æque crudelis & durus erit, nec poterit aliquo modo placari? Hæc autē
non affirmādo sed negādo dicuntur sicut sequentia, imo deus non solū dignatur placari, sed
etiā occasionē quærit qua mitigetur, propter ineffabilissimā suā clementiā. Propter q̊d ipse
testatur. Quæsiui virum qui interponeret sepem, & staret oppositus cōtra me pro terra, ne Ezech.22
8 disperderem eam. Et Iob. Si fuerit angelus pro homine loquēs, miserebitur ei deus & dicet, Iob 30.
B libera eum, inueni in quo ei propiciar. ¶Aut in finem misericordiam suam abscidet⌋ non
subueniendo nobis viatoribus ad ipsum clamātibus, an(inq̄) abscidet misericordiā suā.i.in
misericordiæ suæ effectū non impendet ⌊à generatione in generationē⌋ hoc est, in genera-
9 tionibus sibi succedentibus, visitādo seu vlciscendo peccata parentum in posteros sine cessa
tione? ¶Aut obliuiscetur misereri deus⌋ cui proprium est misereri, ⌊aut cōtinebit in ira
sua⌋ scilicet exercendo iustitiā seu infligendo vindictā, ⌊misericordias suas⌋ nō miscendo
effectum misericordiæ operi suæ iustitiæ, nec ab vltione & indignatione cessando, quasi di-
cat, non, qm̄ scriptū est de eo. Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Porro nōnulli Abacuc.3
ex his verbis, veritatis ac vitæ, occasionem sumpserunt falsitatis & mortis, dicentes φ pœna
10 inferni quandoq́ esset terminū habitura, cū tamē manifeste pateat, φ psens scriptura loqua-
tur de deo per cōparationem ad viatores & pœnitentes. ¶Et dixi nunc cœpi, hæc muta-
tio dexteræ excelsi,⌋ Hebraica veritas, translatio quoq; Hieronymi iuxta Hebrēū sic fertur
habere. Et dixi imbecillitas mea est hæc.i.secundū rationē asserui, φ prædicta q̄rulatio, ex
fragilitatis humanæ imbecillitate nascatur. Nostra autē trāslatio ita exponit. Et dixi corde
seu ore, nunc cœpi.i.iā primitus spūaliter viuere, sapienter intelligere, & vere cognoscere
orsus sum, intelligendo psentis seculi vanitatem, & futuri seculi felicitatem, vel totā pristinā
meam conuersationem, profectum, & perfectionē pro nihilo arbitrādo, atq; cū recēti pro-
posito, cum nouo feruore, cum studio vehemēti melioris vitæ semitas apprehēdēdo, spūa-
lis profectus itinera ingrediendo, imo quotidie quasi de nouo incipiendo, sic em̄ agendū eē,
docuerat illustris pater noster Arsenius. Nā & ipse beatus apostolus ad nostrā informationē Philip.3.
professus est, quæ priora sunt obliuiscens, ad anteriora autem extendēs meipsum. Christus Luc.17
quoq;. Cum feceritis (inquit) omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite. Serui inutiles sumus,
quod debuimus facere, fecimus. Non ergo gloriemur in meritis vitæ prioris, nec aliqd æsti-
memus nosipsos, sed quotidie tam recenter tamq́ feruenter agamus, ac si eodem die primū
inchoaremus atq; morituri essemus, attendētes illud diuini apostoli. Ego non arbitror me Philip.3.
apprehendisse. Sequor aūt si quo modo comprehendam. Sed quoniā iste profectus non hu-
manæ virtutis est, sed donum gratiæ dei, ideo subditur, hæc mutatio dexteræ excelsi, hoc ē,
φ ita mutatus sum de tenebris ignorātiæ ad splendorem sciētiæ, de vitijs in virtutes, de car-
nali & animali in spūalē, asscribēdū est pio subsidio seu misericordi pōtiæ dei sublimis. Non Genes.3.
em̄ sufficiētes sumus cogitare aliqd ex nobis q̄si ex nobis, sed sufficiētia nr̄a ex deo est. Vn̄ di- 2.Cor.14
ctum est. Scio dn̄e qa nō est hoīs via eius, nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos. Pro- Hiere.10.
pterea dicit aplus. Deus est q opatur in vobis velle & pficere, pro bona voluntate. Veruntā Philip.2.
oīa iam prædicta ab illo versu. Nunqd in æternū proijciet deus, vsq; ad versum præsentē,
accipi pn̄t, nō solum quasi ex infirmitate prolata, sed quasi consolatorie, negatiueq; dicta, vi-
delicet vt sic dicta sumātur, φ deus in æternū nō proijcit, nec placari contēnit, neq; finaliter
11 misericordiā suā abscidet, &c, sicq́ anima orātis roborat ex his ad pseuerāter fiducialiterq́
orandum, etiam q̄uis deus longo tempore differat. ¶Memor fui operum dn̄i⌋.i.gratiarum ac
misericordiarum suarum, quas mihi ostendit, infudit ac præstitit, qa apostolus ait: Noli negli- 1.Tim.4
gere gratiam dei, quæ data est tibi. Huius quoq; memoriæ meæ signū est, ⌊quia memor ero
12 ab initio mirabilium tuorum⌋ quæ fecisti ab origine mundi in cœlo, terra, mariq́. ¶Et me-
ditabor in omnibus operibus tuis⌋ quæ in sacra scriptura lego vel audio, contemplando te
deum operatorem ex tuis operibus, quemadmodum apostolus asserit. Inuisibilia dei per ea Roma.1.
quæ facta sunt, conspiciuntur, sempiterna quoq; virtus eius & diuinitas. Et sapiens. A ma-
gnitudine speciei creaturę, poterit creator horum cognoscibiliter videri, ⌊& in adinuētoībus
tuis⌋.i.in secretissimis illis mysterijs redēptionis humanę, quæ tu solus ineffabiliter excogi
tasti, decernens humanum genus esse redimendum per Christi incarnationem, passionē, ac
mortem,

Treno.3. mortem ⌊exercebo⌋ talia cordialiter reuoluẽdo, quẽadmodũ Hieremias eloquitur. Me- D
moria memor ero, & tabescet in me anima mea. Et subdit. Hæc recolens in corde meo, in
deo sperabo. Verissime nãq; confidit in dño, q cũq; cõsiderat eũ talia, adinuenisse atq; fecisse
seu pertulisse pro genere humano. Vel, in aduẽtionibus tuis. i. in pceptis & consilijs tuis, quę
pro nostra salute instituisti. Dicitur aũt deus adinuenisse, non vtiq; inquirẽdo aut proficien
do, sed aliunde non accipiẽdo. Talis nãq; locutio atq; consimiles, negatiue sunt exponẽdæ.
Baruc 3. Et hoc modo scriptũ est. Qui fecit stellas, est deus noster. Hic adinuenit omnẽ viã discipli-
næ. Pensandũ tamen, q hoc dictũ est de filio dei. Sequitur etiã post hæc. Super terrã visus ẽ,
Ibidẽ. & cum hominibus conuersatus est. Cum ergo filius dei à patre acceperit quicquid habet &
est, quomodo dicit omnẽ viam disciplinæ adiuenisse, præsertim cũ ipse euidẽter testatus sit.
Iohan.5. Pater diligit filium, & oĩa demonstrat ei quæ ipse facit. Et alibi. A meipso nõ loquor, sed
sicut docuit me pater. Non eñ ista dicũtur de Christo dũtaxat propter naturã assumptam,
Iohan.16 cum & de spiritu sancto Chr̃s dicat. Non loquetur à semetipso, sed quæcũq; audiet, loque
tur. Et respondendũ, q filius dei dicit omnẽ viam disciplinæ inuenisse, qm̃ non accepit ab a-
liquo substantialiter à se condistincto, imo ipse & pater sunt vna sapientia, vnumq; oĩs sa-
Eccle.1 pientiæ creatæ principiũ· q a de filio scriptũ est. Fons sapiẽtiæ verbũ dei in excelsis. ¶Deus » 13
in sancto via tua⌋ hoc est, Christo sancto sanctorũ est via colendi te, qm̃ ipse est oĩs virtu »
Iohan.8. tis ac perfectionis magister, exemplar, & causa, & qui sequitur eum nõ ambulat in tenebris,
Iohan.10 sed ingredietur per fidem & contemplationẽ, & egredietur per operationẽ. Ipse quoq; est
Iohã.14. via, veritas, & vita. Vel sic. Deus in sancto, hoc est, in oĩ corde puro, est via tua. i. obserua E.
Daniel.3. tio mandatorũ tuorum. Vel, in sancto via tua. i. via tua, scilicet lex diuina, in vera sanctitate
consistit, quemadmodũ Daniel cõmemorat. Benedictus es dñe, quia iustus es in omnibus, &
viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera, ⌊quis deus magnus⌋ in oĩ nobilitate, sapientia, »
pulchritudine, maiestate, beatitudine, sanctitate, dulcedine, ⌊sicut deus noster⌋ qui est tri- »
nus in psonis & in essentia simplex, nullus vtiq;, qm̃ deus sublimis & benedictus, omnia alia
Esaię.40 incõparabiliter seu infinite excedit. Propter quod ait scripura. Cui similem fecistis deũ, aut
quam imaginẽ ponetis ei? ⌊tu es deus qui facis,⌋ propria potestate ⌊mirabilia⌋. i. superna- »
Iob.5. turalia opa, de q dicit. Qui facit magna & inscrutabilia, & mirabilia absq; numero. ¶No- » 14
Exodi.9. tam fecisti in populis virtutem tuam⌋ hoc est, in Pharaone & in populo eius demonstrasti »
potentiam tuam, imo in populo vniuersæ terræ notã fecisti virtutem tuã, ad quos fama de-
Ibidẽ. iectionis Aegyptiorũ peruenit. Vnde deus ait ad Pharaonẽ. Idcirco posui te vt ostẽderem
Exodi.18 in te fortitudinem meã, & narretur nomen meũ in omni terra. Hinc nempe & Ietro cogna-
tus Moysi, Aegyptiorũ deiectione audita, dixit. Nũc cognoui qm̃ magnus dñs super oĩes
deos, ⌊redemisti in brachio tuo⌋ hoc est, in fortitudine tua, de manu & terra Aegyptiorũ »
eduxisti ⌊populum tuũ filios Iacob & Ioseph⌋. i. tam eos qui nati sunt ex his, q simul cũ Ia- »
Gene.48 cob in Aegyptũ à terra Chanaan descẽderunt, q̃ eos qui nati sunt ex his quos genuit Ioseph
in terra Aegypti, videlicet ex Effraim & Manasse. ¶Viderũt te aquæ deus⌋ hoc est, ita ti » 15
Exod.14 bi obediuit mare rubrũ in sua diuisione & cõsolidatione, ac si fuisset intellectualis naturæ, &
tuum imperium cognouisset. Omnia eñ ad nutum diuino parẽt imperio, per obedientialẽ
potentiã, omni naturæ creatæ ingenitã. Repetitur autẽ ista sentẽtia ad confirmationẽ, ⌊vi- »
derunt te aquæ⌋ maris rubri ⌊& timuerũt⌋. i. per modũ timẽtis se habuerunt, fugiendo ver »
sus ripas atq; in modũ muri illic sistendo, ⌊& turbatæ sunt abyssi⌋. i. ambe partes maris ru- »
saluberrimum est mentali affectu, cum attentione ingenti, cum præcordiali sapore hos sa-
cros versus depromere, quoniam possibilius foret cœlum & terram perire, quàm talem ora-
tionem inefficacem existere. ¶ Adiuua nos deus salutaris noster ⌋ hoc est, saluator noster 9
Johan. 15 & causa nostræ salutis. Tu enim dixisti. Sine me nihil potestis facere. Nec sumus sufficien-
2. Cor. 3. tes aliquid cogitare ex nobis, sed vniuersa sufficientia nostra ex te est. Itaq; adiuua nos con-
fortando naturam nostram per gratiam, dando in aduersis patientiam, in tentatione victo
riam, in persequutione ereptionem. Mittendo quoq; ad nostrum subsidium ciues cœlestes
angelos sanctos, & per preces ac merita omnium tibi placentium, tribue nobis quod nostra
non meretur oratio, nec propria obtinet vita, ⌊ & propter gloriam nominis tui domine li-
bera nos ⌋ hoc est, idcirco & ad hunc finẽ eripe nos à tribulationibus cũctis, omnibusq; pec
catis atq; periculis, quatenus misericordia tua glorificetur in nobis ab omnibus, tuq; miseri-
cors prædiceris, & ob hoc à cũctis lauderis & honoreris. Hæc est ordinatissima deprecatio.
Quàmuis enim propriam liberationem & beatitudinem debeamus à deo deposcere, tamen
Prouer. 16 hãc ipsam nostrã redemptionẽ debemus ad dei honorem referre, deumq; p̃cari, vt propter
1. Regũ. 2. seipsum & nominis sui honorẽ nos audiat. Nã de ipso Salomon dicit. Vniuersa propter se-
ipsum operatus est dñs. Sic orãdo deũ honoramus, ideoq; ab eo exaudiri & honorari mere
mur, quẽadmodum ipse testatur. Quicũq; glorificauerit me, glorificabo eum. Deus enĩ glo-
riosus & sanctus, ad suĩ ipsius laudem gloriã omẽs electos creauit, secundum quod ipse asse-
Esaię. 43 rit. Omnem qui inuocat nomen meum, in gloriã meã creaui eum. Semper igitur toto affe- F
ctu, & intentione syncera, ordinemus ad dei honorem & gloriã, quicquid pro nobis ipsis vel
alijs postulamus, nec vnq̃ reflectamur ad nos ipsos per priuatum amorem, neq; gloriemur in
nobis per stultissimã vanitatem. ¶ Et propitius esto peccatis nostris ⌋ pœnã relàxãdo, & 10
culpã penitus indulgendo, ⌊ propter nomen tuum ⌋ .i. propter teipsum & propriã bonita-
Ezech. 36 tem, quoniã tu dixisti. Non propter vos ego faciam, notum sit vobis, scilicet propter nomẽ
sanctum meum. Et hoc fac o domine deus, ⌊ ne forte dicãt in gentibus ⌋ .i. inter gentiles &
insipientes ⌊ vbi est deus eorum ⌋ hoc est, iam apparet q deus eorum ip̃os saluare nõ potest,
aut eorum cultum cõtemnit. Ne ergo tibi o domine tãta irrogetur iniuria, audi nos, sicut di-
Esaię. 48 xisti. Propter me ego faciam, vt non blasphemer. ¶ Et innotescat in nationibus ⌋ .i. in p̃- 11
dictis gẽtilibus ⌊ corã oculis nostris ⌋ .i. tã manifeste vt nobis patescat ⌊ vltio sanguinis ser-
uorum tuorum, qui effusus est ⌋ hoc est, effusionẽ sanguinis innocentis populi nostri vindi-
ca, in paganus præfatis. Orat propheta in persona populi Iudęoꝝ, pro vltione homicidioꝝ
in Hierusalem & in Iudæa factorum. Vnde orat hic populus. Affige opprimẽtes nos, & cõ-
1. Mac. 1. tumeliam facientes in superbia. Quod etiam Moyses prædixit deũ esse facturum. Sanguinẽ
Deute. 32 (inquiens) sanctoꝝ suoꝝ vlciscet, & vindictã retribuet in hostes eoꝝ. ¶ Introeat in cõspe 12
ctu tuo gemitus cõpeditoꝝ ⌋ .i. captiuorum tuoꝝ suspiria pie exaudi, & eos de captiuitati-
bus eripe. Multos enĩ Iudæoꝝ captiuauerãt serui Antiochi atq; Chaldæi. ¶ Secundũ ma- 13
gnitudinem brachij tui, ⌋ hoc est, secundum magnam tuam potẽtiam ⌊ posside filios mor-
tificatorum ⌋ .i. nos, quoꝝ patres à gentilibus istis occisi sunt, ita vt protegas atq; conserues
nos, sicut custoditur possessio propria ab hærede. ¶ Et redde vicinis nostris ⌋ de q̃bus su- 14
perius

A « perius dictum est. Facti sumus opprobrium vicinis nostris [septuplũ] .i. perfectam vindi-
« ctam. Septenario em̃ designatur perfectio [in sinum eorũ] hoc est, tã euidenter, vt tã infal-
libiliter pœna cadat super eos, & recipiatur ab eis, ne euadãt, quàm infallibiliter recipit ho-
« mo quod in gremium eius proijcitur. Hoc enim nõ resilit [improperiũ ipsorũ] .i. pœnam
« pro improperio [q̃d exprobrauerũt tibi domine] dicendo de nobis, vbi est deus eorum. Psal. 113
15 « ¶ Nos aũt populus tuus] peculiaris [& oues pascuę tuæ] de q̃bus dixisti. Ego ipse pascã Ezec. 34.
« oues meas. Saluabo gregẽ meũ. In mõtibus Israel pascã eas [cõfitebimur tibi in seculũ.] .i.
16 « diu & p̃seuerãter laudabimus te, grãs tibi canẽdo pro nostra liberatione. ¶ In generatio-
« nem & generationem, annũtiabimus laudem tuã] hoc est, in generatiõe nostra quoadusq;
viuimus. Laudabimus te per nosipsos. In generationibus autem futuris laudabimus te per fi-
lios seu fidei nostræ imitatores, quibus relinquimus materiam te laudãdi, dum beneficia tua
nobis exhibita eis insinuamus verbo aut scripto.

¶ Explanatio tropologica eiusdẽ psalmi.

ECclesia insuper Christi & q̃libet christianus, merito potest & debet hũc psalmũ cã-
tare lamẽtabili voce, propter amissionẽ terræ sanctæ, præsertim, qm̃ ipsa sacra vrbs
Hierusalẽ, in qua Christi sepulchrũ est, cũ ipso venerandissimo sanctissimo Chri se-
pulchro in manus Sarracænorum est data, atq; ab eis diu possessa, & ad hoc applicari
potest hic psalmus hoc modo. Deus dei vnigenite Iesu Christe, qui es verus deus & vita ęter
na, venerũt gentes, videlicet Sarracæni seu Pagani, legẽ Machometi sequentes in hæredita
tem tuam, hoc est, in ciuitatem Hierusalem, ab imperatore Helio reædificatã, vel in populũ
huius ciuitatis Christifidelem, qui est hæreditas tua, polluerũt templum sanctum tuum. i. ec
B clesiam, in qua sepulchrum tuũ cõtinetur, qm̃ tẽplũ illud irreuerẽter tractãt, nec Christi cul-
tum in eo fieri sinũt, posuerũt Hierusalem in pomorum custodiã occidẽtes in ea aut expellẽ
tes de ea omnẽ christianũ. Et de christianorũ in ea atq; in terra sancta multorũ occisorũ cada
ueribus, loquitur versus sequens. Posuerũt morticina, &c. secũdum sensum in p̃cedenti elu-
cidatione introductũ. Effuderũt sanguinẽ eorũ, scilicet christianorũ Sarracæni tanq̃ aquã. i.
valde abundãter in circuitu Hierusalem & in ciuitatibus p gyrũ eius iacẽtibus. Hoc, prohdo
lor, factum est nimis frequẽter, quẽadmodũ cronicæ testantur. Facti sumus opprobriũ vici-
nis nostris. Omnes em̃ terræ circa terrã sanctã situatę & legi Machometi subiectę, videlicet
Phylisteim, Amonitæ, Moabitæ, &c. cõtẽnunt nos & nobis illudũt, q terra sancta & Chri
sti sepulchrum, eorũ potestati subdũtur. Effunde irã tuã in gẽtes, videlicet in Sarracænos, q̃
te nõ nouerũt per fidẽ & cultũ, sed immũdissimi hominis ritui seruiũt & legem vanissimam
seruãt, & in regna Sarracænorũ, quæ nomẽ tuum nõ inuocauerũt, q̃a nec sperauerunt in te,
sed in omni angustia Machomet inuocant. Orat ergo hoc loco ecclesia pro recuperatione
terræ sanctæ & expulsione gẽtiliũ inde. Quia comederũt Iacob. i. populũ christianũ, fidem
& simplicitatẽ Iacob patriarchæ sectãtem & locũ eius. i. vrbes terræ sanctæ & ciuitatẽ Hieru
salem desolauerũt. i. incolas christianos inde eiecerũt, & paganis hominibus loca sancta im-
pleuerũt. Sed qm̃ tãtã miseriã christiani meruerũt, propter pessimã suã vitã, maxime in ter-
ra sancta, quæ cũ adhuc à christianis in pace habitaret, christiani in ipsa sceleratissime vixe-
runt. Propterea orat modo ecclesia pro indulgẽtia p̃ctõrũ, tãtorum & antiquorũ, quatenus
remissione percepta, terrenã Hierusalẽ readipiscat, & ad cœlestẽ Hierusalẽ perducat. De-
C niq; om̃ia hæc, generalius possunt exponi hoc modo. Deus venerũt gẽtes. i. infideles seu in-
fideliter cõuersantes in hæreditatẽ tuã. i. in populum tuũ electũ & Christifidelẽ, quẽadmo-
dum lupi oues impugnare solẽt & dissipare. Talibus em̃ electis ait Christus. Ecce ego mitto Luc. 10
vos, sicut agnos inter lupos. Et. In mundo p̃ssurã habebitis, polluerũt tẽplũ sanctũ tuũ, quia Johan. 17
ecclesiam multipliciter destruxerunt, dehonestauerũt, & opera nepharia commiserũt in ea,
non solum pagani sed etiam hæretici, maxime Arriani, posuerũt Hierusalẽ. i. militãtem ec-
clesiam, in qua est visio pacis, & locus internæ quietis, in pomorum custodiã expellendo de
ea ministros altaris, ipsamq; comminuentes. Sequens autem versiculus de corporibus pluri
morum martyrum ad literam conuenienter exponitur, imo interdum in tantum desæuijt
rabies persecutorum, vt corpora martyrum sepulta effoderẽt, comburerent, dissiparent, vel
auibus cœli ac bestijs terræ ad deuorandum proijcerent. Effuderunt tyranni atque eorum
satellites sanguinem eorum, videlicet martyrum tanquàm aquam in circuitu Hierusalem. i.
per omnem gyrum ecclesiæ, vtpote per totum mundum, vbi christiana viguit fides. Eccle-
sia năq; per vniuersum orbem diffundit, & sæpe imperatores romani ordinauerũt & p̃cepe
runt, vt om̃es christiani trucidarẽtur vbicũq; inuenirent, quatenus nomẽ & memoria Chri
omnino deficeret, & nõ erat qui sepeliret occisos. Hoc năq; sub pœna mortis erat frequẽter
prohibitũ, ne q̃s chr̃ianos martyrizãtos sepelire p̃sumeret. Facti sum' opprobriũ vicinis no
stris, &c. Hoc sc̃dm sensum p̃habitũ dicit ecclesia, q̃libetq; fidelis in p̃sona christianorũ, iu-
xta vel inter gentiles, hæreticos, seu p̃secutores morantium, q christianos sæpe subsannant,

præcipue dum in prælijs præualent eis. Effunde iram tuam in gentes, &c. Orat ecclesia inimicos suos diligens, pro punitione & deiectione aduersariorum suorum in præsenti seculo, ne pereant in futuro. Et innotescat in nationibus coram oculis nostris, vltio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est. Orat ecclesia pro vltiõe sanguinis martyrum, eo modo quo habetur. (Apoca. 6.) Animæ interfectorum clamabāt voce magna. Vsquequo domine sanctus & verus, nõ vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra? (Luc. 18) Vnde & Christus in euāgelio loquitur. Deus non faciet vindictam seruorum suorum, clamantium ad se die ac nocte? Dico vobis, qā cito faciet vindictam eorum. Introeat in conspectu tuo, hoc est, exaudiatur à te gemitus compeditorum, qui propter iustitiam corporaliter ligantur & incarcerantur, vel vinculis diuinæ ac fraternæ dilectionis cõstringuntur, in tantum vt etiam pro hostibus & persequutoribus fideliter orent, teq; omnipotentem deum ligare & prohibere dicatur, sicut tu ipse ad Moysen dicis. (Exodi. 32) Cerno quòd populus iste scilicet filij Israel duræ ceruicis sit, dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos. Sed quid fecit Moyses sanctus? Non acquieuit tibi, quin potius ligatum te tenuit, dicens: Aut dimitte populo hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro quem scripsisti. Libenter o domine hoc modo vinctus teneris, vinculis sancti amoris. Tu enim es amor, & nullus te ita ligat, nisi cuius tu mentem tam vehementer inflammas. Vel, gemitus compeditorum, hoc est, seruorum tuorũ mortalium, multis necessitudinibus humanæ corruptibilitatis, & vinculis præsentis miseriæ, quotidianorumq; lapsuum miserabiliter vinctorum, atq; in carcere corporis huius gementium & cum Paulo clamantium. (Roma. 7.) Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et rursus. (Philip. 1.) Cupio dissolui, & esse cum Christo. Secũdum magnitudinem brachij tui, posside per indefinentem custodiam, & gratiæ multiplicationem filios mortificatorum, hoc est, nos omnes, qui sumus filij spirituales Apostolorum ac martyrum ac reliquorum sanctorum pro nomine tuo corporaliter occisorum, vel quotidie afflictorum, & in laboribus pœnitentiæ, exercitijsq; spiritualis vitæ incessabiliter interfectorum, quemadmodum ait Apostolus. (2 Cor. 4) Semper mortificationẽ Iesu in corpore nostro circũferẽtes, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Postremo inducitur vox ecclesiæ, domino regratiantis pro beneficijs eius. Nos autem populus tuus à te Christo christianus vocatus, tuo sanguine liberatus, genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitõis, qui fecisti nos deo nostro regnũ & sacerdotes, & oues pascuæ tuæ. (1. Petri. 2. Eccle. 15.) i. q sacramẽtis tuis reficimur, aqua sapiẽtiæ à te potamur, pane vitæ cibamur, gratia tua roboramur & crescimus, & tua gubernatiõe subsistimus, atq; ad finem beatum pertingimus, cõfitebimur tibi in seculum. Cætera ex præcedenti elucidatione clarissime elucescunt. Decet autem nos psalmum hunc pro reparatiõe terræ sanctæ quotidie cum affectuosissima mẽte depromere, quia & hoc vere sanctũ est & deo gratissimũ pro hac tam pia intẽtione orare, & si nõ exaudimur pro hoc, deus tñ qui nostrum desiderium approbat, in alijs copiosam nobis mercedem impendet.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXXIX.

¶Argumentum.

¶Titulus. In finem pro ijs qui commutabuntur testimonium Asaph psalmus (aliàs) victori pro lilijs testimoniũ Asaph canticũ. In hoc psalmo admonens nos propheta in melius cõmutari atq; in Christũ dirigi disserit de incarnatiõe Chri, & inchoatiõe atq; profectu ecclesiæ eius, quæ sub vineę noĩe designat. In duo itaq; potissimũ partit. Porro in primis ponitur oratio petentiũ Christi aduẽtũ in carne, quẽ summo desiderio veteres patres ꝑstolabantur. Et hoc quidẽ pro humani generis salute, deinde petit statũ ecclesiæ Chri ꝑfici & cõsummari, ibi. Vineã de Aegypto. Author ipm vnico cõmẽtario in hãc sententiã explanat.

¶Expositio tituli.

¶Habet interea psalmus iam declarãdus hunc titulum. In finem pro his qui commutabũtur testimonium Asaph pro Assyrijs. i. psalmus præsens in Christum, qui est finis præcepti ac legis, nos erigens est testimonium Asaph, hoc est, congregationis fidelium, Christi incarnationem fideliter recipientium, est scriptus pro his qui commutabuntur. i. ad instructionẽ & vtilitatem eorum, qui toto corde conuertuntur ad dominum, puta pro Assyrijs, hoc est, vitam suam coram deo recte dirigentibus. Assyrij nanq; dirigentes interpretantur. Non enim sumitur hoc loco nomen, Assyrijs, pro populo illo, de quo in Trenis asserit Hieremias. (Treno. 5) Aegypto dedimus manum & Assyrijs, de quo in libro Regũ habetur. (4. Reg. 17) Psalmus iste secũdum doctores catholicos de primo Christi aduentu, videlicet de incarnatione saluatoris, ad literam script9 est. Incarnatio autem Christi, salus est totius mundi, seu omnium electorum, qui vnquam in mundo fuerunt, existunt, & erunt. Vna quoq; est omnium fidelium ecclesia eorũ videlicet qui fuerunt ante legem, sub lege, & tempore gratiæ. Hæc aũt ecclesia noĩe vineæ designatur, quoniam deus eã colit, fœcundat, & regit. Sed quoniã tẽpore legis Mosaycæ penẽ omnes declinabãt ad idololatriam, idcirco pro tempore illo ꝑ vineam domini designaba-

A signabatur synagoga, seu congregatio Iudæorum. Tempore quoq; euangelicæ legis per vi
neam domini intelligenda est christianorum ecclesia, quoniam extra ecclesiam Christi ne-
mo potest saluari, quemadmodum ait saluator. Si quis in me nõ manserit, mittetur foras & Iohan.15
arescet. Sancti igitur veteris testamenti, Christi incarnationem vehementissime desideran-
tes, deum orabant vt vineam suam, quam sæpe per angelos sanctos & homines virtuosos vi
sitauerat, per seipsum visitare dignaretur apparendo in carne. Hoc nempe desiderare aude Esaiæ.52
bant, quoniam deus eis hoc promisit, quemadmodum Esaias testatur. Propter hoc sciet po
pulus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar ecce assum. Vnde & iterum Esaiæ.33
beatissimus Esaias prophetauit. Dominus iudex noster, dominus legifer noster, dominus
rex noster, ipse veniet & saluabit nos. Zacharias quoq; ait: Lauda & lætare filia Sion, quia Zachar.2
ecce ego venio & habitabo in medio tui. Itaq; duo primi versus ad ecclesiam dei pertinent,
quæ erat tempore legis scriptæ, qui tamen allegorice exponuntur de ecclesia dei, quæ est tẽ
pore gratiæ. Ait ergo.

¶Expositio Psalmi.



1 « VI regis Israel ⌋ hoc est, tu deus qui gubernasti Iacob patriarcham, & popu Gene.37.
« lum natum ex eo ⌊ intende ⌋ hoc est, preces meas, & populi tui vota, miseri-
« corditer intuere ⌊ qui deducis velut ouem Ioseph ⌋ hoc est, qui Ioseph in in-
nocentia & simplicitate sua custodisti, velut ouem electam ad tuum ouile p-
tinentem. Vel, velut ouem. i. sicut pastor ouem suam ducit, custodit, & alit.
Vel sic, Qui deducis Ioseph, hoc est, populum Israel designatum per Ioseph,
quoniam ipse erat excellentior fratribus suis, eosq; tẽpore famis saluauit. Hunc populũ de-
us deduxit per desertum, præcedens eum per columnã nubis in die, & per columnam ignis Exodi.13
B in nocte, potius autem p angelum sanctũ, qui columnã nubis & ignis mouebat. Vnde do- Exodi.23
minus ait ad Moysen. Ecce ego mitto angelum meum qui præcedat te, & custodiat in via,
& introducat ad locum quem paraui. In scripturis enim per Iacob & Israel intelligere possu
mus, vel psonam illã filiũ Isaac, qui dictus est Iacob & Israel. Similiter quoq; per Ioseph in-
terdum accipimus filium Iacob, qui Ioseph vocatus est. Aliquando autẽ populũ ex semine
2 « Ioseph ortũ. Quandoq; vero totum populum Israeliticũ. ¶Qui sedes sup Cherubin, ⌋. i.
qui omnẽ altitudinẽ creatæ scientiæ superexcedis, & in angelicis illis spiritibus, Cherubin
« nuncupatis, resides, eos excellenter illuminando ⌊ manifestare ⌋. i. euidenter teipsum nobis
« ostende, descendendo ad nos, & nobis visibiliter apparendo, manifestare (inquam) ⌊ coram
« Effraim, Beniamin, & Manasse ⌋ hoc est, coram omni populo fideli, per has tribus significa
to. Per Effraim nãq;, qui interpretatur fructificatio, intelliguntur hi qui dignos pœnitẽtiæ Marci.1.
fructus & opera sancta producunt. Per Beniamin quoq; qui filius dextræ dicitur, intelligẽ-
di sunt illi, qui deo per operationem iustitiæ fortiter feliciterq; cohærent. Per Manassen ve
to qui obliuio dicitur. Designantur qui propter diuinorum amorem, terrenorũ atq; carnali-
um omnium obliuiscuntur. Qui autẽ huiusmodi sunt, digni & apti sunt, vt deus eis appare-
at. Tales vero vtiq; extiterunt patres antiqui, qui Christi aduentũ tã inhiãter optabãt. Scie-
bant enĩ quia beati oculi qui viderent. Et de eis Christus dixit discipulis suis. Multi reges & Matt.13
C prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & audire quæ vos auditis. Moraliter, p Isra-
el designatur ecclesia, deum per fidem conspiciens quam deus nunc specialiter regit, dirigẽ
do eam ad vitam æternam, quẽadmodũ olim specialiter rexit synagogã, tanq̃ populũ pecu
liarem. Per Ioseph quoq;, qui interpretatur augmentũ, intelliguntur fideles ex gẽtilitate ad
Christũ cõuersi, & primitiuæ ecclesiæ ex Iudæis collectæ adaucti, quia hi duo populi in Chri
sto lapide angulari vniuntur, sicut duo parietes, constituuntq; vnam ecclesiam. Hunc autem
populum deus deducit in huius mundi exilio p viam mandatorũ suorũ, illuminans eum per
euangelicam apostolicamq; doctrinam, per inspirationem occultam, per aliorum informa
tionem. Vnde habetur. Hæc dicit dominus redemptor tuus. Ego deus tuus docens te vtilia, Esaie.48
gubernans te in via qua ambulas. Sed quia non sufficit ardentissimo amatori semel aut bis di
uinam inuocasse præsentiam, ideo rursus petit quod ante petiuit, scilicet Christi aduentum,
dicendo. ¶Excita ⌋ tu domine deus vnigenite dei ⌊ potentiam tuam ⌋ quæ quasi obdor-
3 « misse videtur dum electos tuos non liberas, præsertim dum sanctos patres in lymbo inferni
dereliquisti, & vniuersum penè mundũ per idololatriã aliosq; diuersos errores pmisisti sedu
ci, atq; diabolicæ dñationi miserabiliter subiugari, excita ergo. i. exerce, in actũ extende, de
clara potentiam tuam, qua potes fortẽ armatũ. i. diabolũ, ligare, & vasa eius diripere. i. pec- Matt.12 Marci.3.
« catores saluare ⌊ & veni ⌋ non per legatum, sed in propria persona, p carnem assumptã, ⌊ vt
« saluos facias nos ⌋ à reatu originalis peccati, imo ab omni peccato mortali & veniali, & à po-
testate diaboli. Ob hæc enĩ Chrũs aduenit, quẽadmodũ Iohãnes dicit. In hoc apparuit filius 1.Iohan.3
dei, vt dissoluat opera diaboli. Potest etiã quilibet nostrum pro seipso q̃tidie ista orare, vide-
licet vt dominus p gratiæ infusionẽ seu spiritualem aduentũ ad ipsum descẽdat, sicut saluator
de seipso

de seipso & deo patre loquens. Ad eum (inquit) veniemus, & mansionē apud eum faciemus. D
Iobā. 14. ¶Deus conuerte nos.⌋ hoc est, corda nostra tuo aduentui præpara, à rebus caducis & va- » 4
nis auerte, tibi incommutabili bono fac inhærere, ⌊& ostende faciem tuam.⌋ hoc est, te- »
1. Cor. 13. ipsum nobis manifesta, apparendo in forma visibili. Vel, ostende faciem tuam, hoc est, pla-
1. Iobā. 3. catus respice nos, & ne nobis tuis famulis indigneris. Vel, ostende faciem tuam post hāc vi-
tam, quatenus videamus te in patria facie ad faciem, hoc ē, sicuti es, atq; per speciem, quem-
admodum in prima sua canonica ait Iohannes. Nunc filij dei sumus, & nondum apparuit
quid erimus. Scimus, quoniam cum apparuerit similes ei erimus, quia videbimus eum sicu-
ti est. Itaq; ostende nobis statim post egressum à corpore faciem tuam, hoc est, essentiam tu-
Matt. 18 am, vt simus sicut angeli dei, de quibus scriptum est. Angeli in cœlis semper vident faciē pa-
Exodi. 33 tris. Huius faciei ostensionem concupiuit Moyses dicens: Si inueni gratiam in conspectu
tuo, ostende mihi faciem tuā. Si autem sic feceris domine, ⌊& salui erimus⌋ in præsenti vi- »
ta à culpa, & in futuro à pœna, erimus quoq; salui, hoc ē, beati nūc in spe & inchoatiue, post
vero in re & completiue. ¶Domine deus virtutum⌋ hoc est, dator & conseruator omni- » 5
Lucæ. 21. um potestatum, sine quo nil valet omnis natura creata. Vel, deus virtutum, hoc est, angelo-
rum sanctorum, qui omnes dici solent virtutes, de quibus & Christus testatur. Virtutes cœ-
lorum mouebuntur, ⌊quousq; irasceris super orationem serui tui,⌋ hoc est, quam diu pre- »
cē famuli tui repelles exaudireq; differes? Et quousq;. ¶Cibabis nos pane lachrymarū,⌋ » 6
hoc est, doloribus & erumnis nos implebis aut impleri permittes, sicut impletur quis cibo?
Et quamdiu ⌊potū dabis nobis in lachrymis⌋ .i. potu lachrymarū nos implebis, sicut de pa- »
ne prætactū est ⌊in mēsura⌋ iustitiæ tuæ .i. tā vehemēter sicut meruimus .s. scd̄m exigentiā »
culparū nostrarū nō relaxando tormentū, quēadmodū testatus es. Quantū glorificauit se & E
Apoca. 18 in delitijs fuit, tantū date illi tormentū & luctū. Vel, in mensura .i. secūdū nostrā possibilita-
1. Cor. 10 tem, videlicet quantum ferre nos posse cognoscis. Non enim permittis nos tentari supra id
quod possumus ferre, sed facis cum tentatione prouentum. Est autem quidam panis & po-
tus lachrymarum valde desiderabilis & salubris, sicut sunt lachryme prodeuntes ex pœnitē-
tia pro peccatis ex charitate diuina, pro desiderio regni cœlestis ex dilectione proximi, ex
compassione infirmitatis ipsius, & hic cibus veraciter animam reficit, indulgentiā obtinet,
gratiamq; acquirit. ¶Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris,⌋ hoc est, in tantū » 7
opprobriū atq; miseriā nos venire & cadere permisisti, quòd hostes nostri nobis loco pro-
pinqui audenter contradicunt nobis, ⌊& inimici nostri subsannauerunt nos⌋ quasi inaniter »
deum coleremus. Hoc modo synagoga reprobatur & subsannabatur à Babylonijs tempo-
Neem. 4. re trāsmigrationis, & post reditū ad terrā Iudeæ à Samaritanis, secundū quod in libro Es-
dræ frequenter habetur. Factū est (inquit) cum audisset Sanaballath q; ædificaremus murū,
iratus est valde & subsannauit Iudæos. Sed & Tobias proximus eius dixit, ædificent. Si a-
Actor. 13 scenderit vulpes, transiliet murum eorum. Primitiua quoq; ecclesia Christi, multiplicē con-
tradictionem sustinuit. Primo à Iudæis, vt patet in actibus Apostolorum, deinde per totū
mundum à paganis, vt scribitur in legendis sanctorū. Pro huius contradictionis & subsanna
Hiere. 14 tionis amotione, orat Hieremias. Ne nos des in opprobrium propter nomen tuum, neque
facias nobis contumeliam. Veruntamen Paulus hanc contradictionem & subsannationem
non timuit, cui Athenienses philosophi dixerunt. Quid vult seminiuerbius hic dicere? no-
Actor. 17 uorum dæmoniorum videtur annuntiator esse. Nihilominus propter duas causas potest ho
mo perfectus deum orare, pro ablatione subsannationis & contradictionis huiusmodi. Pri
mo propter periculum infirmorum, ne in aduersis frangantur. Secūdo propter charitatem
aduersariorum, quorum errori condolere debemus ex vera charitate ne pereant, & ita pos-
sumus desiderare vt cessent nos persequi, ne deum offendant, & damnationem incurrant.
¶Deus virtutum conuerte nos,⌋ Non enim sine gratia tua præueniente conuerti vale- » 8
Treno. 5 mus, quemadmodum dicitur. Cōuerte nos domine ad te, & conuertemur. Vnde & iterum
Hiere. 31. flagitat Hieremias. Conuerte me domine, & conuertar. Postquàm enī conuertisti me, egi
pœnitentiam ⌊& ostende faciem tuam⌋ nunc per fidem & gratiā, in futuro quoq; per spe- »
ciem & gloriam, ⌊& salui erimus⌋ ex quo clarissime cōstat, quòd salus seu beatitudo nostra, »
Iohan. 17 in ostensione seu visione diuini vultus consistit, videlicet in actu intellectus. Vnde saluator
Iohan. 14 ait: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum deum. Denique Christus promittit faciei
suę ostensionem pro præmio, dicens: Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam
eum, & manifestabo ei meipsum. Propter quod Augustinus. Visio (inquit) est tota merces.
Non ergo (vt aliqui putant) beatitudo in actu voluntatis essentialiter sita est.
¶Vineam de Aegypto transtulisti,⌋ hoc est, synagogam seu populum Iudæorum de » 9
terra Aegyptiorum, atq; per modum agricolæ eam in alia terra transplantasti, videlicet in
terra promissionis. Dicitur autem synagoga vinea, quoniam deus diligenter eam exco-
Cantic. 1. luit, purgauit, fœcundauit, & in cellam suam vinariā introduxit, vt habet in Cāt. Propter
quod

A quod asseritur. Vinea domini exercituum domus Israel est, & vir Iuda germen delectabile
10 “ eius ⌊eiecisti gẽtes⌋ Chananeorum de terra promissionis, ⌊& plantasti eam⌋ hoc est, popu- Esaiæ. 5 Iosue. 1
lum Iudæorum in terra hac firmiter collocasti, & sine vllo pauore habitare fecisti. ¶Dux
itineris fuisti in conspectu eius⌋ hoc est, populum Hebræorum in via duxisti de Aegypto
vsque in terram eis promissam, præcedendo eos per angelum sanctum, & columnam ignis ac Exodi. 13
nubis, quemadmodum pauloante plenius dictũ est, ⌊& plantasti radices eius⌋ hoc est, ge-
nitores seu patres, duces ac principales populi huius fortiter roborasti in animis, stabiliterque
locasti in terra prædicta ⌊& impleuit terram⌋ hoc est, populus iste multiplicatus est longe
ac late, & per totam terram promissionis diffusus. Quanta enim fuerat multitudo populi hu
ius tempore Dauid, scriptum est, primo Paralypomenon. Dedit Ioab numerum populi Da 1. Para. 2.
uid, & inuentus est omnis Israel mille milia, & centum milia virorum. De Iuda autem trecẽ-
ta septuaginta milia, nam Leui & Beniamin nõ numerauit, eo quòd inuitus exequeretur im-
perium regis. Ecce quomodo populus iste terram impleuit. Nam quãdo post egressionem
de terra Aegypti primo à Moyse numerabatur, erant circa sexcenta milia tantum, & tem- Nume. 1.
11 “ pore Dauid erant fortasse in triplo plures. ¶Operuit montes vmbra eius, ⌋hoc est, vinea
ista tam alte excreuit, quòd vmbra eius montes operuit, quia tam sublimes personæ ex popu
lo isto nati fuerunt, videlicet reges, prophetæ, Nazarei, sacerdotes, & iudices, quorum vm-
bra, hoc est, gratia in hac vita concessa, quæ gratia vmbra est respectu gratiæ quæ habetur in
patria, operuit. i. vehementer transcendit atque excessit montes, hoc est, sublimes personas a-
liarum nationum & omnium gentium. Vnde Moyses. Non est (inquit) alia natio tam grã-
dis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut adest dominus noster cunctis obsecratio- Deute. 4.
nibus nostris. Et denuo. Quæ est alia gens sic inclyta, vt habeat cæremonias iustaque iudicia,
& vniuersam legẽ, sicut populus Israel. Per vmbrã quoque intelligi possunt cęrimoniæ veteris
B legis, quæ erant obscuræ figuræ non euidentes similitudines futurorum bonorum, iuxta il-
lud apostoli. Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. Quẽ- Hebræ. 10
admodum enim Dionysius docet, status Christianæ religionis, medio modo se habet inter
statum veteris testamenti & statum beatorum in patria, ideo quæ in nouo testamento ge-
runtur sunt euidentes similitudines futurorum cœlestiumque bonorum, hoc est, status patrię
& eorum quæ illic geruntur, sed quæ in veteri testamento fiebant, erant remotæ atque ob-
scuræ figuræ futurorum bonorum. Est igitur sensus. Operuit mõtes vmbra eius, hoc est, lex
cærimonialium præceptorum atque figuræ veteris testamenti operuit nostro intellectui. i.
obscuros & ad intelligendum difficiles reddidit montes, hoc est, prophetas, qui propter gra
“ tiæ excellentiam montes dicuntur. Obscure enim & quasi in vmbra loquuntur, ⌊& arbusta
“ eius cedros dei.⌋ Arbusta sunt quæ iuxta arborem nasci solent, per quæ hoc loco intelligun
tur augmenta seu excrementa vineæ, videlicet posteri patriarcharum patrumque filij, quorum
adoptionis gratiæ atque imperij dignitas tanta fuit, vt cedros dei, hoc est, excellentes valde
personas excellant. Ex patriarchis enim & populo ex Aegypto translato, orti sunt sanctis-
simi & maximi reges, prophetæ, sacerdotes, & alij multi altissimæ gratiæ homines. Qui au-
tem vineam istam omnino ad literam vellet exponere, hunc quoque versiculum posset cor-
C poraliter explanare. Operuit montes vmbra eius, hoc est, ędificia, turres, domus & muri po
puli Iudæorum tam alte erant constructa, quòd propter eorum sublimitatem montes terræ
Israel, quæ montosa est, radijs solis priuabantur, sicque vmbram patiebantur. Prope Hierusa-
lem in gyro montes fuerunt, quos certum est sole oriente vmbram sustinuisse ad tempus, ex
vno latere vrbis, propter altitudinem ædificiorũ ipsius. Vnde de Iosaphat dr. Quod ædifi- 1. Para. 17
cauit in Hierusalem domus in modum turrium altas & arbusta eius, hoc est, tuguria iuxta
ædificia sita, vel arborum excrementa operuerunt propter suam altitudinem cedros dei,
hoc est, cedros terræ promissionis, quæ dicuntur cedri dei, quia fuerunt cedri terræ diuini-
12 “ tus prælectæ. Descripta altitudine vineæ huius, describitur latitudo ipsius dum subditur.
¶Extendit palmites suos vsque ad mare, ⌋. i. vinea seu populus Iudæorum filios genuit,
“ quorum habitatio protensa est vsque ad mare mediterraneum, extendit, ⌊& propagines⌋
“ hoc est, generationes suas ⌊vsque ad flumen⌋ magnum Eufraten, & ita possederunt filij Isra-
el omnem terram sibi promissam, multiplicatique sunt in ea à termino vno vsque ad terminum 2. Para. 8
13 “ alium. Cùm ergo o domine tanta bona, præstiteris olim vineæ huic. ¶Vt quid (postmo
“ dum) destruxisti⌋ hoc est, abstulisti ⌊maceriam eius⌋ hoc est, sepem, parietẽ, seu protectio
nem, subtrahendo ei tuum auxilium angelicamque defensionem, quibus destituta in idolola-
“ triam, & alia multa facinora lapsa est, promeruitque quod sequitur, ⌊& vindemiant⌋ hoc ẽ,
“ vastant, conculcant, & destruunt ⌊eam omnes qui prætergrediunt viam⌋. i. omnes natio-
nes gentilium, in circuitu eius & procul manentes. Porro hoc modo destructurum se esse
maceriam vineæ huius, dominus prædixit. Ostendam (inquiens) vobis quid faciam vineæ Esaiæ. 5
meæ. Auferam sepẽ eius, & erit in conculcationẽ. Quod & factum ostẽdit apud Hieremiã. Hiere. 12

Pastores

Pastores multi demoliti sunt vineam meam. Vnde & primo Machabæorum indicitur. Quæ D
1. Mac. 2. gens non hæreditauit regnum eius, & non obtinuit spolia eius? ¶Exterminauit eam aper » 14
de silua, & singularis færus depastus est eã.⌋ Quidã Cassiodorum imitantes per agrum intel- »
ligunt Vespasianum. per singularem vero færum filium eius Titum, sed non videtur. Nam
populus Iudæorum tempore deuastationis suæ sibi à Vespasiano & Tito inductæ, nullomo-
do erat vinea domini, quia nec deus coluit eã per grãm, nec ipsa coluit deum per fidem, sed
erat populus ille pro tunc sicut & nũc omnino infidelis & reprobus, habuitq; veritatẽ in eis
Apoc. 2. 3 quod ait Iohãnes in Apocalypsi. Dicũt se Iudæos esse & nõ sunt, sed sunt synagoga satanæ.
Aptius ergo per aprum & singularem færum accipimus eundem tyrannum, siue ille dicatur
fuisse Nabuchodonosor, siue Antiochus. Horum nãq; vterq; exterminauit. i. extra propri-
os terminos posuit populum istum, ædificia eius destruendo & habitatores trãsferendo seu
2. Mac. 5 effugando, sicut de Iuda Machabæo & fratribus eius legit, q inter færas in desertis locis mo
rabantur, & hic singularis færus depastus est vineã istam, populum hunc terribiliter trucidã
do. Iudæi aũt in sua perfidia indurati, p aprum singularemq; færũt intelligunt Titũ seu Vef-
pasianum. Hæc vero quæ de synagoga sub nomine vineæ dicta sunt, de ecclesia Chri mysti-
ce accipi possunt hoc modo. Vineam, hoc est, militantem ecclesiam seu populum christianũ
de Aegypto. i. de seculo isto tenebroso, transtulisti in regnum Chri, vt essent christiani tui
Galat. 1. hæredes & Christi cohæredes. Propter qd ait Apostolus. Deus eripuit nos de pñsenti seculo
neq̃, & transtulit nos in regnũ filij dilectionis suæ eiecisti gentes, hoc est, gentiles cõmutasti E
in melius, cõuertẽdo eos ad fidẽ, & conuerti nolentes fecisti deficere, & plantasti eam. i. po-
pulum christianũ habitare fecisti in locis & terris, in qbus gẽtiles olim morati sunt. Vel, plã-
tasti eam in Chro p fidem & charitatẽ. Dux itineris fuisti in cõspectu eius, qa apostolos p to
Iohã. 14. tum mundũ duxisti, & omnes electos per gratiã ad teipm omniũ rerum vltimũ finem pducis,
quemadmodũ protestaris. Ego sum via, veritas, & vita. Nemo venit ad patrẽ, nisi per me.
Ibidẽ. Et iterum. Non relinquam vos orphanos, vado & venio ad vos, & plantasti radices eius, id
est, primos ecclesiæ principes aliorum vtiq; spũales genitores, videlicet apostolos & eorum
præcipue sectatores, vt erant Dionysius, Policarpus, Ignatius in Chro inconcusse corrobo
rasti, ita vt possent ipsi alios in Christo fundare, sicut fundat palmes in vite. Nam & Christus
Iohan. 15 ait: Ego sum vitis vera, vos palmites, & impleuit terram, qa ecclesia per vniuersum orbem
Esaię. 27. diffusa est. Vnde scriptum. Florebit & germinabit Israel, & implebũt faciem orbis semine.
Quod exponi non potest de carnali gñatione & multiplicatione Iudæorum, sed de spũali ge-
neratione apostolorum ex populo Israel prodeuntiũ & multiplicatiõe fideliũ, qui sunt semen
apostolorum. Operuit montes vmbra eius. i. electio christianorum omnẽ altitudinẽ gratiæ alijs
datæ excessit. Nam & apostoli secure pferunt prophetis, & ecclesia synagogæ, & arbusta e-
ius cedros dei, qm gratia maior effusa est in cõmunẽ populum christianum, q̃ olim in homi
nes dei sublimes. Extendit ecclesia palmites suos. i. filios suos vsq; ad mare occidentale à ma
Zacha. 9. re occidentale à mari orientali, quemadmodũ de Christo habet. Potestas eius à mari vsq; ad
Mat. 28. mare, & vsq; ad flumen. i. fontem baptismi extendit propagines suas, qm quotqt gignit ec-
clesia, omnes intingit baptismatis aqua, sicut saluator pcepit apostolis. Docete omes gentes
Actorum. 5. baptizantes eas in nomine patris, & filij, & spũs sancti. Propter qd Petrus propagini quam F
in exordio suę pdicationis in Chro produxit, dixisse scribit. Baptizetur vnusquisq; vestrum
in nomine Christi, in remissionem peccatorum. Vt quid destruxisti maceriam eius, hoc est, cur
permisisti ecclesiam ita deficere, tuo auxilio ei subtracto? & vindemiant eã. i. spũalibus bo-
nis eam spoliant omnes qui prætergrediunt viam, hoc est, qui mãdatorum tuorum semitas trãs-
grediuntur, videlicet dæmones, hominesq; puersi. Exterminauit eã aper de silua. i. Macho-
met Sarracenorum legislator, cuius populus ecclesiam Hierosolymorum subuertit, & singularis
fęrus depastus est eam. Per hunc singularem færum intelligi potest, ipse Machomet, seu gli-
bet crudelis tyrannus, aut hæresiarcha. ¶Deus virtutum conuertere. i. teipm ad nos cle- » 15
Zachar. 1 menter conuerte, quemadmodum testatus es. Cõuertimini ad me, & cõuertar ad vos, ⌊ res- »
pice de cœlo⌋ oculo pietatis tuæ immensæ ⌊& vide⌋ indigentiã nostrã ⌊& visita⌋ in pro- »
pria persona ⌊vineam istam⌋. i. ecclesiãm tuã, visita quoq; corda humana quotidie p gratię »
infusionem, & spũalium bonorum augmentũ. ¶Et pfice eam⌋. s. ecclesiã, dando ei spũalem » 16
profectum & euãgelica consilia, qbus pficiuntur pcepta, ⌊quam plantauit⌋ in fide & indi- »
uidua charitate ⌊dextera tua⌋. i. misericordia tua, seu potentia tua benigna. Chrũs eñ sta- »
Matt. 8. biluit ecclesiam suam in terra, specialiter aũt vide ⌊& sup filiũ,⌋ hoc est Christũ, qui seipm »
Marci. 9 in euangelio sæpe appellat hominis filiũ, in cuius figura Ezechiel tam frequenter dictus est
Lucæ. 6. filius hominis, ⌊quem (Christũ) confirmasti tibi⌋ hoc est, inseparabiliter tuæ diuinitati cõ- »
iunxisti, tam secũdum vnionẽ personalem, q̃ scdm vnionẽ fruitiuã, & ita Chrũs homo pec-
care nõ potuit, nec aliquo modo separari à deo. Nam & in triduo mortis, corpus eius & ani
ma verbo manserũt vnita. Vel, super filium tuum dilectũ dñm Iesum, quẽ cõfirmasti tibi. i.
quem

A quem firmiter testatus es esse filiū tuū, confirmādo eū tibi in cōspectu hoīm, dicēdo ad eum tā in baptismo q̄ in monte sancto Hic est filius meus charissimus, in quo mihi cōplacuit. Si āt Lucæ.3. matt.3.17
17 " sic feceris. ¶Incensa igni, ⌋.i. peccata ex igne cōcupiscentiæ seu flamma inordinati amoris
" cōmissa, ⌊& suffossa, ⌋.i. peccata ex timore malo, deprimēte & humiliante proueniētia, ⌊ab
" increpatione vultus tui peribunt, ⌋.i. in peccatore pœnitente cessabunt per increpationem tui respectus, dū hominē paternaliter increpas, corrigendoq́ꝫ respicis, illuminas, & conuertis. In his vero qui in vitijs perseuerant, pereunt ista peccata.i. æternaliter dānabunt ab increpatione vultus tui.i. à rigore tuæ diuinæ iustitiæ, qñ peccatoribus dices: Ite maledicti in ignē æternū. Sciendū vero, q̄ sicut oīa opa meritoria veniunt ex bono amore, aut bono timore, sic oīa opa mala nascunt, aut ex malo amore, aut malo timore. Timor aūt ad amorē sicut ad causam atq; radicē reducit. Nō eñ timemus, nisi cuius oppositū amamus, idcirco oīa opa bona originalr ex amore diuino procedūt. Nā sine charitate nihil est meritoriū, oīa q̄q; mala Mat.25
18 " ex inordinato amore nascunt ¶Fiat manus tua ⌋.i. diuinitatis tuæ potētia ò deꝰ pr, ⌊super
" virū dexteræ tuæ ⌋.i. sup Christū hoīem, ita q̄ tua diuinitas, eius hūanitati in oībus cooperet & per eā nostrā salutem finaliter operetur, secundum q̄ ipse Chrūs ait: Pater in me manens,
" ipse facit opera, ⌊& super filium hominis ⌋.i. Christū filium deiferæ virginis, ⌊quē confir- Johan.18
" masti tibi, ⌋secūdum modū expositū, secunda pars exponit priorē. Dicit aūt Chrs vir dexteræ dei. Primo, qm̄ fauor, amor, gr̄a, & misericordia, & felix dei p̄sentia in oībus, plene eiꝰ humanitatē p̄uenit & beatificauit, prout scriptū est: Vidimus gloriā eius, gloriā quasi vnigeniti à patre, plenū gratiæ & veritatis. Secundo, qm̄ secundū diuinitatem æqualis est patri, quæ Johan.1.
B æq̄litas noīe dextræ designat. Tertio, qm̄ sedet ad dexterā dei patris. Iuxta illud: Dñs Iesus
19 " assumptus est in cœlū, & sedet à dextris dei. ¶Et nō discedimus à te ⌋.i. nō cessamus clama Marc.16
" re ad te, & inuocare p̄sentiam Christi, idcirco fiducialiter dico, quia ⌊viuificabis nos, ⌋vita gratiæ in p̄senti, & vita gloriæ in futuro, per meritū incarnationis & passionis dñi saluatoris
" Tu eñ dixisti: Ego dñs, super quo nō confundent oēs qui expectant eū, ⌊& nomen tuū in- Esaie.49
" uocabimus, ⌋ donec æternam beatitudinē impetremus. Non ergo discedamus à deo, si dif-
20 " ferat exaudire, dicamus cum Iob: Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. ¶Dñe deus virtu Job.13
" tū cōuerte nos, &c. ⌋ Ecce iā trina vice versum hunc repetit, qm̄ in summæ trinitatis visione nostra salus cōsistit. Et itē ad designandū affectus sui feruorē, huiusq; versiculi vtilitatē, dulcedinem, & virtutē. Est eñ hic versus admirabili potestate refertus, quia in eo petitur, q̄d ad nostrā salutionē requiritur, etiam eo ordine, quo petendundū est. Primo eñ à deo conuertimur, q̄a ab eo est omnis boni principium. Deinde diuinitus illustramur, & ita deinceps salui efficimur. Explicari nō potest quanta sit virtus, dignitas, atq; sententia huius versus. In eo nāq; q̄d dr̄, Dñe deus virtutū, tangit diuina maiestas, quæ est omniū potestatū origo, excitaturq; aīa nostra ad reuerentialē tanti dñatoris timorē, de quo scriptum est: Magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te, ò rex gentium? In eo quoq; q̄ ad Hiere.10
" ditur, conuerte nos, profitemur totam nostram perfectionem & salutem à deo penitus depēdere inchoatiue, prosequutiue, & completiue, in tantum, vt ipsa primordialis nostra conuersio sit dei largitio, quod Salomon innuens, sic orat: Sit dominus deus noster nobiscum, & inclinet corda nostra post se, vt ambulemus in omnibꝰ vijs eius. Quod autem prosequutio seu continuatio boni, sit donum altissimi Dauid, professus est, dicens: Domine deus custodi in 3.Regū.8
æternum hanc voluntatem eorum, & semper in veneratione tui mens ista permaneat. In eo 1.para.29
" autem quod sequitur, ⌊ostende faciem tuam, ⌋ accenditur, & certe merito incomparabili flāma amoris æstuare debet in nobis diuina dilectio. Quid eñ tam bonū, q̄d tam amabile, dul
C ce, pulchrū, salubre, iocūdū, & nobile, sicut videre faciē dei? O facies pulchra, ò pulchritudo īmensa, ò felicitas infinita. Promittitur nobis aspectus faciei creatoris nostri, sed quis eam videre dignus habebitur, nisi cuius anima fuerit ab omni immūditia depurata? Propterea: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Ecce si deum diligimus, affectuose dicamus, ostende faciem tuam, & tanto affectuosius quanto frequentius. Non eñ decet nos ex frequēti iteratione & longa consuetudine, in bono tepescere, pristinam solicitudinem perdere, aut remissius agere. Qui eñ opus dei non negligenter, sed reuerēter exoluit, quotidie in gratia crescit, sicq; de die in diem diuinum obsequium perfectius soluit. Indefinenter igitur dominum deprecemur, vt faciem suam nobis ostēdat, nunc quidem per fidem illuminatam, & gratiæ claritatem, contemplationemq; quotidie synceriorem, in futuro autem per speciem, & gloriæ lumen. Tanto demum faciem dei clarius, iocundiusq; conspiciemus in præsenti exilio, futuroq; seculo, quanto nunc affectuosius exoramus hunc versum, qui veraciter inæstimabili dulcedine superexuberat. Sed & totus hic psalmus præclarus est nimis, & liquet ex eo q̄ vehementissimo desiderio veteres sancti, Christi aduentum optabant, & turpe est nobis, si eius incarnationem iam factam, minori dilectionis feruore amplectimur, quàm illi futuri desiderabant. Matt.5.

¶ Argumentum.

¶Titulus. In finē (siue victori) pro torcularibus, Psalmus Asaph quinta sabbati. In psalmo isto intēdit propheta admonere fideles, q̄tenus cōtemptis caducis, perituris'q; mūdi rebus, lætabūdi ad cœlestia aspirēt. Interim'q; hortaf nos vt deū in iubilo magnificem⁹, nō idola, sed deū sup benedictū adorātes. Et nihilominus agit de acceptatiōe bonoꝝ, & cōtrà, de malorū reprobatiōe, ostēdēs q̄tū deus ingratitudinē detestef. Hinc in summa duas habet ptes, In q̄ꝝ prima mutanf boni quiq; ad iocūdas dei laudes, & vt ad meliora prouehanf. In altera aūt arguunf inordinato amore terrenis inhiantes, cœlestibus neglectis, ibi, Audi pplus meus. Author bipharia̅ expendit, iuxta sensum literalem, simul atq; tropologicum.

¶Expositio Tituli.

¶Est aūt psalmi iam perscrutādi titulus iste. In finem pro torcularibus quinta sabbati, psalmus ipsi Asaph. Titulus hic magis pertinere videtur ad mysticā, q̄ ad literalem psalmi præsentis explanationem, præsertim cū multa habeantur verba in eo, quæ nec in Hebræo ponūtur, nec in titulo Hieronymi iuxta Hebræum. Idcirco in sequenti explanatione, in qua psalmus iste spūaliter exponetur, præinductus quoq; titulus correspondenter explanabitur. Por-
Exodi. 12 rò Hieronymus in translatione sua iuxta Hebræū, talem titulum ponit, Victoria in torcularibus Asaph. Pro cuius intellectu habendo, pensandū, q̄ psalmus iste specialiter erat decātandus in festo tubaꝝ, quod fuit primo die Septēbris, circa quod tēpus solent esse completę vindemiæ in terra promissionis, quoniā calida est, idcirco tunc fiebant libamina sacrificiorum in tēplo, & ergo hic psalmus titulū sortif à torcularibus, vnde vina exprimunf, q̄a in eo redditur deo gratiaꝝ actio pro fructibus anni collectis. Ait ergo. E

¶Enarratio psalmi iuxta sensum literalem.



Xultate deo adiutori nostro, ⌋ .i. ad gloriā & honorē ac laudē dei, nos in om 1
ni bono adiuuantis per gratiam suam, tam cordialiter ac vehementer gaude
te in eo, vt ex abundantia interioris lætitiæ, foris erumpant signa gaudij in-
terioris. Dicif eñ exultatio quasi extra se saltatio, puta dum ex plenitudine
gloriæ interioris, extra manifestanf ei⁹ indicia, ⌊ Iubilate deo Iacob, ⌋ .i. in-
effabiliter intus gaudete, & foris affectuosissima laude deo cantare. Est enim
iubilus gaudiū animi, quod præ vehementi excessu, nec integre valet explicari, nec in toto
Baruch. 3 taceri. Dicif aūt deus vniuersoꝝ, specialiter deus Iacob, propter excellentissimam gratiam si 2
bi collatam. Vnde de deo ait scriptura: Dedit viam disciplinæ Iacob puero suo. ¶Sumite
psalmum, ⌋ vt eum deo deuote cantetis, ⌊ & date tympanum, ⌋ hoc est, non tantum voce,
sed etiam musico instrumento deum laudare, & simul cum sono tympani psalmos vocibus
decantetis. Solebant enim Hebræi in instrumentis musicalibus psalmos cantare, sicut nunc
in organis cantat ecclesia. Sic quoq; date, ⌊ psalterium iocundum cum cithara, ⌋ laudando
1. paral. 15 deum in talibus instrumentis, secundū quod Dauid instituit ¶Buccinate in neomenia ⌋ .i. 3
in die nouilunij, ⌊ tuba, ⌋ ad buccinandū formata, qm̄ Moyses iussit fieri tubā ad hoc. Iudæi
Nume. 10 / 2. Esdr. 5 autē in omnibus nouilunijs egerant festū in memoriā gubernationis diuinæ. In nouilunio
Leuit. 23 vero septimi mēsis cōmuniter occurrebat festū tubaꝝ, apud Hebræos valde solenne in me-
moriā redēptionis Isaac ab immolatione, prout in Leuit. legif. Idcirco nūc subdif, ⌊ in insi-
gni die solennitatis vestræ, ⌋ .i. in solenni festo tubaꝝ. Cur aūt hæc agere debeant, pandit. 4
¶Quia præceptū in Israel est, ⌋ qm̄ dn̄s iussit sic fieri in populo Israelitico, sicut habef in li F
Nume. 29 bro Num̄. ⌊ & indiciū deo Iacob, ⌋ .i. istud mandatū est à deo Iacob, qui hoc iustū esse dicta-
uit. Vel sic, iudiciū deo Iacob, ⌋ .i. iudiciū damnationis erit Iacob .i. populo ex Iacob nato à 5
deo omniū iusto iudice, si populus iste omiserit istud præceptū implere. ¶Testimoniū in
Ioseph posuit illud, ⌋ .i. deus istud præceptū cū attestatiōe proprij testimonij proposuit .i.
populo Iudæoꝝ p Ioseph designato. Propter hoc q̄ Iacob primogenita cōtulit ei, & ipse a-
Genes. 37 lijs fratribus suis sanctior atq; sublimior fuit, ⌊ cū exiret ⌋ Ioseph .i. pplus Iudæoꝝ, ⌊ de terra
Exodi. 12 Aegypti, ⌋ per manū Moysi, ⌊ linguā quā nō nouerat audiuit, ⌋ .i. legē diuinā à deo p Moy
sen sumpsit, quā ante nesciuit. Vel hoc ideo dicif, quoniā populus Iudæoꝝ cū accessisset ad
montē Sinai, audiuit deū, vel potius angelū dei sibi loquentē de medio ignis, propter q̄d ter-
Exodi. 20 riti, dixerunt ad Moysen: Non loquatur nobis deus, ne forte moriamur, sed loquere tu no-
Deute. 5 bis. Propter quod Moyses: Ecce (inquit) ostendit nobis dn̄s deus noster maiestatē suā, & p-
bauimus hodie, q̄ loquente deo cū homine vixerit homo, vocem eius audiuimus de medio
ignis. Vel q̄ dicit, linguam quam non nouerat audiuit, forsitan ideo dicit, quoniā filij Israel
in Aegypto nati & educti, cum venissent ad terras Amorræorum, Madianitarum, Moabita-
rum, Idumæorum, &c. linguas ignotas audierant. ¶Diuertit ab oneribus dorsum eius, ⌋ 6
Exodi. 1. hoc est, deus populum Iudæorum eripuit, à deportatione onerum, quæ portabant in terra
Aegypti ex imperio Pharaonis, construentes ei ciuitates tabernaculorū, vt patet in Exodo,

⌊ manus

A
⌊manus eius in Cophino seruierūt.⌋ Nā filij Israel in sportis collegerūt & detulerūt lateres,
seu alia quæq; necessaria ad structurā. Deinde mutat propheta personā, loquiturq; in psona
7 dei, subdēs. ¶In tribulatiōe inuocasti me, ⌋.i. ô popule Iudæorum dū in Aegypto affligeba-
ris à ppositis operum atq; Aegyptijs, vitā vestrā ad amaritudinē perducētibus, clamasti ad me Exodi. 2
pro liberatione, ⌊& liberaui te⌋ in manu forti & maximis signis. Hinc em̄ dn̄s ait ad Moy-
sen: Clamor filiorum Israel venit ad me, descēdiq; vt liberem eos, ⌊exaudiui te in abscondito Exodi. 3.
tempestatis, ⌋.i. in afflictione cordis tui occulta, qn̄ gemebundè suspirabas ad me, nō audēs
manifeste me inuocare aut conqueri propter Aegyptiorum formidinē ⌊probaui te apud aquā
contradictionis, ⌋ hoc est, ibi ostendi tuam ingratitudinē & peruersitatem. Vnde in libro Nume. 20
Nume. legitur: Hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel contra dn̄m. Potest
quoq; istud specialiter ad Moysen Aaronq; referri, qui circa hunc locū deū per incredulita-
tē offenderunt, propter quod terrā promissionis intrare prohibiti sunt, dicente ad eos do-
mino: Quia non credidistis mihi vt sanctificaretis me coram filijs Israel, nō introducetis hos
8 populos in terram quam dabo eis. ¶Audi populus meus⌋ peculiaris verba legis meæ, au-
ribus cordis & corporis, ⌊& contestabor te, ⌋ hoc est, testis ero verborum meorum, ope-
rumq; tuorum. Iuxta illud: Ego sum iudex & testis ait dominus, ⌊Israel⌋ id est, plebs Israeli- Hiere. 29
tica, ⌊si audieris me, ⌋ hoc est, si præcepta legis meæ impleueris, ⌊non erit in te deus recēs, ⌋
quem colas, quia nil tēporale aut creatū pro deo recipies, ⌊neq; adorabis deū alienū, sed me Exodi. 10
9 solū verū, æternumq; deū. ¶Ego em̄ sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terrra Aegy
pti, ⌋ & adhuc plura bn̄ficia dare paratus sum, nā ⌊dilata os tuum, ⌋.i. desiderium tuū aperi
ad recipiendū, & os corporale ad petendū, ⌊& implebo illud⌋ gratia mea, dando tibi quod
01 postulas. Cōsequenter ostēditur populi ingratitudo. ¶Et nō audiuit populus meus⌋ aure
B cordis, ⌊vocē meā, ⌋.i. verba pceptorum meorum, ⌊& Israel nō intēdit mihi, ⌋.i. nō aduertit ne
q; curauit me. Sed mihi apparet, q deus populū rebellē & inobedientē appellat populū suū,
præsertim cū de tali populo dicat. Non populus meus vos, & ego non deus vester. Et respō- Osee. 1.
dendum, sicut nunc sæpius dictum est, q populus Iudæorum etiam reprobus) dicitur populus
dei, in quantū à deo præ cæteris gentibus vocati erant, & multis beneficijs eius honorificati.
Ideo nanq; dn̄s ait: Sicut adhæret lumbare ad lūbos viri, sic agglutinaui mihi domū Israel, vt Hiere. 13
esset mihi in populū, & in nomen, & in laudē, & gloriā, & non audierunt. Sic quoq; dicūtur
dilecti à deo, secundum q dominus ait: Quid est, q dilectus meus in domo mea fecit scelera Hiere. 11.
multa? Non q vere atq; finaliter dilecti erant à deo, de quo dictū est supra: Odisti omnes qui Psal. 5
operantur iniquitatem, sed quantū ad beneficia eis à deo exhibita in præsenti, dicunt dilecti
11 Huius aūt ingratitudinis grauissima pœna mox subditur. ¶Et dimisi eos secundū deside-
ria cordis eorum, ⌋ hoc est, gratiā meā eis subtraxi, qua subtracta non præseruant à culpa, sed
concupiscentias suas sequūtur, & proprias cogitationes & inclinationes sectant, propter qd
additur, ⌊Ibūt in aduentionibus suis, ⌋ hoc est, in erroribus suis, & vitijs à se excogitatis vi- Leuit. 25
12 uent & perdurabūt. ¶Si populus meus audisset me, ⌋ id est, legē meā, ⌊Israel si in vijs me-
13 is, ⌋.i. in obseruantijs mandatorum meorum ⌊ambulasset. ⌋ ¶Pro nihilo, ⌋.i. tanquā nihil, seu
gratis, ⌊forsitan⌋.i. certitudinaliter, dūmodo ipsi in vijs meis perseuerassent, ⌊inimicos e-
orū humiliassem, ⌋.i. septē gentes terræ promissionis, & cæteros gentiles eorum hostes deie-
cissem, atq; potestati eorum subiugassem, sicut per Moysen sæpe promisit, ⌊& super tribulan-
tes eos, ⌋.i. super persequutores eorum ⌊misissem manū meā, ⌋.i. potestatē meā, & vltionem
14 iustitiæ meæ extendissem. ¶Inimici domini, ⌋.i. Iudæi ingrati, de qbus Moyses loquitur: Nume. 20
Audite rebelles & increduli, ⌊mentiti sunt ei, ⌋.i. ad iniuriā eius, qui non impleuerūnt quod
C spoponderūt, dicentes: Om̄ia quæ loquutus est dn̄s, faciemus. Nam paulo post vitulū aureū Exod. 24
adorauerūt, ⌊& erit tēpus eorum in secula, ⌋.i. dānatio & pœna eorum in æternū durabit, qm̄ in Exodi. 32
inferno fine sine cruciabūtur. Vnde dominus dixit ad Moysen: Ego in die vltionis visitabo
hoc peccatū eorum. ¶Et cibauit eos, ⌋ hoc est, nō obstante prædicta ingratitudine Iudæo- Ibidem.
15 rū, deus cibauit illos ⌊ex adipe frumenti, ⌋ scilicet pane cœlesti seu manna, quod adeo dulce Exodi. 16
fuit ac si de simila & adipe factū fuisset. Vel sic, Cibauit eos ex adipe frumēti, ⌋ qm̄ postq̄ in- Sapiē. 16
gressi sunt terrā promissionis tritico abundantē, aluit eos pane, de simila tritici facto, ⌊& de Exodi. 16
petra melle saturauit eos, ⌋ id est, melle emanante de petra. Nā terra promissionis dicitur la- Deute. 32
cte & melle manare. Apes nanq; in rupibus terræ promissionis mellificant, & ita de locis pe-
trosis mel satis copiose colligitur.

¶Explanatio Tropologica siue moralis eiusdem psalmi.

SPiritualē deniq; intellectū sequēdo, titulus psalmi huius, in principio pcedētis exposi
tionis positus, ita exponit. Psalmus iste in finē, q Chrūs est nos dirigens, proponit &
cantat, ipsi Asaph.i. cōgregationi fideliū p Asaph designatæ, & agit hic psalmus pro
torcularibus.i. de tribulatoibus seu ecclesijs pssura tribulationū afflictis, qbus mali se-
parant à bonis, q separatio designata est, quinta sabbati.i. quinta die hebdomadæ, qua ex

 aqua

aqua producti sunt pisces, auesq́;. Remanseruntq́; pisces in aqua, & aues cõscenderũt in aera. D
Per qd pfiguratũ est, q̃d in ecclesia Chri cõtingit. Oẽs eñ Chriani in fonte baptismatis spũa
liter producunt & regenerant, sed quidã eorꝫ manẽt in terra trãsitorijs inhærẽdo, cæteri vo-
lant in altũ, amãdo cœlestia. Itaq; ò vniuersi filij ecclesiasticæ cõgregatiõis. Exultate deo ad-
iutori nostro, videlicet summæ trinitati, simplici deo, iubilate deo Iacob. i. supplãtantiũ vi-
tia. Per Iacob nãq;, q interptat supplãtator, cõculcatores vitiorꝫ intelligunt. Versiculus iste
spũali hilaritate redundat. Est eñ exhortatio iocũdissima, admonitio saluberrima, doctrina
prorsus angelica. Quid eñ tã cœliforme, angelicũ, deiforme, ac splendidũ, sicut in deo exul-
tare & dño iubilare, congaudendo infinitæ perfectioni creatoris, infinitæ beatitudini di-
uinitatis, infinitæ iocunditati supergloriosissimæ trinitatis? Hoc nẽpe est præclarissimũ ex-
ercitiũ summæ virtutis, videlicet charitatis diuinæ, quo esse non potest sublimius in seculo
isto. Quanto eñ dignitati & gloriæ domini dei nostri cordialius congratulamur, tanto eũ
ardentius diligere comprobamur, quo autem deũ calidiori mente amamus, eo deformiores ac
nobiliores consistimus, qm̃ summa nobilitas mentis creatæ est amor diuinus. i. actualis dile-
ctio superbenedictæ diuinitatis. Sumite psalmũ, hoc est, bonã operationẽ à gratia dei acci-
Philip. 2. pite, quam operationem nõ nisi à deo habere potestis, qm̃ (sicut ait apostolus) ipse est q ope
ratur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate, id est, ex sua voluntate benigna, ad
Esaiæ. 26 quem Esaias loquens: Domine (inquit) dabis pacem nobis, omnia eñ opera nostra operatus
es in nobis. Vnde & Christus ait discipulis: Sicut palmes à semetipso non potest ferre fru-
Iohan. 15 ctum, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me mãseritis, & date tympanũ. i. dulcem reddite
sonũ, dei auribus beneplacentem, qui vtiq; non est proprie sonus sensibilis atq; exterior, sed
intellectualis videlicet mortificatio carnis, & castitas sancta, quæ etiã est odor bonus. Quẽ- E
admodum nanq; tympanũ. i. corium in ligno expansum, non nisi percussum dulciter sonat,
sic caro castigationibus pœnitentialiũ flagellorꝫ lassata & attenuata domino placet, & sua
operatio coram altissimo sonat. Sumite quoq; psalterium iocundũ cum cithara, Psalterium
quod à superioribus sonat, & decem cordas habet, designat decalogum legis diuinitus datũ.
Cithara vero habens sex cordas, & ab inferioribus sonãs, significat sex opera misericordiæ.
Est igitur sensus. Sumite psalteriũ iocundum cũ cithara. i. diuinæ legis præcepta implete, va
cando cœlestibus, sed cum cithara, quatenus simul exerceatis opera misericordiæ, quoniam
non debetis sic esse intenti cœlestibus, vt negligatis succurrere proximorꝫ necessitatibus.
Buccinate ò Christifideles, hoc est, audacter & amorose sonate dei præconia, vestra peccata
& proximorum documenta, ita vt deum laudetis, vosipsos vituperetis, & proximos instru-
atis, in neomenia, id est, in exordio illuminationis vestræ à sole iustitiæ, scilicet insigni die so
lennitatis vestræ interioris, quando videlicet spũs sanctus venit ad vos, & mansionẽ sibi facit
in vobis, tunc eñ gratiam vobis concessam, alijs libenter debetis cõmunicare. Sic autẽ buc-
cinate tuba, hoc est, verbo dei. Quia præceptũ in Israel est. i. ecclesiæ Christianorꝫ deum per
fidem speculanti, diuinitus iussum est taliter facere. Christus eñ in euangelio damnat seruũ,
Matt. 18 qui talentũ sibi concessum abscondit. Et Paulus vult vt singuli, non quæ nostra sunt, quæra-
1. Cor. 10 mus, sed quæ aliorꝫ. Propter quod scriptũ est: Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, quę
Eccl. 4. vtilitas in vtrisq;? Deniq; excellentissimus apostolici ordinis princeps euidentius atq; præ-
1. Petri. 4 clarius loquens. Vnusquisq; (inquit) sicut accepit gratiam, in alterutrũ illam administrantes, F
sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Testimoniũ in Ioseph posuit illud, hoc est,
in populo ex gentilitate ad Christum conuerso, & ecclesiæ addito. Ioseph eñ interpretatur
augmentum, sicq́; per eum signantur ex gentibus Christo per fidẽ adducti, & his deus testa-
tus est præceptũ prædictũ, vt patet ex authoritatibus allegatis, cũ exiret de terra Aegypti. i.
cum gentiles in Christũ credentes, egrederentur de pristinis suis obscuritatibus, vitijs & ig-
norantijs, linguam quam non nouerat, audiuit. i. tunc audire cœperunt euangelicam prædi-
cationem, apostolicamq́; doctrinã ante ipsis prorsus ignotam. Propter quod Athenienses
ad Paulũ dixerũt: Volumus scire quæ est hæc noua, quæ à te dicitur, doctrina. Noua eñ quæ
Actorꝫ 17 dam infers auribus nostris. Tunc quoq; cũ sic de Aegypto exiret hic populus, deus. Diuertit
ab oneribus dorsum eius. i. à pondere vitiorꝫ, à seruitute peccati, à iugo mundi, carnis, atque
Matt. 11. diaboli. Talibus eñ clamat Christus: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & e-
go reficiam vos, manus eius, hoc est, operationes populi huius antequã conuerteretur ad de
um, in cophino. i. in vasis immunditiarꝫ ac sordium, vitiorꝫ seruierunt legi peccati, imò pec-
cato ac dæmoni. Dum eñ peccator vitijs immoratur, manus operationũ suarꝫ tenet in vase
peccati. i. in actione inordinata, seu voluntate peruersa, in quibus culpa fundat. Deinde Chri
stus ait ecclesiæ, cuilibetq́; deuoto. In tribulatione. i. persequutione, tentatione, seu alia qua-
cunq; molestia, inuocasti me, quod est tutissimũ, saluberrimumq́; remedium, idcirco quãdo-
cunq; affligimur, siue à dæmone, siue à malis hominibus, siue à proprijs passionibus, deũ inuo
care debemus cum omni fiducia atq; constantia, & ita efficiemur securi, nam exaudiemur,
sicut

A ſicut ſubiungitur, & liberaui te, exaudiui te in abſcondito tempeſtatis, tempore diabolicæ
ſuggeſtionis ſeu intimæ afflictionis, quando ad aliũ nullũ confugere poteris. Deniq; hoc de-
bet eſſe ſumma & vnica conſolatio omni afflicto, ꝙ certiſſimũ eſt deũ maxime adeſſe afflictis Pſalm. 33
quoniam promptus eſt ſuccurrere eis, ſicut ſuperius dictũ eſt. Iuxta eſt dñs his qui tribulato
ſunt corde. Inferius quoq; ipſe teſtatur: Cũ ipſo ſum in tribulatione. Propterea viri perfecti Pſal. 90
in tribulationibus gaudent, & in eis libenter exiſtunt propter præſentiam dei, ſed pro patiẽ
tia & fortitudine animi dominũ deprecantur, probaui te apud aquã contradictionis, id eſt,
apud quãcunq; aduerſitatẽ & reſiſtentiã, qua tibi in bono reſiſtitur ab hoſtibus tuæ ſalutis, vi
delicet mundo, carne & diabolo. Aduerſitas eñ & reſiſtentia quã ſuſtinet homo in via dei,
ab his qui moliuntur eũ à bono opere auertere, declarãt an homo vere, fideliterq; deo adhæ-
reat. Vnde Moyſes ait: Adduxit te dominus vt affligeret atq; tentaret, & notum fieret vtrũ Deute. 8.
cuſtodires mandata illius, an non. Et iſta eſt ratio cur deus permittit famulos ſuos talia impe
dimenta pati, videlicet vt probentur & innoteſcat vtrũ ſyncere quærãt iuſtitiã, ſicq; gratiã
ampliorem acquirant, & alijs in exemplum proponantur. Propter quod ſcriptũ eſt: Tanquã Sapien. 3
aurum in fornace probauit electos dominus, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit eos. Audi
populus meus, qui à me Chriſtianus vocaris, qui etiam Iſrael diceris. i. deũ per fidem conſpi Deute. 6
ciens, tu ergo ſi audieris me, implendo præcepta mea, ita vt deũ tota anima, toto corde, &
tota fortitudine diligas, non erit in te deus recens, hoc eſt, me nõ derelinques, & nec alijs ma Roma. 1.
gis ꝗ mihi adhærebis. Non ſeruies creaturæ potius ꝗ creatori, non magis amabis ventris in-
gluuiem, carnis luxuriam, mundi honorem, temporalia bona, ſiue pecuniam, ꝗ me ſummũ,
B atq; incommutabile bonũ. Qui eñ caſtitatem relinquit & voluptati deſeruit, recentem ſuſ-
cipit deum, quoniã luxurioſi deus eſt ſua dilecta, guloſi deus eſt venter, auari pecunia. Quod Philip. 3.
eñ quis amplius cogitat, amat, & colit, hoc deus ipſius eſſe conuincitur. Ego eñ vnigenitus
dei propter te incarnatus, ſum deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, hoc eſt, de hoc ſecu-
lo nequam, videlicet de caligine culpæ & tenebris ignorantiæ, per mortis meæ meritum &
ſanguinis pretium, per gratiam baptiſmalem, per virtutum infuſionem, & ſpũs ſancti multi-
plicem illuſtrationem, dilata os tuũ, & implebo illud, id eſt, ad gratiam te diſpone, & eam re-
cipies, miſericordiam meã implora, & faciam tecum miſericordiam, inuita me ad cordis tui
hoſpitium, & ingrediar illud. Ego eñ ſto ad oſtium & pulſo, ora pro illuminatione interna, Apoca 3.
& dabo tibi ſapientiæ claritatem, quemadmodũ ſpondet apoſtolus meus, dicens: Si quis in- Iacobi. 1.
diget ſapientia, poſtulet à deo & dabitur ei. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. Ad minus
eñ recipiet illam, quæ eſt donum ſpũs ſancti, quam habet omnis qui gratiã gratum facientẽ
ſortitus eſt. Itaq; dilata os tuũ, hoc eſt, aperi cor tuum, obicemq; depone & implebo illud, qa Eſaie. 59
non eſt abbreuiata manus mea, vt ſaluare non valeat. Et non audiuit populus meus, qui ſolo
nomine Chriſtianus eſt, ſeu per fidem & non per charitatẽ, qui ſe dicit noſſe deũ, & factis ne-
gat, vocem meam, id eſt, præcepta & exhortationem ſacræ ſcripturæ. Sic eñ reprobi dicũ Tit. 1.
tur, populus Chriſti, quomodo ipſe in Euangelio ait cuidã: Amice quomodo huc intraſti nõ Matt. 22
habens veſtem nuptialem? Et ſicut de aliquibus dicitur: In propria venit, & ſui eũ non rece- Iohan. 1.
perunt. Idcirco. ¶ Et dimiſi eos ſecundũ deſideria cordis eorũ. Hæc eſt maxima vltio dei,
C dum hominẽ exigentibus ſuis peccatis ſibiipſi relinquit, hoc eñ tam malũ eſt, ꝗ bonum eſt à
domino conſeruari in præſenti vita, filialiter corrigi, à vitijs cohiberi. Vnde certiſſimum ſi-
gnum diuinæ reprobationis atq; futuræ damnationis eſt, nunc in omnibus proſperari ad li- Apoca. 3.
bitum, à deo relinqui iuxta proprium deſiderium, nec flagellari cũ filijs adoptionis. Ideo nã-
q; dominus ait: Ego quos amo, arguo & caſtigo. Apoſtolus quoq; ad Hebræos: Quis filius Hebr. 12
quem non corripit pater? Quod ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes,
ergo adulteri & non filij eſtis. Et hoc quoq; Salomon monet: Diſciplinam domini fili mi ne Prouer. 3
abijcias, & ne deficias, cũ ab eo corriperis. Quem eñ diligit dominus, corripit, & quaſi pa-
ter in filio complacet ſibi. Si ergo beati eſſe optamus, in præſenti vita pro noſtris exceſſibus Ibidem
caſtigari deſideremus, penſantes prudentiſſima mente illud Iob: Beatus homo qui corripitũ à
domino. Increpationem ergo domini ne reprobes, quia ipſe vulnerat & medetur. Hinc in- Iob. 5
ſuper angelus dixit Tobiæ: Quia acceptus eras domino, neceſſe fuit vt tentatio probaret te. Tobie. 12
Vnde ex perſona omniũ electorum teſtatur ſcriptura: Nã ſicut in alijs nationibus dominus 2. mach. 6
patienter expectat, vt eas, cũ iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorũ puniat, ita & in
nobis ſtatuit, vt peccatis noſtris in finem deuolutis, ita demũ in nos vindicet, propter quod
nunquã miſericordiã ſuam à nobis amouet, corripiens vero in aduerſis, populũ ſuũ non de-
relinquit. His autem verbis præmittit quod viciſſim allegatũ recordor. Etenim multo tẽpo- Ibidem.
re non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij
eſt indiciũ. Si populus meus audiſſet, &c. Pro nihilo forſitan inimicos eorũ viſibiles & inuiſi
biles, humiliaſſem, quoniã ego ſuperbos humilio, & ergo dæmones ſuperbientes vehemen-
ter humilio, dũ eos à ſeruis meis humilibus vinci, fugariq; facio. Ideo nanq; dicit apoſtolus: Roma. 16

Deus pacis conteret Satanam sub pedibus vestris velociter,& super tribulantes eos misissem D
manũ meã,electos protegendo & illos opprimendo,saltẽ post terminũ vitæ præsentis. ⌊Ini-
Lucæ.19 mici domini.i.mali Christiani,de quibus Christus ait in euangelio:Inimicos meos,qui no-
luerunt me super se regnare,adducite huc & occidite coram me,mentiti sunt ei.i.promissio
nem illã fregerunt,quã in fonte baptismatis fecerunt,promittentes se abrenuntiaturos Sata
næ & eius operibus.Omnes quoq; qui post confessionẽ,pœnitentiam,& sacrã cõmunionẽ
Michæ.6 ad pristina vitia reuertuntur,nec student coram deo ambulare solicite,inimici sunt Christi
mentiunturq́; ei,& erit tẽpus damnationis eorũ in secula.i.in æternũ,quoniã ibunt in ignẽ
æternũ.Non est tamen hoc ita sumendũ,quasi post diẽ extremi iudicij tẽpus erit.Nã primi
Apoca.10 mobilis motu cessante,cessabit & tẽpus,iuxta illud:Angelus leuauit manũ suã ad cœlũ,& iu-
rauit per viuentẽ in secula seculorum,quia tẽpus vltra non erit.Et cibauit Christus illos,scili-
cet Christianos,ex adipe frumenti.i.sacramento corporis sui sub forma panis triticei,& de
petra melle.i.melle quo designatur dulcis effectus sacramenti corporis Christi,videlicet cõ
solatio spũalis,infusio gratiæ sacramentalis,impinguatio mẽtis,hoc melle fluente de petra,
id est,Christo,seu merito passionis & sanguinis eius.Nam per meritũ Christi datur nobis
quicquid gratiæ participamus,saturauit eos saturitate interiori,dando eis desideriũ cordis
sui. Ecce psalmũ spũali doctrina repletũ,& diuina beneficia recolentẽ,hominũ ingratitu-
dinẽ,dei quoq; vindictã breuiter cõmemorantẽ,audiuimus. Elaboremus itaq; omnia hæc
ad nostrã informationẽ trahere,deo exultare & iubilare,diuinorum beneficiorum reminisci,sa-
cramenti Christi gratiã adipisci,summe ac diligentissime præcauentes,ne tam inæstimabi-
libus beneficijs Christi inueniamur ingrati.Quæ autem nunc omissa sunt,in præcedenti ex-
positione patent. E

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXXXI.

¶ Argumentum.

¶ Titulus.Psalmus Asaph.Propheta ppendẽs cæcitatẽ Iudæorum,q,cũ Christũ haberẽt p-
sentẽ in medio sui,opa miraculorum ppetrantẽ,qbus doctrinã suã fructuosissimã cõprobaret,
nõ iã ipm cognouerũt,neq; crediderũt in ipm.Intẽdit ,pinde incredulã illã synagogã eò de-
ducere,vt in Chro vero Messia vtrãq;,nẽpe diuinã atq; hũanã crederẽt naturã,q̃tenus p fidẽ
filij dei noĩent,& sint re ipsa.Arguit itaq; eã & increpat iniquorum iudiciũ aduersus Christũ,q
bus & pdicit suã dãnationẽ & pœnã.Duas igit habet partes iste psalmus.In prima ponit ex-
cæcatio synagogæ Iudæorum.In alia vero imprecatio pœnæ illi infligẽdæ,ibi,Exurge deus
iudica terram.Author ad literam quoq; de iniquis iudicibus exponit.

¶ Expositio Tituli.

¶ Breuis hic psalmus,breui & facili titulo prænotatur,dũ dicitur.Psalmus Asaph.Dicitur
eñ psalmus Asaph,vel quia ab eo compositus est,vel quoniã congregationi per Asaph desi-
gnatæ proponit.Ad literã quoq; dicitur psalmus iste esse conscriptus cõtra iudices iniustos,
eorum peruersitatẽ redarguẽs,diuinã'q; iustitiã cõtra eorum iniustitiã postulans.Ait ergo.

¶ Enarratio psalmi.



Eus stetit in synagoga deorum.⌋ Deus incorporeus & immẽsus,in quo nullus »
est situs locus secundũ naturã diuinitatis,dicit in synagoga deorũ,id est,in cõ
gregationibus iudicum stetisse & stare,quoniã ipse vbiq; est,& omniũ ver-
ba ac opera intuetur,pensat,& iudicat,maxime tamen & districtissime iudi-
cum corda,verba & facta considerat.Dicuntur autem iudices dij,iuxta illud:
Exodi.22 Ad deos vtriusq; causa perueniet,id est,ad iudices.Vnde & iterum Moyses
Dijs (inquit) non detrahes.⌊In medio autem,⌋ deus in medio vniuersorum existens.Vel,in »
medio,secundum æqualitatem iustitiæ,⌊deos,⌋ id est,iudices,⌊dijudicat,⌋ hoc est,impios »
Sapiẽt.6 iudices reprobat,& bonos à malis discernit.Vnde in libro Sapientiæ scriptum est:Audite F
reges,& discite iudices finium terræ,quoniam data est vobis à deo potestas,qui interro-
gabit opera vestra,cogitationes vestras scrutabitur,quoniam cum essetis ministri regni il-
Ibidem lius,non recte iudicastis,neque custodistis legem iustitiæ.Horrende & cito apparebit,
quoniam iudicium durissimum in his qui præsunt,fiet. ¶ Vsquequo,⌋ ò iudices impij, » 2
⌊iudicatis⌋ iudicio approbationis,⌊iniquitatẽ⌋ illam excusando,laudando,aut occultan- »
do,⌊& facies peccatorum sumitis,⌋ id est,personas malorum accepratis,iustificando causam »
1.Regũ.8 eorũ amore propinquitatis aut munerum,vel timore potestatis ipsorum,hoc valde iniquũ est,
& contra documentũ gloriosi regis Iosaphat,cuius verba omnium iudicum plenissime in-
structiua sunt.Scriptum est eñ de eo:Præcepit Iosaphat iudicibus.Videte quid faciatis.Nõ
2.Par.19 enim hominum iudicium exercetis,sed domini,& quodcunq; iudicaueritis,in vos redunda
Ibidem bit.Sit timor domini vobiscum,& cum diligentia cuncta facite.Deinde propheta admonet
iudices ad emendationẽ. ¶ Iudicate⌋.i.iustũ iudiciũ facite,⌊egeno & pupillo,⌋ q seipsos » 3
defen-

A “ defendere nequeunt contra potentes & diuites ⌊humilem & pauperem⌋ spiritu non auarum
“ aut impium ⌊iustificate⌋.i.iustum esse dictate, sicut veraciter est. ¶Eripite pauperem⌋ De
“ violenta impetitōe potentis ⌊& egenū de manu⌋.i.iniusta potestate peccatoris ⌊liberate.⌋
Talis iudex erat beatus Iob, qui de seipso testatur: Cum sederem quasi rex circumstante exer- Iob.29
citu, eram tamen merentium consolator. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperū,
& causam quam ignorabam diligentissime inuestigabam. Et hoc est quod dominus admonet Esaie.1.
Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Consequen-
5 “ ter inducitur causa erroris & iniustitiæ iudicum iniustorum. ¶Nescierunt⌋ regulas iu-
“ ris ⌊neq; intellexerunt⌋ subtiliter intentionem legislatoris seu legum, sed sicut sonant sic eas
“ intelligunt ⌊in tenebris⌋ cordis & operum.i.in cogitationibus rudibus atq; iniustis operibus
“ ⌊ambulant, mouebunt⌋.i.Chrm iudicem formidabūt saltē in die iudicij ⌊omnia fundamēta
“ terræ⌋.i.omnes principes terreni, qui aliorū fundamenta atq; colūnæ esse deberēt Vel, moue Luce.21.
bunt oia fundamenea terræ, hoc ē, elemētum terrę mouebitur, quoniam vt dicit sapiens: De Sapiæ.5
us armabit creaturam ad vltionem inimicorum, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra
insensatos. Quamuis ó iudices mali tam indigni sitis, propter vestram abusionem atq; maliti-
6 “ am, tamen ¶Ego dixi dij estis⌋ Quia per Moysen vocaui vos deos, propter potestatē desu Exo.22
per vobis datam, & quia ad vos sermo dei dirigitur. Hæc verba Christus allegat, loquens Iu-
dæis. In lege (inquit) vestra scriptum est: Ego dixi dij estis, ꝙ quare dicitur, subiungit, illos di Johan.10
xit deos, ad quos sermo dei factus est. Dicuntur autē iudices dij, non per naturam, sed per di-
uinæ proprietatis participationem, videlicet quoniam alijs prouidere & præesse debēt, quod
“ deo propriè competit, ⌊& filij excelsi omnes⌋ Hoc dupliciter accipi potest, secūdum ꝙ ex-
B celsi accipi potest singulariter & pluraliter. Si eñ singulariter accipiatur, sensus est, vos iudi-
ces estis filij excelsi, scilicet dei sublimis, quia ad eius imaginem conditi estis. Si vero sumatur Genes.1
pluraliter, sensus est: Vos iudices estis filij excelsi.i.sublimes, quoniam cæteris filijs hominum
7 “ præsidetis ac imperatis. ¶Vos autem sicut homines (cæteri) moriemini⌋ In anima dū pec-
caueritis, atq; in corpore dum hora à deo præfixa aduenerit, nec poterit vos à morte eripere
“ vestra potestas ⌊& sicut vnus de principibus⌋.i.angelis apostaticis & supbis ⌊cadetis⌋ nūc
in foueam culpæ, & postmodum in lacum mortis æternæ, nisi modo vixeritis iuste. Et quoni
am vltio ista à nullo infligi potest nisi à deo, qui solus est dominus dominorum, & princeps ac
iudex regum ac iudicum terræ, ideo quatenus nullum malum maneat impunitum, Asaph im Hebre.12
8 “ plorat diuinum iudicium. ¶Surge deus⌋ Hoc est, ad actum iustitiæ tuæ procede, sine mo- Actor.10
“ tu ac mutatione ⌊iudica terram⌋.i.omēs habitantes in terra, seu homines vniuersos p Iesum
“ Christū, quē constituisti iudicē vniuersorū ⌊quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus⌋
hoc ē, omēs gētes tanq̄ hęreditatē quandam tibi subijcies, pręsertim in die iudicij, quia extūc
erūt electi pfecte immobiliterq; subiecti ordini tuæ misericordiæ, reprobi vero ordini tuę iu
stitię, qm̄ culpa tūc erit p pœnā ad quandā iustam ordinationē redacta. Augustinus aūt, &
eū sequētes exponūt hūc psalmū de Chro, & sacerdotibus ac scribis Iudæorū, vt sit sensus: De
us.i.Chrus dei filius homo factus, de quo ait Iohānes: Hic est verus deus, & vita æterna stetit 1.Johan.5.
corporalibus pedibus suis in synagoga deorū, q frequēter in synagogis ac tēplo Iudæorū pdi
cauit, atq; miracula fecit, quēadmodū dixit ad Annā: Ego semp docui in synagoga & in tem Johan.18.
plo, quo oēs Iudæi conueniūt. Et cū factus esset annorū duodecim, inuētus in tēplo à mre, di- Luce.2
C xit: Nesciebatis q in his quę pris mei sunt, oportet me esse? Quod etiā prophetatum est ita. Malac.3.
Statim veniet ad tēplū suū dñator quē q̄ritis, & angelus testamenti quē vos vultis. Dicunt āt
sacerdotes dij, ppter rōnē prędictā, q erāt principes & iudices ppli. In medio aūt synagogæ
Chrus deus & homo deos.i.sacerdotes & primos Iudæorū dijudicat.i.redarguit, reprobat, &
condēnat. Sępe eñ (vt Euāgelistæ testant) Chrs in tēplo sacerdotes increpauit. Propter q̄d
Malachias de Chro loquēs. Ipse (inq̄t) q̄si ignis cōflans, & purgabit filios Leui, & colabit eos Malac.3
quasi aurū. Insup ppheta sacerdotes magistratusq; tēpli redarguēs, ait: Vsq; quo iudicatis ini Matt.27
q̄tatē.i.q̄diu iudicādo approbabitis verba & dicta eorū, q dño saluatori obloquunt, dicentes
eum eē seductorē, & facies pctōrū sumitis.i.falsos testes laudatis & acceptatis, q falsum testi- Luce.9.
moniū cōtra Chrm locuti sunt. Iudicate egeno & pupillo.i.Chro, q erat egenus, qm̄ non ha
buit vbi caput reclinaret, & pupillus, qm̄ sicut in cęlis habuit patrē sine mre, ita in terris mrem
sine pre humilē & pauperē.i.Chrm q de se ait: Discite à me, q mitis sum & humilis corde, iu Matt.11.
stificate.i.iustū esse asserite, & nolite cōtra eū blasphemias dicere. Eripite pauperē Chrm de
morte, & nō Barrabā homicidā atq; latronē, cuius contrarium ó principes sacerdotum feci-
stis, psuadentes populo vt peterēt Barrabā, Iesum vero pderēt, & egenum Christum de ma- Matt.27.
nu peccatoris.s.Iudæ proditoris, Pilati, vel Caiphæ liberate. Nescierunt hi principes Iudęo Sapiæ.2.
rum Iesum esse Christum, quoniam excæcauit eos malitia eorum. Et si cognouissent, nunquā 1.Cor.2.
dominum gloriæ crucifixissent. Vnde Petrus loquens Iudæis: Frēs (ait) scio q p ignorātiam Actor.3.
peccastis, sicut & principes vestri neq; intellexerūt doctrinam ipsius esse à deo, sed dixerunt.

Luc. 13 Hunc inuenimus subuertētē gentē nostrā. Miracula quoq; ipsius, principi dæmonū asscripserūt, D
Matth. 9 in tenebris perfidiæ ambulāt, propterea mouebunt om̄ia fundamēta terræ. i. terra Iudæorum tā
horribiliter vastabit, destruet & comburent ciuitates ipsius, habitatoresq; occident q̄ p̄ nimia p
turbatōe videbit ipsa terra moueri, & interius concuti, q̄ oia à Romanis facta sunt loco & Gēti
Lucæ 19 Iudæorum, in vltionē sanguinis Chri, quēadmodū Chrs p̄dixit: Ego dixi dij estis, hoc de Iudæo
rum pricipibus dr: Propter rōnem de alijs iudicibus assignatā. Surge deus. i. tu vnigenite dei,
q in morte occubuisti, & in sepulchro dormisti, surge tertia die à mortuis, iudica terrā. i. iusto
Esa. 63 iudicio damna hos terrenos atq; carnales Iudæos, quēadmodū p̄testaris. Calcaui eos in furo
Ibidem. re meo, & cōculcaui eos in ira mea. Dies em̄ vltionis in corde meo, annus retributōis meæ ve
nit, qm̄ tu hæreditabis in oībus Gētibus. i. in pplo Iudæorum excæcato & derelicto, tu p præ di-
cationē Apostolorum, totū mūdum hæreditarie possidebis, regnādo p fidē & grām in cordibus
oīm gētiū, ad fidē catholicā cōuersarum, quēadmodū de te ait scriptura: Oēs ppli tribus & linguæ
Dani. 7 seruiēt ei. Hunc versum allegat Augustinus cōtra hæreticos, p̄cipuè cōtra Donatistas, probās
ex eo q Chrs ex morte resurgēs, nō solum in vno angulo terræ seu modico pplo, vt erat pars
Donati, sed in toto mūdo, in cūctisq; Gētibus p fidē regnaret. Adducitq; Augustinus ad hoc
Acto. 1. verba Chri, quæ post resurrectionem dixit Aplis: Eritis (inquiēs) mihi testes in Hierlm, & in
om̄i Iudæa & Samaria, & vsq; ad vltimū terræ. Ex quo sequi videt, q psalmus iste, scd̄m Au-
gustinū, ad lrām de Chro passo & resurgēte, atq; principibus sacerdotū loquat, maximè qm̄
(scd̄m Augustinū) per scripturas pro fide nō valet, nisi ex sensu lrali. ¶ Postremo exhorrandi
essent ex Psalmo p̄senti pastores ouiū Chri, & iudices ppli Chriani, vt in om̄i iudicio circūspe
Matth. 5 cti, cauti, & iusti cōsistāt, pēsantes se iudicē habere in cœlis, q vsq; ad nouissimū quadrantem,
exiget rōnē ab eis de om̄ibus, quæ circa subditos commiserūt aut omiserunt.

## COMMEMTARIVS IN PSALMVM LXXXII.

### ¶ Argumentum. E

¶ Titulus: Canticū Psalmus Asaph. In hoc Psalmo Propheta monet iustos ad patiētiā, do
cens interim dep̄cari aduersus hostes Ecclesiæ, quatenus liberent à Satellitibus Antichri, quo
rum malitiā referēs, declarat p exēpla veterum, hmōi iuste à deo punitos, id q̄d p scd̄m Chri ad
uētum fieri rogat. Duo autem præcipuè agit. Primo equidem prædicit Ecclesiæ futuram de-
structionē, porrò imprecādo p modū querelæ describit tyrānorum cōtra dei electos psecutio
nem. Deinde petēs vltionē in vindictā determinat pœnā, qua ipsos puniēdos optat, ibi: Fac il
lis sicut Madian. Author iuxta lrām expendit illū de diuersis hostibus Iudæorum. Et nihilomi-
nus iuxta tropologiam mores hominum ex eo componit.

### ¶ Expositio Tituli.

¶ Deniq; Psalmi iam ptractandi titulus iste est: Canticū Psalmus Asaph, hoc est, Canticū
præsens est Psalmus Asaph vel qa ab eo est æditus, vel qa cōgregationi fideliū p Asaph, q in-
terpretat congregatio, designatæ proponitur. Præsens etem̄ Psalmus ad literam scriptus est
de diuersis hostibus populi Iudæorum, & orat Propheta pro iusta deiectione, & pœna aduer
sariorum populi sui, aitq;:

### ¶ Expositio Psalmi literalis.



Eus ⌋ æternæ atq; omnipotens, deus Israel, deus patrum nostrorum ⌊ quis si- "
milis erit tibi ⌋ similitudine vniuoca, essentiali, & perfecta: nullus vtiq;, quoni "
am tu solus cuncta in infinitum excedis, & tui comparatione est totus mun F
2. Mac. 1. dus, quasi puluis exiguus. De te enim veraciter scriptū est: Domine deus crea
tor omnium, terribilis & fortis, iustus & misericors, qui solus es rex bonus, so
lus præstans, solus iustus, omnipotens, & æternus. Iob quoq;: Digne eum in-
Job. 37 uenire non possumus. Magnus fortitudine & iudicio & iustitia, & enarrari non potest, ideo
timebunt eum viri, & non audebunt contemplari, qui sibi videntur esse sapientes. Est tamen
quædam silitudo matutina, imperfecta, atq; gratuita, & secūdū hanc similis est creatura, crea
Gene. 1. tori, sicut & omnis effectus assimilatur suæ causæ. Vnde & dominus: Faciamus (inquit) homi-
nem ad imaginem & similitudinem nostram. Ad hanc quoq; deiformem similitudinem, in-
Leu. 19. 20 uitamur in nouo ac veteri testamento. Dominus nanq; ait: Sancti estote, quoniam ego san-
ctus sum. Et saluator: Perfecti estote, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Quoniam er- "
go non est tibi similis, ⌊ ne taceas ⌋ hoc est, noli dissimulare iniurias tibi ac populo tuo illatas
sed vindica eas, ⌊ neq; compescaris Deus ⌋ hoc est, ne videaris compesci sustinendo blasphe- " 2
mias perfidorum, sed omnipotentiam tuam vlciscendo declara. ¶ Quoniam ecce inimici "
tui, ⌋ Videlicet aduersarij nostri Pagani, ⌊ sonauerunt ⌋ hoc est, irrationabiliter contra te lo
quuti sunt, & tubis in prælio cecinerunt, atq; cum fremitu super nos famulos tuos irruerunt, "
⌊ & qui oderunt te ⌋ scilicet, inimici prædicti, ⌊ extulerunt caput ⌋ hoc est, ceruicem contra te
erexerunt, præsumptuose cogitando, superbe loquendo, contumaciterque agendo.

¶ Super

3 ¶Super populum tuum⌋ Puta Iudæos⌊malignauerunt⌋ hoc ē, fecerūt malum consiliū,
A tractātes populū tuū oīo extinguere, ⌊& cogitauerunt aduersus sanctos tuos⌋ Prophetas & Na
4 zaræos ac reliquos religiosos. ¶Dixerūt venite & disperdamus⌋ hoc ē, diuersimode pda-
mus eos ⌊de gēte⌋.i. de alijs pplis, ocidēdo eos, ne amplius inter pplos demorent. Nec vo-
luerūt vitā ppli tui extinguere, verū etiā eius memoriam tollere, ideo addit, ⌊& nō memoret
nomen Israel vltra⌋.i. tam funditus destruamus ciuitates & templū ac populū Hebræorum, vt
5 nemo de cætero recordet eorum, neq; reliquiæ aliquæ eorum permaneant. ¶Qm̄ cogitauerunt
vnanimiter⌋.i. pari cōsensu in malo ⌊siīr aduersum te testamētū⌋.i. forte pactū, & malè ppositū
tū disposuert ⌊tabernacula Idumæorum⌋.i. habitatores Idumæ, videlicet nati ex semīe Esau
qui alio nomine dictus est Edom, à quo Idumæi nomen sortiti sunt ⌊& Ismahelitæ⌋ hoc est
populi nati de Ismahele filio Abrahæ, fratre Isaac. Quemadmodū eñ Esau psequebat Iacob, Genes.27
volēs eum occidere, sicut habet in Genesi, & Ismahel, Isaac, vt dicit Aplus ad Galatas: sic Idu- Gala.4
mæi psequebant Iudæos & Iacob descendētes, siīr Ismahelitæ. Propter quod ait Abdias pro
pheta: Propter iniquitatē in frēm tuū Iacob operiet te confusio, & peribis in æternum. In die
6 quando capiebant alieni exercitū eius, tu quoq; eras quasi vnus ex eis. ¶Moab⌋.i. Moabi-
tæ nati de Moab filio Loth ⌊& Agareni⌋ hoc ē, filij Abrahæ ex Agar ancilla Saræ, quæ Agar
alio nomine appellat Cethura, vt aliqui dicūt, quæ legit pperisse multos filios Abrahæ, post Genes.22
mortē Saræ coniugis suæ, sicut in Genesi patet, ⌊Iebal⌋ sic dictus, ⌊& Amon⌋.i. Amonitæ,
filij Amon, filij Loth, ⌊& Amalech⌋.i. Amalechitæ de Amalech nati, qui Amalech primo im
B pugnauit filios Israel, quando egrediebant Aegyptū, & in deserto meabāt, vt dicit in Exodo, Exo.7
vbi sic legit: Cum eleuaret Moyses manus vincebat Israel: si aūt paululū remisisset, vincebat
Amalech, ⌊alienigenæ⌋.i. Philistæi: nam in Hebræo habet: Philistæi, q erāt Iudæis valde mo
lesti ⌊cum habitātibus Tyrū⌋.i. cū Tyrijs. Quāuis etiā Tyrij cōfœderati essent Hebræis tpe
Iram regis sui, q habuit fœdus cū Dauid & Salomone, vt legit scdo & tertio Regū, postea tñ 2.Regū.5
7 ruptū est fœdus pacis eorum. ¶Etem̄ Assur venit cū illis⌋.i. Assyrij ⌊facti sunt in adiutorium 3.Regū.5
filijs Loth⌋ hoc ē, Moabitis & Ammonitis, ex quo videt, q filij Loth fuerūt principales ad-
8 uersarij Israelitarum in plio, de quo agit hic. ¶Fac illis (ô deus Israel) sicut Madian & Sysaræ,
sicut Iabyn in torrēte Cyson⌋ Qm̄ liber iste metricè scriptus est, cōtingit sæpe in eo variari
ordinē rerum gestarum in narratōe, sicut & nūc. Nam in libro Iudicū legit Iabyn rex Chanaan Iudi.4
oppressisse filios Israel, habuitq; principē militiæ Sysaram. Porrò legunt filij Israel dati in ma Iudi.6
nus Madianitarum. Orat ergo ppheta, vt deus deijciat pdictos inimicos ppli sui, q erāt tpe Re
gum Iuda & Israel vel postea, sicut debellauit Madianitas & Sysarā. Madianitas nāq; mira- Iudi.7
culose debellauit, p Gedeonē & trecētos viros eius. Siīr exercitū Iabyn regis Chanaan, expu
gnauit p manū Barach. Et Iahel vxor Aber Cynei clauū infixit in tempus Sysaræ, eumq; oc- Iudi.4
cidit, sicut Iabyn in torrēte Cyson. Nam iuxta torrentē Cyson, pcussus est pplus Iabyn à filijs Iudi.4
Isrl. Vñ Delbora pphetes dixit ad Barach: Vade & educ exercitū in monte Carmeli, ego aūt
adducā ad te in loco torrētis Sysarā, & oēm multitudinē eius. In hoc qq; torrēte qdā submer Iudi.5
9 si legunt, iuxta illud: Torrēs Cyson traxit cadauera eorum. ¶Disperierūt in Endor⌋ q a pro-
pè locū sic dictū occisi sunt, ⌊facti sunt vt stercus terræ⌋ q a insepulti māserunt, & pro nihilo
10 reputabant. ¶Pone prīcipes eorum⌋.s. Idumæorum, Ismahelitarum, Moabitarum, Agarenorum &c.
de qbus dictū est paulo añ ⌊sicut Oreb & Zeb.⌋.i. eos occide, quēadmodū occidisti Oreb & Iudi.7
Zeb, ⌊& Zebæe & Salmana⌋ prīcipes Madianitarum, qs occidisti p Gedeonē & adiutores ipsi
C us. Oreb eñ & Zeb Effratei decollauert. Zebee āt & Salmana ipemet Gedeō iterfecit, vt scri
11 bit in libro Iudicū. ¶Deus meus pone illos vt rotā⌋.i. fac illos instabiles, currētes, & nō pfi- Iudi.8
ciētes, quēadmodū rota mouet motu circulari, in q nō est finē certū accipere ⌊&⌋ pone eos,
⌊sicut stipulā añ faciē vēti⌋ quatenus stipula à vēto mouet & cadit, sic ipsi tua virtute succū-
12 bant. ¶Sicut ignis q comburit syluam⌋ igne succēsam, seu ligna sylvæ in ignē proiecta, ⌊&
13 sicut flāma cōburēs mōtes⌋.i. loca mōtana, quæ igne succēdunt cū habitaculis suis. ¶Ita pse
qris illos⌋ pnoīatos, vz Moab, Agarenos, Iebal & Amō ⌊i tēpestate tua⌋.i. in ira furoris tuí
hoc ē, in districta vltione iustitiæ tuæ. Hoc totū impletū est. Nā sicut ignis cōsumit ligna syl-
uarum, sic deus frequēter cōsumpsit hostes ppli sui Isrl, vt patet in occisione exercitus regis Assy Iudith.15
riorum, ac alijs multis ⌊& in ira tua turbabis eos⌋.i. vertēdo eos in fugā aut terēdo, occidēdo uē Esaiæ.10
eos. Pōt qz hæc pœna sicut & sequēs referri ad damnationē inferni, & ad pœnā futuri iudicij.
14 ¶Imple facies eorum ignominia⌋ Ita vt manifeste deijciant, oībusq; innotescat q victi sunt,
⌊& quærēt nomē tuū dñe⌋ quidā eñ Gētiliū vidētes pplm Iudæorum, tam mirabiliř pualere, &
15 se tam inopinatè diuina virtute succumbere ad deū Israel cōuertebātur. ¶Erubescāt & con
turbētur in seculum seculi⌋ In die finalis iudicij, sicut de impijs dr: Turbabūtur timore horri- Sapie.5
bili. Et in libro Iudicū: Sic pereant inimici tui domine, & confundantur & pereant, sæpe eun- Iudi.5
dem sensum resumit ad designandum zelum iustitiæ, qua aduersus malignos mouetur. Non
enim ex impatientia aut rancore, sed ex zelo iustitiæ & pro dei honore ista precatur.

¶Et co-

¶Et cognoscent.] per experientiam suę damnationis in futuro, seu experientiam pœnæ » 16
in seculo isto, [quia nomen tibi dñs.] .i. ꝙ tu vere & digne dñs appellaris, tanq̃ vniuersorum » D
princeps, prouisor, & iudex, cuius in ditione cuncta sunt posita, qui singulis tribuis quod me
Esaiæ.42 rent, qui testatus es. Ego dñs, hoc est nomen meum. Gloriam meam alteri non dabo. Cogno
Esa.37 scant quoq; [qm̃ tu solus altissimus in om̃i terra.] .i. ꝙ non solũ Iudæa in tua ptāte cõsistit, sed »
ꝙ om̃ia regna terræ & dñi eorum, tuo imperio sunt subiecta, sicut & Ezechias rex ait: Deus Israel tu es deus solus omnium regnorum terræ.

¶Expositio eiusdem Psalmi tropologica siue moralis.

MOralem aũt intelligentiam prosequẽdo, longè subtilior ac fructuosior est Psalmi pſentis expositio, sic em̃ materia Psalmi huius est secũdus Chri aduẽtus, & pſecutio dura ac grauis fideliũ à puersis. Triplex aũt fuit Ecclesiæ pſecutio prima erat in gladio tyrãnorum. Secũda in verbis hæreticorum. Tertia, in malis opibus fratrũ fallaciũ. Quarta restat quæ ex om̃ibus istis cõstabit, videlicet pſecutio Antichri q ptāte armorum verbis disputationũ, opibus simulatarum virtutum, fideles pſequet, occidet, & plurimos fallet. Quatenus igit tempus illud grauissimè pſecutionis abbreuiet, orat nunc Asaph pro secundo
2.Thess.2 Chri aduẽtu, seu acceleratõe finalis iudicij, qñ scd̃m Aplm̃ dñs Iesus spũ oris sui occidet, & illustratõe aduẽtus sui dãnabit seu destruet Antichrm̃, de q̃ & Esaias: Spũ (inqt) labiorum suorum in-
Esai.11 terficie, impiũ. Admirãs itaq; Asaph virtutẽ & gloriã, qbus Chrus in iudicio apparebit, ita ordit. Deus qs similis erit tibi. i. ó vnice fili pris æterni, dñe Chre vniuersorum iudex, qs similis tibi in sa-
Job.36 piẽtia discernẽdi iter bonũ & malũ, nullus vtiq;, iuxta illud: Ecce deus magnus, vincẽs sciam E
2.Par.19 nostrã qs similis tibi in æquitate, cũctis reddẽdi q̃d promerent? nullus vtiq;, qa de te scriptũ est:
Act.10. Nõ est apud dñm deũ nrm̃ iniqtas, nec psonarum acceptio, nec acceptio munerum, qs similis tibi in
Roman.2 ptāte exequẽdi sniam iusti iudicij? nullus vtiq;, qa de te ait sermo diuinus: Ptās ei' ptās æterna
Acto.2 quæ nõ auferet, & regnũ eius q̃d nõ corrumpet. Cũ ergo ó Chre sis talis tãtusq; iudex, ne ta-
Ephes.6
Coloss.3. ceas iam regnãs in cœlo, aut in scd̃o tuo aduẽtu iudicioq; futuro, quẽadmodũ in primo tuo
Dani.7 aduẽtu à iudicio tacuisti, dicẽs: Ego nõ iudico queñq̃. Et iterum: Nõ misit deus filiũ suũ vt iudi-
Johann.8 cet mundũ, sed vt saluet mundus p ipm̃, neq; cõpescaris deus. i. ne retraharis ab vltõe iustissi-
Johann.3 ma, sed verum esse ondẽ, ꝙ de te pstet diuina scriptura: Absit à deo impietas, & ab omnipotẽte
Job.34 iniqtas. Opus em̃ homis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis. Qm̃ ecce inimici tui, videlicet mali Chriani, hęretici, Iudęi, pagani sonuerũt. i. irrõnabilr voces iniquas ptulerũt, verba vana, vacua, & puersa effando, & ideo nõ ait, locuti sunt, sed sonauerũt: qm̃ nõ more hoim rõnabilr sunt locuti, sed more ferarum irrõnabilẽ strepitũ effudert, murmurãdo cõtradicẽdoq; tibi, q̃d tpe Antichri, maximè fiet: tũc nãq; Antichriani in liberã vocẽ prumpẽt, sed irrõnabilẽ prorsus, vt sonitus magis vocet q̃ sermo, & q oderũt te. i. q malitiã diligũt, & vitia amãt extulerũt caput sicut supbi caput suũ erigere solẽt. Vel, extulerũt caput. i. ppriã rõnẽ, cõfidẽ-
Roman.1. res in suo ingenio, atq; seipos sapiẽtes esse putãtes. Vel extulerũt caput. i. Antichrm̃ exaltauerũt, credẽtes eum esse filiũ dei, & dñm Iesum blasphemãtes, idcirco nõ ait, capita sed caput, qm̃ oẽs in vnũ filiũ pditõis. s. Antichrm̃ cõsentiẽt. Sctũs Augustinus affirmat ꝙ nullius penè con
Psalm.37 scia pt deũ odisse, sed qa freqnter ait scriptura, ꝙ pctõres deũ odio habeãt, debemus absolute F
cõcedere ꝙ impij deũ habeat odio. Queadmodũ em̃ diuinis pceptis obtẽperãtes deũ amare dicunt, sic deo rebelles eũ vtiq; odio habẽt. Nonnè deũ odiuit, de cuius ore semel audiui, cum eum ad meliora hortarer, atq; diuinæ maiestatis beatitudinẽ cõmẽdarẽ, mallem (inqt) deũ nõ esse, q̃ me vestrã vitã vcs Carthusiẽsis ordinis cõuersationẽ debere subire. Quõ ergo verum est quod asserit Augustinus? Et rñdendum (sicut & sanctus Thomas rñdet) ꝙ aliquis dr deum odisse duplr, primo scd̃m seipsum, scd̃o rõne sui effectus, primo modo penè nullus deũ odit, cum ipse sit pura isinitaq; bonitas, sed secũdo mõ multi deũ odiunt, videlicet ppter pœnas q̃s pro peccatis infligit vel qa eorum voluntati placentia prohibet, displicẽtia iubet. Sup populum tuũ, hoc est, cõtra Chrianos malignauerunt cõsilium, tyrãni & frẽs falsi, quatenus eos vel blandimẽtis alliciãt, vel pœnis, & minis deterreãt, aut aliquo modo à deo auertãt, lædãt, aut occidãt, & cogitauerũt aduersus sctõs tuos, qa nõ solum mediocres famulos tuos, sed & viros pfe-
Job.40 ctos subuertere quærũt, imitãtes in hoc caput suũ diabolum, de quo sanctus Iob: Absorbebit (inqt) fluuium & nõ mirabit, & habet fiduciã ꝙ influat Iordanis in os eius. Vbi, p fluuiũ designant animæ seculares, vagæ atq; instabiles, quas absorbet diabolus, nec inde mirat. i. hoc p magno nõ reputat. Per Iordanẽ vero intelligunt animæ religiosæ ac sanctæ, quas cõfidit dæmon se posse decipere, ideo mẽbra eius, videlicet reprobi, nõ solũ cõem pplm̃ Chrianum sed sctõs fallere studẽt. Dixerũt isti aduersarij tui ó dñe, venite & disperdamus eos. s. Chrianos de gẽte. i. oẽs interficiamus, ne qsq̃ eorum de cetero iter gẽtes cõmoret, & nomẽ Isrl. i. militãtis Ecclesiæ nõ memoret vltra. Multi nãq; tyrãni, conati sunt cultũ & fidẽ atq; memoriã ppli chriani prorsus auferre. Simul aduersum te testamẽtũ disposuerũt tabernacla Idumęorum & Ismahelitæ, Moab & Agareni, Iebal & Amon &c. Queadmodũ ppli isti aduersati sunt synagogæ Iudæorum,

A dęoꝝ,ſic deſignati p eos aduerſant Eccleſiæ Chřianoꝝ. Qui aũt ĩtelligunt p populos iſtos pẽ Geneſ.25
ſare debemus ex interp̃tatõibus noĩm hoꝝ. Sicut in Geneſi legit, dum natus eẽt Eſau,apparu
it totus in modũ pellis hyſpidus atq; ſanguineus. Propterea vocatũ eſt nomẽ eius Edom. Idu
mæi ergo ab Edom nomẽ ſortiti,interp̃tant ſanguinei ſeu terreni,p quos deſignant auari,ter
renaꝝ reꝝ amatores inordinati. Iſmaelitæ interp̃tant inobediẽtes,p quos hoc loco ſignant q
ppriã volũtatẽ ſequunt,nõ deo ſed ſibimetipſis obtẽperãtes,p quos ſignificant guloſi,q non Johan.16
Chřo ſed ſuo vẽtri deſeruiũt, Moab interp̃tat ex p̃re,p quẽ deſignant puerſi ex deo ſcd̃m na Johann.8
turã exorti,ſed propter malitiã ex p̃re diabolo nati quibus Chriſtus ait: Vos ex p̃re diabolo Geneſ.19.
eſtis,per quẽ exprimunt luxurioſi, q̃m filia maior ipſius Loth genuit Moab ex p̃re proprio
Agareni interp̃tant alieni ſeu aduenæ,p quos figurant falſi frẽs, qui ſolo ſub nomine inter ele 1.Johan.2
ctos computant,ſicut Iohannes aſſerit: In nobis erant,ſed non erant ex nobis. Nam ſi fuiſſent
ex nobis,pmanſiſſent vobiſcum. Iebal interp̃tat vallis vana,ſicq; p eum explicant fallaciter Job.36
humiles atq; hypocritæ,de quibus habet: Simulatores & callidi,prouocant iram dei. Et in Ec Eccl.9
cleſiaſtico: Eſt qui nequiter ſe humiliat,interiora autẽ eius plena ſunt dolo. Talibus ait ſalua- Lucæ.16.
tor: Vos eſtis q iuſtificatis vos corã hominibus,Deus aũt nouit corda veſtra. Quia quod ho-
minibus altum eſt,abominatio eſt añ deũ. Per Amon,q interp̃tat populus turbidus,deſigna-
ti ſunt iracundi,quoniã ira rõnem pturbat,& hominẽ ſtulto aſſimilat. Propter quod Eccleſia Eccle.7.
ſtes: Ne ſis velox ad iraſcẽdum,quia ira in ſinu ſtulti requieſcit. Et Iob: Virum ſtultũ interficit Job.5.
iracũdia. Per Amalech,quẽ genuit Elephat primogenitus Eſau, & interp̃tat populus lingẽs Geneſ.36
ſignificant adulatores fallaciter blandientes, quo vitio ſe caruiſſe oſtẽdit Apoſtolus, dicens. 1.Theſſ.3.
Neq; aliquãdo fuimus in adulationis. Alienigen,hoc eſt, Philiſtæi qui interp̃tant cadẽtes po-
tione,p quos deſignanł vitijs,atq; luxuria ebrij,cum habitãtibus.i.cum inuidis, Tyrus enim
B interp̃tat anguſtia. Inuidi aũt in ſeipſis torquent quaſi loco anguſto concluſi,hi vtiq; omẽs po
pulo prælecto ad vitã repugnãt. Etenim Aſſur venit cum illis. Per Aſſur,qui interp̃tat depri
mens ſeu elatus,ſignificat, qui in profundum peccãdo prolapſus eſt,& in mẽtis tumorem ere
ctus,qui etiam p̃r eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ,ſicut in Iob ſcriptum eſt: Facti ſunt in adiu- Job.40
torium filijs Loth,hoc eſt, declinantibus. Loth interp̃tat declinans, quo ſignant Apoſtatæ
angeli,qui cum principe ſuo Lucifero declinauerũt à deo. Dæmonũ vero adiutores ſunt ho-
mines impij iam pdicti,quemadmodum iuſti adiutores ſeu cooperatores ſunt Dei. Deinde
orat Eccleſia pro deiectione & iuſta punitione iſtoꝝ potius futura tormenta prædicendo, q̃
mala imprecãdo. Vel conformãdo ſe diuinæ iuſtitiæ, vel orãdo vt in præſenti caſtigent, ne
æternalr̃ condemnent,aut diutius viuendo,grauius pręuaricent,& ne bonum commune atq;
Eccleſiã diutius perſequi pmittant. Fac illis ſicut Madian & Syſarę &c. Madian qui erat filius Geneſ.25
Abrahæ ex Cethura,interpretat relinquens iudiciũ,quo figurant qui ſeipſos non iudicãt,ne-
q; ei futuꝝ iudiciũ metuũt,propter quod ſaluari non poterunt,ſcd̃m quod Iob dicit: Nunqd Job.34
qui nõ amat,iudiciũ ſanari poteſt: Per Syſarã,qui interpretat excluſio gaudij,illi ſignãtur qui
propter mundi & carnis ſuæ delicias,æternæ beatitudinis gaudia à ſeipſis excludunt,ſicut de
talibus ait dñs Ieſus: Vę vobis q nũc ridetis,qa lugebitis & flebitis. Salomõ quoq;: Cor(inqt) Luce.6
ſapientũ vbi triſtitia,& cor ſtultoꝝ vbi lætitia. Eſt tñ quædã ſpũalis lætitia nõ abijcienda, de Eccle.7
qua dicit Apl̃us: Gaudete in dño ſemp: Per Iabyn,q interp̃tat ſapiẽs,intelligũtur carnalr̃ ſa- Phil.4
C ſapientes,qbus dr̃: Væ q ſapiẽtes eſtis in oculis veſtris. Per Cyſon,q̃d interp̃tatur duritia,in- Eſai.5
telligũtur obſtinati in malo,ſeu induratio cordis. Orat ergo Eccleſia,vt pſecutoribus ſuis fiat
ſicut pctõribus nũc pdictis ſæpius factũ eſt,præcipuẽ cũ iſta petunt cõtra exercitũ Antichři.
Pone principes eoꝝ.ſ.perſecutoꝝ Eccleſiæ,ſicut Oreb & Zeb & Zebæi &c. Per Oreb,qui
interp̃tat ſiccitas, deſignant aridi à gr̃a dei,de qua ariditate ſcriptũ eſt: O paſtor & idolũ dere- Zacha.11.
linqns gregẽ,brachiũ ei⁹ ariditate ſiccabit.i.opa eius gr̃a dei priuabit. Per Zeb q interp̃tat lu
pus,ſignificant rapaces. Per Zebęi, q interp̃tat victima lupi, figurant qui peccãdo facti ſunt
præda diaboli. Per Salmana,q interp̃tat vmbra commotionis ſeu in prauitate perfectus,ſi-
gnant inſtabiles ſeu cũ diabolo vnum corpus effecti qui ſimul cum illo proijciẽdi ſunt in cami
num ignis æterni. Omẽs principes eoꝝ.i.capitaneos pctõꝝ iã pręnoiatoꝝ,iuſtos vaſtãtiũ,q
pricipes dixerũt,hereditate poſſideamus ſanctuariũ dei.i.terrã,poſſeſſiones eccl̃ias Chřianoꝝ
vel potius ipſos Chřianos,ſubijciẽdo eos nr̃o imperio,legi,& cultui. Populus nãq; fidelis ſan
ctuariũ dei vocat,iuxta illud Apl̃i: Tẽplũ dei ſctm ẽ,q̃d eſtis vos. Cętera exponẽda ſunt,ſicut 1.Cor.6.
in pcedẽti expõne.¶Pſalmus iſte cõtra iniqs ſatis terribilr̃ ĩuehit,& q̃ inęſtimabili cõfuſione,
ac pœna in futuro iudicio ſint plectẽdi,q mõ nõ cõuertunt,in ipo oñdit. Qd̃ vero hic dr̃: Im-
ple facies eoꝝ ignominia accipi põt de tarda & infructuoſa pœnia reproboꝝ, non ex amore
iuſtitiæ ſed timore pœnaꝝ de pctõ dolentiũ,de quoꝝ pœnia ſcriptũ eſt: Dicẽtes intra ſe pœ Sapię.5
nitẽtiã agẽtes,& pręanguſtia ſpũs gemẽtes. Et ſequit: Talia dixerũt in iferno. Deniq; verſus
iſte: iple facies eoꝝ ignominia,accipi põt in bono,eritq; ſenſus,da dñe vt in pñti refutent, &
cõtẽnãtur ac vituperẽtur,ſcd̃m q pctõres ſunt,q̃tenus ex ipſa ſua ignominia ceſſent peccare.
Quẽad-

Quemadmodum enim per adulationem & laudē falsissimam roborat pctōr in culpa, ita per ignominiam sibi illatā à malo retrahit, dum se ab oībus argui contuet, & ita salubriter quęrēt nomē tuū dñe, p pœniam salutarē, & verā compunctionē. Pertinere quippe videt hoc ad eos D
Luc. 14 quod in Euangelio scriptum est: Compelle intrare.

## COMMEMTARIVS IN PSALMVM LXXXIII.

### ¶ Argumentum.

¶ Titulus: In finē (aliàs victori) pro torcularibus filiis Corę psalmus. In hoc psalmo intēdit Propheta nos inflammare ad superna tabernacula: hinc hortat vt æternā felicitatē sup oīa concupiscamus, docēs modū illuc pueniendi. Et duas habet partes, primo nāq; cōmendans cœlestē gloriā ab oībus expetendā, ondit desideriū quo ad quietē & diuoꝝ fruitionē aspirare debemus. Deinde pcat accelerationē incarnatōis Chri quatenus legē euangelicā tradat sin qua nulli vnq̄ licuit ad superna illa tabernacula conscēdere, ibi: Beatus vir cuius est auxilium abs te. Author vnico commentario ipsum absoluit.

### ¶ Expositio Tituli.

¶ Declarandi nūc psalmi titulus ē: In finē pro torcularibus filiis Chorę Psalmus. i. Psalmus iste in finē. i. in Chrm qui est beatitudo nra ac vita ęterna nos dirigēs conuenit filiis Chorę. i. imitatoribus Iesu Chri crucifixi, scriptus pro torcularibus. i. tribulatōibus atq; pressuris Ecclesiaꝝ, seu ipsis Ecclis multiplr tribulatis, agēs ac tractās. Chore em̄ interptat Caluaria. Cal
Johan. 19 uaria aūt est locus in quo crucifixus est dñs. Psalmus iste ad lram de inæstimabili desiderio feruentium viatorum, ad patriam suspirātium, atq; de incōphensibili beatitudine comprehēsorum scriptus videtur. Ait ergo:

### ¶ Expositio Psalmi.



Vam dilecta tabernacula tua] Hoc est, vehemēter dilecta, multū amanda, & incomparabilr desiderabilia sunt habitacula curiæ cœlestis, loca & mansiones E
Lucæ. 16. beatorum in patria. De quibus tabernaculis ait saluator: Facite vobis amicos
Johan. 14 de mammona iniqtatis, vt recipiāt vos in æterna tabernacula. Et rursus: In domo pris mei mansiones multæ sunt, nō q in cęlo empyreo, qd est locus domus & pria beatoꝝ, sint habitacula parietibus seu īterstitiis opacis diuisa, sed plr dr tabernacula & mansiones, ad designandū varios gradus pmioꝝ in pria. Quēadmodū em̄ alia est claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellaꝝ, sic diuersa est quātitas gloriæ beatoꝝ, secundū exigentiā meritoꝝ eoꝝ. Beatitudo tn̄ seu vita æterna quā habēt, vna est ex parte obiecti, quæ designat per denariū quē singuli operarii receperūt, sicut in Euāgelio veritas docet. Itaq; multū dilecta cordi deuoto sunt tabernacula tua cœlestia ô [dñe virtutū] .i. angeloꝝ sanctoꝝ, seu oīm potestatū cœlestiū, terrestriū, & infernoꝝ. Quēadmodū em̄ oēs angelici spūs, angeli appellant, ita & virtutes dicunt scdm principē Theologoꝝ, propter efficaciam,
A Per memetipsum (inquiens) iuraui, ⌊si⌋ pro non, ⌋David mentiar, ⌋implebo nanq; q̃ dixi. Genes. 22
36 “ Nam ⌊semen eius in æternũ manebit,⌋ quia in Chr̃o filio Dauid perpetuaẽ. ¶Et thronus
eius sicut sol in cõspectu meo, & sicut luna pfecta in æternũ, ⌋.i. sicut sol & luna nunq̃ defici-
unt in natura, sic nec thronus Dauid deficiet, quoniam Christus filius eius regnat in ecclesia
“ militanti per fidem, vsq; in finem seculi, in ecclesia vero triumphanti, regnat per gloriam
sine fine, ⌊&⌋ huius rei est ⌊testis fidelis in cœlo,⌋ .s. deus benedictus & sanctus, qui horum
est causa ac testis, qui ait: Ego sum iudex & testis, ait dominus. Deus nanq; ista loquutus est, Hiere. 29
dicens: Si irritũ fieri potest pactum meum cũ die, & pactum meũ cũ nocte, vt non sit dies & Hiere. 33
nox in tẽpore suo, & pactũ meũ irritũ esse poterit cum Dauid seruo meo, vt nõ sit ex eo filius
qui regnet in throno eius. Rursusq;: Si leges cœlo & terræ non posui, equidem & semen ser-
ui mei Dauid proijciã, vt non assumã ex eo principes. Veruntamen qm̃ regnũ Dauid longã 3 Regũ. 1.
& magnã interruptionem sustinuit, videlicet à tempore Sedechiæ vsq; ad Christũ, vel cir-
citer, ideo de hac deiectione regni Dauid, & de mora seu dilatione aduentus Christi, in quo
37 “ recuperandũ & perpetuandum fuerat regnũ Dauid, propheta cõqueritur. ¶Tu vero re-
“ pulisti Dauid, ⌋à regno, ⌊& despexisti eũ, ⌋.i. posteritatẽ ipsius, quod maxime factũ est tẽ-
“ pore captiuitatis Babylonicæ, quia extunc nullus ex Iudæis regnauit, vsq; ad Iohannẽ Hir-
38 “ canũ, ⌊distulisti Christũ tuũ, ⌋.i. diu moratus es mittere regẽ Messiã in mundũ. ¶Auerti
“ sti testamentũ serui tui, ⌋.i. promissionẽ factã regi Dauid interrupisti propter pctã filioꝝ su
“ orũ, ⌊prophanasti in terra sanctuariũ eius, ⌋.i. templũ eius in Hierusalẽ, cuius impensas atq; 1. macha. 4.
39 “ materiã Dauid parauit, ꝑmisisti à Chaldæis prophanari, & ꝑ eos. ¶Destruxisti, ꝑmissiue,
“ oẽs sepes eius, ⌋.i. munimenta seu muros Hierusalẽ, aliarũq; vrbium Iuda, ⌊posuisti firma-
B mentũ eius formidinem, ⌋.i. fortiores viros, & vrbes regni Dauid in tantũ vastari ac destrui
ꝑmisisti, vt oẽs hoc videntes exhorrescerẽt, & ipsi filij Dauid ac populi regni eius metuerẽt.
Hoc & Hieremias sæpe ꝓdixit futuꝝ tpe captiuitatis Babylonicæ, dicẽte deo ꝑ ipsum: Po-
40 “ nã vos in maledictionẽ & sibilũ, & stuporẽ omnibus regnis terræ. ¶Diripuerunt eũ om̃es Hiere. 18
“ transeuntes viam, ⌋.i. Samaritani & reliqui ꝑ Iudæam euntes, & populum Iudæoꝝ occiden 19. 25. 51.
“ tes, ⌊factus est opprobriũ vicinis suis, ⌋ videlicet Idumæis, Amonitis, Moabitis, Philistæis,
41 “ qui omnes populum Iudæoꝝ irriserunt, & de eius calamitate lætati sunt. ¶Exaltasti dex-
“ teram deprimẽtium eum, ⌋.i. manum hostium suoꝝ prævalere permisisti aduersus eũ, ⌊læ-
42 “ tificasti, ⌋ permissiue, ⌊omnes inimicos eius, ⌋ prænominatos. ¶Auertisti adiutoriũ gla-
“ dij eius, ⌋.i. arma bellica ei nõ profuerunt, & viri bellatores ab eo recesserunt. Vnde scriptũ 4. Re. 25.
“ est, ꝙ viri bellatores à Sedechia fugerunt, ⌊& nõ es auxiliatus ei in bello, ⌋ q̃ impugnauit eũ
43 “ Nabuchodonosor cũ suo exercitu. ¶Destruxisti eũ ⌋.s. populũ & regẽ Iudæoꝝ, ⌊ab emũ
“ datione, ⌋.i. à purificationibus tẽpli, quas non habuerunt templo destructo, & ipsis in Baby
“ lonẽ translatis, ⌊& sedem eius, ⌋.i. regiã maiestatẽ, ⌊in terra collisisti, ⌋.i. ad nihilũ deduxi
44 “ sti, sicut colliditur vas fictile. ¶Minorasti dies tpis eius, ⌋.i. populũ Iudæoꝝ pro magna
parte in sua iuuentute occidi ꝑmisisti, & omniũ pene mors accelerata fuit ꝑ gladiũ, famẽ, aut
“ pestem, iuxta vaticinia Hieremiæ, ⌊pfudisti eũ cõfusione, ⌋.i. cõtemptu & irrisione eũ repu Hiere. 11.
listi. Quidã ea q̃ de oppressione & deiectione regni & populi Iudæoꝝ sub appellatiõe Da-
uid inducta sunt, atq; exposita de captiuitate & ꝑsequutione illis à Chaldæis illata, exponũt
de vastatione & deiectione Iudæorum, ꝑ Romanos inflicta. Et quãuis litera ad hoc facilime
possit applicari, cõuenientior tñ videẽ expositio præinducta, qm̃ in exordio descriptiõis hu
ius vastationis, propheta cõqueritur de mora seu dilatione aduentus Chr̃i, dicẽdo, Tu vero
C repulisti & destruxisti, distulisti Christũ tuũ, idcirco prosecutio huius querelæ, accipienda,
apparet de afflictione regni Iudæoꝝ, præcedente Christi aduentũ. Consequenter orat ꝑ-
45 “ pheta pro reparatione regni Dauid. ¶Vsquequo dñe auertis ⌋ populum tuũ à te, & mise-
“ ricordiam tuã ab eis, ⌊in finem, ⌋.i. tã diu, videlicet septuaginta annis? Nunquã eñi tã diu
repulsi erant Iudæi à deo, & ab hostibus suis oppressi à tempore quo egressi erant Aegyptũ,
sicut in captiuitate Babylonica, excepta hac finali repulsione eorum, de qua dominus ait: Su
“ per tribus sceleribus Israel, & super quatuor, non conuertam eos, ⌊exardescet sicut ignis ira Amos. 2
“ tua, ⌋.i. vsquequo vltio tuæ iustitiæ ita desæuit in nos, penitus nos consumendo, sicut consu
mit stipulam ignis? Deinde loquens in persona totius populi, & quandã persuasionem alle-
46 “ gans ad prouocandum misericordiam dei, subiungit. ¶Memorare quæ mea substãtia, ⌋
.i. considera q̃ fragilis, labilis, & imperfecta sit natura humana, propter quod scriptum est: Esdre. vi.
Quid est genus corruptibile, vt ita amariceris de eo? Genesis quoq;: Sensus & cogitatio ho- Genes. 8.
minis prona sunt in malum, ab adolescentia sua, propterea minoratur & magis propiciabile
“ est peccatum hominis, & merito domine recordare debes huius, ⌊nunquid eñi vane consti
“ tuisti omnes filios hominum? ⌋ non vtiq;. Vanum est nanq; & inaniter constitutum, quod
ad nullum finem debitũ ordinatur, deus autem cũ sit summe bonus, potens, ac sapiens, vni-
uersa propter aliquem finẽ molitus est. Vnde secundũ philosophũ, deus & natura nil agunt Sapiẽ. 11

frustra. Et ait scriptura: Tu dominator domine cum tranquillitate iudicas, & cum magna re D
uerētia disponis nos. Et itē: Cū sis iustus, omnia iuste disponis. Deus eñ omnia regit, pro
Job. 34 ut scriptū est: Quē constituit aliū sup terram, aut quē posuit sup orbē, quē fabricatus est? Vn
Job. 28 de denuo sanctus Iob: Vniuersorū (inquit) finē ipse cōsiderat, & oīa quæ sub cœlo sunt, respicit
Sapiē. 11. Propter quod alibi dicit: Oīa in mēsura & nūero, & pondere constituisti. Qm̄ itaq; dñe nō va
ne, sed propter certū finē, videlicet supnaturalē & sempiternā beatitudinē, hoīem cōstitui-
sti, quē sine hō sine gratia & magna misericordia tua nequit sortiri, idcirco decet te misere-
ri, me'q; precantē benigne audire, qm̄ aliter saluari seu finē hūc adipisci nequimus. Verunta-
1. Timo. 2 men qui hunc finē non consequunt, sed æternaliter cōdemnantur, vane cōstituti non sunt,
Matt. 18 qm̄ deus volūtate antecedente, vult omnes hoīes saluari, secūdū Damascenū. Propter quod
1. Timo. 2 ait saluator: Non est voluntas ante patrē, vt pereat vnus ex pusillis istis. Et aplus dicit: Deus
Ezech. 8 oēs hoīes vult saluari, & ad agnitionē veritatis venire. Ideo'q; Ezechiel dicit: Reuertimini &
Prouē. 16 viuite dicit dñs, quia nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Impij ergo ad vi-
tam æternam, seu vltimum finem qui deus est, creati sunt, quod etiam Salomon profitetur:
Vniuersa (inquiens) propter seipsum operatus est dominus. Quamuis autem iniusti hoc fi-
2. timot. 2 ne priuentur, non tamen inaniter conditi sunt, quia eorū damnatio auget gloriam electorū,
commendat diuinam iustitiam, & cedit ad gloriam dei. Vnde apostolus dicit: In magna do- E
mo non solū sunt vasa argentea & aurea, sed & lignea & fictilia. Fragilitas autem nostræ sub
stantiæ declarat, dum subditur. ¶ Quis est homo qui viuet, & non videbit mortē? tanq̄ 47
dicat, nullus est homo in mundo isto conuersans, qui non moriatur. Omnes eñ moriuntur,
tam naturali necessitate conditionis, q̄ merito originalis culpæ, præter Christum, secūdum
doctores (tamen de virgine sancta nihil determino) qui mortuus est spontanea voluntate.
Christus eñ homo non solum potuit non mori propter vnionem cum verbo, sed etiā pro-
pter beatitudinem animæ suæ, quæ tanta erat q; redundantia eius tam copiosa fuisset in cor-
pus Christi & vires inferiores, nisi diuina dispensatiōe fuisset suspensa, q; Christi corpus fu-
isset impassibile, & Christus homo totaliter immortalis, secundū Augustinū in epistola ad
Dioscorū. Et quis homo viuens, eruet animam suam de manu inferi, i. de damnatione in
ferni naturali virtute, & sine adiutorio Christi, quasi dicat, nullus præter Christum. Primo,
quoniā ante eius aduentum omnes quantūcunq; sancti, ad inferos descenderūt, ad quos tan-
Osee. 13 dem Christus spōte descendit vt eos erueret, sicut ait: De manu mortis liberabo eos, de mor
te redimam eos. Ero mors tua ô mors. Secundo, quoniam nullus adultus vitare potest pecca
tum mortale sine gratia dei, p̄sertim cum sine fide & gratia nesciat ad quem finem opera sua
dirigere debeat. Cum ergo sit ita, orat propheta pro gratia dei & Christi aduentu. ¶ Vbi 48
sunt misericordiæ tuæ antiquæ (ô) dñe, i. effectus pietatis tuæ à principio mundi electis im
pensi atq; promissi, illi præcipue quibus promisisti te Christū esse missurum? tanq̄ dicat, tu q
ex antiquo misericordiā tuam ostendisti, nūc eam declara, sicut iurasti Dauid in veritate
Psal. 131. tua, i. in teipso, qui es summa atq; incommutabilis veritas, qui promisisti Dauid, q; de se-
mine eius Christus nasciturus esset. ¶ Memor esto domine opprobrij seruorum tuorū, i. 49
perpende quantas aduersitates populus tuus perpessus est ab hostibus suis, à quibus indiget li-
berari per Christum, opprobrij inquam quod continui in sinu meo, i. in medio cordis
mei æquanimiter passus sum, & opprobrij multarum gentium, i. à diuersis nationib9 po
pulo tuo inflicti. Loquitur autem propheta in persona populi tribulati. Tale quoq; oppro-
Thren. 5 brium orat Hieremias auferri fidelibus: Ne nos des in opprobrium propter nomē tuum,
neq; facias nobis contumeliam. ¶ Quod (opprobrium) exprobrauerunt, i. exprobrādo 50
intulerunt populo tuo, inimici tui, peruersi & infideles, quod exprobrauerunt cōmuta
tionem Christi tui, i. quod exprobrando fidelibus tuis obiecerunt, commutationē Chri-
sti tui. i. nouam doctrinam, conuersationem mirabilem, & passionem ignominiosam ipsius. F
Marc. 7 Iudæi eñ peruersi primitiuæ ecclesiæ imposuerunt, quod Christus doctrinam prophetis cō
trariam docuisset, atq; cum publicanis & peccatoribus manducasset. Vnde dixerunt de Ste-
Actorū. 6 phano: Nos audiuimus eum dicentem, quia Iesus Nazarenus destruet locum hūc, & immu-
tabit traditiones quas tradidit nobis Moyses. Pagani vero Christianis opposuerunt, q; ī ho
minem crederent crucifixum, inter latrones suspensum. In translatione Hieronymi sic habe
tur, Quod exprobrauerunt vestigia Christi tui. Principes namq; Iudæorū cū suis fautoribus,
dicta, & opera Christi vituperauerūt, & propter imitationem vestigiorum Christi, eccles-
iam primitiuam afflixerunt, quam postea tyranni, & falsi fratres, atq; hæretici grauiter perse
quebant. Sed qm̄ Chrūs hanc cōmutationem pro nobis accepit, & deus gratiam patientiæ
nobis largitus est, ideo. ¶ Benedictus dñs in æternū, i. ab oībus sine fine laudet, & bene- 51
dictus esse sciatur ac honoretur, fiat fiat, i. ita agatur, ita agat, quod iterat ad insinuandū ar-
dentis desiderij zelum, & prouocandū aliorū affectum.

¶ Explanatio eorundē verborū de Christo & membris eius.

Tunc

A TVnc loquutus es in visione sanctis tuis, Tunc(inquit) quando iã prædicta mihi cœ
litus reuelasti, locutus es in visione sanctis tuis prophetis, qbus secreta tua, velut fa
miliaribus & amicis reuelate consueuisti, quemadmodū Amos dicit: Non faciet Amos.3
dñs verbū, nisi reuelauerit secretū suū, ad seruos suos prophetas. His locutus es in vi
sione, nō solū imaginaria, sed etiã intellectuali, qa intelligẽtia est opus in visione: Interdū q- Danie.10
dem in somno, iuxta illud: Per somnū in visione nocturna aperit deus aures viroꝝ. Interdū Job.33
aūt in vigilia, vt patet de Daniele. Et ita sunt ostensa Moysi diuina mysteria, cū quo loqueba Danie.10
tur dñs.i.angelus dñi, facie ad faciẽ, sicut loqui solet homo ad amicū suū, & dixisti in cordib⁹ Exodi.33
prophetaꝝ per inspirationẽ internam, quæ tamen loquutio fit ministerio angeloꝝ, secun-
dum ꝙ Zacharias de seipso protestat: Ecce angelus qui loquebat in me, egrediebat, & alius Zach.2
angelus egrediebat in occursum eius, & dixit ad eum. Curre & loquere ad puerum istū: Vel,
dixisti manifeste ad aliquos per os sanctoꝝ, q à seculo sunt prophetaꝝ tuoꝝ, posui adiutoriū Luc.1.
meū.s.humani generis redemptionẽ in potente.i.in Christo, q est virtus & sapientia patris Hebr.1.
qui (secundū apostolū) portat omnia verbo virtutis suæ, purgationẽ peccatoꝝ faciens, & ex
altaui electū.i.Christū, qui secundū naturã assumptã appellat electus & prælectus, sicut de
eo in Canticis sponsa fatet: Dilectus meus candidus & rubicūdus, electus ex millibus. Vnde Cant.5
secundū aplm: Prædestinatus est filius dei in virtute, secundū spm sanctificationis, de plebe Romañ.1
mea.i.ex populo Iudæoꝝ, ex qbus Christus. Vel, de plebe mea, qa præ vniuersis hominib⁹
exaltatus est Chrs. Inueni Dauid.i.Christū manufortem & aspectu desiderabilẽ seruū meū,
qa vt hō minor est deo & seruis ipsius, sicut de eo dñs ait: Ecce seruus meus, suscipiã eū. De- Esaie.42
niq; Christus & Dauid & seruus dei vocatur: Saluabo gregem meū ait dñs, & suscitabo sup Ezec.34.
B eū pastorem vnū, qui pascat eū, Dauid seruum meū, oleo sancto meo.i.vnctione spūs sancti,
plenitudine gratiaꝝ, & omnibus donis spūs sancti, vnxi eū, sicut superius præhabitū est, vn- Psal.44
xit te deus deus tuus oleo exultationis. Propter quod asserit Christus: Spūs domini sup me, Esaie.61
eo ꝙ vnxerit me. Et scriptura: Non ad mensurã (inquit) dat deus spm.s.Christo homini, to- Joban.3.
ta nanq; capacitas naturæ creatæ in Christo, impleta est gratia dei. Manus eñi mea.i. diuini
tas mea ei vnita, auxiliabit ei in omnibus. Humanitas eñi Christi erat instrumentū animatū,
coniunctū, & proprium diuinæ virtutis sibi vnitæ & operantis p eã, secundū Damascenū, si-
cut & corpus nostrū est animæ nostræ instrumentū coniunctū, animatū, ac propriū. Vnde
Christus ait: Dñs deus auxiliator meus. Et rursus: Nō possum ego à meipso facere quicq̃, & Esaie.50
brachiū meū confirmabit eū. Quẽadmodū digitus dei est spūs sanctus, qa p eū omnẽ verita- Joban.5
tẽ nobis ostendit, iuxta illud: Cum venerit ille spūs veritatis, docebit vos omnẽ veritatẽ, sic Joban.16
brachium dei est vnigenitus filius eius, quia per eū omnia operatur, de quo brachio scriptū
est: Parauit dominus brachium suum in oculis omniū gentium. Et alio in loco. Fecit poten- Esaie.52
tiam in brachio suo. Est igitur sensus, brachium meū.i. verbū seu filius meus confirmabit eū Luc.1.
.s.Christum, secundū ꝙ homo est, assumendo eius humanitatẽ ad suiipsius personalem vni-
onem, & confirmando eã in bono per beatificam fruitionẽ, cooperandoq; ei per grãm sin-
gularem. Nihil proficiet inimicus in eo, puta diabolus, qa tentator victus atq; confusus re-
cessit à Christo, dicente ad illū: Vade retro Satana, & filius iniquitatis.i. Iudas, quem Chrūs Joban.17
in euangelio diabolum & filium perditionis appellat. Vel, filius iniquitatis.i.plebs Hebræo- Matt.4
C rum, quibus Christus ait: Vos ex patre diabolo estis, non apponet nocere ei.i.non iterabit Joban.8.
nocumentum suum in Christo, quamuis eñi ante resurrectionem eum occiderat, postmodū
tamen non apposuerunt ei nocere per effectum, quia nec corpus eius tenere poterant in se- Mat.28
pulchro, nec resurgentis gloriam impedire. Nempe & Christus resurgens ex mortuis, iã nō
moritur. Vel, non apponet nocere ei in anima, qm spūale nocumentum Christo non intule Roma.6
runt, & hoc ipsum nocumentum quod corpori eius inflixerunt, cessit ad gloriam Christi, to-
tiusq; seculi. Vnde p Esaiam loquitur. Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Quis con- Esaie.50
tradicet mihi? Stemus simul. Ecce omnes quasi vestimentum conterentur. Et concidã à fa-
cie ipsius inimicos eius, puta Iudæos, qui propter Christi occisionem ab exercitu Romanoꝝ
trucidati sunt, venundati, atq; p mundū dispersi, quẽadmodū scriptum est: Abiiciet eos do- Osee.9
minus deus meus, qa non audierūt vocem eius, & erunt vagi in nationibus, & odientes eū in
fugam conuertam, qa & pdicti Iudæi fugerunt à facie Romanoꝝ in Hierusalẽ, sed non effu-
gerūt. Dæmones quoq; frequẽter à Christo & eius ministris fugerūt, & tandem in die iudicii
omnes aduersarii saluatoris fugere desiderabūt, secundū illud: Reges terræ, principes, & tri- Apoca.6
buni, diuites, & fortes absconderunt se in speluncis & petris montium, dicentes montibus &
petris: Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis sup thronum. Et veritas mea &
misericordia mea cū ipso. Christus eñi veritate plenus fuit, sicut scriptum est: Vidimus glo Joban.1.
riam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis. Erat etiam veritas dei
cum Christo, qm omnia quæ de Christo p prophetas pdixit, in ipso impleuit. Et de Christo Matt.22
filii falsitatis veraciter loquebant: Magister scimus qa verax es, & viam dei in veritate doces

& non est tibi cura de aliquo. Est quoq; veritas dei cũ Christo, sicut cũ omniũ iusto & infallibili iudice. Sed & misericordia dei erat cũ Christo, qm̃ per solã misericordiã dei natura ei' hũana à verbo dei assumpta est, & ab omni culpa pseruata, oĩm'q; diuinorũ charismatũ gratia adimpleta, & misericordiã sibi impẽsam, Chrũs paratus est nobis cõicare, & in noĩe meo ex
Esaiæ 52 altabit cornu eius.i.regia dignitas, ita vt oẽs tribus, linguæ ac populi ei ministrent. Vnde de Chr̃o pater seu trinitas ait: Ecce intelliget seruus meus, & exaltabit & eleuabit, & sublimis erit valde. Et ponam in mari manũ eius.i.in terris & populis circa mare morãtibus dñabitur Christus. Hoc modo videmus impleri in Cypro, Portugalia, & alijs regnis, & in fluminib' dexteram eius.i.fortitudinẽ Christi ponam in insulis, ita q̃ populi habitãtes in insulis Chri
Esaie 60 sto obedient. Vnde dñs ait: Mittam ex eis qui saluati fuerint, ad gentes in mare, in Aphricã,
Esaie 42 & Lydiam. Alibi quoq; habetur: Ponent domino gloriam, & laudem eius in insulis nuntiabunt. Ipse inuocabit me, pater meus es tu, deus meus & susceptor salutis meæ. Nam Chrs'
Psalm. 30 dixit: Pater ignosce illis. Et: Pater in manus tuas cõmendo spm̃ meum. Ecce quotiẽs in-
Marc. 27
Marc. 15 uocauit Chrũs deum, nominãs eum patrem: Vocauit eũ etiam deum suum, dicendo: Deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me? Sed & susceptorẽ suæ salutis.i.q̃ eũ suscepit ad sa-
Johan. 17 lutem, vocauit eum, dicendo: Omnia mea abs te sunt. Et ego primogenitũ ponã illũ. Christus vt deus est vnigenitus dei, vt homo aũt est primogenitus, prædestinatione & dignitate,
Roma. 8. non tempore. Vnde Apostolus ait. Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imagi
Coloss. 1. nis filij, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Et rursus: Qui est imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ. Dicitur quoq; Christus primogenitus, qm̃ ante omnia creata est genitus. Posuit itaq; deus Christum primogenitum, agendo eum omnibus electis ex- E
Apoca. 19 cellentiorem, & caput ecclesiæ, excelsum præ regibus terræ ponã illum, quoniam ipse ẽ rex
Psalm. 71 regum, & dñs dominantiũ, & princeps regũ terræ. Idcirco supra de eo inductũ est. Et adorabunt eũ omnes reges terræ. In æternũ seruabo illi misericordiã meã.i.quicquid misericordi rer suæ hũanitati deuoui, conseruabo sine cessatione in ea, & testamentũ meũ fidele ipsi, id ẽ,
Lucæ 24 promissionẽ sibi à me factã fideliter adimplebo, sicut & ipse ait: Necesse est impleri oĩa, quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me. Et ponam in seculum seculi semẽ eius, id est, populum Christianũ ex aqua & spũ sancto in Christo renatum, vsq; in finem se-
Matt. 28 culi continuabo. Ecclesia eñ vsq; in finem mũdi persistet, præsertim cũ Christus ei promiserit: Ecce ego vobiscum sum cunctis diebus vsq; in cõsummationem seculi. De huius seminis
Esaie 54 Christi perpetuatione scriptũ est: Si posuerit in mortem animã suam, videbit semẽ lõgæuũ. Ponam & thronũ eius.i.sedem & potestatem eius regalem, sicut dies cœli, ita q̃ nunq̃ cessabit, & regnabit in domo Iacob in æternũ, & regni eius non erit finis. Si autem dereliquerint
Lucæ 1 filij eius per fidem & grã̃m baptismalẽ, videlicet Christiani, legem meam euangelicam, non obseruando, prout de quibusdam habetur. Dereliquerunt dñm in non custodiẽdo. Visi
Osee 4 tabo in virga iniquitates eorum, paternaliter eos corripiendo, non penitus exterminando, quoniã ego quos amo, arguo & castigo. Misericordiam autem meã non dispergam ab eo,
Apocal. 3 id est, gratiam meã non penitus auferam à populo Christiano, & in isto notatur magnitudo F
Zacha. 12 misericordiæ dei tẽpore euangelicæ legis, quod ideo dicitur tẽpus gratiæ. Vnde scriptum est: Erit qui offenderit ex eis in die illa, quasi Dauid, cui vtiq; deus maximam misericordiam fecit. Neq; prophanabo testamentũ meum.i.promissionem meã, Christo & semini eius factam. Semel iuraui in sancto meo, id est, in meipso, si Dauid mentiar.i.Christo non mentiar semen eius.i.populus Christianus, in æternũ manebit, nunc in via per fidem & gratiã, dein de in patria per fruitionem & gloriam. Tu vero repulisti & despexisti. Hæc & sequentia exponunt doctores catholici de regni & populi Dauid deiectione, sicut in præcedenti expositione patuit, quæ tamen aliquo modo de statu ecclesiæ accipi possunt, qm̃ pplus Christian' sæpe similia passus est à paganis atq; hæreticis, qualia sustinuerunt Iudæi à Chaldæis & alijs gentibus, posset'q; litera applicari ad hoc. Postremo in hoc psalmo contenta de confessoribus pontificibus cantat ecclesia, scilicet posui adiutorium in potente. Posuit nanq; deus auxilium gratiæ suæ in illis, & exaltaui electum de plebe mea.i.quemlibet sanctum episcopum
Hebr. 5 sublimaui, ad statũ, gradũ, ac ordinem episcopalem. Nemo eñ assumit sibi honorẽ, sed q̃ vocat à deo tanq̃ Aaron. Inueni Dauid seruũ meũ.i.quemlibet sanctum confessorem antistitẽ, cõtra mundũ, carnem, ac dæmonẽ fortiter dimicantem, oleo sancto meo vnxi eũ, quia pontifices oleo sancto vnguntur, & sancti episcopi spũaliter vngebantur ex infusione gratiarũ spũs sancti, cuius vnctio docuit eos. Quo aũt cætera quæ cantant, eis cõueniant, ex præ inductis clarissime liquet. Ecce psalmũ verbis & sensibus magnũ, mysterijs plenũ, omni laude dignũ audiuimus, in quo psalmo omniũ misericordia dei suauissime cõmendat, eius promissa tanguntur, ipsa summa diuinitas pulcherrime præconizatur, Chrs scdm vtranq; naturã mirabiliter describitur, eius mysteria copiose traduntur, tandem humanæ naturæ cõmemoratur fragilitas, diuinæ maiestatis imploratur benignitas, atq; finaliter deus iocundo laudatur

A versiculo, quo dicit: Benedictus dñs in æternũ, fiat fiat. Elaboremus igit cum deuotõe condigna, & sancta hilaritate ac puritate pcipua, tm psalmũ depromere, quatenus nobis cõueniat, quod in eo cantaẽ, beatus pplus q scit iubilationẽ, & dñe in lumine vultus tui ambulabũt, & in noĩe tuo exultabunt tota die &c. Omino equidẽ decet nos in laudibus dei creatoris & saluatoris nostri, cordialiter exultare, & summẽ lętari, tanq̃ in summo bono, oĩm bonoꝝ nostroꝝ scaturiẽte & supermisericordissimo fonte.

## COMMEMTARIVS IN PSALMVM LXXXIX.

¶Argumentum.

¶Titulus: Oratio Moysi hoĩs (aliàs viri) dei. Propheta de his q̃ in lege Moysi, & sub verbis illius figurabant differens petit eadẽ impleri, nempẽ vt p aduẽtũ Chri in carnẽ repareẽ genus humanũ, quatenus cõtemptis veteris vitæ malis, ad nouã atq; cœlestẽ aspiremus. Et quò facilius hęc impetremus, docet nos recolere multiplicia dei beneficia. Quibus ab initio genus mortaliũ donauit. Et interim quoq; agit de miserijs vitæ psentis, & gloria futuræ. Duo itaq; in summa facit, porrò in primis orat pro amotione miseriaꝝ humani generis: Deinde in huiusmodi dei potẽtiam honorari, ibi: Dexteram tuam. Author in hãc sñiam ipsum vnica commentatione expendit.

¶Expositio Tituli.

¶Exponẽdi nũc Psalmi titulus talis est: Oratio Moysi hoĩs dei. Scd̃m Hebræos atq; Hieronymũ Moyses est author Psalmi psentis, scd̃m Augustinũ vero & eũ sequẽtes Dauid eũ com-
B posuit, sed intitulaẽ à Moyse, qa in eo quędã tangunẽ ad vetus testamẽtũ spectãtia, & q̃dã ad nouũ pertinẽt testamentũ: sicq; cõgruenter intitulaẽ à Moyse, q erãt veteris testamẽti legislator, & noui testamẽti, ppheta. Author itaq; psalmi phtis, qcũq; sit ille, rogaturus deũ, p beneficijs acquirẽdis, primo grãs agit de bñficijs iam cõcessis, qm ad impetrãda dona futura optimus modus est, gratũ existere de donis pteritis seu receptis, habẽti eñ, i. grato, dabiẽ, ei aũt q nõ habet, i. ingrato, & q̃d videẽ habere, auferet ab eo. Itaq; ait, Matt.25

¶Expositio Psalmi.



1 Omine refugium factus es nobis.] Hoc est, p beneficia tua nobis collata, dedisti nobis fiduciã plenã fide cõfugiẽdi ad te, in omni necessitate & casu. Ab initio eñ fecisti cœlum, & oĩa sidera, solem ac lunam in ministeriũ cunctis gentibus. Deinde fecisti hoĩem ad imaginem & silitudinem tuam, fecistiq; eum dñari piscibus maris, & bestijs terræ: Habuistiq; ab exordio specialem prouidentiã generis humani, in tantum vt dicat Apostolus: Nunquid cura est deo de bobus? Propter hæc atq; similia, refugium factus es nobis, [à generatõe in generationem.] i. indesinenter per omnium generationũ successionem. Verũtamẽ modo ô dñe multo amplius refugium factus es nobis, per beneficiũ tuæ benedictissimæ incarnatõis, per meritum tuæ sanctissimæ conuersatõis, & effusionem tui pretiosissimi sanguinis, per missionem spũs sancti, per sacramentum corporis & sanguinis tui, idcirco tu dicis: Venite ad me omnes, q laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Et iterum: Qui sitit, veniat & accipiat aquam vitæ gratis. Dicit aũt deus factus refugium nostrum, nõ per aliquam mutationem seu nouitatem ipsius, sed per Deuter.4 Gene.1 1.Cor.9 Matth.11 Apo.22
C nouam conuersionem nostræ mẽtis ad ipsum, sicut columna fixa stans, fit mihi dextera & sinistra sine sua mutatõe, scd̃m q ego me diuersimode ad eam habeo. ¶Priusquàm montes
2 fierent & formareẽ terra & orbis.] Hoc est, totus mundus. [ã, aß omnem creaturam seu totum vniuersum [à seculo & in seculum.] i. æternaliter [tu es deus.] nõ qa aß mũdi creationẽ fuerint seculũ & seculũ, sed qa tũc erat ipsa ęternitas, oĩm seculoꝝ durationẽ immobiliter continens. Possunt aũt p mõtes intelligi angeli dei, vel partes terræ sublimes. Ante oĩa ista est deus, quia creator eoꝝ, creator aũt creaturã pręcedit natura, dignitate ac tpe. Vnde p Esaiã ait: Ego sum dñs faciẽs oĩa, extendẽs cœlos solus, stabiliẽs terrã, & nullus mecũ. Cõueniẽter quoq; dicit, tu es deus, & nõ eras, qa in deo semp est stabile atq; inuariabile eẽ, in quo nec pteritũ, neq; futuꝝ, sed ęterna phtia & pñs ac pura ęternitas, q̃ est interminabilis vitæ tota simul pfecta possessio. Esa.44 Iohan.8
3 Et hoc modo loquẽdi vtiẽ Chrus: Anteq̃ (inquiẽs) Abrahã fieret ego sum. ¶Ne auertas hominẽ.] Hoc ẽ, ne auerti pmittas hoĩem à teipso summo bono, & à bonis spũalibus atq; virtutibus [in humilitatẽ.] i. i vilitatẽ, ita vt cõuertaẽ ad bona tpalia, & caduca, & cõcupiscẽtias carnis, hoc age, qa [& dixisti, cõuertimini filij hoĩm.] i. p angelos & homĩes sc̃tõs exhortatus es hoĩes ad pœniam, da ergo implere q̃d mones. Idcirco aũt hortatus es hoĩem ad conuersionẽ
4 salubrem. ¶Qm̃ mille anni ante oculos tuos.] Hoc est, qa quælibet duratio tpalis, seu lõgitudo vitę humanę, quãtumcũq; sit lõga, reputaẽ à te, & breuis est coram te, seu comparatõe tuæ æternitatis, [tanq̃ dies hesterna quę pterijt.] i. nullius momẽti ẽ, & velut nihil existit, qa finiti ad infinitum nõ inueniẽ proportio. Quemadmodum itaq; (scd̃m Esaiam) oẽs gẽtes quasi nõ sint sic sunt corã eo, & quasi nihil & inane reputatæ sunt ei. Propter q̃d dictũ ẽ supra, & substãtia mea tanq̃ nihilum aß te, sic omnis duratio vitæ præsentis, sic est tanquàm nihil sit com- Esaie.40 Psalm.38

paratione durationis vitæ futuræ, seu felicitatis æternæ. Propterea admonet deus vt despicia D
mus præsentia, transitoria & terrena: inquirentes bona futura, æterna, atq; cœlestia. Propter
Hebr.13 quod ait Aplus: Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futurã ingrimus. Et itẽ: Festi-
Hebr.4 mus ingredi in illam requiẽ. Hinc quoq; Salomon loquit: Si multis annis vixerit homo, & in
Eccle.11 his omibus lætus fuerit; meminisse debet tenebrosi tpis, & dierũ multorũ, qui cum venerint va
2.Petri.3. nitatis arguent præterita. Huic aũt versiculo consonat quod scriptum est: V nus dies apud de
um tanq̃ mille anni, & mille anni sicut vnus dies. ¶Et custodia in nocte.] Istud sensum ver- 5
sus præcedentis concernit, vt sit sensus, mille anni añ oculos tuos sunt, tanquàm dies hester-
na quæ prẽterijt, & custodia in nocte. i. tanq̃ custodia noctis quẽ est breuior die, qm̃ continet
tres horas, ac si dicat, nõ solum duratio vitæ humanæ cõpararat diei pteritẽ, q̃ vigintiquatuor
horas habebat, sed etiã custodiæ noctis cõtinẽti tres horas. Et conueniẽter adiũgit silitudinẽ
de custodia noctis cõtinẽte tres horas, qm̃ tm̃ distat ac deficit duratio vitẽ hoim post diluuiũ
à duratõe vitæ eorũ q añ diluuiũ erãt, quantũ integra dies custodiã noctis excedit, idcirco de-
berent homines nũc præcipuè hanc vitam paruipẽdere, & futurã inquirere. Sumit vero iam
custodia pro vigilia, qm̃ nox in quatuor vigilias diuidit, quibus antiquitus fiebant excubiæ p
custodia exercitus, à militibus sibijnuicem succedentibus, p quatuor vices, scd̃m quatuor vi-
gilias noctis. Aptissimè insup cõparat vitã humanam custodiæ noctis in qua oĩa sub obscuri-
tate ac trepidatõe gerunt, quoniam tota vita nostra in ignorãtia est, & periculosissima nimis
[quæ pro nihilo habent, eorũ anni erũt.] i. anni seu tpa vitẽ hoim, erunt de numero horũ quẽ
Iacobi.4. pro nihilo computant, propter nimiam breuitatem vitæ ipsorũ. Propterea Iacobus ait: Quæ E
em̃ vita vestra? Vapor est ad modicũ patens, & deinceps exterminabit. Et istud consequẽter
ostendit clarius. ¶Mane sicut herba transeat.] Hoc est, prima ætas seu pueritia hoĩs tã citò 6
pcurrat, mutet, & defluat, sicut herba q̃ celeriter decidit, [mane] prædictũ [floreat] quia in
principio sui tpis est hõ quasi in flore, & siñs fœno virẽti [& trãseat.] nõ diu in eodẽ statu ma
Iob.14 nẽdo, quẽadmodũ Iob dicit: Homo quasi flos egredit & cõterit, & fugit velut vmbra, & nunq̃
in eodẽ statu pmanet, [vespere.] i. senectus seu vltima hoĩs ætas [decidat] à pristina forti-
tudine [induret.] i. siccet propter consumptionẽ humidi radicalis [& arescat] propter de-
fectũ naturalis caloris nõ valentis reparare deperditũ. Vnde senes naturalr̃ sunt sicci ac frigi-
di. Cur aũt ista nobis cõtingãt, subiungit. ¶Quia defecimus.] A primordiali institutõe cõ- 7
ditõis humanæ, & solita duratõe ætatis pr̃næ seu pr̃m nostrorũ, q pcesserũt diluuiũ, & diu vi-
Gene.7 xerũt, vcz circa nongẽtos annos, sicut in Genesi legit: [in ira tua] hoc ẽ. in vltõe tua seu pro-
pter vindictam tuæ iustitiæ: nam ppter originale pctm̃ venimus in hunc statũ mortalitatis &
vallem lachrymarũ, q aliàs nati essemus in originali iustitia, collati in paradiso terrestri, fuisse-
musq; immortales p obediẽtiam facti. Vel ira ista intelligi pt diluuiũ, q̃d deus mũdo impiorũ
induxit, atq; extũc minorati & abbreuiati nimis sunt dies nr̃i, & debilitata humana cõplexio
Gene.6 Propter q̃d dñs ait: Nõ pmanebit spũs meus in hoĩe in æternũ, qa caro est, erũtq; dies vitæ il-
lius centũ viginti annorũ, [& in furore tuo.] hoc est, in multiplici pœna, quam nobis propter
originale pctm̃, & p diluuium induxisti, [turbati sumus.] i. vehementer afflicti, instabiles fa-
cti, formidolosi atq; miserijs pleni. In magna nãq; mẽtis tranquillitate creati eramus, qm̃ per
originalem iustitiam subiecta erat in hoĩe caro spiritui, sensualitas rõni, & rõ deo, sed homine F
præuaricãte, inflictæ sunt nobis pœnæ diuersæ grauesq;, qa in carne secutæ infirmitates, pas-
sibilitates, & mors. In sensualitate aũt timor & dolor, tristitia. In mente vero ignorantia, in-
stabilitas, & difficultas ad bene agendum, venitq; super nos, quod dictum ẽ prothoplasto no-
Gene 3 stro parẽti. Maledicta terra in opere tuo. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuer-
taris in terram, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. ¶Posuisti iniquitates nostras in cõ 8
spectu tuo.] Hoc est, eas non indulsisti, sed considerasti, quatenus iustam pœnam pro eis in-
Amos.5. fligeres, quemadmodũ per Amos dixisti: Cognoui scelera vestra. Et alibi: Adinuentiões eo-
Osee.7 rum, coram facie mea factæ sunt. Posuisti [& seculum nostrũ.] i. opa tpis nostri quo viuimus
[in illuminatõe vultus tui.] i. in lucida inspectõe itellectus tui, quatenus vnicuiq; tribuas q̃d
Hiere.32. meret, scd̃m illud: Fortissimè, cuius oculi aperti sup oẽs filios Adam, vt reddas vnicuiq; scd̃m
Eccl.23. vias suas. Et Ecclesiasticus: Oculi dñi multo plus lucidiores sup solẽ, circũspiciẽtes omes vias
hominum. ¶Quoniam omnes dies nostri.] Hoc est, duratio seu opatio vitæ nostræ [defe- 9
Iob.9. cerunt.] i. abbreuiati sunt, velociterq; consumpti. Iob dicit: Dies mei velociores fuerũt cur-
1.Par.29. sore, trãsierũt quasi naues poma. Et scriptum est: Dies nostri quasi vmbra sup terram, & nulla
est mora, [& in ira tua defecimus.] sicut iam dictũ est atq; expositũ. ¶Anni nostri sicut ara 10
Psalm.38. nea meditabunt.] Huic simile est quod dictum est ante. Et tabescere fecisti sicut araneam ani-
mam eius. Est itaq; sensus: Anni nostri. i. tpa vitæ nostræ, vel nosipsi in hoc tempore breui vi
uentes meditabunt, sicut. i. similes esse iudicabuntur araneæ, qm̃ sicut aranea semetipsam euis-
cerat & fatigat tæla formando, quatenus muscas capiat, cito tamen opus eius destruitur, mo-
dico, scilicet, vento flante, & labor eius cassatur, ipsaq́ue perit, sic homines multipliciter
occu-

A occupant temporalia congregando, honorem & gloriam seculi huius quærẽdo, & alios op-
primẽdo, & tñ ipsi celeriter moriunt, labores eorum inutiles efficiunt, imò incessabilr tendũt ad
casum, quẽadmodũ sanctus Iob asserit: Quasi putredo cõsumẽdus sum, & quasi vestimẽtum, Iob.13.
qd comedit à tinea. Vnde dr: Oẽs morimur, & quasi aquæ dilabimur in terrã, q̃ non reuertet 2. Reg. 14
[dies annorum nostrorum] scdm cõem cursum sunt in ipsis hoĩbus [septuaginta anni] qbus hõ
11 viuere pt in fortitudine cõpetẽti. ¶[Si aũt in potẽtatibus] hoc ẽ, fortibus & bene comple-
xionatis hoĩbus inueniant, [octoginta anni & amplius eorum] .i. tempus vlterioris ætatis erit
[labor & dolor] qm̃ senex plenus ẽ querelis, & ipsa senectus est velut labor continuus. Istud
de cõi cursu & lege intelligendũ est. Nam & multi añ septuaginta annos, ærumnosam ac lan-
guidã senectutẽ incurrũt. Aliqui vero post octoginta annos satis robuste atq; hilariter viuũt.
Sanctus Thomas allegat hos duos versiculos, ad oñdendũ, q vita hoĩm añ diluuiũ tã prolixa
fuit, potius ex diuina virtute, seu miraculose q̃ ex causa naturali, adducitq; ad hoc illud, quod
de Bercellay scriptũ est: Erat aũt Bercellay Galaadites senex valde .i. octogenarius. Et confir 2. Reg. 19.
mat idem per hoc quod de Dauid inducit: Rex Dauid senuerat, habebatq; ætatis plurimos, 3. Regũ. 1.
annos, & tñ Dauid septuagenarius obijt. Asserit quoq; Thomas, Dauid hos versus tẽpore suo
scripsisse, & ita scdm Thomam Dauid est author Psalmi psentis, ex quo sequi videt, q Tho-
mas senserit oẽs Psalmos à Dauid conscriptos. Hanc aũt vitę abbreuiationẽ & tpalem pœnã
12 nobis induxisti. ¶[Quoniam superuenit mansuetudo] Hoc est, quia iudicio tuo clementi
am addidisti, per quam rigorẽ tuæ iustitiæ temperasti. Meruerunt nãq; homines penitus de-
B strui ac damnari sed pro totali destructiõe inducta est decurtatio vitæ, pro damnatiõe vero p-
petua, temporalis afflictio [& corripiemur] p has tuas castigatiões mansuetẽ afflictas, cauen
13 do de cætero à peccatis ne grauiora patiamur flagella. ¶[Quis nouit] Sine tua speciali illu-
stratiõe, [potestatẽ iræ tuæ] .i. virtutẽ iustitiæ tuæ, & vltionũ tuarum rigorẽ, [&] quis nouit,
[p timore tuo] hoc ẽ, præ metuẽdo tuo iudicio, seu præ timore proprij cordis de tua maie-
state concepto, [iram tuam dinumerare] .i. omnes pœnas pctõribus à tua iustitia pparatas,
mensurare aut explicare? quasi dicat, nemo. Incomphensibilia nãq; sunt opa diuinæ iustitiæ,
quibus in pctõribus operat. Quorundam eñ pœna nũc incipit, & in futuro continuat. Aliorum
nunc inchoat, & in futuro seculo desinit. Aliorum pœna differt, quatenus in æternũ continuet.
Quis aũt ista discernere valet, & cur singula singulis accidant considerare, nisi quem deus sup-
naturalr, mirabiliterq; docuerit. Elucescit ex his, quia sancti homines vicissim præ nimio ti-
more maiestatis diuinæ, deficiunt à cõtemplatione diuinæ iustitiæ. Nam & timor vehemens
actum rationis locutionemq; impedit. Propter quod habet: Pauor eius non me terreat, ne-
que enim possum metuens respondere. Veruntamen moderata afflictio timoris siue tristi- Iob.9
tiæ, confert interdum ad veritatis notitiam adipiscendam, inquantum dissolutionem & exces
siuam libertatem & hilaritatem excludit. Vnde Esaias inducit: Domine in angustia requęsie
runt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. Insuper pro illuminatione diuina orat, Esaiæ.26
14 dicendo. ¶[Dexteram tuam] Hoc est, potestatem diuinam, & eius correctionem terribi-
lem, [sic notã fac] nobis iã per fidei contemplationem synceram à spiritu sancto infusam,
quatenus eam veneremur, & eius iram seu pœnam formidemus, dicentes ex animo illud: Iu-
C stæ & veræ sunt viæ tuæ seculorum. Quis non timebit te, & magnificabit nomen tuũ. Fac quoq; Apo.15
nos homines [& eruditos corde in sapiã] legis diuinæ, qm̃ oĩs sapiã à dño deo est. Et beatus Prouer. 2.
15 homo quem tu erudieris dñe. ¶[Conuertere dñe] Sine tua mutatiõe, conuertendo me ad te Psalm. 93
& clementer respiciendo in me, [vsquequo] .i. non cessando ab hac conuersione, donec ad vl
timũ finem pertingam. Vel, aliquantulũ vt alia trãslatio habet .i. modicũ, qm̃ quãtumcũq; pa
rum de grã tua pstiteris mihi, ego illud p magno habebo. Vel, aliquãtulũ .i. tribulatiões meas
mitiga atq; diminue nõ penitus tolle, qm̃ tribulatio necessaria ẽ electis, [& depcabilis esto sup
seruos tuos] nõ differẽdo nec idignãdo pp̃ter eorum pctã, s; citò ac dulciter succurrẽdo scdm
m̃iam tuã. Versiculus iste efficacissimã, affectuosissimã, ac deuotissimã cõtinet pcem, quẽ tãto
16 ardẽtius, q̃to frequẽtius dicere corde attẽto & affectu vim verborum gustãte, debemus. ¶[Re-
pleti sumus mane] .i. citò [mĩa tua] qa q̃citò corde syncero te inuocamus, plus q̃ meremur,
recipimus. Vel, mane .i. spũali aurora seu spũalis diei pricipio, qñ vcz sol iustitiæ Chrs dñs lu
cẽ grẽ iprimit metibus nr̃is. Vel, mane .i. hora resurrectõis dñicę, & hora missiõis spũs sctĩ, qa Matt.28
& Chrus mane surrexit, & spũs sanctus in die Pẽtecostes mane sup discipulos visibilr venit, Johan. 20
tũcq; repleti sumus mia dei, qm̃ Chrus (scdm Aplm) resurrexit pp̃ter iustificationẽ nr̃am, & Roma. 4.
illa paclẽti missio, erat totius mũdi illustratio [& exultauimus] .i. signa lętitię foris oñdimus,
[& delectati sum' interi'] Vel, exultauim' scdm itellectualẽ appetitũ, & delectati sum' scdm
appetitũ sensitiuũ p redũdantiã intellectualis exultatõis in ipm, sicut supius dictũ est: Cor me Psalm.83
um & caro mea exultauerũt in deũ viuũ .i. appetitus supior atq; inferior, [in omnibus diebus Phil.4
nostris] .i. cęteris horis omnium dierum quibus in gratia viximus, eo modo quo ait Apls: Sp 1. Thess. 5
gaudete, & in oĩbus gratias agite, & cantate, & psallite domino in cordibus vestris semper Colosse.3.

Hoies

Homines nanq; virtuosi nō solū gaudēt in prosperis, sed etiam in aduersis, queadmodū Christus D
Matth.5 hortatur, gaudete in illa hora & exultate. ¶Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti.⌋.i. » 17
humiliari, tētari, & opprimi permisisti. s. pro ⌊annis quibus vidimus⌋.i. experti sumus ⌊mala⌋ »
pœnæ. Magna quippe est rō exultādi in deo sustinuisse patiēter aduersa & aspera, quū hoc est
Iaco.1. signū prædestinationis æternæ, eo quod dñus dicat: Beatus vir qui suffert tētationē. Et btūs homo qui
Iob.5 corripitur à dño. Et bti qui persecutionē patiunt propter iustitiam. Et ego quos amo, arguo & ca-
Matth.5 stigo. Quidam hos versus exponunt de Ecclesia triūphanti, exponēdo præteritū pro futuro,
Apo.3. & per mane intelligētes horā resurrectiōis futuræ, nec dubiū est, quin hoc mō verficuli isti pleni
us cōpetūt btis in pṫia, quam electis in via. In btis nanq; ē mia cōsummata incessabilisq; lętitia atq; io
cunda præteritaꝝ tribulationū memoria. ¶Respice⌋ oculo pietatis paternæ ⌊in seruos tuos » 18
Esa.36 & in opatua⌋ Hoc est, in seruos tuos, qui sunt opa manuū tuaꝝ. Vel, in opa tua. i. operatiōes quas »
Phil.2 per grām facis in eis, queadmodū habet: Oīa opa nostra opatus es in nobis. Apostolus quoq;: Deus (inquit) est, qui operat in vobis, & velle & pficere, pro bona voluntate. Hæc opa sunt
tua & nostra. Tua sunt, qa à te principaliter procedentia, & nostra, qa per nos facta. Respice,
conseruando pficiēdoq; ea in vitā æternā, ⌊& dirige⌋ grā duce in vitā æternā ⌊filios eoꝝ⌋ »
videlicet seruoꝝ tuoꝝ. Vt aūt hoc fiat, oro vt. ¶Et sit splendor dñi dei nři sup nos⌋ Hoc ē » 19
Eccl.36 grā tua semp cordibus nostris effulgeat, sicut Ecclesiasticus dicit: Miserere nostri deus oīm,
& respice nos, & ostēde nobis lucē miserationū tuaꝝ. ⌊& opera manuum nostraꝝ⌋.i. opa- »
tiones nostras interiores & exteriores, quæ à viribus operatiuis causant, quæ nomine manuū
designant, ⌊dirige sup nos⌋.i. in finem supnaturalē, in vitam æternā ad tuūpſius honorē, & »
gloriam, quatenus non hominibus sed tibi in oībus complacere optemus, & præmiū supcœle
ste pro nostro labore adipisci curemus & intendamus, ⌊& opus manuum nostraꝝ dirige.⌋ »
postq plurali supplicauit opa sua dirigi, quid necesse iam est singulariter exorare, vt opus di-
rigat, nisi quod actum charitatis præsertim & summe dirigi cupit, quū actu charitatis manēte, cæ E
teraꝝ virtutum pmanēt opa, actu aūt charitatis cessante, oīa opa meritoria cessent, quū si-
ne actu charitatis nullius actus virtutis meret vitā æternā. Ecce inclytū Psalmū audiuimus
cuius primus versiculus est versus magnus, fiduciæ atq; charitatis præcipuæ. Debemus nan-
Matth.11 que ad dñm deum nostrum oīni fiducia ac dilectatione cōfugere, sicut ad patrē & saluatorē.
Vnde saluator ait: Si vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris, quātomagis pr̃ ve-
ster cœlestis dabit spm bonū petētibus se. Studeamus ergo ex documētis Psalmi pſentis, vitę
nostræ breuitatē pensare, æternæ felicitatis indeficiētes dies appetere, ab oīni seculari amore
atq; carnali affectu, vana solicitudine, & inquieta perturbatione corda nostra purgare, quate
nus splendoris gratiæ dei semper capaciores reddamur, moxq; finito huius exilii incolatu ad
lumen gloriæ intromittamur.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM XC.

¶Argumentum.

¶Titulus: Laus cātici Dauid. In hoc Psalmo pphēta intēdit nos monere, vt exēplo Christi
cū spe auxilii eius adnitamur, supare tentatiōes, qtenus inde cōsequamur æternæ gloriæ coro
nam. Vnde tres habet pcipuas partes. In quaꝝ prima ponit promissio diuinæ ptectionis in
tentationū certamine, deinde promittit victoria p diuinā defensionē, ibi: Cadēt à latere mil-
le, In tertia deniq; repromittit corona victorię debita, ibi: Quoniam in me sperauit. Author
vno duntaxat commentario ipsum declarat.

¶Expositio Tituli.

¶Ascribit Psalmo iā ptractādo hic titulus: Laus cātici ipsi Dauid. i. in Psalmo hoc cōtinet F
laus spūalis iocunditatis, conueniēs ipsi Dauid, & cuilibet fideli p Dauid significato. Agit eñ
hic Psalmus de tētatiōibus variis generis humani quaꝝ victor in hoc psalmo laudat & de ęter
na iocūditate p promissionē dei certus efficitur. Refert aūt Nicolaus de Lyra, quod Psalmus iste
cū psalmis sequētibus vsq; ad psalmū cētesimū, qui incipit: Misericordiā & iudicium &c. in He
bræo titulo caret, & quod titulus iste ab aliq expositore scdm ppriā voluntatē appositus sit. Asse
rit quoq; quod Psalmus iste cū sequētibus vsq; ad psalmū cētesimū, à Moyse factus sit scdm He-
bræos. Hęc aūt doctoribus catholicis dissonāt, credendū est nanq; titulos psalmoꝝ ab aliq san
cto ex diuina inspiratiōe formatos, sed & sancti doctores penè oēs, allegādo verba hoꝝ psal-
moꝝ, frequēter sanctū Dauid cōmemorant tanq authorem eoꝝ. Ait ergo.

¶Expositio Psalmi.



Vi habitat in adiutorio altissimi⌋ Hoc ē, hō mentē suā in deo stabiliēs, innitē- » 1
do auxilio grę eius, queadmodū Esaias dicit: Quis ambulat in tenebris, & non
Esa.50 est lumē ei? Speret in nōie dñi, & innitat sup deū suū. Et Salomon: Habe fidu-
Prouer.3. ciā in dño ex toto corde tuo, & ne innitaris prudētiæ tuæ. Hic talis ⌊in prote- »
ctione dei cœli cōmorabit⌋.i. à deo stabilr ptegēt. Sicut in adiutorio dei ha- »
bitat sperās ab eo adiuuari, sic in ptectiōe dei cœli cōmorabit effectū spei adi-
piscen

A piscendo, qm̃ deus protector est oĩm sperantiũ in se. Iuxta illud: Respicite filij & scitote, quia Eccl.2.
nullus sperauit in dño & cõfusus est. Ad hoc itaq; ꝙ mereamur à deo cœloꝝ defendi nõ suffi-
“ cit trãsitoriè seu instabilr̃ eius subuẽtioni inniti, sed debemus in adiutorio altissimi habitare
hoc ẽ, fixo aĩo ꝑmanere, pẽsantes nos eius ope incessabilr̃ indigere, quẽadmodũ ait filius dei.
Sine me nihil potestis facere. Nequaq̃ eñ ꝑmittimur in nobismetipsis seu ꝓprijs meritis viri- Iohan.15
busq; cõfidere, si veꝝ eẽ fatemur, q̃d ait diuinus Ap̃lus, gr̃a dei sum id q̃d sum. Et rursus: Non 1.Cor.15.
sum⁹ sufficiẽtes cogitare aliq̃d ex nobis tanq̃ ex nobis, sed sufficiẽtia nostra ex deo ẽ. Idcirco 2.Cor.3.
Chr̃us: Qui manet (inq̃t) in me & ego in eo, hic fert fructũ multũ. Sciẽdũ vero ẽ, ꝙ q̃dã sunt Iohan.15
hoĩes in deo nõ sperãtes. Alij sunt de deo desperãtes. Alij aũt sunt in deo frustra sperãtes. Qui
eñ cõfidũt in vanitatibus suis, in ꝓprijs virib⁹, meritis, seu diuicijs, nõ in deo sed in seipsis spe
rãt. Qui aũt sine opibus in deo sperat, inaniter sperat. Habitemus igit̃ semꝑ q̃ntũcũq; ꝓfeceri-
mus in adiutorio altissimi, oẽm ꝓfectũ & ꝑfectionẽ nr̃am suę misericordissimę bonitati, de-
uotõe plenissima asscribẽtes, atq; cũ Esaia dicẽtes: A facie tua dñe cõcepimus, & quasi parturi Esa.26
mus & peperimus spm̃. Et iteꝝ: Tantũ in te recordemur noĩs tui. Ad hoc nãq; ĩducit nos de⁹ Ibidem.
2 “ apertissimè dicẽs: Perditio tua Israel ex te, in me tm̃mõ auxiliũ tuũ. ¶Dicet dño⌋ hõ taliter Osee.13
“ in adiutorio dei habitãs ⌊suscéptor meus es tu⌋ .i. orõnũ meaꝝ pius auditor, meæ infirmita
tis clemẽs curator, mei pœnitẽtis atq; ad te redeũtis clemẽtissimis brachijs misericordiæ am-
“ plexator, ⌊& refugiũ meũ⌋ qm̃ ad te in oĩ periculo, necessitate, & indigẽtia securè cõfugio
“ sicut ad p̃rem ac saluatorẽ ⌊deus meus⌋ oĩm quidẽ generalr̃ deus es, tanq̃ oĩm cõditor & pro
uisor, sed specialr̃ deus meus, primo ex parte tui ꝓpter specialẽ pietatẽ & grãm, quã mihi im-
B pẽdis, scd̃o ex parte mei ꝓpter specialẽ dilectionẽ & cultũ, q̃bus tibi adhęreo teq; honoro, &
“ summè ac vnicè colo, ⌊sperabo in eũ⌋ nõ in hoĩe puro, qm̃ maledictus vir q̃ confidit in hoĩe, Hiere.17
nec in aliqua pura creatura, sed in te sperãs ꝑ opem & grãm tuã oĩe malũ euadere, oĩe bonũ
acq̃rere. Scriptũ est nãq;: Bñdictus vir qui cõfidit in dño, & erit dñs fiducia eius. Sperabo aũt Hiere.17.
3 “ in eum. ¶Qm̃ ipse (ꝑ grãm) liberabit me de laqueo⌋ hoc est, à deceptõe atq; pestifera infe-
“ ctione ⌊venantiũ⌋ .i. iniquoꝝ ad pctã q̃bus aĩa captiuat̃ ac morit̃, inducentium. Venatores
nãq; hic appellant̃, qui currũt & satagũt fallere aĩas, easq; à deo auertere, ac ꝑ hoc priuari gr̃a
in p̃senti, & gloria in futuro. Hi vero venatores, nõ solum sunt dæmones, sed eoꝝ quoq; imi-
tatores hoĩes reprobi, de q̃bus scriptũ est: Inuidia diaboli, mors introiuit in orbem terrarum. Sapię.2
Imitant̃ aũt illum q̃ sunt ex parte illius. Vnde legit̃: Vir frẽm suum venat̃ ad mortẽ. Laqueus Miche.7
vero nũc dicit̃ id, quo aĩa dæmonũ seruituti subijcit̃, ab hostibus suæ salutis capit̃, vinculisq;
æternæ mortis ligat̃. Hoc aũt aliud nihil est, nisi mortale pctm̃. Propter quod Apostolus la- 1.Timo.6
queum istũ interdum singulariter exprimit, nominãs eum auaritiã. Qui volũt diuites fieri, in-
cidunt in tentationẽ & laqueũ diaboli. Interdũ vero exprimit eum pluralr̃, intelligendo quæ-
cunq; pctã mortalia nomine laqueoꝝ, sicut cum ait: Dedit illis deus pœniam, vt resipiscãt à 2.Timo.2
laqueis diaboli, à quo captiui tenent̃ ad ipsius voluntatẽ. Vnde de his laqueis, q̃bus anima mi-
serabilr̃ irretit̃ & spũaliter morit̃, asserit̃. Aerumnæ seculi, & deceptio diuitiarum, & circa reli- Marci.4
qua concupiscentiæ introeuntes in cor, suffocant verbum, & sine fructu efficit̃. Quid ergo est:
Ipse liberabit me de laqueo venantiũ, nisi ip̃e ꝑ misericordiam suam eripiet me, atq; saluabit,
C ab insidijs hostium visibilium & inuisibilium. Iuxta illud: Erit oĩpotens contra hostes tuos: Iob.22
“ Liberabit insuꝑ me ⌊& à verbo aspero⌋ .i. ab oĩ sermone nociuo cõtra me dicto, ita vt nõ
fiam impatiens, dum alij me irrident, calumniant̃, vituperant. Deridet̃ eñ iusti simplicitas, & Iob.12.
vitam iustorum peruersi sermonibus impijs lacerant, in his sed gr̃a dei iuuante non conturba
mur, imò lætamur, pensantes quod ait saluator: Beati eritis, cum maledixerint vobis homines Matth.5
& ꝑsecuti vos fuerint, dixerint oẽ malum aduersum vos mentientes propter me. Gloriari
namq; debemus, dum insurgit in nos imprudentium contumeliosa loquacitas, qm̃ confor- Psal.6
mamur aliqualiter domino nostro Iesu Christo, qui ait: Obprobria exprobrantium tibi, ce- Psal.21
ciderunt super me. Et omnes videntes me, deriserunt me. Cui frequenter dixerunt Iudęi. Dæ Iohan.10.
moniũ habet, & insanit, hõ vorax, amicus pctõꝝ, & in principe dęmonioꝝ dęmonia eijcit.
Vel, à verbo aspero .i. à sñia iudicis, q̃ dicet in die iudicij impijs verbũ illud asperrimũ: Ite ma Matt.25
4 “ ledicti in ignem æternum. ¶Scapulis suis obumbrabit tibi⌋ Per scapulas dei, intelligit p̃tã-
tem diuinam electos protegentem. Est igit̃ sensus: Scapulis suis .i. potestate sua benigna, ob-
umbrabit tibi .i. ab æstu tentationis & igne persecutionis refrigerabit, alleuiabitq; te, sicut su-
perius dicit̃. Obumbrasti super caput meũ in die belli. Vnde Apostolus dicit: Sicut abundãt Psal.139.
“ passiones Christi in nobis, ita per Christum abundat consolatio nostra, ⌊& sub pennis eius⌋ 2.Cor.1
“ .i. sub alis ipsius, videlicet sub extensione miæ atq; potẽtiæ dei ⌊sperabis.⌋ ꝙ per miam & po
“ tentiam dei saluaberis. ¶Scuto⌋ Spũali in aĩa ⌊circũdabit⌋ .i. vndiq; muniet ⌊te veritas
5 “ eius⌋ .i. sacræ scripturę cognitio, seu illustratio spũs sancti. Vnde ait saluator: Si manseritis in Iohã 8
“ sermone meo, veritas liberabit vos. Et Apostolus: Omnis (inquit) scriptura diuinitus inspi- 2.Timo.3
rata vtilis est ad docendum, ad corripiendum, vt perfectus sit homo ad omne opus bonum.

Quemadmodum enĩ scuto materiali defendit corpus à læsionibus hostis, sic per consideratio D
nẽ sacræ scripturæ, & cõmemorationẽ diuinæ doctrinæ. Protegit aĩa ab impugnatõib⁹ tẽta
Sapię.15 roris, reijcitq́ à suo cõsensu, quicqd diuinę legi cõspicit dissonare. Propterea sapiẽs dicit: Ser
mo tuus dñe, eos q in te credũt, cõseruat. Qui enĩ in oĩe q̃d agit vel deserit, sacræ scripturę te
stimoniũ adhibet, iexpugnabili scuto munit, nec ꝑt errare. ⌊ nõ timebis à timore nocturno ⌋ »
.i. nõ formidabis icurrere noctis timorẽ, neq; pauebis ab his q̃ solẽt nocturnis tꝑibus timorẽ
incutere. Multi enĩ imbecilles & modicę spei timẽt, die adhuc durãte, ꝙ in nocte ꝑterrebunt.
Et qdã paululũ aĩo fortiores hoc nõ timẽt, tñ in ipa nocte de facili ꝑterrent, ex aliquo strepitu
Prouer.3. seu imaginatõe aut somnio. Hic timor magnę impfectõis indiciũ est liberatq́; ab eo veritas sa
Prouę.28 cræ scripturæ, seu illuminatõis supernæ, quę ait: Ne paueas repẽtino terrore. Vnde Salomon
dicit: Fugit impius nemine ꝑsequẽte. Iustus aũt quasi leo cõfidẽs, absq; terrore erit. Deniq; cõ
tra hũc stultũ timorẽ, q̃ timemus de nocte ꝓpter absentiã hoĩm, seu ꝓpter somnioꝝ aut fanta
siaꝝ occursum, quasi deus & sancti angeli nõ essent nobiscũ de nocte sicut in die, aut quasi dę-
Eccl.34 mon aliqd posset in nos nisi ꝑmissus à deo. Scriptũ est: Qui timet deũ, nihil trepidabit. Et ite
rum: Quasi q apphẽdit vmbrã & ꝑsequit ventũ, scd̃m hoc visio somnioꝝ. Qui ista verba ęter
Prouer.1. næ veritatis ꝑpendit, hoc carebit nocturno timore, quẽadmodũ sapiã ꝓfitet: Qui me audie-
rit, absq; terrore quiescet. Quòd si imaginatões reꝝ timorẽ incutientiũ oriunt in nobis, vt; cõ
memoratões iã defunctoꝝ &c. multum ꝓdest statim in corde describere imaginem Chri
in cruce pendẽtis, & ea q̃ ipe pro nobis ꝑpessus ẽ, nõ timebis etiã. ¶ A sagitta volãte in die ⌋ » 6
hoc ẽ, ab aspera aduersitate quę manifeste infert, sicut est contumelia, depdatio & quęcũq; ma
Phil.1. nifesta afflictio, imò aduersitas talis tanq̃ donũ dei recipit, & iocunde suffert, iuxta illud Aplĩ: E
Hebrę.10 Vobis datũ est à Chro nõ solũ vt credatis in eũ, veꝝ etiã vt patiamini pro eo. Et ad Hebręos:
Rapinã (inqt) bonoꝝ vestroꝝ cũ gaudio suscepistis. Nec timebis ⌊ à negotio ⌋ .i. dæmonio, »
⌊ ꝑambulante in tenebris ⌋ .i. q nocturnis tꝑibus ꝑmittit inquietare homies, neq; formidabis »
⌊ ab incursu & dęmonio meridiano ⌋ .i. dæmone q in die ꝑmittit deseruire. A quatuor ergo »
tentatõibus liberat, qui in adiutorio altissimi habitat. s. à timore nocturno, à sagitta volante in
die, à negotio ꝑambulante in tenebris, & ab incursu & dæmonio meridiano, & ita nullã tẽta-
Phil.4 tionẽ quantũcũq; grauẽ seu vndiq; illatã, veret, dicẽs cũ Aplo: Oĩa possum in eo q me con-
Hiere.16. fortat. Et illud Hier. Dñe fortitudo mea, & refugiũ meũ, & robur meũ in die tribulatõis meæ.
Psalm.27 Vnde superius dictũ est: Dñs illũinatio mea, & salus mea, quẽ timebo &c. Propter q̃d Petr⁹ ꝓ
1. Petri.3. testat: Quis est q vobis noceat, si boni ęmulatores fueritis? Nempè si deus pro nobis, qs cõtra
Romañ.8 nos? Igit nec dæmonẽ perambulantẽ in tenebris, nec dæmonium meridianum timebis.
¶ Cadẽt à latere tuo (sinistro) mille ⌋ ex dæmonibus ⌊ & decẽ milia ⌋ dæmonioꝝ cadent à » 7
Roma.16 dextris tuis, qa quicũq; seu quotcũq; ad te tẽtandũ accesserint, diuina virtute superabunt ac
fugiẽt, quẽadmodũ dicit Aplus: Deus pacis cõteret satanã sub pedibus vestris velociter. Ideo
4. Reg.6. Helisæus locutus est: Nolite timere, plures enĩ nobiscũ sunt q̃ cũ illis. Per latus aũt sinistrũ à q̃
mille cadere ꝓhibent, intelligendus est status aiæ in aduersis. Per dexterã vero, status eius in
prosperis. Dicit ergo ꝙ mille casuri sint à latere tuo sinistro, qm̃ nulla aduersitas te deijciet, si
in adiutorio altissimi habites, imò quantũcũq; fuerit spũs tuus afflictus, nec murmurabit, nec
à deo recedet, neq; pusillanimitate victus, tẽtatori succũbet. Cadẽt quoq; decẽ milia à dextris
tuis, qm̃ nulla prosperitas te extollet, & quantũcũq; prosperè succedat, nunq̃ in teipo gaude- F
bis, nec aliqd boni tibi asscribes, nec tẽtatori blandiẽti cõsenties. Sed cur à sinistro latere asse
rit mille casuros, atq; à dextris decẽ milia? Primo sciendũ ꝙ hic ponit numerus determinatus
Dan.7 pro numero indeterminato, quẽadmodũ Daniel inqt: Milia miliũ ministrabant ei, & decies
Apo.5. milies centena milia assistebãt ei. Et in Apocalypsi: Erat numerus angeloꝝ milia miliũ, dicen
tiũ: Dignus est agnus q occisus est accipere virtutẽ. Est igit sensus: ꝙ à lateribus tuis cadet mul
1. Regũ.14 titudo dæmonioꝝ, quantũcũq; fuerit numerosa seu multa. Nam vt in scriptura habet, nõ est
dño difficile saluare in multis vel in paucis, suntq́; plures ac fortiores pro nobis, videlicet an-
geli sancti, q̃ cõtra nos angeli mali. Veruntñ dicunt plures casuri à dextris q̃ à sinistris, qm̃ plu
res hoĩes seducunt per blandimẽta atq; illecebras prosperitatis, q̃ per molestias aduersitatis.
Delectationẽ nãq; oẽs naturalr vehemẽterq́; appetũt, ⌊ ad te aũt nõ appropinquabit ⌋ ten »
tatio dæmonũ per cõsensum, seu multitudo dæmonũ à te victa per opem gr̃æ dei. Dæmones
Iaco.4 nãq; victi cessant à tentatõe & fugiunt, quẽadmodum scriptum est: Resistite diabolo, & fu-
giet à vobis. Et asserũt aliqui, ꝙ dæmon semel victus ab aliquo, nunq̃ redeat ad tentandũ eun-
dem. Alij dicũt, ꝙ nunq̃ redeat ad tentandũ eundẽ de illo pctõ, quo semel ab eo extitit victus.
Sed probabilius reor, q̃d & sancto Thomæ amplius placet, vt; ꝙ q̃uis dæmones victi ad tẽ-
pus recedãt & à tentatõe desistãt, redeunt tñ vicissim ad tentandũ eundẽ de quocunq; pctõ,
Luc.4 & ad huius cõfirmationẽ allegat Thomas q̃d de Chro cõscriptũ est. Cõsummata oĩ tenta-
tione, diabolus recessit ab eo vsq; ad tẽpus. ¶ Verũtñ oculis tuis (interioribus) cõsiderabis ⌋ » 8
Hanc victoriam tuam tibi diuinitus pręstitã, ne deo ingratus existas, & ad hanc consideratio
nem te

A nem requiritur spūs sancti infusio, iuxta illud apostoli. Nos nō spiritū huius mūdi accepim⁹
“ sed spiritū q ex deo est, vt sciamus q̄ à deo donata sunt nobis ⌊ & retributionē pctōꝝ vide- 1. Cor. 2.
“ bis. ⌋ .i. iustā pœnā reproboꝝ pēsabis & cernes. Nūc quidē per fidei speculationē, recolēdo
destructionē futuri iudicij, pœnasq; inferni, in seculo aūt futuro ac finali iudicio eā videbis p
9 “ certissimā manifestationē, & vt eā euadere queas, dices deo. ¶Qm̄ tu es dn̄e spes mea ⌋ .i.
obiectū, causa, & terminus spei meæ. Vel, spes mea .i. bonum à me principaliter, finaliterq;
speratū, quia nō aliud bonum desidero, nec aliud præmiū quæro, nec aliū finem expecto nisi
“ teipsum, ⌊ altissimū posuisti refugiū tuum ⌋ .i. in teipso collocasti terminū nostri refugij. s.
vt nō quiescamus nec citra seu infra te, sed mentē erigamus in tuæ bonitatis contemplatio-
10 “ nem, sicq; ad tuijpsius ineffabilem & superaltissimam confugiamus clementiā. ¶Non ac-
“ cedet ad te malū ⌋ .i. peccator nō admittetur ad societatē & gloriā tuā. Vel, malū .i. peccatū
nō accedet ad te per approbationē, qa non cōplacet tibi, sicut pdictū est, qm̄ nō deus volens Psalm. 5.
“ iniquitatē tu es, ⌊ & flagellum nō appropinquabit tabernaculo tuo ⌋ .i. triūphanti ecclesiæ,
seu cœlo empyreo, qa in patria nulla inuenit tristitia, afflictio aut miseria, sed gaudiū & læ-
titia, gratiarūactio & vox laudis. Vel sic homo iustus dicet. Qm̄ tu es dn̄e spes mea, & si hoc Esaie. 51
deo veraciter dixeris o homo qcūq; es ille, tūc vtiq;, altissimū posuisti refugiū tuū .i. in Chri
sto vniuersoꝝ cōditore, nō in rebus creatis & vilibus, statuisti tibi locū refugij. Idcirco, non
accedet ad te malū pœnæ vel culpæ in seculo illo, vbi spei tuæ mercedē recipies, & flagellū
non appropinquabit tabernaculo tuo .i. corpori tuo quod in futura resurrectione resumes,
quoniā corpus impassibile, clarum, agile, atq; subtile habebis. Oportet nāq; (secūdum apo- 1. Cor. 15
stolum) mortale hoc induere immortalitatē. Vnde dominus ait: Erit securitas vsq; in sempi Esaie. 32
ternū, & sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & requie
opulēta. Vel, non accedet ad te malū culpæ mortalis in psenti per consensum, qm̄ sperātem
B in se dn̄s à ruina pseruat, secūdum quod habetur. Satagite vt p bona opera certā faciatis ele- 2. Petri. 1.
ctionem vestrā, sic em̄ facientes non peccabitis aliquādo, & flagellum non appropinquabit
tabernaculo tuo, hoc est, corpi tuo in detrimētum & nocumentū ipsius, imo tale flagellū po
tius reputandū est dulce ac prosperum purgamentū, & maximum meritum q̄ durū tormen- Roma. 8.
tum aut aliquod nocumentū, quia vt ait apostolus. Nō sunt cōdignę passiones huius tēporis
ad futurā gloriā, quæ reuelabitur in nobis. Et alibi. Id quod in psenti est, momentaneū & le- 2. Cor. 4
ue est tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternū gloriæ pondus operatur in
11 “ nobis. ¶Quoniā angelis suis mādauit de te, vt custodiāt te in omnibus vijs tuis. ⌋ Omnes Heb. 1.
nāq; (secūdum apostolum) sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos q
hæreditatem capiunt salutis. Quòd enim angeli deputantur ad custodiam hominum. Chri Matt. 18
stus insinuat. Angeli (inquit) eorum in cœlis semper vident faciem patris mei. Vbi Hierony
mus dicit. Magna est dignitas animarum, vt vnaquæq; à natiuitatis exordio habeat angelū
sanctum, ad sui custodiam deputatum. Sed cum singulis hominibus singuli præsint angeli,
cur non ait, angelo suo mandauit de te, vel angelis suis mandauit de vobis. Et respondendū,
q quàmuis quilibet homo inquantum est singularis persona specialem habeat angelum, tn̄
sicut vnum eundemq; hominem plures tentant diaboli, sic eidem homini adesse atq; succur
C rere possunt angeli plures. Custodiunt autem nos angeli quantum in ipsis est, in om̄ibus vijs
hoc est, operibus nostris. In bonis enim actibus nos custodiunt ne cessemus à bono, sed sem
per perseueremus in finem. In malis quoq; actibus nos custodiunt, ne statim à dæmone ra-
piamur, & ne in vitijs persistamus. Custodiunt etiam nos à tentationibus dæmonū, ne quā-
tum desiderant, nos molestent, & à multis periculis mentis & corporis. Vnde secūdū Tho-
mam infantes in vtero matrum suarum angelum specialem pro custodia sortiuntur, quia in-
12 “ fanti in vtero accidere possunt aliqua nocumenta. ¶In manibus suis ⌋ hoc est, in sua pote-
“ state & sapientia ⌊ portabunt ⌋ .i. dirigent ⌊ te ⌋ de via huius exilij ad patriā electorum. Ad-
iuuant enim sua virtute nostram infirmitatē, & sua sapientia tenebras cordis nostri illustrāt
sicq; gradiūtur nobiscum portātes nos secum, cooperādo nobis in omni bono opere. Por-
“ tabūt igitur te, ⌊ ne forte offendas ad lapidem pedē tuum ⌋ .i. ne aliqd tibi in via obsistat, sed
pede inoffenso, & calle securo tēdas ad patriam. Vel, ne offendas ad lapidē pedem tuum ⌋ .i.
ne Christum, qui est lapis angularis, peccādo offendas. Vel, ne offendas ad lapidem. hoc est,
ad culpam mortalem ab ingressu patriæ prohibētem, quēadmodū lapis obstruit viā prohi-
betq; ingressum, pedem tuum .i. affectum tuū, seu operis tui gressum, seruiendo ac inhæren-
do creaturę potius quàm creatori. Hos duos versiculos proposuit Christo diabolus, quasi de
Christo prædictos, sed cum ipe sit mendax, & cum mendacium loquitur ex proprio loqui-
tur, ideo mendaciter allegauit. Non enim de Christo dicta sunt ista (secūdum Hieronymū) Romañ. 1
sed de membris eius, qm̄ Chrūs angeloꝝ custodia nullatenus eguit, quippe qui errare nō po Matt. 4.
tuit, ministrauerūt tamen ei angeli, nō propter necessitatem, sed propter reuerentiam atq;
13 “ decentiam. ¶Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonē & draconē. ⌋

Huic simile est quod Chrus ait discipulis: Ecce dedi vobis potestatē calcandi super serpen- D
Lucæ.10 tes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Quæ licet ad literam accipi possint de irrationalibus, venenosisq; brutis, quæ multi sanctorum, præsertim in
Marc.16 noua lege sine læsione calcauerunt, sicut eorū venena sine nocumento biberunt, iuxta illud Christ rapud Marcū. Si mortiferum quid biberint, non eos nocebit. Quod etiam partim cōtigit filijs Israel ex Aegypto gradientibus, per eremum vastam atq; horribilem & venenosis
Deuter.8 animalibus plenā, quæ nocumentum non intulerunt filijs Israel, quemadmodū Moyses scripsit: Dominus ductor tuus fuit in solitudine magna & terribili, in qua erat serpens flatu adu-
Spūalis expositio rens, & scorpio, ac dypsas. Conuenientius tamen per animalia ista accipimus dæmones, horum animalium proprietatē habentes, vel eundem dæmonem diuersis his proprietatib⁹ vel potius malitijs informatum, seu ipsa vitia taliter nocentia, qualiter nocent animalia ista. Dæmon itaq; dicitur aspis, inquantum cordi virus inuidiæ ingerit, & occultæ tentationis veneno animam inficit & occidit, sicq; per aspidem intelligi potest inuidia, quæ suo veneno charitatem dei & proximi, omniumq; virtutū virorem intoxicat, & penitus demolitur, ac
1.Johan.3 Ibidē. destruit, quoniā sicut ait Iohannes: Qui non diligit, manet in morte. Et iterum: Qui odit fratrem suum, homicida est. Dæmon quoq; dicitur basiliscus, dum sola fraudulenta suggestio-
1.Cor.11. ne animā tentat atq; interficit, proponendo ei mala sub specie boni, vtpote in angelū lucis se transfigurans, secundū apostolū. Basiliscus nanq; solo visu interficit, non quoslibet, sed eos (vt fertur) à quibus ipse primitus non videtur. Nam si homo illum prius conspiciat, non sibi nocet oculus venenosissimi basilisci, imò (vt legitur) si quis speculum basilisco obijciat, repercutitur venenū, rediens ad eum vnde manauit, & proprium interimit effusorem, scilicet ip-
Ibidem sum basiliscum. Sic plane iste diabolus, qui per basiliscū significatur, & in angelū lucis transformatur, non videntem interimit, si vero aspiciat homo primitus dæmonem istū, eius versutiam perpendendo, non læditur, sed redit malignitas dæmonis in caput ipsius, sicq; per basiliscum vana gloria designatur, quæ incautos & mentaliter cæcos prosternit, videnti vero E
& spūaliter illustrato nocere non valet. Dicitur etiam dæmon leo, dum contumaciter, violē-
1.Petri.5 ter, ac impetuose hominem, maxime innocentē, persequitur. Propter quod princeps Apostolorum admonet: Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquā leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Vnde per leonem significat ferocia animi, seu omē peccatum ad violentiam pertinens. Dicitur autē diabolus draco, cum
Job.40 per suarum pestiferarum immissionum abundantiam, hominem prorsus absorbet, sicut de eo scriptū est: Absorbebit fluuium, & non mirabitur. Itaq; per draconem obstinatio desig-
Alia expō natur. Possent quoq; per bruta ista intelligi homines impij, propter similitudinem imita-
Matt.4 tionis in malo. Nam peruersis, incredulisq; Iudæis ait Iohannes Baptista: Progenies viperarum, quis ostendit vobis fugere à futura ira? Pharaoni quoq; per Ezechielem dicitur: Audi
Ezec.29 Pharao draco magne. Si ergo in deo plena mente confidis, super omēs has aspides & basiliscos ambulabis, omnesq; istos leones & dracones calcabis, quoniam in omni tentatione persequutione, & vitiorū impulsu à peccato immunis existes, iuxta illud Apostoli: In omnibus
Roma.8. his superamus propter eum qui dilexit nos. Deinde sequitur benignissima consolatio dei, ꝑmittentis speranti in se multiplicem gratiam in ꝑsenti, plenāq; i futuro beatitudinē ¶Quo » 14
niam in me speravit, ⌋ non spe cassa & vacua, sed operosa atq; formata, agens quod sibi possibile fuit, nec tamen viribus suis aliquid tribuens, nec propriæ perfectioni confidens, sed in F
me principaliter sperans ⌊ liberabo eum, ⌋ iam à vitijs, & in futura resurrectione ab omi pœ »
nalitate ac imperfectione mētis & corporis, quando reformabo corpus humilitatis suæ, con
Philip.3. figuratum corpori claritatis meæ, ⌊ protegam eum ⌋ in omni periculo, ⌊ quoniam cogno- »
uit nomen meum, ⌋ .i. quoniam sciuit & fide ac opere recognouit me esse misericordem in ignoscendo, fidelem in adiuuando, veracem in promittendo. Est autem quædam cognitio dei, quæ vocatur informis, id est, sine decore & ornamento, quoniam non est charitati & bo
Tit.1. næ conuersationi coniuncta, de qua cognitione dicit Apostolus: Confitentur se nosse deū, fa-
Roma.1. ctis autem negant. Et ad Romanos: Cum cognouissent deū, non sicut deum glorificauerūt, aut gratias egerunt. Alia appellatur cognitio dei formata .i. dilectioni vnita, de qua scriptū
1.Johan.2 est: Qui dicit se nosse deum, & mandata eius non seruat, mendax est. Nunc igitur loquitur,
Osee.6 propheta de cognitione dei formata, quæ vtiq; diuinā protectionē meretur, cū sit acceptabilior deo q̄ holocaustomata, quēadmodū dn̄s ait: Scientiam dei volo plus, q̄ holocausta. Ecce
1.Joha.5 q̄ magnum bonū est cognitio dei. Nempe tam magnū est, vt ipsa dicatur finis aduētus Chri
Johan.17 sti & vita æterna, scriptum est eñi: Scimus quoniam filius dei venit, & dedit nobis sensum vt cognoscamus deum verum. Et iterum: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te deum verum.
¶Clamauit ad me, ⌋ feruenter orādo, ⌊ & exaudiam eum, ⌋ dando quod rationabiliter atq; » 15
Psalm.33 stabiliter postulat, ⌊ cum ipso sum in tribulatione, ⌋ sicut superius dictum est: Iuxta est dn̄s »
his q̄ tribulato sunt corde. Nō ergo formidemus, nec dedignemur tribulationes iugiter sustinere

A ſtinere, ſi cupimus deũ nobis inceſſanter adeſſe. Eripiam eum ab aduerſis & glorifica- Mat.25
“ bo hoc eſt, glorioſum & beatum efficiam eum in patria, dicẽdo ad eum. Euge ſerue bo- Luc.19
16 “ ne, quia ſupra pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te cõſtituam, intra in gaudiũ dñi tui. ¶ Lon-
“ gitudine dierũ hoc eſt, interminabili duratione vitæ beatæ ſeu æuo quod eſt æternitas participata, quæ eſt mẽſura actiõis q̃ beati in patria beatifice pfruũtur, in q̃ fruitiõe nulla eſt in-
“ terruptio, viciſſitudo, aut pmutatio replebo eum dãdo ei æternaliter mecum manere, ſi-
“ cut deſiderat appetitus eius, quatenus nec velit, nec poſſit, nec timeat ſeparari à me & oſtẽ
“ dam illi clare per ſpeciẽ ſalutare meũ, .i. filiũ meũ dilectũ, omniũ ſaluatorẽ, verbũ æternum, in quo beati in patria omia vidẽt, q cum me patre ſuo & ſpũ ſancto, eſt vnũ idẽq; obiectum & cauſa beatitudinis omniũ electorum. In hac diuinitatis Chriſti oſtenſione ſeu viſiõe Iohan.14
tota noſtra felicitas, ſumma iocũditas, præmiumq; eſſentiale cõſiſtit. Vnde & Chriſt9 in hac oſtenſione ſui, felicitatem noſtram cõſiſtere innuit, dicens: Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. Ecce pſalmum ſententioſum, moralem, doctrinalem, & conſolatiuum audiuimus, in quo docemur quàm ſalutare ſit in deo, cõfidere, quid ſic confidens debeat domino dicere, quid ab eo expectare, quantis tentationibus plena ſit vita iſta, quàm mutiplex adiutorium angelorũ ſanctorũ nobis deus contra eas donauerit, quàm beatos effectus conſequantur, ſpem fixam in domino habentes. Merito etiam pſalmum iſtum in completorio dicimus contra inſidias noctis, tentationesq; multiplices dæmonis, tunc enim præcipue diuina protectione & gratia atq; angelica indigemus cuſtodia, debetq; quilibet noſtrum ſpeciali veneratione honorare angelum ſuum, præſertim eum inuocando de mane, quatenus tota die nos protegat ac dirigat, & de ſero, vt per totam noctem cor noſtrum ac corpus cuſtodiat, ſomnia dura repellat, mentem illuſtret, reſurgentes pie præueniat, indeſinenterq; nobis aſſiſtat, & vt promiſſiones diuinas in fine huius
B pſalmi deſcriptas mereamur ſortiri, ſatagamus hunc pſalmum in completorio deuotiſſima mẽte cantarẽ, quod ſi egerimus, guſtabimus ſæpe interiori palato, virtutem ac dulcedinem pſalmi præſentis, qui vere mirabili ſuauitate exundat.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XCI.

¶ Argumentum.

¶ Titulus. Pſalmus cantici in die ſabbati. Diſſeritur hic de laude dei atq; profectu hominis in vita ſiue actiua ſiue cõtemplatiua. Intendit quippe propheta nos adhortari, quatenus bonis operibus in hac vita enitamur ad cœleſtem quietem in æterna beatitudine aſſequendam. Porro admonet nos ad dei laudem exoluendam, propter multiplicia ipſius beneficia nobis collata. In duo itaq; partitur: Primo nãq; agit de profectu cõtemplatiuorum, nempe cõtemplando diuinam bonitatem & clementiã erga bonos & electos, atq; ſeueritatem iuſtitiæ aduerſus reprobos. Poſt hoc quoque de actiue vitæ profectu, ibi. Et exaltatur. Et in idem redit q alij diuidũt in duas partes, vt in prima promittat in pſona hominis cãtare dei miſericordiã & iuſtitiã in aduentu Chriſti. Cuius in altera reddit cauſa, ibi. Q̃m delectaſti me dñe. Author vnica enarratione ipſum declarat.

¶ Expoſititio tituli.

¶ Habet pſalmus iam exponendus hunc titulum, Pſalmus cantici in die ſabbati, hoc eſt, pſalmus ſpiritualis lætitiæ decandus in die ſabbati, hoc eſt, ſabbato mentis, videlicet in trãquillitate conſcientiæ, quatenus ad ſabbatũ æternitatis mereamur pduci. Ad literã pſalmus iſte ſpecialiter cõueniebat ſabbato, & cãtabatur à Iudæis in eo, q̃m agit de opere creatõis, ad Exodi.20
C quam commemorandã iuſſit dominus diem ſabbati celebrari, atq; in eo ab omi actu ſeruili Geneſ.2
ceſſare, eo q deus die ſeptima ſeu ſabbato requieuit ab omi opere quod patrarat. Voluit nãq; deus inducere homines ad cognitionem ſuæ æternitatis, & ad agnoſcendũ omia alia eſſe creata. Ad hoc autem (ſecundum rabbi Moyſen) euidẽtiſſima atq; facilima via fuit celebratio ſabbati, in quo recolitur mundus de nouo incepiſſe, ſeu ex tẽpore eſſe productus, ex quo clariſſime conſtat creatorem mũdi eſſe æternũ. Ait ergo ſanctus propheta.

¶ Expoſitio pſalmi.

1 “ Bonum eſt confiteri domino ſicut vbertim prædictum eſt. Duplex eſt confeſſio, ſcilicet confeſſio laudis diuinæ, de qua ait ſaluator. Confiteor tibi pater Luc.10
domine cœli & terræ. Et confeſſio noſtræ culpæ, de qua ſcriptum eſt. Confitemini alterutrum peccata veſtra. Vtraq; autem confeſſio bona eſt & ſalubris Iacobi.5
ſed prima multo melior, nobilior, atq; diuinior, cum ſit actus angelicus, ſed quoniam non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, propterea peccatori cõfeſſio Eccle.15
culpæ in primis magis neceſſaria eſt ac ſalubris, quatenus vitijs per confeſſionem iſtam deletis, dignus reddatur domino confiteri ſeu deum laudare, nunc vero de cõfeſſione laudis loquitur pſalmus. Bonum eſt etiã & pſallere, hoc eſt, publice & in ſublimi pſalmos ac lau-
“ des diuinas cantare nomini tuo hoc eſt, ad honorem nominis tui o deus altiſſime. Vñ

Tobiæ angelus Raphael ait: Benedicite deum cœli, & coram omnibus viuentibus confite- D 2
Tobiæ.12 mini illi, quia fecit vobiscum misericordiam suam. Idcirco nunc subditur. ¶Ad annuntiā-
dum mane, ⌋.i. in principio diei, de quo Esaias: De mane (inquit) vigilabo ad te. Vel, mane,
Esaię.26 id est, in spūali aurora, qñ videlicet infusionem supernæ claritatis corde sentimus, ex immu-
tatione ac nouitate sanctæ deuotionis. Vel, mane .i. tempore prosperitatis ac iocunditatis,
⌊misericordiā tuam, ⌋.i. gratiosa beneficia tuæ pijssimæ bonitatis, seu benignitatem tibi cō
naturalem eam laudando ac prædicando, in quolibet mane iam dicto annuntiare debemus
misericordiā dei, omnia bona nostra diuinæ bonitati deuotissime asscribendo, & bonum ac
optimū est à diuina laude diem incipere, quatenus totū diem in dei præconio expendamus,
Psal. 70 quemadmodū dictum est supra: Repleatur os meū laude, vt cantem gloriā tuam, tota die ma
gnitudinem tuam. Ad annuntiandū quoq;, ⌊& veritatem tuam, ⌋.i. sacram scripturā, Chri
Threñ.3 sti doctrinā, seu diuinam iustitiam, ⌊per noctē, ⌋.i. certis horis nocturni temporis, sicut Hie
remias hortatur: Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum. Vel, per noctem .i. tem-
Tobię.12 pore aduersitatis, quatenus in nostra castigatione tuam laudemus iustitiā, nostrā'q; fateamur
malitiam, ob quam flagellari meruimus, dicentes illud Tobiæ: Benedico te domine, quoniā
Iob.33 tu castigasti me. Illud quoq; Iob. Peccaui & vere deliqui, & vt dignus eram non recepi.
Vel per noctem mentis spūalem, quando videlicet spūalis consolatio tollitur, gratia dei sus-
pendit, & anima propriam infirmitatē experitur, tunc enī diuinam iustitiā laudare debem⁹
& non fieri pusillanimes, neq; adulterinas consolationes desiderare, sed affectuose orare pro
reditu pristinæ gratiæ, patienter'q; sufferre dilecti absentiam vel potius absconsionē, veraci-
Esaę.26 ter nanq; præsens est, nō tamen sentit eius præsentia, dicentes cū Esaia: Anima mea desidera E
Esaię.54 uit te in nocte, cordialiter'q; pensantes, quod asserit dn̄s: Ad punctū in modico dereliqui te, &
in miserationibus magnis congregabo te. In momēto indignationis meæ abscondi parum-
per faciem meā à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. Et quia Hebræi cū mu-
sicis instrumentis deū laudare solebant, sicut ecclesia iam agit, organis vtens, ideo additur.
¶In decacordo psalterio, cum cantico in cithara. ⌋ Qualiter vero psalteriū decacordum 3
Psalm.80 id est, decē cordarum & cithara spūaliter exponātur, dictū est supra in elucidatione psalmi
80. cuius exordiū est, Exultate deo adiutori nostro. Breuiter nanq; tangendo, in decacordo
psalterio deum collaudat, qui decem præcepta obseruat. Laudat quoq; in cithara, qui opera
Cant.2 misericordiæ non omittit. Taliter conuersantis vita, & laus, dulcē efficit melodiam in auri-
bus dei, ita vt dicat illud: Sonet vox tua in auribus meis. Vox enī tua dulcis: Ideo aūt bonum
est mihi psallere nomini tuo ô deus altissime. ¶Quia delectasti me dn̄e ⌋ spūali, interna, ac 4
pura delectatione, ⌊in factura tua, ⌋ hoc est, in consideratione ac vsu creaturarū tuarū, ⌊& in
opibus manuū tuarū, ⌋.i. oīpotentiæ tuæ, videlicet in ordine vniuersi, in speciebus rerum, in
pulchritudine mūdi, in operibus creationis, recreationis, & glorificationis, in contemplati-
Eccl. 42 one visibiliū ac inuisibilium rerum ⌊exultabo. ⌋ Vnde scriptū est: Quàm desiderabilia sunt
omnia opera eius. Et quis satiabitur videns gloriā eius? In creaturis autem dei, dupliciter de
lectari quis potest. Primo, in ipsis creaturis secundum se. Secundo, referendo omnē perfe-
ctionem earū ad creatorem, ita q; in sapientia atq; potentia dei potius q̄ in rebus creatis ho-
mo lætatur, & ista delectatio sancta est, prima quoq; mala non est secundū se, nisi quis finali-
ter insistat in ea, vel immoderate in ipsa occupetur, diffundatur, aut resoluatur. Quoniā au- F
tem deū in hac vita in seipso, seu per speciem cernere non valemus, cōpellimur ex rebus cre-
Prouē.16 atis ad eius cognitionē assurgere. Nam sicut scribitur: Omnia propter seipsum operatus est
dominus, quatenus scilicet diuinæ naturæ perfectiones in entibus relucerent, sicut perfectio
causæ splendet in suo effectu. Inquantū igitur ordo specierū vniuersi est velut scala pertingē
di ad creatoris notitiam, delectari & exultare debemus in operibus dei. Ex consideratione
insuper rerū, videlicet ex rabidissimo ac superuelocissimo motu cœlorum ac syderū, solis ac
planetarū, ex magnitudine cœlestiū orbium, ex ordine, puritate, ac ministerio angelorū, do-
cemur q̄ sublimis sit deus, q̄ reuerenter sit ei ministrandū, q̄ prompte obediendū. Sed & in in-
fimis rebus, puta in ape, formica, lepusculo, atq; similibus innotescit ineffabilis sapientia dei.
Oīs q̄q; pulchritudo, ornatus, dulcedo, bonitas, armonia, atq; amabilitas creaturarū, ad oīpo
Esaię.40 tentis creatoris desiderium & amorem nos prouocant. Vnde ad hanc contemplationem ac
delectationē inuitamur: Leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauit hæc. Ex-
ultare etiam debet homo in operibus dei, quoniā omnia facta sunt propter nos, & ad susten
tandā indigentiam nostrā condidit deus omnipotens, pisces maris, volucres cœli, bestias ter-
ræ, ligna pomifera, herbas diuersas. ¶Quàm magnificata sunt opera tua dn̄e, ⌋.i. valde 5
magnifice, sapiēter, potēter, & inscrutabil'r sunt instituta, distincta, atq; ornata. Decuit nāq;
(quēadmodū Plato affirmat) à sapientissimo, speciosissimo, optō'q; opifice opus pulcherri-
mum, præclarissimum, excellentissimum'q; produci, qualis est machina mundi, q incompa-
rabili pulchritudine constat. Maiora autem & incomprehensibiliora sunt opera recreatio-
nis &

A nis & glorificationis, quàm creationis. Vnde quæ vnigenitus filius dei pro noſtra ſalute aſ-
ſumpſit, fecit, ac pertulit, omnem magnificentiam, inueſtigationem, ſermonem tranſcẽdũt
Propter quod in Apocalypſi dicitur. Magna & mirabilia ſunt opera tua domine deus om̃i- Apoca. 15
potens. Et in Eccleſiaſte. Cunctæ res difficiles, non poteſt eas homo explicare ſermone. Sa- Eccles. 1.
piens quoq;. Difficile inuenimus quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt, inuenimus cũ la Sapiæ. 9
bore, quæ autem in cœlo ſunt, quis inueſtigabit Deniq; ſi ſubtilius cõtemplari deſideramus,
quàm magnificata ſint opera creatoris, profunde penſemus quid dominus dicat ad ſanctũ
Iob. Vbi (inquit) eras quando ponebam fundamenta terræ? Indica mihi ſi habes intelligen- Iob. 38
tiam. Quis poſuit menſuras eius, aut quis tetendit ſuper eam lineam. Super quo baſes eius ſo
lidatæ ſunt? Quis concluſit hoſtijs mare, quãdo erumpebat quaſi de vulua procedens, cũ po
nerem nubem veſtimentum eius, & caligine illud quaſi pannis infantiæ obuoluerem? Cir-
cundedi illud terminis & poſui vectes & hoſtia, & dixi. Hucuſque venies & non procedes
amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Nunquid cõiungere valebis micantes ſtel
las pleiades, aut gyrũ arcturi poteris diſſipare? Nunquid noſti ordinem cœli, aut pones ra-
tionem eius in terra? Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam, aut quis dedit gallo in-
telligentiam? Quis enarrabit cœlorum rationem, & concentum cœli dormire quis faciet.
Sed vere quicquid de operibus ſupergloriosiſſimi creatoris intelligere aut profari valemus
penè nullius momenti eſt ad id quod in re ipſa eſt. Propter quod habetur. Ecce hæc ex par- Iob. 26.
te dicta ſunt viarum eius, & cum vix paruam ſtillam ſermonum eius audierimus, quis pote-
rit tonitruum magnitudinis eius intueri? Propter quod etiã Plato teſtatur, quòd ea quæ ſci-
B mus, minima & prope nulla ſunt reſpectu eorum quæ ignoramus. Ariſtoteles quoque diſſe-
ruit, quia ſicut ſe habet oculus veſpertilionis ad ſolis fulgorem, ita ſe habet intellectus huma
nus ad cognitionem manifeſtiſſimorum naturæ, hoc eſt, ad notitiam ſubſtantiarum ſepara Psal. 103.
tarum. Itaque ſi opera dei tam magna & incomprehenſibilia ſunt, quàm incomprehenſibi-
“ lis eſt creator eorum, ipſe in infinitum cuncta in omni nobilitate tranſcendit. Ideo ſubditur
⌞nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ.⌟ hoc eſt, conſilium, ratio, & ordinatio ſapi
entiæ tuæ, qua omnia certo fine feciſti atque in numero, menſura, ac pondere conſtituiſti:
valde & penitus inperſcrutabilis, ineffabiliſq; conſiſtit. Certiſſime enim cognoſcimus, ni- Sapiæ. 11
hil ſine legitima ratione à te fieri aut permitti. Veruntamen rationem operum tuorum in
ſpeciali aſſignare, omnino impoſſibile profitemur. Quis enim excogitet, cur in primordia-
li rerum inſtitutione, ſeu creatione, quando merita nulla præceſſerant, ampliore perfectio-
nem dederis vni quàm alteri? Quis nouit cur mundum ab æterno non feceris, vel cur eũ crea
ueris in illo inſtanti quo factus eſt, & non prius neque poſterius? Quis inſuper capere pote-
rit, cur potius vnum angelum, vnumquenq; hominem ab æterno ad vitam æternam elege-
ris quàm alium? Cum ergo omnia hæc tam incomprehenſibilia ſint, liquet quòd cogitatio-
nes tuæ, hoc eſt, ſapientialis tua diſpoſitio vniuerſorum finem, rationem, ac ordinem pen-
ſans, ſit nimis profunda, idcirco ſcrutator maieſtatis, opprimetur à gloria. Et veraciter ſcri
ptum eſt. Senſum tuum domine quis ſciet, nec tu dederis ſapientiam, & miſeris ſpiritũ tuũ Prouer. 25
de cœlis? Eſaias quoq; ait: Profunditas cogitationũ diuinæ mẽtis declaratur ex eo, quòd nullus Sapiæ. 9
prior deo formam agendi oſtẽdit, ſed ipſe ex propriæ ſapientiæ ſuperſplendidiſſimo atque Eſaie. 40
certiſſimo fonte cuncta molitus eſt. Ait enim. Quis adiuuit ſpiritum domini, aut quis con-
ſiliarius eius fuit & oſtendit illi? Cum quo inijt conſiliũ & inſtruxit eum, & docuit eũ ſemitã
C iuſtitiæ, & erudiuit eum ſcientia & viam prudentię oſtendit illi? Huic autem prophetali elo
quio, conſonat apoſtolicus ſermo. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, & cæte- Roma. 11
ra. Dicuntur autem cogitationes dei pluraliter, non quòd in deo ſint diſtinctæ ac multæ co-
gitationes, cũ cogitatio dei ſit eius eſſentia, intellectus, & ſapientia, ſed ſicut dicuntur in deo
plures atque diſtinctæ ideæ, per relationem ad creata, in deo idealiter exiſtentia, ſic dicun-
6 “ tur in deo plures cogitationes, ſecundum diuerſitatem eorum quæ cognoſcuntur à deo.
¶Vir inſipiẽs.⌟ hoc eſt, illa ſapiẽtia carens quæ in maliuolã animã non intrat, quæ eſt do- Sapiæ. 1.
num ſpiritus ſancti, per quam vtiq; ſapientiam iudicat homo recte de deo, non per informẽ
notitiam, ſed per cognitionem formatam ac ſapidam ⌞non cognoſcet.⌟ quomodo ex crea
turis honorandus atque amandus ſit deus creator, de quo ſcriptum eſt. Fecit deus opera ſua Eccles. 3
“ vt timeatur. Propter quod de philoſophis huius mundi ait apoſtolus. Euanuerunt in cogita Roma. 1.
“ tionibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum ⌞& ſtultus,⌟ hoc eſt, qui vel vera ſci-
entia diuinæ legis priuatus eſt, vel ea quæ nouit eſſe agẽda nõ operatur, ⌞nõ intelliget hæc⌟
dicta atq; dicenda, per intelligentiam ſalutarem ac operoſam. Propter quod dominus ait: Hiere. 5.
Audi popule ſtulte qui nõ habes cor, me nõ timebitis qui poſui arenam terminũ mari. Et di- 1 Cor. 2.
cit apoſtolus. Animalis homo, non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei. Stultitia enim eſt illi &
non poteſt intelligere, ſcilicet myſteria dei, præmia bonorum, & pœnas malorum De quo-
7 “ rum damnatione ſubiungitur. ¶Cũ exorti fuerint peccatores ſicut fœnũ,⌟ i. quando ini-

qui cœperunt cõsurgere, prosperari, atque florere, sicut fœnum quod hodie floret & est, cras D
Matt.6. vero in clibanum mittitur, esseque desinit, quoniam sicut nunc superius dictum est, impiorum
prosperitas momẽtanea est, statimque marcescit eorũ floritio, quemadmodũ viror fœni mox
decidit. Vnde legitur: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Et denuo:
Esaię.40 Vere fœnũ est populus, exiccatum est fœnum & cecidit flos, ⌊& apparuerint⌋ aliquid esse, »
seu modico tempore præualere & gloriari, ⌊omnes qui operantur iniquitatem,⌋ quos deus »
permittit ad horã in suis desiderijs ambulare, quatenus æternaliter iusta pœna plectant, quẽ- 8
admodum sequitur. ¶Vt intereant, ⌋.i. spũaliter moriantur ac condemnentur ⌊in secu- »
Prouer.16 lum seculi, ⌋.i. sine fine, tanquã separati à fonte omnis vitæ ac gloriæ. Vnde Salomon ait: »
Iob.21 Impiũ operatus est dominus ad diem malũ, de quo die, impijsque damnatione scriptum est: In
diem perditionis seruatur malus. & ad diem furoris ducetur, & de furore omnipotẽtis bibet
⌊tu aũt altissimus in æternũ domine,⌋ quia omnes in omnipotẽtia, in sapientia, in æquita- »
te, in bonitate, & felicitate incõparabiliter superas, quod patet ex eo. ¶Quoniã ecce inimi » 9
ci tui, ⌋.i. tibi rebelles, ingrati, ac reprobi, ⌊dñe quoniã ecce inimici tui peribunt,⌋ gratiam »
in præsenti perdendo, gloriamque regni cœlestis postmodũ admittendo, atque æternę mortis
incendia in inferno ferendo. Quàm horribile nimis est, esse inimicum dei, imò horribile est
hoc ipsum audire, idcirco repetitur vt amplius expauescas, ⌊& dispergentur,⌋ .i. à grege ele »
Mat.25 ctorum repellentur in die iudicij, ⌊omnes qui operantur,⌋ sine cessatiõe & pœnitẽtia, ⌊iniqui »
Sopho.1 tatem,⌋ tunc enim dicetur ad eos: Ite maledicti in ignem æternũ. Propterea ait scriptura: Rui E
næ impiorum erunt, & dispergam eos à facie terræ, dicit dñs. Itemque: Disperdam eos qui auer-
tuntur de post tergum dñi dicit pñs, & qui dñm non exquisierũt, nec inuestigauerũt eũ. De-
inde ab hac damnatione distinguuntur electi, de quorum tribulatione & gloria subditur.
¶Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meũ⌋ .i. imperium rationis meæ sensualitati ac ani » 10
mo dominãtis sublimatur per cõfirmationem gratiæ dei, sicut vnicornis cornu sublimatur,
quia hoc animal fortissimũ est, vnoque cornu ab aliorum inuasione se protegit, sic cornu meũ .i.
fortitudo siue dominium rationis meæ, roborabitur contra passionum, tentationum, perse
quutionumque vniuersos incursus. In die autem iudicij cornu hoc animæ in tãtũ exaltabitur
in electis, vt caro nunquã concupiscat aduersus spm̃, neque aliquid actum rationis impediat,
quinimò corpus corruptibile nũc aggrauans animam, tũc erit spiritale, immortale animam
Psal.70. ornãs atque exhilarans, ⌊& senectus mea,⌋ .i. ætas mea vltima erit ⌊in misericordia vberi,⌋ »
2.Cor.4 quia cũ deficiet virtus mea non derelinques me. Et licet his qui foris est noster homo corrũ-
patur, tamen his qui intus est renouatur de die in diẽ in gratia dei secundum apostolum. Ista
sunt verba bonæ spei, nõ præsumptionis iniquæ, quoniã ex charitate ardenti & fiducia ma-
gna mentis in deo, ista dicuntur ab ecclesia seu quolibet iusto. ¶Et despexit oculus me⁹⌋ » 11
intellectualis, ⌊inimicos meos,⌋ dæmones, hominesque peruersos, quoniam propter spem »
Psalm.17 quã habeo in dño deo meo, nõ timeo superari ab eis, sicut inferius dicitur: Dñs mihi adiutor
1.Petri.3. nõ timebo quid faciat mihi homo. Et rursus scriptũ est: Timorem eorum ne timueritis, nec
cõturbamini. Inimici nostri visibiles, scilicet homines mali, in quãtum sunt homines gratię,
gloriæque capaces, amãdi sunt, iuxta illud: Diligite inimicos vestros. Inquantũ vero sunt im-
Psalm.14 pij & veritatis aduersarij, despiciendi sunt, odiendi, & vilipẽdendi. Vnde superius de viro iu
sto præhabitũ est. Ad nihilum deductus est in cõspectu eius malignus, ⌊& insurgentibus in »
me (iniuste videlicet) malignãtibus audiet auris mea,⌋ .i. cũ quadam derisione, & sine pauore »
audiam minas eorum. Vel, insurgẽtibus in me malignãtibus .i. ad cõfusionem eorum, audiet
auris mea sentẽtiam iudicis iusti, qui eos damnabit, meque saluabit. ¶Iustus⌋ .i. diuina man- » 12
data obseruãs, ⌊vt palma,⌋ est arbor fructifera, ⌊florebit⌋ flore charitatis, virore virtutum, »
ac bonis operibus, Nõ enim florebit vt fœnũ quod statim siccatur & discoloratur, sed vt pal- F
ma quæ diu virescit atque fructificat, ⌊sicut cedrus Libani multiplicabitur,⌋ procreatiõe spi »
ritualiũ filiorum, & numero meritorum. Quemadmodũ nanque cedrus crescens in monte Li
bano, est arbor decora, imputribilis, præ cæteris arboribus in sublime excrescens, sic iustus p
grãm splendet, per iustitiam intus nõ veterascit, & proficiendo de bono in melius sup alios
volat, neque quiescit, donec ad thronum gloriæ perducatur. ¶Plãtati, ⌋.i. fideles per fidem » 13
& obedientiã radicati, ⌊in domo dñi,⌋ .i. in ecclesia Christi, in ⌊atrijs domus dei nostri,⌋ »
Ephesi.3 .i. in proprijs cordibus, quæ sunt atria mãsionis diuinæ, quẽadmodũ ait aplus, Christũ per fi
dem habitare in cordibus nostris ⌊florebunt,⌋ proficiendo in grã dei, implentes illud apo »
Coloss.1. stoli: Exhibete vos sanctos & immaculatos & irreprehensibiles corã deo. Et alibi: Renoua-
Ephesi.4 mini spũ mentis vestræ. Porrò huic cõcordat comparatiõi, quod dñs dicit: Ero quasi ros, &
Osee.14 Israel germinabit quasi lilium. Erumpet radix eius, vt Libani ibunt rami eius. Et erit quasi o-
liua gloria eius, & odor eius vt Libani. Simile quoque est in Ecclesiastico: Obaudite me diui
Eccl.39 ni fructus, & quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate, florete flores quasi lilium,
& date odorem, & frondete in gratiam. ¶Adhuc multiplicabuntur, ⌋.i. iugiter perseue- » 14
rabunt

“ rabunt in bono, & cumulabuntur multiplici dono spiritus sancti, ac merito ⌊ in senecta vbe
“ ri⌋ hoc est, in senectute fœcunda, matura, ac graui, bonis opibus plena, de qua scribitur. Se-
A nectus venerabilis est, non diuturna, neq; annorum numero computata, ætas senectutis, vi- Sapię.4
“ ta immaculata, ⌊ & bene patientes erunt, ⌋ .i. hilariter atq; feliciter patientur infusionem il-
lustrationis diuinæ. Vnde secundum philosophũ, beneficiatus dicitur bene passus. Hec nãq;
15 “ est passio perfectiua non destructiua, ⌊ vt annuntient. ⌋ laudem dei, quæ sequitur. ¶Quo-
“ niam rectus ⌋ hoc est, iustus ⌊ dominus deus noster, & non est iniquitas in eo, ⌋ quẽadmodũ
dictum est. Non est apud dominum nostrum iniquitas, nec acceptio personarum aut mune- 2. Par.19.
rum. Et Iob. Absit à deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet Iob.34.
ei, & iuxta vias singulorum restituet eis. Deus etenim sublimis & benedictus, & omnis san-
ctitatis, veritatis, & æquitatis causa fontana, iudex non errans, conseruator immobilis. Pro-
pter quod dicitur ei. Veritas tua, iustitiæ initium est. Ecce psalmum cœlesti melodia so- Sapię.12
norum, atq; admirãda dulcedine plenum audiuimus, in quo dei laudatio commendatur, cre
atoris beneficia recoluntur, deus in suis effectibus glorificatur, inter electos reprobosq; dis-
cernitur, deus postremo benedicitur. Si ergo dominum deum nostrum diligimus, si eius be-
neficijs grati existimus, si eum in suis operibus contemplari enitimur, si impiorum tormen-
ta euadere, electorumq; præmia adipisci conamur, studeamus hunc psalmum corde iocun-
do, deuoto, custodito, ac timorato depromere.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XCII.

### ¶Argumentum.

¶Titulus. Laus cantici Dauid in die ante sabbatum quando fundata (alias inhabitata est)
terra. Apud Hebræos tamen nõ habet titulum. In hoc psalmo hortamur ad dei laudem q no
B bis per incarnationẽ vnici filij sui Christi cõseruatoris nostri præstat nobis victoriam aduer
sus hostes nostros. Loquitur equidem de regno Christi, hoc est ecclesiæ fundatione & stabi
litate, interimq; de eius impugnatione & cõtra de cõfirmatione & dilatatione ipsius. Et pro-
inde monet nos ad constantiam fidei & iugem dei laudem. Biphariam quippe diuiditur, pri
mo etenim declarat nobis Christi maiestatem in potentia, veritate & iustitia, decantans pul
chritudinem & decorem ipsius, deinde prosperitatem regni ipsius, hoc est, ecclesiæ, ibi. Ele-
uauerunt flumina domine. Author consentaneæ alijs doctoribus exponit ipsum, iuxta lite-
ram de Christo & regno eius.

### ¶Expositio tituli.

¶Assignatur autem psalmo præsenti. Hic titulus, Laus cantici ipsi Dauid in die añ sabba-
tum quãdo fundata est terra. Dicit vero quidã hũc titulum nõ haberi in Hebræo, sed ab ali-
quo expositore appositũ secũdum suã volũtatem & imaginationẽ, & idẽ dicit frequenter in
alijs psalmis, sed dato ꝙ ab aliquo expositore additus esset, nõ tamẽ bene sonat ꝙ ille titulum
istũ apposuit secũdum suã volũtatem seu imaginationẽ, imo firmiter est credendum titulos
psalmoꝝ, secũdũ spũs sancti inspiratiõem formatos esse, atq; psalmis ꝑpositos, qm̃ oẽs san-
cti catholiciq; doctores, cõmuniter approbãt & exponũt hos titulos. Est igitur sensus tituli
huius, psalmus ꝑsens est. Laus cãtici, cõuenĩetis ac decantãdi, ipsi Dauid .i. Chr̃o de q̃ psalm⁹
iste ad literã scriptus est. Laus inquã Christo decãtãda, in die añ sabbatũ .i. propter ea quę fe
cit ac passus est sexta feria, puta in die parasceues, qñ fundata ẽ terra .i. formata ecclesia ꝑ san- Matt.7.
guinẽ de eius latere emanãtẽ, Secũdũ oẽs expositores catholicos, psalmus iste ad literam tra-
C ctat de Christo & regno ipsius, describit nãq; inchoationẽ, impugnationẽ, & cõfirmationẽ
regni Christi q̃d est ecclesia. Vñ de inchoatiõe regni huius ita orditur.

### ¶Expositio psalmi.



1 “ DOminus ⌋ scilicet Chrũs, de q̃ Petrus ait. Hic est omniũ dñs, & q de seipso asse
“ rit. Vos vocatis me magister & domine, & bñ dicitis, sum etenĩ, ⌊ regnauit ⌋ Actoꝝ.10 Iohan.13
per fidẽ in corde credẽtium, seu in ecclesia militãti. Chrũs nãq; vt deus à prin
cipio mũdi in cordibus electoꝝ regnauit, subijciendo eos per grãm volũtati
diuinæ per humilem seruitutem, vt homo aũt habuit potestatem regnandi in
toto mũdo à suæ conceptionis principio. In codẽ nãq; instanti quo vnita est
eius humanitas verbo, data est ei virtus atq; dominiũ sup oẽm creaturã, Propter quod ante
passionẽ Chrũs asseruit. Pater diligit filiũ, & om̃ia dedit in manu eius. Dũ vero cœpit ꝑdica- Lucę.1
re, miracula facere, discipulosq; colligere, tũc cœpit regnare in domo Iacob, & sedere sup so Marc.16
lium Dauid. Post passionẽ autẽ misso spiritu sancto, & aplis publice ꝑdicãtibus ac multa mi- Esaię.54.
lia conuertentibus, & regnauit Chrũs aperte & late, donec ꝑ vniuersum mũdum diffusa est
fides ecclesiaq; cõstructa, & ipse Chrũs ab om̃i gente, tribu & lingua cognitus est ac honora
tus. Tũcq; impletũ est illud Esaiæ. Redẽptor sanctus tuus Israel, deus om̃is terræ vocabitur,
“ ⌊ decorẽ indutus ẽ, indutus ẽ dñs fortitudinẽ. ⌋ Cur nõ potius dr̃ dñs Chr̃s vnigenitus dei tã
speciosus & potens vt pr̃, indutus deformitatẽ & infirmitatem seu fragilitatẽ, quia assumpsit

carnem mortalem, naturam creatam, formam seruilem, quæ respectu diuinitatis Christi nō D
sunt decor & fortitudo, sed deformitas atq; infirmitas? Sed ad hoc duplex responsio ē. Pri-
Expō pa. ma, Chrs quòd deus humanā naturā assumendo dicitur indutus decorē & fortitudinē, quo-
niam licet eius humanitas secundum se considerata, & diuinitati comparata, possit dici de-
formis ac fragilis, tamen in quantum est diuinæ naturę personali vnione coniūcta, eiusq; in-
strumentum effecta, vere appellatur decor ac fortitudo, sic enim plena fuit à suæ creationis
initio, plenitudine omnium gratiarum, beatifica fruitione diuinitatis, omībusq; donis spiri-
tus sancti. Sic quoq; per eam sunt facta miracula, debellatæ potestates aereæ, reparatū genus
Secunda humanū. Secunda responsio est, quòd Christus dicitur indutus decorē nō in incarnatione
Johan. 1. quādo verbū caro factū est, nec in passione, quando nō fuit in eo species neq; decor, sed erat
quasi leprosus & à deo percussus, sed in resurrectione, quoniā tūc resumpsit corpus suum nō
Esaiæ. 53 tale quale antea fuit, sed gloriosum, splendidum, agile, subtile, immortale, idcirco tūc indu-
tus est fortitudinem, hoc est, corpus impassibile. Vel, indutus est fortitudinem, quoniā tunc
Alia expō cœpit potestatem suam ostendere, dicendo illud. Data est mihi omīs potestas in cœlo & in
Mat. 28. terra, quam tamē (vt dixi) ante passionem habebat, quoniā passione instante dixit, de seipso
Johan. 17 loquens ad patrem. Dedisti ei potestatem omīs carnis, vt omē quod dedisti ei det eis vitam
æternam, quod etiam factis ostendit, quādo solo verbo hostes suos prostrauit. Cum nanq;
Johan. 18 dixisset Iudæis, ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Tunc etiā eduxit san-
ctos de lymbo inferni, misitq; apostolis spiritum sanctum. Istud itaq; diuinitatis Christi in-
Esaiæ. 63 dumentum decorum ac forte, est natura humana. De quo indumēto scriptum est. Quare er-
go rubrum est indumentum? ⌊ & præcinxit se ⌋ Christus, hoc est, ad redimēdum genus hu- »
Mat. 26. manum, debellandumq; dæmonum turbas parauit se, dicens ad patrem, si nō potest hic ca- E
Philip. 2. lix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Factus est enim obediens vsque ad mortē, se-
Psalm. 18 cundum apostolum. Et exultauit vt gygas ad currendam viam, quod sanctus Ambrosius in
hymno elegāter & supra humanum intellectū expressit, dicēdo. Procedēs è thalamo suo pu
Psal. 44. doris aula regia, geminæ gygas substātiæ, alacris vt currat viam. Vñ superius de Christo in-
ductū est. Accingere gladio tuo super fœmur tuū potētissime. ¶ Etenī firmauit orbem » 2
Gene. 1 terræ qui nō commouebitur. ⌋ quàmuis hoc accipi possit de creatiōe ac firma locatione ter- »
Esa. 44. ræ in medio mundi, quam Christus deus condidit & firmauit, iuxta illud. Ego sum dominus
faciens omīa, extendens cœlos, stabiliens terram, quę etiam terra non commouetur, quo ad
Eccles. 1. se totam, cum sit centrum mūdi immobile. Propter quod ait scriptura. Generatio præterit,
& generatio aduenit, terra vero in æternum stat, conuenientius tamen exponitur iste versi-
culus de confirmatione ecclesiæ, eritq; sensus. Etenim dominus Christus firmauit per adiu-
torium seu gratiam spiritus sancti, orbem terræ, hoc est, militantem ecclesiam, per quatuor
partes terræ diffusam. Christus ecclesiam suam primitiuam præcipue cōfirmauit in die pē-
Luc. 21 thecostes, mittens ei paracletum. Tunc enim impleuit quod ante passionem promisit. Ego
dabo vobis os & sapientiā, cui non poterūt resistere & contradicere omēs aduersarij vestri
Matt. 16 Alibi quoque dixit ad Petrum. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam me-
am, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. In tantum nāq; confirmauit Christus
ecclesiam, vt dicat apostolus. Ecclesia dei viui, est columna & firmamentum veritatis. Vn-
1. Timo. 3 de in actibus apostolorum Lucas testat. Ecclesia per totam Iudæam & Samariam habebat
Actorū. 9. pacem, & ædificabatur ambulans in timore domini, & consolatione spiritus sancti repleba-
tur, idcirco nūc subditur, qui nō commouebitur, Ecclesia nāq; vsq; in finem mundi stabilis F
Lucę. 1 permanebit ī fide seruituteq; Christi, quia regnabit in domo Iacob in æternum, & regni e-
ius non erit finis, iuxta testimoniū Gabrielis. ¶ Parata sedes tua ⌋ ô Christe, hoc est, thro- » 3
Apoca. 3. nus quo sędes ad dexteram patris, de quo dicis. Ego vici, & sedi cum patre meo in throno e-
ius ⌊ ex tunc ⌋ hoc est, principio mundi. Si enim omnibus sanctis hominibus paratū est re- »
Mat. 25. gnum cœlorum ab origine mundi, iuxta illud. Venite benedicti patris mei percipite regnū
vobis paratum à constitutione mūdi, quanto magis sedes tua cœlestis tibi parata est ab ex-
ordio seculi? Vel, parata est sedes tua, hoc est, cœlum empyreum quod est sedes tua. Iuxta il
Esaię. 66 lud. Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum, quod etiām dicitur thro
Apoca. 3. nus tuus, & omnium electorum, De quo contestaris. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in
throno meo, hoc est, in cœlo empyreo, in quo omnes beati feliciter resident. Vel, parata est
Sapiæ. 7 sedes tua. i. ecclesia, seu anima iusti quæ est sedes sapientiæ, ex tunc, hoc est, à tempore præ-
dicto quo ea firmasti per gratiam spiritus sancti, ex tunc enim parata est ad tuam inhabita-
Luc. 21 tionem, obedientiam, atq; aduentum, adimplens quod ei dixisti. Vigilate itaque omni tem
pore, orātes, vt digni habeamini stare ante filium hominis, ⌊ à seculo ⌋. i. ab æterno tu es in- »
ex consideratione primi aduentus Chri, qui fuit & est mundo magna ratio exultandi, quem-
admodum angelus dixit pastoribus: Annuntio vobis gaudium magnum quod erit omni po Luce. 2.
11 “ pulo, qa natus est vobis saluator. Ait igitur. ¶ Lætent cœli⌋ Hoc est, ciues cœlorũ, seu an-
geli sancti, nam Chrõ nato facta est cum angelo multitudo cœlestis exercitus, laudantiũ deũ.
Incarnatio eqdem Christi erat angelis materia gaudij, quia per eam reparatur eorum ruina,
“ ⌊& exultet terra⌋ hoc est, genus humanum in terra exilium ducens, ⌊commoueatur⌋ ad pœ
“ nitentiam & gratiarum actionem ⌊mare⌋ hoc est, gentilitas vitijs turbulenta amara & salsa,
“ ⌊& plenitudo eius⌋ .i. viscera eius interiora, vel rõ & voluntas & cæteræ aĩæ vires ⌊gaude-
“ bũt campi⌋ .i. homines bonis operibus floridi, gratiaq; fœcundi in Christi primo aduentu,

 & postea

& postea spiritualiter exultabunt,⌊& omnia quæ in eis sunt⌋.i.interiora eorum in domino » D
lætabunt. ¶Tunc exultabũt oĩa ligna syluarũ⌋ Hoc est,populi nationũ ad fidem cõuersi » 9
⌊à facie dñi⌋.i.ex consideratõe præsentiæ Chri,⌊quia venit,⌋ in mũdum per incarnationẽ. »
Acto.13 Vnde dicit: Audientes aũt Gentes,gauisæ sunt,& glorificauerũt verbum dei. His duobus ver
Esaiæ.49 siculis cõsonat,quod legit: Laudate cœli & exultet terra,iubilate montes laudem, quia cõsola
tus est dñs populum suum. Et qa nõ solum gaudẽdum est de primo atq; occulto Chri aduen-
tu,quo venit iudicari,sed etiam de secũdo eius aduentu quo venturus est iudicare,scd̃m quod
Luc.21 ipse ait, His aũt fieri incipiẽtibus: Leuate capita vestra.i. exhilarate corda (scd̃m Gregoriũ) »
quia appropinquat redemptio vestra. Ideo subdit:⌊qm̃ venit iudicare terram⌋.i.qm̃ Chrũs
venturus est iudicare viuos & mortuos iudicio remuneratõis. Ponit enĩ præteritũ pro futuro
more prophetali,propter certitudinẽ prophetiæ. Per hoc ergo q bis ait, venit,innuit duplex
Chri aduentus,quorũ primus fuit in humilitate & occultus. Secũdus erit in maiestate ac ma-
Marci.13 nifestus,quemadmodũ scriptũ est loco prædicto. Tunc videbũt filiũ hoĩs venientẽ in nubi-
bus cœli,cũ potestate magna & maiestate. ¶Iudicabit⌋ In die extremi iudicij ⌊orbem ter » 10
Esaiæ.11 ræ⌋ hoc est,homines,⌊in æquitate⌋ dando singulis quod promeruerũt, ⌊& populos in ve- »
ritate sua⌋.i.sic eos iudicabit sicut in sanctis scripturis prædixit. Hoc est quod de Chro con- »
Job.35 scriptum est: Non scd̃m visionẽ oculorũ iudicabit,sed iudicabit in iustitia pauperes,& arguet
in æquitate pro mansuetis terræ. Iob quoq; ait: Omnipotens causas singulorum intuebitur.

Ecce psalmũ cœlesti pulchritudine adornatũ audiuimus,in quo Gentiliũ pronuntiat con- E
uersio,diuina maiestas sonoro commẽdat oraculo,ad laudẽ & oblationẽ fideles inuitant,duplex Chri aduẽtus innuit,atq; diuini iudicij æquitas collaudatur. Qm̃ ergo psalmus præsens Christi laudibus atq; mysterijs plenus est, debemus eum cum singulari deuotõe cantare,nostramq; conuersationem metu futuri iudicij taliter custodire,vt idonei laudatores domini saluatoris inueniamur.

## COMMEMTARIVS IN PSALMVM XCVI.

### ¶Argumentum.

¶Titulus: Huic Dauid quãdo terra eius restituta (aliàs restaurata) est. Apud Hebræos caret titulo. Hunc psalmũ qdam de primo Chri aduẽtu, alij de secũdo,alij vero de vtroq; exponũt vtcũq; monemur ad exultationẽ,nempè vt in Chro gaudeamus ipsum diligẽtes,eiusq; iudiciũ timẽtes. Alij aũt de primo Chri aduẽtu exponentes asserũt hic agi de victoria & gloriosa resurrectõe,ac commendatõe regni ipsius. Interimq; Propheta hortat fideles ad lætandũ in Chro,& cõtra increpat idololatras,q simulachra venerant. Scd̃m Iacobũ de valentia in duo diuidit. Primo nãq; describit regnũ Chri. Scd̃o exhortat oẽs ad obseruantiã legis Euãgelicæ, ibi: Qui diligitis dñm. Author vero luculẽtissimo commẽtario interpretat eũ de Chro ad literam & de secundo eius aduẽtu ac potestate iudiciaria.

### ¶Expositio Tituli.

¶Præterea titulus psalmi nũc pertractãdi talis est: Psalmus ipsi Dauid,quãdo terra eius restituta est ei,hoc est, Psalmus p̃sens competit Chro manuforti,desiderabiliq; aspectu,agẽs de eo q̃d accidit,qñ terra eius.i. genus humanũ seu Ecclesia electorũ,quam p pctm̃ primi parẽtis amisit,restituta est ei p̃tio sanguinis sui. Loquit nãq; hic Psalmus ad lr̃am de Chro, & secũdo eius aduẽtu atq; iudiciaria potestate ipsius,quã Chrũs homo sua passione promeruit. Eodem F
enĩ tpe restituta ẽ Chro terra sua iam dicta,& iudiciaria ptãs collata,vz statim in egressiõe animæ suæ à corpore,tunc enĩ plenissimè satisfecit pro genere humano,& tũc dedit ei pr̃ Gen-
Psalm.2. tes hæreditatem suam, sicut superius dixit: Postula à me,& dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã,
quàmuis (vt sæpius patuit) Chro homini ab exordio conceptõis in virgine,data sit oĩs pote-
Matt.28 stas in cœlo & in terra. Quòd aũt hic Psalmus de Chro loquat. Hinc constat q Paulus ad He-
Heb.1 bræos inducit scripturã huius Psalmi de Chro p̃nuntiatã,dicẽdo: Et cũ introducit primogenitũ suũ in orbẽ terræ,dicit: Et adorẽt eũ oĩes angeli eius. Hoc quippe inferius ita exprimit: Adorate eum omnes angeli eius, Ait ergo.

### ¶Expositio Psalmi.

Apo.19 
Ominus⌋ Scilicet Christus habens in vestimento & in fœmore suo scriptum: » 1
Rex regum,& dominus dominantium,prout legitur:⌊regnauit⌋ in militanti »
Ecclesia,seu cordibus electorum,sicut de eo Abdias dixit Propheta: Et erit do
Apo.19 mino regnum. De quo in Apocalysi: sancti hilariter cantant: Regnauit dominus deus noster omnipotens, gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei, ⌊exultet terra⌋ hoc est,habitatores terræ Christo domino suo regnanti con- »
gratulent,& de eius regno in seipsis piè lætentur, ⌊lætentur⌋ hoc modo in domino, ⌊insulæ »
multæ⌋ ad fidem conuersæ,sicut est Anglia,Hybernia,Cyprus, Sicilia, de qbus prædictum »
Esaiæ.42 est. Ponent domino gloriam,& laudem eius in insulis nuntiabunt. Dicuntur enim insulæ ter-
Esaiæ.24 ræ supra mare sitæ. Vnde in Esaia habetur: Glorificate Dominum in insulis maris.

¶Nubes

2 " ¶Nubes & caligo in circuitu eius.] Hoc est, in die iudicij erunt, & apparebunt in circuitu
Christi iudicis nubes materiales, quia veniet in nube. Christus namq; ascendit in nube. Iuxta
illud: Nubes suscepit eum ab oculis eo॰. Venturus est ergo in nube, quoniam sicut illic ange- Luce. 21
li sancti testati sunt sanctis Apostolis: Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœ- Acto. 1.
lum, & caligo. i. obscuritas aeris, quoniam dies domini tanq̃ fur in nocte ita veniet: Et me- Matt. 28
dia nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, quem admodum ipsemet sponsus ac iudex te- 2. Petri. 3.
statur: Credit enĩ Chrũs tpe noctis ad iudicãdum venturus. Sed quæstio est, quomodo tunc Matt. 25
erit caligo, præsertim cũ totus mũdus stabit in igne cõflagratõis, q vtiq; (vt apparet) aerem il
lustrabit. Possit fortassis responderi ad hoc, quòd ignis ille fumosus erit, nec tenebras omino
expellet sicut nec ignis inferni. Sed qa de necessitate concedere cogimur, ꝙ ipse iudex. s. Chrs
ab vniuersis hoĩbus etiã corpalibus oculis cõspiciet, sicut & Iob ait: In nouissimo die surrectu-
rus sum, & in carne mea videbo deũ saluatorẽ meũ, imò (scd̃m Gregoriũ) omes angeli tũc cor Job. 19
poralibus oculis videbunt, quãtomagis hoies? Idcirco nõ arbitror ꝙ in die iudicij erit caligo
in circuitu iudicis, ita ꝙ aer oino tenebrosus erit. sed propter ignis illius fumositatẽ poterit ali
quid tenebrositatis remanere in aere. Potest quoq; p caliginẽ accipi tempestas illa horribilis,
quę erit in die iudicij, de qua dictũ est supra, & in circuitu eius tẽpestas valida. Vnde & Naum
3 " Dñs in tempestate, & turbidine viæ eius. ¶Ignis.] conflagratõis qui elementa exuret, atq; Psalm. 17.
" purgabit, & tam altè ascẽdet, vt aqua diluuij, [ante ipsum pręcedet.] hoc est, secundum Chri Naum. 1.
sti aduẽtum præueniet, qa quemadmodũ mũdus primo perijt aquis diluuij, sic vltimo periet
" ignibus conflagratõis, q omes viuẽtes in mũdo occidet, [& inflammabit in circuitu inimicos Gene. 7
" eius.] s. reprobos, qm̃ durãte hora iudicij, ignis conflagratõis in quo vniuersi tunc stabũt, in-
B cendet malignos, electos vero nõ tanget, nec cõtristabit, nec aliquid molestiæ inferet, cuius fi
gura præcessit in tribus pueris, quos rex Babylonis misit in fornacem ignis, quos non tetigit
4 " ignis, sed Chaldæos cõbussit, vt dicit Daniel. ¶Illuxerũt fulgura eius orbi terræ.] Hoc est,
magnæ atq; terribiles choruscatões circa iudicij horam apparebũt, de qbus hoies terrebunt, Dani. 3
sicut Lucas dicit: Arescẽtibus homibus præ timore & expectatõe, quæ superueniẽt vniuerso
" orbi, idcirco subiungit: [vidit & commota est terra.] hoc est, habitãtes in terra hæc fulgura Luc. 21
cernent, & ad magnum timorem mouendi sunt. Propter quod scriptum est: Conturbentur
omes habitatores terræ, quoniam venit dies domini, dies tenebrarum & caliginis. Similis ei Johel. 2
non fuit à principio, & post eum non erit. Ante faciem eius ignis vorans, & post eum vorax
5 " flamma. A facie eius contremuit terra. ¶Montes sicut cera fluxerũt à facie dñi.] Quia in die
iudicij seu mox eo peracto, complanabit terra, sed & ante iudicium erunt terręmotus magni
per loca. Melius tamen per montes hoc loco, accipiunt superbi, non in montem domini, sed Matt. 24
in montem superbiæ ascendẽtes, sequẽtes eum qui dixit: Sedebo in monte testamenti, & ascẽ
dam super altitudinem nubium. Isti in die iudicij, sicut cera fluẽt, hoc est, corde dissoluent atq; Esa. 14
" pauebunt, [à facie dñi.] i. à conspectu iudicis, nec ipsi solum, sed à facie dñi, hoc est, à iudicis
" metuẽda præsentia, fluet hoc modo, [omis terra.] i. omis homo terrenus atq; peccator. Ideo
nãq; prædictum est: Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt, & cõtremuit terra à
C facie eius, orbis & omes habitãtes in eo. Et alibi: Ecce turbo dñicæ indignationis egredietur, Naum. 1.
6 " & tempestas erumpẽs, super caput impiorum veniet. ¶Annũtiauerũt cœli iustitiam eius.] Hiere. 23.
Hoc est, per signa in cœlo appparẽtia, manifestabit iusta vltio Christi in impios. Erunt enĩ si
gna in sole & luna & stellis. Vnde ait saluator: Statim post tribulationem dierum illorum sol Luc. 21
obscurabit, & luna nõ dabit splẽdorem suum. Per hæc aũt patebit, quãta sit Chri iustitia vlci- Matt. 24
" scens peccata, [& viderũt omes populi gloriam eius.] i. omes tunc in mũdo existẽtes, cõspi-
ciẽt magnalia ista ope॰ diuino॰. Melius aũt exponit iste versiculus de sanctis Apostolis, qa
ne crederet iudiciũ illud sine prędmonitõe & comminatõe futu॰, adiecit: Annũtiauerũt cœ
li. i. Apostoli iustitiam eius, qa in vniuerso mũdo prędicauerũt Chrm esse oim iustissimũ iudi
" cem, qa sine persona॰ acceptõe irreprehẽsibilr iudicabit, [& viderũt.] hoc ẽ, per fidẽ cogno- Matt. 22.
" uerũt [oẽs populi.] ad Chrm cõuersi ex annũtiatõe ho॰ cœlo॰ [gloriam eius.] i. maiestatẽ
& excellẽtiã Chri, quę in euãgelio copiose describit. Vnde dñs dicit: Mittã ex eis q saluati fue Esa. 66
rint, ad insulas lõgẽ, & annũtiabũt gloriam meam Gẽtibus. Cum ergo tãta sit gloria Christi.
7 " ¶Cõfundant.] Vel modo ad pœnitẽtiam salutarẽ, vel si modo nõ pœnitẽt, ęternalr erubescãt
" [oẽs q adorãt sculptilia, & q gloriant in simulachris suis.] seu Idolis, q seruiũt creaturę potius Romano. 1.
q̃ creatori. Nã q̃ graue sit hoc pctm̃, declarat Sapiẽs: Initiũ fornicatõis à deo est, exq̃sitio ido Sapię. 14
8 " lo॰. Infando॰ enĩ idolo॰ cultura, oĩs mali causa ẽ & initiũ & finis. ¶Adorate eũ.] s. Chrm,
" seu deũ trinũ ac simplicẽ, [oẽs angeli eius.] De his enĩ angelis dñs loqtur Iob: Vbi eras cũ me Job. 38
" laudarẽt astra matutina, & iubilarẽt oẽs filij dei, [audiuit & læta ẽ Syon.] i. ecclesia militãs,
quæ dr̃ Syon. i. speculatrix bono॰ cœlestiũ, audiuit auribus mentis, & corpis annũtiationẽ,
seu pdicationẽ Aplo॰, vel doctrinã eo॰, de duplici Chri aduẽtu ac iusto iudicio, & inde lęta-
ta ẽ spũali lætitia, tanq̃ seipsam cõfortãs, fauẽs, atq; cõsentiẽs volũtati saluatoris ac iudicis sui.

¶Et exul

¶ Et exultauerunt filiæ Iudę⌋ Hoc est, animę deo veraciter confitentes. Iuda enim inter- 9 D
Gene. 29. pretatꝰ confessio. Vnde cum Lya vxor Iacob patriarchæ, peperisset Iudam filiũ suum, dixit:
Modo confitebor domino. Et ob hoc vocauit eum Iudam. Hæ itaq; filiæ exultauerũt ⌊pro-
pter iudicia tua domine⌋ .i. ex consideratõe iustoꝝ iudicioꝝ tuoꝝ, quibus nil inordinatũ re-
linquis, nulli iniuriam facis, nullius violentiam inultam dimittis, sed eos qui in hoc seculo con
Matth. 5 temnunt, opprimunt, pro nihilo reputant, & propter iustitiã patiunt, in æternũ exaltas, eos
vero qui modo florent, prosperant, ac deliciant, fine fine condemnas. ¶ Quoniam tu dñs (es) 10
altissimus sup omnẽ terrã⌋ Oĩa namq; creasti, & cuncta in infinitũ excellis, oĩmq; oĩpo-
tens iudex es, idcirco ⌊nimis⌋ hoc est, incõparabilr, incõprehensibilr, & fine mensura, ⌊exal
tatus es sup oĩes deos.⌋ De qbus iam dictũ est, nam & illoꝝ creator ac iudex consistis. Pro-
Dani. 3 pter qd de te testatꝰ scriptura: Benedictus es dñe in templo sancto gloriæ tuæ, & suplaudabi- 11
lis & supexaltatus in oĩbus seculis. ¶ Qui diligitis dñm odite malũ⌋ Culpæ, hoc ẽ, pctm̃
oĩe abhorrete, non qa pœnã meret, sed qa pctm̃ est displicens deo. Qui em̃ diligit dñm, de-
bet habere affectũ diuinæ voluntati conformẽ, ideoq; quẽadmodũ deus odit pctm̃, inquantũ
pctm̃, sic diligẽs deũ, debet odisse pctm̃, inquantũ pctm̃, seu diuinæ voluntati contrariũ. Sic
aũt odio habere pctm̃, est euidens signũ dilectõis & gr̃æ dei in hoĩe, imò hoc modo societatẽ,
1. Iohan. 1. ac familiaritatẽ cũ deo sortimur. Vnde Iohãnes: Societas (inqt) nostra sit cũ pr̃e, & filio eius
Ibidem. Iesu Christo. Rursusq;: Deus lux est, & tenebræ in eo nõ sunt vllæ. Si dixerimus, societatẽ ha-
bemus cũ illo, & in tenebris ambulamus, mentimur. ⌊custodit dñs animas sanctoꝝ suoꝝ⌋ in
præsenti vita per gr̃ãm, angelicamq; custodiam, in futuro aũt iudicio, eas custodiet ab omni
damnatõe atq; periculo ⌊de manu pctõris⌋ hoc est, potestate oĩm iniquoꝝ ⌊liberabit eos⌋
scilicet sanctos suos. Nunc em̃ liberat eos à tentatõibus & persecutõibus, ne eis noceant, dan
do patientiam in aduersis, vel ereptionẽ totalem ab eis, in die quoq; iudicij perfectè redimet E
1. Iohan. 3 eos. Hinc em̃ scriptum est: Oĩs q natus est ex deo, non peccat, qm̃ semen dei manet in eo, &
malignus non tangit eum. ¶ Lux⌋ Hoc est, splendor gr̃æ dei, seu Christus sol iustitię, ⌊or 12
ta est iusto⌋ qui deo ex charitate obedit, quod nemo facere potest, nisi in quo orta est lux gr̃æ
Iohan. 15. Christi q protestatꝰ: Sine me nihil potestis facere ⌊& rectis corde⌋ .i. iustis omnibus orta est,
⌊lætitia.⌋ .i. copiosa rõ atq; materia spiritualium gaudioꝝ, ex incarnatõe & cæteris benefi-
cijs, & promissionibus Chr̃i. Propterea ¶ Lætamini (ó) iusti in dño⌋ Sũmo creatore, pijssi 13
mo redemptore, ac liberalissimo benefactore vestro, ⌊& confitemini⌋ confessione laudis,
⌊memoriæ sanctificatõis eius⌋ hoc est, recordatõi diuinæ mẽtis seu mẽti diuinæ, quæ clemẽ
ter memorata est vestri, videlicet, sanctificando vos gratis per dona sancti spũs, propter qd
grãs agere incessanter debetis, nec obliuisci eius, q vestri oblitus nõ est. Admonemur ex psal
mo præsenti futuri iudicij horrorem districtionemq; pensare, cogitando cordetenus quàm
Hebię. 10 horrendũ, tunc erit incidere in manus dei viuẽtis, deũ iudicem furiosum conspicere, totũ mũ
dum incensum videre, vniuersoꝝ angeloꝝ agmina videre armata, ad assistendũ Chr̃o iudici
contra iniquos: coram cœlo & terra de oĩbus cogitatõibus, verbis, & actibus rõnem exol-
uere, coram vniuersis hoĩbus, angelis, demonibusq; confundi, ac reprobari, audire verbũ
Matt. 25 illud asperrimũ, & oĩi tormento pœnalius: Ite maledicti in ignem æternũ, expectare incer-
tam seu etiam certam sñiam iudicis, intueriq; sub se hians chaos carceris infernalis, & tan-
dem ab electoꝝ consortio separari, atq; æternæ damnatõis sñiam adipisci, in profunda infer F
ni incidere, inextinguibilibus flammis fine spe vnquàm euadendo exuri. De hac etem̃ die con
Sophon. 1 uenienter accipiꝰ, quod scriptum est: Dies iræ dies illa, dies tribulatõis & angustiæ, dies calami-
tatis & miseriæ, dies tenebraꝝ & caliginis, dies tubæ & clangoris. Et iterum: Ecce dies domi
ni veniet crudelis, & indignatõis plenus, ad conterendos peccatores de terra, quoniam stellæ
cœli & splendor eaꝝ nõ expandent lumẽ suum. Obscuratus est sol in ortu suo, & luna nõ splẽ
debit. Vnde altissimus ille archiapostolus dicit: Aueniet (inqt) dies dñi tanq̃ fur, in quo cœli
2. Petri. 3. magno impetu transiẽt, elemẽta vero calore soluenꝰ, terra aũt & quę in ipã sunt opa exurenꝰ.
Lucæ. 21 Idcirco dũ Chr̃us multa horrẽda dixisset, tandẽ sermonẽ concludẽs, ita hortatus est nos. Vi-
gilate oĩi tpe, orãtes, vt digni habeamini stare ante filium hominis.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM XCVII.

¶ Argumentum.

¶ Titulus: Psalmus ipsi Dauid, Hebręis scd̃m quosdam est absq; titulo. In toto hoc Psalmo agit, de lætitia iustoꝝ super benignitate Chr̃i nos ab hostibus redimẽtis, atq; de æquitate ipsius iudicantis: porrò Propheta de his differẽs, hortatꝰ nos propterea Chr̃m laudare. Ideoq; in duo secatꝰ, porrò in primis incitat fideles ad laudandũ Chr̃m in lætitia propter primũ eius aduentum seu incarnationem & redemptionem nostram, postea vero ob secundum eius aduentum ad iudicium & nostram glorificationem, ibi: Iubilate deo omnis terra. Author de vtroq; aduentu intelligendum censet, licet potissimum de primo.

¶ Expositio Tituli.

¶ Titu-

A ¶Titulus Psalmi præsentis est: Psalmus Dauid. Psalmus iste ad literam competit Christo
quia de ipso ac duplici eius aduentu conscriptus est, specialiter tamen & euidenter loquit de
primo Christi aduentu seu incarnatione, & ait.

¶Expositio Psalmi.



1 " Cantate domino (Christo) canticum nouum.⌋ Videlicet Euãgelicæ legis præ-
conia, sicut paulo ante plenius exponebat in psalmo nonagesimoquinto, qui
" cũ isto in verbis atq; snia pro magna parte in idem cõcurrit, ideo aũt cantate
dño canticũ nouũ, ⌊ qa mirabilia fecit⌋ imò supincõphensibilia fecit, assu-
mẽdo hũanã naturã in vnitate suppositali, pgrediẽdo de clauso virgineę ma
tris vtero, resurgẽdo & de clauso monumẽto, in cœlos ascendẽdo spm̃ sctm̃
mittẽdo. Quãta aũt mirabilia Chrs in sua prædicatõe ac passione molitus sit, euangelica pan
dũt, vehemẽtissimè tñ mirabile extitit, φ deus pater propriũ filiũ suũ misit in mundũ, quate- Gala.4
2 " nus p eius passionẽ ac mortẽ saluaret genus humanum. Ideò subdit. ¶Saluauit sibi dextera
" eius, & brachiũ sanctũ eius.⌋ Hoc est, dextera Chri & brachiũ eius, vcʒ magna virtus Chri, &
fortitudo sua excelsa, saluauit, i. de morte ęterna genus humanũ redemit, sibi, i. ad nominis sui
honorem. Christus nãq; propria potestate hominem liberauit. Vnde ait: Saluauit mihi bra- Esa.63
chium meum. Alij ita exponunt: Dextera eius & brachiũ sanctũ eius. i. Chrus q; est virtus seu
dextera dei, Iuxta illud Apostoli: Prædicamus Chrm dei virtutẽ & dei sapiam, qui etiam dr 1.Cor.1
brachium patris, qa per eum oĩa fecit, sicq; per brachium intelligit Christus, de quo legit: bra Esa.53
chium dñi cui reuelatum est? saluauit genus humanum, sibi. i. deo pri seu ad gloriam eius. Hęc
enim saluatio fuit opus quod pater dedit filio vt faceret de quo Christus in cruce suspensus, di
B xit: Consummatũ est. Et ante passionem: Pater, ego te clarificaui super terram, opus cõsum- Matt.27
maui quod dedisti mihi vt faciam. Deinde Propheta de futuro loquẽs p modum præteriti qd Johan.17
3 " tñ iam completũ conspicimus, subdit. ¶Notũ fecit dñs (s. deus pr) salutare suum⌋ Hoc est,
Chrm filiũ suũ [illegible] salvatorem, Primo in Iudæa, qa per miracula quæ Chrus in noĩe pris
operabat, [illegible] Iesum Nazarenũ esse filiũ suũ, ac regem Messiam, propter qd Chrus
ait: Opera [illegible], testimoniũ phibent de me. Notificauit quoq; pr filiũ suũ pasto- Johan.5
ribus p angel[illegible] atq; Elizabeth p spm sanctũ, Annæ & Symeoni sii. Insup Chro ba Lucæ.2
ptizato, & postea [illegible]figurato, pr de cœlo intonuit: Hic est (inquiẽs) filius meus, filius meus di Lucæ.1
" lectus. Scdo, notificauit salutare suũ Gentibus. Vnde subiungit: ⌊ In cõspectu gentiũ reuela- Lucæ.3
" uit⌋ per pdicationẽ Apostolorum, ⌊ iustitiã suam⌋. i. Chrm essentialr iustũ atq; iustitiam, q ap Matt.17
pellat iustitia dei, qa pr per eum mundũ redemit, nõ pet potentiã tm̃, sed per modũ ac viam
iustitiæ. Vel, iustitiã suã. i. Euangelicæ legis præcepta atq; consilia, in quibus continet plenitu-
do iustitiæ. Huius pulchri dulcisq; versiculi sensum ac verba, illustrissimus Esaias frequẽter in Esa.40
libro visionũ suarũ deprompsit. Ait enĩ: Reuelabit gloria dñi, & videbit oĩs caro salutare dei,
nostri. Et: Parauit dñs brachium suum in oculis oĩm Gentiũ. Et videbũt oẽs fines terræ sa- Esa.52
" lutare dei nostri. Et: Propè feci iustitiam meam, non elongabitur, & salus mea nõ morabitur. Esa.46
4 " ¶Recordatus est (Deus pr) misericordiæ suæ⌋ Qua clementer promisit se missurũ filiũ suũ
in mundũ ⌊ & veritatis suæ⌋ qua veraciter adimpleuit promissum, mittẽdo Chrm. Dicit aũt
deus recordatus misericordiæ suæ & veritatis suæ, impendẽdo nobis effectũ suæ miæ ac veri-
" tatis: & qa specialr promisit priarchis & prophetis filijsq; eorũ de Chri aduentu, idcirco nũc
dr: Recordatus miæ suæ & veritatis suæ ⌊ domui Israel⌋. i. pplo Iudæorũ, videlicet ad salutẽ
ipsorũ. Vnde & Chrus in Euangelio: Non sum (inqt) missus, nisi ad oues quę perierũt domus
C Israel. Et virgo Chrifera: Suscepit Israel puerũ suũ, recordatus miæ suæ. Sicut locutus est ad Matt.15
5 " pres nostros &c. ¶Viderũt omes termini terræ, salutare dei nostri.⌋ Hoc est, omnes fines Lucæ.1
mũdi, seu hoĩes vniuersi, vt distributio sit pro generibus singulorũ, p fidẽ cognouerũt salutare
dei nostri. s. Chrm. Ideo enĩ Symeon iustus ait: Viderũt oculi mei salutare tuũ, Quod parasti Lucę.2
ante faciem omniũ populorũ. Et Chrus dixit Aplis: Euntes in mundũ vniuersum, prædicate Marci.16
" Euangeliũ oĩni creaturæ. Propter tm̃ aũt beneficiũ, inuitant homines vniuersi ad gratiarum
" actionem. ⌊ Iubilate⌋ Hoc est, cũ excessiua atq; inenarrabili gaudio mẽtis, laudem dicite dño
" Chro, seu ⌊ deo (trino) oĩs terra⌋. i. oẽs habitãtes in terra ⌊ cantate⌋ voce laudãdo ⌊ & ex-
6 " ultate⌋ corde gaudẽdo ⌊ & psallite.⌋ bene viuẽdo. ¶Psallite⌋ Hoc ẽ, psalmos deuotè p-
ferte ⌊ dño (& hoc) in cithara in cithara & voce psalmi, in tubis ductilibus⌋ Ad lram, Hebræi
vtebant his musicis instrumẽtis in laudibus dei, psallẽdo ore & organis istis. Spũalr aũt p citha
rã intelligunt miæ opa, seu mortificatio carnis, sicut frequẽter ostensum est. Per tubas ductiles,
quę tundẽdo formant, designant tribulatões & aduersitates vitę pñtis, qbus electi tundunt vt
sint lapides apti in ædificiũ regni cœlestis. Per tubã corneã. i. de cornu coreo factã qd carnẽ te
git & eminet, significat cõtẽplatio diuinorũ p quã tpalia trãscẽdunt. Est itaq; sensus: Psallite
dño in cithara. i. cũ carnis mortificatõe & operibus miæ, ne vita carnalis atq; crudelis psalmo
diã vestrã faciat inacceptã, in cithara (inquam) & voce psalmi, quatenus vita voci concordet,

Psalli-

Psallite quoq; dño in tubis ductilibus.i.in aduersis & tribulationibus, atq; tentationibus ve- D
Jacob.1. stris grãs agite Chr̃o, quẽadmodũ Iacobus monet: Om̃e gaudiũ existimate frẽs, cũ in diuersas
rẽtatões incideritis, psallire etiã dño, ⌊& (in) voce tubę cornec⌋.i.in laude vocali, ex diuino-
rum cõtemplatõe procedẽte. ¶Iubilate in cõspectu regis dñi⌋ Hoc ẽ, coram Chr̃o oĩm re- 7
ge ac dño, iubilando ei corde collecto atq; in eius p̃sentia cõstituto ⌊moueaẽ mare⌋ .i. seculũ
istud ⌊& penitudo eius⌋.i. habitãtes in eo, ad fidẽ & reuerentiã saluatoris, q̃d clarius exponẽ
do subiũgit: ⌊orbis terraꝝ, & q habitant in eo⌋ vel p mare & plenitudinem eius, intelligunt
negotiãtes in mari, & habitantes circa ip̃m. ¶Flumina⌋ Hoc est, fideles, aquis baptismatis 8
regenerati, & riuis grã plẽni, ⌊plaudẽt manu simul⌋.i. deũ cõcorditer cũ exultatõe cordis,
ac bonis opibus collaudabũt, ⌊montes⌋ hoc ẽ, cõtemplatiui, & in om̃i virtute sublimes ⌊ex-
ultabunt à cõspectu dñi⌋.i. ex cõsideratõe aduẽtus atq; p̃sentiæ Chr̃i, q̃d de vtroq; eius aduẽ-
tu & cõspectu intelligi p̃t, vterq; em̃ iustis iocundus est, ⌊qm̃ venit iudicare terrã⌋ in primo
suo aduẽtu iudicio discretõis, increpando vitia ipsoꝝ, in scd̃o aũt aduẽtu veniet iudicare mun
dum iudicio retributõis finalis, sicut subiungit. ¶Iudicabit orbẽ terraꝝ in iustitia⌋ & quid 9
fit hoc exponit adiungens ⌊&⌋ prodest ⌊populos in æquitate.⌋ om̃es em̃ nos oportet stare
2. Cor.5. añ tribunal Chr̃i, vt recipiat vnusq̃sq; prout gessit scd̃m Ap̃lm. Est aũt iudicium discussionis
Jacobi.5. seu retributõis duplex, videlicet particulare, quo aĩæ singuloꝝ iudicanẽ, mox dum à corpore
exeunt, & vniuersale q̃d erit in fine mũdi, & de vtroq; accipi p̃t, q̃d scriptũ est: Patiẽtes estote
vsq; ad aduentũ dñi, & cõfirmate corda vestra, qm̃ aduẽtus dñi appropinquabit. Ecce iudex
añ ianuam assistit. De ista materia citò ptranseo, qm̃ in expositõe duoꝝ psalmoꝝ p̃cedentium E
multa de ea cõmemorata recordor. Deniq; decet nos psalmũ istũ dulcifluum ac amœnũ, tãto
affectuosius deuotiusq; cantare, atq; in eius decantatõe tanto iocundius dño iubilare, q̃to in
eo de Chr̃o, & eius primo aduentu cæterisq; mysteriis, & gentiũ vocatõe ad fidẽ & grãm sal
uatoris euidẽtius agiẽ, atq; ad dei p̃conia psoluenda frequentius inuitamur. Nil em̃ Chr̃iano
dulcius sapere debet, q̃ sermo diuinus in quo de Chr̃i incarnatõe ac mũdi [illegible]mptõe tractaẽ,
idcirco psalmi inde loquentes, deuotissimè sunt cantandi.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM [illegible]

### ¶Argumentum.

¶Titulus: Psalmus Dauid: In Hebræo nullus titulus. In hoc Psalmo ag[illegible] de reuocatõe puer
soꝝ ad Chr̃i confessionẽ, & de prouocatõe bonoꝝ, quatenus in deo ex[illegible]ẽt. Propheta e qui-
dem volens nos pellicere ad honoris & noĩs diuini dilatationẽ, differit de regia ipsius potesta-
te, & quas laudes & veneratões ei merito exhibere debeamus. Duas itaq; habet partes. In pri-
ma agiẽ de regia Ch[illegible] potestate, quatenus malos prouocet, hoc ipso ad illum agnoscendũ &
cõfitendũ. In scd̃a inuita[illegible]onos ad Chr̃i venerationẽ exemplo veteꝝ. ibi: Exaltate dñm deũ
nostrũ. Author ad lr̃am exponit eum de Chr̃o, quasdam difficultates discutiens.

### ¶Expositio Tituli.

¶Porrò titulus Psalmi nũc exponẽdi, in verbis ac sensu idem est cũ titulo Psalmi immedia
te p̃habiti. Loquiẽ em̃ hic Psalmus ad lr̃am de Chr̃o, & regia magnificẽtia atq; multiplici lau
de ipsius, & q eum ad lr̃am exponũt de Dauid & regno eius, nõ solũ sanctis catholicisq; docto F
ribus sup̃ficialiores sunt, sed etiam q̃busdam Hebræoꝝ doctoribus, q ip̃m ad lr̃am exponunt
de rege Messia. De eò igiẽ loquens Dauid Propheta, ait.

### ¶Expositio Psalmi.



Matt.20 Ominus⌋ Chr̃us, qui primo suo aduentu nõ venit ministrari, sed ministrare, 1
⌊regnauit⌋ in Ecclesia militãti, post resurrectionẽ, & ascensionẽ, & vsq; in fi
nem mũdi regnabit in ea, ⌊irascanẽ populi⌋.i. infideles quãtumcũq; irati, in-
dignati, reluctatiq; fuerint regno Chr̃i, illud impedire nõ poterũt. Vel, irascã
tur.i. irascenẽ, quia puersi conati sunt regnũ Chr̃i destruere, eiusq; famã & glo
1.Cor.16 riam extirpare. Propter quod Paulus: Hostium (inq̃t) mihi apertũ est, & ad-
uersarij multi. Vel, irascanẽ.i. ira salubri cõtra vitia sua insurgant ac vindicent, ⌊qui sedet sup
Job.37 Cherubin⌋.i. Chr̃us qui vt deus oẽm plenitudinẽ creatæ sciæ superexcedit. De quo dr̃: Non
audebunt eum cõtemplari oẽs, qui sibi videnẽ sapientes, q etiam vt homo eleuatus est sup oẽs
ordines angeloꝝ, regnauit ⌊moueaẽ terra⌋.i. populus vniuersæ terræ cõuertaẽ motu seruitu
tis ac fidei ad dñm saluatorẽ. Vel, moueaẽ ad impatiẽtiam quãtumcũq; voluerit inuidẽdo glo
riæ Chr̃i, sed nihil proficiet. Hoc aũt nõ optando seu imprecãdo sed insinuando insuperabilẽ
2.Timo.3 potestatem Chr̃i asseriẽ. Vel, moueaẽ.i. mouebiẽ ad resistendum Chr̃o quod nõ optãdo, sed
prænũtiando intelligi debet. Vnde dicit Apostolus: Quemadmodũ Iamnes & Mambres re-
stiterũt Moysi, ita & hi resistũt verita[illegible], sed vltra nõ proficiẽt. Insipiẽtia em̃ illoꝝ oĩbus ma-
Lucæ.1 nifesta erit. ¶Dñs (Chr̃us est) in Syon⌋ Hoc est, in Ecclesia ip̃m fideliter cõtemplãte ⌊ma 2
gnus⌋ quẽadmodũ Gabriel virgini matri p̃dixit: Hic erit magnus, & filius altissimi vocabiẽ.
Est autẽ Chr̃us magnus duplici magnitudine. Nam vt deus est magnus magnitudĩe infinita
& increa

A & increata, q̃ eſt tribus pſonis vna & indiuiſa, idem'q; q̃d ipſa diuina eſſentia. Vnde dicit apo
ſtolus: Sobrie, iuſte, & pie viuamus in hoc ſeculo, expectantes beatã ſpem, & aduentũ gloriæ Tit. 2
magni dei. Eſt itẽ'q; Chriſtus magnus magnitudine creata atq; finita, non corporali, ſed ſpi
rituali. i. in omni gratia, ſapientia ac virtute perfectus, iuxta illud: Puer Ieſus creſcebat, plen⁹ Luc. 2
ſapientia, & gratia dei erat in eo. Hac magnitudine magnus erat à principio conceptionis
ſuæ in virgine, & ob eam dictus eſt vir adhuc exiſtens in vtero matris, ſecundũ q de ipo cõ
“ ſcriptum eſt. Nouum creauit dñs ſuper terram, mulier circundabit virum, ⌊&⌋ domin⁹ iſte Hiere. 31
“ eſt ⌊excelſus⌋ loco ac dignitate, ⌊ſuper omnes populos,⌋ Sedet eñ ad dexteram patris, &
vt deus omnia in infinitum excedit in omni dignitate & perfectione, ſed vt homo perfectior Mar. 16
eſt in omni gratia, q̃ omnes electi ſimul in cœlo & terra. Propter quod Eſaias inquit: Ecce
3 “ gentes quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momentũ ſtateræ reputatæ ſunt. ¶Confiteant⌋ ò Chri- Eſaie. 40
“ ſte, hoĩes vniuerſi, ⌊nomini tuo magno,⌋ de quo dicit Apoſtolus: Dedit illi. ſ. Chriſto, pa- Philip. 2.
ter nomen quod eſt ſuper omne nomen, huic omnes cõfiteant. i. tibiipſi, duplici confeſſione,
“ videlicet te laudãdo & ſe accuſando, ⌊qm̃ terribile & ſanctũ eſt,⌋ eſt eñ terribile, qm̃ oĩa
diſtrictiſſime iudicas, & ſanctũ, qm̃ purꝫ ac bonũ, omnis'q; puritatis fontale principiũ ⌊& ho
“ nor regis⌋. i. regia dignitas Chriſti, ⌊iudiciũ⌋, i. actũ iuſtitiæ diligit. Præcepit nãq; Chrũs,
rex noſter, in veteri ac nouo teſtamẽto, iudiciũ fieri, ordinans ꝑlatos ac principes in militan
ti eccleſia, quoꝝ eſt inferioribus iudiciũ facere. Vult quoq; vt ipſi prælati ac iudices propria
facta diſcutiãt, diſcernãt, ac iudicent, imò à quolibet noſtrũ requirit vt ꝑ rationem iudicet ſe
B metipſum, vitia propria cõdemnando, vlciſcendo, ac relinquẽdo. Propter q̃d dicit apoſto- 1. Cor. 11.
lus: Si nosipſos diiudicaremus, non vtiq; iudicaremur. Et alibi habetur: Quærite iudicium,
4 “ ſubuenite oppreſſo. ¶Tu,⌋ Chriſte legiſer noſter, ⌊paraſti directiones,⌋. i. mandata vi- Eſaiæ. 1.
“ tæ nobis oſtendiſti, per quæ dirigitur homo in vltimũ finẽ, ſeu vitam æternã, ⌊iudicium⌋. i. Eſaiæ 33
“ diſcretionem inter bonũ ac malum, verum ac falſum, ⌊& iuſtitiam⌋. i. iuſtitiæ executionem
“ ſeu boni operationẽ ac mali euitationẽ, ⌊in Iacob⌋ patriarcha & populo Iudæoꝝ ſeu popu
“ lo Chriſtiano, quoꝝ eſt vitia ſupplantare, ⌊tu feciſti,⌋ per grãm, dãdo eis virtutẽ recte iu
“ dicandi ac iuſte agẽdi, oĩa eñ opera noſtra operatus es in nobis, ſecundũ Eſaiam, & deus eſt Eſaiæ. 26
qui operatur in nobis & velle & perficere, ſecundũ apoſtolũ. Idcirco de tantis beneficiis o fi- 1. Cor. 12
5 “ deles. ¶Exaltate⌋. i. ſublimiter colite, excellentiſſime honorate, & laude præclara vniuer-
“ ſis præferte, ⌊dñm deũ noſtrũ,⌋ qui ſolus eſt verus deus, dicentes illud Danie. Oculos meos Danie. 4
ad cœlũ leuo, & altiſſimo benedico, & viuentẽ in ſempiternũ glorifico, & regẽ cœli laudo at
“ q; magnifico, ⌊& adorate ſcabellũ pedũ eius,⌋. i. humanã naturã Chr̃i, in qua diuinitas verbi
ſtetit quaſi ſupra ſcabellũ. Hæc humanitas inquantũ eſt vnita deo in vnitate pſonæ, adoratur
adoratiõe latriæ, nõ per ſe, neq; ſeorſum, ſed dũ Chrũs deus & hõ adoraſ, adoraſ & eius hũa-
nitas. Penſandũ vero circa pſentẽ materiã, q̃ multis facit difficultatẽ, dubitationẽ'q; anxiam
q ſecũdũ beatũ Thomã in tertia parte, quæſt. 24. duo cõſiderari poſſunt in eo q honoraſ, vi-
delicet ipſum totũ ſubſiſtens, & ea q̃ in ipſo ſunt. Honor aũt nõ impendiſ proprie & ꝑ ſe, niſi
toti ſubſiſtẽti. Si eñ pars alicuius honoreſ, videlicet manus aut pes, hoc nõ ẽ propter ſe, ſed
inquãtũ eſt aliquid totius, ſic'q; totũ honoraſ in parte. Cauſa aũt honoris eſt excellentia ho-
norati, qm̃ honor eſt exhibitio reuerentiæ, alteri impẽſa in ſignũ ſeu teſtimoniũ pſectiõis ſi-
C ue virtutis. Dũ ergo in vno ſuppoſito ſunt plures excellentiæ. ſ. ꝑlatio, ſapia, ſanctitas vitæ,
erunt plures atq; diſtinctæ honoratiões vnius, ſecũdũ ordinẽ ad cauſas honoratiõis, ſecundũ
q cauſæ plures ſunt & diſtinctæ, ſed ex parte pſonæ q̃ honoraſ, erit honoratio vna. Denique
adoratio in ſacra ſcriptura nõ ſemꝑ accipiſ prout eſt actus latriæ. ſ. pro cultu ſoli vero deo
impẽdendo, ſed viciſſim ſumiſ pro quacũq; excellẽti veneratiõe alterius. Vnde ſcriptũ eſt: 3. Regũ. 2
Surrexit rex Salomon in occurſum matris ſuæ, adorauit'q; eã. Et in eodẽ libro legiſ, Bethſa-
bee capite inclinato Dauid regẽ adoraſſe. Siĺr in libro Ioſue ſcriptũ eſt, quẽadmodũ Ioſue an 3. Regũ. 1.
gelũ adorauit. Cũ igiſ quæriſ, an vna atq; eadẽ adoratiõe ſit adorãda humanitas ac diuinitas Ioſue. 5.
Chr̃i, Dicendũ q imo ſecundũ cõparationẽ ſeu ordinẽ ad totũ ſubſiſtẽs, qm̃ vna eſt adoratio
qua totus Chrũs adoratur propter vnitatẽ perſonæ, ſed dici poſſunt plures adorationes, ſu-
mẽdo adorationẽ cõiter, ſecundũ diuerſas cauſas honoratiõis, propter q̃s Chr̃s adoraſ. Nã
propter ſapiam increatã, adoratur adoratiõe latriæ proprie ſumpta, propter ſapiam vero &
ſanctitatem & grãm ſuam creatam, adoratur adoratiõe cõiter ſumpta, q̃ dr̃ adoratio duliæ,
vel potius hyperduliæ. i. excellẽti honoratione duliæ. Sicut eñ latria eſt virtus, q̃ deo cultũ,
cerimoniã'q; impendit, ſic dulia dr̃ virtus, q̃ creaturis excellẽtibus debitũ affert honorẽ. Cũ
inſuꝑ q̃riſ, an adoratio latriæ ſit ĩpendẽda hũanitati Chr̃i, r̃ndendũ ſicut nũc tactũ eſt, q ado
ratio proprie nõ cõpetit niſi toti ſubſiſtẽti ſeu ſuppoſito, Idcirco hũanitas Chr̃i nõ dr̃ ꝓprie
aut directe adoranda ſeorſum vel per ſe, ſed tamen eo modo quo poteſt adorari. Dicendum
q adoratio humanitatis Chriſti dupl'r intelligi poteſt. Primo, vt adoratio eius intelligatur
eſſe illius cuius eſt ipſa. ſ. verbi, & ita debetur humanitati Chriſti adoratio latriæ, ſic nãq; ad-

orare Christi humanitatem, aliud nō est, nisi adorare verbum incarnatum, quemadmodum D
adorare purpuram regis, est adorare regem purpuratum. Secundo, intelligi potest adora-
tio humanitatis Christi, ita vt sit eius secundū se, scilicet vt impendatur ei ratione sui, seu pro
pter plenitudinem gratiæ suæ, sicqꝫ non debetur neqꝫ impenditur ei adoratio latriæ, sed ve-
neratio duliæ. Christus itaqꝫ duplici honoratione adoratur, vtpote adoratione latriæ pro-
pter naturā diuinam & increatam, & adoratione duliæ propter naturam humanā. Loquen
do ergo de adoratione proprie dicta, nulli debetur proprie & per se, nisi increato supposito
Vnde Damascenus tertio libro dicit: Adoratur autē caro Christi in verbo dei incarnato, nō
propter seipsam, sed propter vnitū, secundū hypostasim, verbum. Cuius simile ponit de pur
pura regis, quæ honore soli regi debito honoratur, non secundum vel propter se, sed prout
est indumentū regis, & sicut rex purpuratus regio veneratur honore, rex quidē proprie & p
Numer.8 se, purpura vero, prout est aliquid regi coniunctū, sic verbū incarnatum adoratur adorati-
Hebræ.5 one latriæ propter se proprie & directe, caro vero seu humanitas eius, prout est aliquid sibi
Leuit. 8. vnitum. ¶ Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, ⌋ i. de numero sacerdotū dei fuerūt in » 6
ueteri testamento. Aaron nāqꝫ pontifex erat & summus sacerdos, preces & hostias populi
dn̄o offerens. Moyses vero cōsecrando seu ordinando Aaron in pontificē, & filios eius i sa-
Leuit.9. cerdotes, prout in Leuitico legit. Functus est officio sacerdotis ⌊ & Samuel inter eos, q in- »
uocant nomen eius, ⌋ i. de numero fuit eoꝝ, qui deū intime orauerunt, in veteri testamento. »
Nam & pro aduersariis suis precatus est, dicens: Absit à me hoc peccatum in domino, quo
minus cessem orare pro vobis. ¶ Inuocabant dn̄m ⌋ Moyses & Aaron & Samuel pro po » 7
Exod. 32 Nume.21. puli ignorantia, ⌊ & ipse (dn̄s) exaudiebat eos, ⌋ quod patet de Moyse & Aaron in lib. Exo »
1.Reg.12 di & Num. ac alibi. De Samuele etiam scriptū est, hoc primo Regū, ⌊ in colūna nubis, ⌋ i. in »
nube per modū columnæ apparente, ⌊ loquebatur ad eos ⌋ dn̄s, nō in propria psona, sed per E
Exodi.23 angelum ministrantē, de quo dn̄s Moysi dixit: Ecce ego mitto angelū meū qui præcedat te.
Quod āt loquutus sit hoc modo dn̄s Moysi & Aaron in colūna nubis, legit in Exodo, sed de
Exodi.33 Samuele nō legit hoc in scriptura canonica manifeste, nisi in psalmo psenti, propter q̄d cer-
1.Regū.12 tū est sic esse. Verūtamen primo Reg. manifeste describit, qualr dn̄s orāte Samuele, dedit vo
ces & pluuias, q̄ sine nube nō erāt, & forte tūc dn̄s loquebat Samueli in colūna nubis, q̄uis alii
loquutionē illā non audierunt, sicut nec cæteri audierunt (vt aliqui asserunt) vocē patris dicē
Matt.3. tis de Christo: Hic est filius meus dilectus, quā tn̄ audiuit Iohannes Bap. Chr̄o baptizato at- 8
Luc.3. qꝫ orante, vt dicit Lucas. ¶ Dn̄e deus nr̄ ⌋ trinitas adorāda & supbenedicta, ⌊ tu exaudie »
bas eos, ⌋ in iustis eoꝝ petitionibus, ⌊ deus tu propitius fuisti eis ⌋ i. pie ipsis indulsisti tā pro »
pria q̄ alioꝝ pctā, q̄d maxime patet in Aaron, q grauiter nimis peccauit in formatiōe vituli
Nume.12 aurei, & murmuratiōe cōtra Moysen, ⌊ vlciscēs ⌋ i. paterne in psenti vita castigās, ⌊ in oēs »
adinuētiones eoꝝ ⌋ i. in oīa pctā ipsoꝝ, q nō processerūt ex inspiratiōe diuia, sed ex adinuē »
tione hūana. Hæc nāqꝫ eoꝝ pctā deus in hoc mūdo clemēter ac tēporalr vltus est, ne in futur
ro seculo grauius punirent. Vnde ppter incredulitatē, qua ad aquas cōtradictiōis Moyses &
Nume.20 Aaron deo increduli erant, prohibiti sunt ingredi terrā promissiōis. Cōstat ergo q dn̄s vi-
cissim pmittat sanctos suos ex hūana infirmitate cadere, tūcqꝫ clemēter adhibet tpalis pœnę
remediū, quatenus tā ex ppria culpa q̄ ex diuina vindicta suā fragilitatē aduertāt, & humilio
res, cautioresqꝫ resurgāt, quē vero deus odit, huius adinuētiones nō vlciscit cōplete vel semp F
in seculo isto, sed futuro, interdum tn̄ vlciscit eas in psenti, vt patet in reprobis, quoꝝ pœna
nunc incipit, & in inferno sine fine perdurat. ¶ Exaltate, ⌋ cū reuerentia mentis, cū præco » 9
nio oris, cum obsequio operis, ⌊ dn̄m deum vestrum, ⌋ Chr̄m dei filium, qui est verus deus, »
ac vita æterna, ⌊ & adorate eum in monte sancto eius ⌋ i. in ecclesia militanti, in Chr̄o mon »
te summo fundata, & nō solum in monte Sion, qui erat in Hierusalem, aut in monte sito iux-
Johan.4 ta Sichar, de quibus ait saluator mulieri Samaritanæ: Crede mihi, quia veniet hora, quando
neqꝫ in monte hoc, neqꝫ in Hierusalem adorabitis patrem, ⌊ qm̄ sanctus dn̄s deus noster. ⌋
Ipse enī est substantialiter sanctus & sanctitas pura, separata, & infinita. Ipse quoqꝫ est prima
origo, mensura, & causa omnis sanctitatis, virtutis atqꝫ mūditiæ. Propter q̄d pater noster cę
Leuit.12 estis volens nos esse sibi cōsimiles, quatenus vere ac digne eius adoptiui filii noīemur, ait: No
lite cōtaminare aīas vestras. Sancti estote, qm̄ ego sanctus sum. Maculatos aūt, immundos,
Josue.24 seu vitiosos abominat, odit, & damnat, quemadmodū Iosue dicit: Deus sanctus & fortis æ-
mulator est, nec ignoscet sceleribus vr̄is. Sed & Christus deum patrem sanctum appellat, su
Johan 17 osqꝫ fideles ab eo sanctificari precatur. Pater sancte sanctifica eos in veritate. Agamus ergo
Luc.1. propter quod Chr̄s venit ad nos, Iurauit nanqꝫ daturum se nobis, vt seruiamus illi in sancti-
tate & iustitia omnibus diebus nr̄is. Ecce psalmum psentem laudibus dei suauem, benefi-
cia Christi recolentem, nosqꝫ ad dei venerationem repetitis vicibus exhortantem, decet nos
non sine iocunditate interna, deuotioneqꝫ præcipua decantare, & deum non solum verbis,
sed humili quoqꝫ ac diligenti obsequio exaltare.

Commē

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXCIX.

¶ Argumentum.

¶Titulus. Pfalmus in cõfeſſione. Agit in hoc pſalmo de gemina cõfeſſione, nẽpe peccatorum & laudis. Docet equidẽ propheta in hoc pſalmo nos omnes deum cũ exultatione & alacritate laudare, & peccata cõmiſſa deplangere, eaq́ꝫ rite confiteri. Gorran aũt in duo diuidit hunc pſalmũ, puta in cuius priori parte agatur de inuitatione omniũ ad ſummam lætitiam in Chriſto habendã. In altera vero inuitat ad introitum huius regni, ſine q̃ huius lætitia vere nequeat haberi, docẽs interim modũ ingrediendi, ibi, Introite in cõſpectu. Author, licet de vtraq́ꝫ confeſſione intelligendum velit, potiſſimum tamen de ea quæ eſt laudis, id quod ſuis commentarijs explicat.

¶Expoſitiõ Tituli.

¶Pſalmi nũc declarãdi titulus eſt. Pſalmus in cõfeſſione. i. pſalmus iſte agit de cõfeſſiõe diuinæ laudationis, de cõfeſſione q̃q́ꝫ propriæ accuſationis, principal'r tñ tractat de cõfeſſiõe laudis diuinæ, quia intendit nos inflãmare atq́ꝫ inducere ad laudandũ, regratiandũ, ac benedicẽdum deo creatori noſtro. Dicit ergo.

¶Expoſitio pſalmi literalis.

1 "  Vbilate dño, ⌋. i. tã exuberanter, ineffabiliterq́ꝫ gaudete ac hymnũ dicite deo vt ſanctæ deuotionis lætitia cõtineri, cõpeſciq́ꝫ nequeat, quin foris p ſenſibilia ſigna erumpat, nec tñ integre exprimi poſſit, ſic iubilate dño ⌊oĩs terra, ⌋ õ vniuerſi incolæ terræ. Tã copioſe decet nos dño iubilare, qm̃ ſicut eius maieſtas noſtrã paruitatẽ infinite excedit, ſic noſtra iocũditas de deo concepta,
B propriã infirmitatẽ & elocutionẽ tranſcendere debet. Debemus aũt dño iubilare, primo & ſumme propter propriã bonitatẽ ac beatitudinẽ eius, cui decet nos ineffabiliter cõgaudere, ſi tñ diligimus eũ, ſicut & Chrũs ait aplı́s: Si diligeretis me, gauderetis vtiq́ꝫ, qa ad patrẽ vado. i. meæ exaltatiõi ac glorificatiõi cõgratularemini. Secũdo, propter multiplicia bñficia dei nobis exhibita. ſ. propter dona naturę ac munera grẽ. Dedit eñ nobis eẽ, viuere, ſentire, intelligere, corpus & animã, vires ac mẽbra, multiformia q̃q́ꝫ dona grẽ, atq́ꝫ miſericordiæ ſuæ immẽſæ. Tertio, propter maxima bona nobis promiſſa, in cœleſtibusq́ꝫ parata. Hinc ergo õ hoĩes cũcti ⌊ſeruite dño in lætitia, ⌋. i. prõpte atq́ꝫ hilariter, nõ tñ diſſolute aut irreuerẽter, ſed in lætitia timori cõiũcta, ſicut ſupius dictũ eſt, Seruite dño in timore, & exultate ei cũ tremore. Quid aũt eſt dño in lætitia deſeruire, niſi diuinis pceptis ex vera & feruida charitate parere? Nulla quippe forma tã facile, prõpte, & delectabil'r operat vt charitas. Habetq́ꝫ charitas feruida in omni ſua operatiõe annexã cordialẽ lætitiam. Non eñ gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati; ſecundũ Apoſtolũ: Debemus itaq́ꝫ domino in lætitia miniſtrare, quia non complacet ei famulatus coactus. Propter quod dicit apoſtolus: Non dedit nobis deus ſpm̃ timoris, ſed ſobrietatis ac dilectionis & virtutis. Ad Coloſſ. quoq́ꝫ: Quodcũq́ꝫ (inquit) facitis, ex animo operamini. Quãto ãt deo ex promptiori ac hilariori affectu ſeruimus, tanto pleniorem ab eodem mercedem ſortiemur, videlicet ampliorẽ gratiam in præſenti, gloriamq́ꝫ maiorem in cœlo. ¶Introite ⌋ in templũ ⌊in conſpectu eius, ⌋ qa ſupra templum dñi aperti ſunt oculi miſericordiæ eius, queadmodũ Salomon orar Audi dñe hymnũ & oratiõe ſerui tui, vt ſint oculi tui aperti ſup domũ iſtam die ac nocte.
C Quãuis autem hoc de templo materiali accipi poſſit, q̃d eſt domus orationis, in quam aſpicit deus, in qua etiã domo homines aſpiciuntur à deo. i. per approbationẽ cognoſcuntur ab eo & miſericorditer attenduntur, aptius tamen accipitur de templo immateriali, quod eſt animarationalis, quæ eſt cubiculum, thalamus, thronus, ſedes, domus ac templũ ſui creatoris ac ſaluatoris. Debemus ergo introire in animã noſtrã. i. redire ad cor, & cõſiderare diuina, atq́ꝫ diſcutere noſtra interiora in conſpectu eius. i. corã deo, cogitando pſentiam dei, & corani eo ſtatuendo noſipſos, dicentes: Teſtis eſt deus, qui præſens aſpicit. Sicut autem introite, ⌊in exultatione ⌋. i. introeundo confiteamini deo, eius præcõnia & veſtra facinora, quatenus in cõtemplatione diuinæ bonitatis lætemini, in conſideratione autem veſtræ prauitatis triſtemini, vt contriſtando conſolari mereamini cõſolatione æterna. ¶Scitote, ⌋ non ſolum per fidem, ſed etiam per naturalem rationem, & guſtum ſeu experientiam, ⌊qm̃ ⌋. i. q́ꝫ ⌊dñs ⌋ vniuerſorum, ⌊ipſe eſt deus, ⌋ creator, gubernatorq́ꝫ veſter, ⌊ipſe fecit nos, ⌋ p creationem, refecit etiã nos per ſuam incarnationem ac gratiæ infuſionem. Quod autem de' creando omnia fecit, omnia proteſtantur & clamãt, ordo rerum oſtendit, ratio dictat, ſcriptura affirmat, philoſophi cognouerunt, theologi prædicant. Videmus nanq́ꝫ ordinem decentiſſimum eſſe in ſpeciebus vniuerſi, quoniam vna natura eſt poſterior, compoſitior, vilior, ac dependentior alia, oportet ergo venire ad vnam naturam ſimpl'r primam, maxime ſimplicem, ſumme digniſſimam, penitusq́ꝫ inde pendentẽ, ſeu nullius egentem, & iſta eſt deus. Primum atq́ꝫ digniſſimum in omni genere rerum, eſt cauſa poſteriorum in genere ſuo, quẽ-

admodum primum calidum est causa caloris in aliis, & primum lucidum, scilicet sol, est cau D
sa claritatis in aliis omnibus. Deus ergo, qui est primū ens, summe perfectū, simplex ac inde
pendens, est causa omnis entitatis, veritatis ac perfectionis in cæteris omnibus, quod etiam
Aristoteles. ii. primo philosophiæ demonstrat, propter quod alibi dicit: Ab hoc ente, omni
1. Cor. 4 bus cōmunicatū est esse & viuere, his quidē clarius, his aūt obscurius. Quēadmodū itaq; om
ne quod habemus & sumus, à deo recepimus, ita nosipsos & omnia interiora, exterioraq; no
stra deo offerre, & in dei laudem ac seruitutē expendere obligamur. Ideo subditur. ¶Po- 4
pulus eius & oues pascuæ eius, ⌋ ò vniuersi fideles quos possidet deus per fidem & gratiam,
qui estis oues pascuæ eius. i. qui sacramentis reficimini, & mente & corpore donis sustenta-
mini atq; alimini, ⌊introite, ⌋ nō tam corporis gressu q̄ mentis profectu, ⌊portas eius, ⌋ i.
virtutes seu opera virtuosa, quibus ad regnum celeste pertingitur, ⌊in confessione⌋ pecca-
torum vestrorum. Oportet eñ confessionem propriæ culpæ præcedere cætera opera virtu-
osa. Per confessionem nāq; culpa deletur, gratia datur, & homo idoneus laudator efficitur.
Esaiæ. 1. Vnde de non cōfitentibus dñs ait: Cū extenderitis manus vestras, auertā oculos meos. Ma-
nus eñ vestræ sanguine plenæ sunt, introite quoq; ⌊in atria eius, ⌋ i. latitudinem charitatis,
1. Petri. 4 implentes illud beatissimi principis apostolorū: Ante omnia mutuam in vobismetipsis cha-
ritatem continuā habētes, qm̄ charitas operit multitudinē peccatorū. Vnde & Paulus: Am
Ephesi. 5 bulate (inquit) in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. Nā plenitudo legis est dilectio, &
Roma. 13 qui diligit proximū, legem impleuit. Vel, introite atria eius. i. per cōtemplationē & spem in
trate amplitudinē cœlestis palatii, & oculis fidei circūspicite plateas regni cœlorum, ac or-
dines beatorum, habentes conuersationē in cœlo. Deniq; potest hic versus intelligi de ma-
terialibus portis, atriisq; ecclesiæ ex lapidibus fabricatæ, ita q admonemur visitare ac ingre E
di ecclesiam dei, vbi diuina aguntur, missæ celebrantur, prædicatio verbi cœlestis auditur,
⌊in hymnis, ⌋ i. spūalibus laudibus, ⌊confitemini illi, ⌋ i. deum laudate, sicut in Apoca. ad-
monetur. Laudem dicite deo omnes serui eius, & qui timetis eum pusilli & magni.
Apoca. 19 ¶Laudate nomen eius, ⌋ mente deuota, collecta, & amorosa, ⌊quoniam suauis est dñs, ⌋ 5
Est eñ deus benedictus & sanctus, essentialiter dulcis, & eius infinita essentia aliud nihil est,
nisi dulcedo prorsus immensa, à cuius odore, suauitate, ac amœnitate in infinitum occum-
bit omnis dulcedo creata. Hanc tamen dulcedinem dei aliqualiter gustare meretur, qui ī con
Psalm. 33 tinuis laudibus eius diligenter persistit, dicens ac implens quod dictum est supra: Benedicam
Eccl. 51 dñm in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Et Ecclesiasticus: Confitebor (inquit) ti
bi dñe rex, & collaudabo te deum saluatorem meū. Laudabo nomen tuum assidue, ⌊in æter
num misericordia eius, ⌋ Misericordia eñ dei est ipsemet deus misericors, & ita æterna est si
cut & deus. Vel, in æternum misericordia eius. i. effectus pietatis diuinæ æternal'r permane-
bit in electis, qui sunt vasa misericordiæ, ⌊& vsq; in generationē & generationē⌋ i. per oēs
generationes & sine fine permanet, ⌊veritas eius, ⌋ i. veritas sacræ scripturæ, quēadmodū
Luc. 21 Christus testatur: Cœlum & terra transibunt, verba aūt mea nō transibunt. Propter quod
Esaiæ 40 in Esaia habetur: Verbum dei nostri stabit in æternū. Vel, veritas dei, intelligi potest ipse-
met deus, verax, seu vera impletio promissionum ipsius quæ nunq̄ cessabit, qm̄ ibunt repro- F
bi in ignem æternū, electi vero in vitā æternā. Ecce psalmū dulcifluū, angelica iocundita
te repletū, dei præconiis redolentē audiuimus, quē debemus in psona ecclesiæ cū ingenti atten
tione proferre, eiusq; exhortationibus efficaciter obedire dño iubilādo ei, hilariter seruien-
do, eiusq; præsentiam iugiter cogitando, ipsumq; esse deū nostrum fide ac opere profiten-
do, nec vnq̄ ab eius præconio segniter discedēdo, quod facere nullo modo poterimus, nisi q̄tidie grauia vitia integerrimo corde abhorreamus, venialia quoq; diligenter pro posse vite-
mus, corrigamus, ac deploremus, confitendo frequenter & emendando feruenter, pensan-
Prou. 28 tes illud Salomonis. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur, qui autem cōfessus fuerit & re-
liquerit ea, misericordiam consequetur. Hæc requiruntur ad actus ad quos inuitamur in psal
mo præsenti, qm̄ actus isti omnino deiformes sunt, cœlestes atq; angelici, saluberrimi & in-
comparabilis meriti.

## COMMENTARIVS IN PSAL. C.

### ¶Argumentum.

¶Titulus. Psalmus ipsi Dauid. Totus hic psalmus est de norma, regula, seu forma recte vi-
uendi iuxta legem diuinā. Porrò propheta volens nos hortari & admonere, quatenus faciē
tes bona, declinemus à malo, docet in persona Christi aut ecclesiæ, deū deuote honorare, &
vt recte viuamus, atq; proximis quod eorū est impendamus iustitiæ officium, vt & ipsi mise
ricordiam in iudicio dei assequi mereamur. Et, vt quibusdam placet, propheta in persona
Christi prædicit dispositionem totius legis euangelicæ quæ complectitur agenda, creden-
da, petenda, & fugienda. Et proinde habet quatuor partes. In prima ponuntur, quæ ad cultū
diuinū

A diuinũ pertinent. In secunda, quõ homo in semetipso dispositus esse debeat, ibi, Perambulabam in innocẽtia. In tertia, quõ se quisq; ad proximũ gerere debeat, ibi, Nõ proponebã. In quarta vero cõminatur p̃uaricatoribus legis pœnas in iudicio infligenda, ibi, In matutino interficiebam. Declarat itaq; in summa qualis esse debeat qui deo laudes persoluere velit. Author vnica cõmentatione ipsum explicat.

¶Expositio Tituli.

¶Titulus psalmi nouissimi huius quinquagenæ secundæ, talis est. Psalmus Dauid. Est eñ hic psalmus Dauid prophetæ tanq̃ actoris, sed Christo cantatur tanq̃ largitori omniũ perfectionũ, virtutũ, seu gratiarũ, de quibus tractat hic psalmus, Cõuenit vero cuilibet homini virtuoso, cuius vita alijs in exemplũ proponi potest. Fatetur eñ in hoc psalmo vir p̃fectus suas virtutes, non præsumptuose aut ad gloriam propriam, sed ad dei honorem & proximorum ædificationẽ, quẽadmodũ Iob, Tobias, Hieremias, & alij multi sanctorũ diligenter describũt
bona propria, quod etiã Paulus in suis epistolis sæpius agit, in tantũ vt dicat vicissim. Factus 2. Cor. 12
sum insipiens, vos me coegistis. i. charitas qua vestrã salutẽ desidero, cõpulit me laudare
meipsum, quod insipiẽtiæ simile est & diuinæ scripturæ videtur cõtrariũ, qm̃ Salomon dicit: Laudet te alienus, & non os tuũ: extraneus, & non labia tua. Sed hoc iã dictũ est, ne quis Prou. 27
laudet seipsum sine ratione legitima, aut ex gloria vana. Non autem prohibemus per hoc ad gloriã creatoris, ædificationẽq; auditoris, & maxĩe subditorũ, proprias enarrare virtutes, p̃cipue qm̃ Chrũs in euangelio: Sic luceat (inquit) lux vestra coram hominibus, vt videant bo Matt. 5
na facta vestra, & glorificent patrem vestrũ qui in cœlis est. Vnde & Petrus ait: Conuersa- 1. Petri. 2
B tionem vestrã inter gentes habentes bonã, vt in eo q̃d detrectant de vobis tanq̃ de malefa- 1. Tim. 4
ctoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent deũ in die visitationis. Et Paulus dilecto discipulo ait: Profectus tuus manifestus sit omnibus. Loquens ergo Dauid in persona ecclesiæ, seu cuiuslibet viri perfecti, sic orsus est.

¶Expositio psalmi.

1 " 
Isericordiã & iudiciũ cãtabo tibi domine, ⌋. i. pietatem & æquitatẽ tibi ô deus cum laude iocunda ascribam, non solũ laudabo te tanq̃ misericordem misericorditer indulgentẽ, miserationesq; maximas peccatoribus facientẽ, sed Iob. 34
etiã tanquã iustum, iusta iudicia diligentem ac facientẽ, terribiliter vlciscentem, & nil mali impunitũ, imò nil penitus indiscussum, iniudicatũ, impræmiatumq; derelinquentẽ. Nũc eñ frequenter prædictũ est, quõ vni vniuersæ viæ Proue. 19
dñi sunt misericordia & veritas, intelligendo per veritatẽ iustitiã seu iudiciũ. Cantamus aũt Psal. 24.
dño iudiciũ multiplex, videlicet particulare, quod singulis dũ moriuntur facit seorsum, & vniuersale, quod in fine mundi facturus est. Cantamus eius iudiciũ discretionis, quod agit in nobis quotidie, electos à reprobis in vita hac diuidẽs, gratia, voto, & merito. Iudiciũ quoq; Matt. 13
retributionis finalis, quod erit in fine seculi, qñ separabunt boni à malis loco & præmio. Vel sic, misericordiã in prosperis, & iudiciũ in aduersis cantabo tibi. i. ad laudẽ tuam ô dñe, ita q̃ quicquid boni seu consolationis tuæ mihi acciderit, & quicquid meriti in me fuerit, totũ tibi attribuam, & tuæ misericordissimæ bonitati ascribam. Porrò quicquid aduersitatis, imperfectionis aut culpæ contigerit, hoc meis peccatis & tuo iusto iudicio deputabo, cantans tibi Daniel. 3
illud Danielis: Iustus es dñe in om̃ibus quæ fecisti nobis, & vniuersa opera tua vera, & om̃ia quæ fecisti nobis in vero iudicio fecisti, quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obediuimus. Sicut ergo deus singulariter præcipit nobis misericordiã, quantũ ad proximos, & iudiciũ quantũ ad nosipsos, secundũ illud Zachariæ: Iudiciũ verũ iudicate, & misericordiã & mi Zacha. 7
serationes facite, vnusquisq; cũ fratre suo. Et Michæas: Indicabo tibi ô homo quid sit bonũ, Michę. 6
aut q̃d dñs requirat à te, vtiq; facere iudiciũ & diligere misericordiã, sic deus in omni opere suo misericordiã, iudiciũq; cõmiscet, propter q̃d hæc duo sibi specialr̃ decãtant, ne vel iudiciũ dei nos desperare cõpellat, vel misericordia intimoratos efficiat, sed vtrũq; horũ pensando, timendo speremus, & sperando timeamus, atq; soliciti ambulemus cũ deo nostro, cũ metu & timore ac tremore nostrã operantes salutẽ, iuxta admonitionẽ diuini apostoli. Philip. 2
2 " ¶Psallã, ⌋ sp̃ualia cantica proferendo, ⌊ & intelligã, ⌋. i. intus legam, seu intente aduertã, 1. Cor. 14
quæ psallo, ne sim vagus & mente inanis, sed impleã illud apostoli: Psallã spũ, psallã & men
" te. Vnde supra dictũ est: Psallite sapienter. Sic aũt psallã & intelligã, ⌊ in via immaculata, ⌋ Psal. 47
. i. cũ intentione syncera, in desiderio puro, in obseruatione legis diuinæ, quatenus vita voci concordet. Hæ nanq; sunt viæ immaculatæ, quibus ad deũ anima tendit. De quibus legitur.
Viæ eius viæ pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ. In via vero sancti desiderij, q̃ sitiuit ani Prouer. 3
" ma mea ad te, dixi, tuam præsentiam vehementer optando, ⌊ quando venies ad me, ⌋ id est
vtinam cito venias, quotidie quidem per gratiæ accumulationem, & in breui tollendo me de Philip. 1
isto exilio ad patriam, Cupio eñ dissolui & esse tecum, quia hoc multo melius.

Consequenter prosequitur in speciali, qualiter in via immaculata psallebat, dicendo. D
Tobiæ.4 ¶Perambulabã ⌋.i. in hac valle lachrymarũ côuersabar, ⌊in innocẽtia cordis mei, ⌋ itaꝙ 3
2.Cor.7 non feci alteri, quod mihi nollem fieri, sed in simplicitate ac puritate cõscientiæ vixi, quem-
admodũ ait Apostolus: Neminem læsimus, neminẽ corripuimus, neq; aliquando in sermo-
ne adulationis fuimus, ⌊in medio domus meæ, ⌋.i. in medio ecclesiæ seu fratrũ meorũ, nullũ
Tobiæ.21 malo exemplo intoxicando. ¶Nõ proponebã ante oculos meos ⌋ corporales seu interio 4
res, ⌊rẽ iniustã ⌋.i. quicq̃ illicitũ vt illud appterẽ, sicut in Iob habet: Pepigi fœdus cũ oculis
Ezech.10 meis, ne cogitarẽ quidẽ de virgine. Vnde scriptũ est: Vnusquisq; offensiones oculorũ suorũ
abijciat, dicit dominus. Maxime eñ nocet oculus incustoditus, sicut in Eccl'astico dr: Ocu-
Eccl.31. lo quid nequius creatũ est? Semper ergo oculũ cordis ac corporis refrenemus, si corde puro
2.Reg.11. dño complacere optamus. Si hoc modo Dauid oculos suos custodisset, in adulteriũ, homici
diũq; lapsus nõ fuisset, ⌊facientes præuaricationes ⌋.i. diuina mãdata trãsgredientes, ⌊odi-
Luc.6 ui, ⌋ inquantũ hmõi sunt, dilexi th eos secũdũ ꝙ hoĩes sunt, & gratiæ atq; salutis capaces, ga
eorũ cõuersionẽ desidero, qm̃ pro inimicis & impijs orare pcipior, & in hoc ostẽdit se diuinę
Sapiẽ.14 volũtati cõformẽ, qm̃ (sicut Sapiẽs dicit) odio sunt deo, impius & impietas eius. Et de impijs
Hiere.11 dñs ait: Non est aĩa mea ad ppl̃m istũ. ¶Nõ adhæsit mihi cor prauũ ⌋.i. affectio cordis ma 5
2.Petri.2 li mihi nõ placuit. Multũ quippe pœnales sunt homini iusto, affectus & actus hoĩs praui, quẽ
admodũ Petrus testatur de Loth: Aspectu & auditu iustus erat, habitans inter eos, qui de die
in diem animã iustam iniquis operibus cruciabant. Veruntamen ĩ tali euentu seu casu seruan
da est patientia, & immoderata ac impetuosa displicentia remouẽda, atq; pia compassio im-
Galat.6. pendenda, prout docet Apostolus: Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo deli-
Ibidem cto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Et rursus: Alter (inquit)
alterius onera portate, ⌊declinantem à me malignũ ⌋.i. igne vitiorum accensum, à mea re-
cta voluntate auersum, & mihi in vita dissimilem, ⌊non cognoscebam ⌋ per approbationẽ, E
qm̃ mihi nõ placuerunt opera eius, & in hoc deo seipsum conformat, qui impijs dicet in die
Lucæ.13. iudicij: Nescio vos. De quibus etiã alibi ait: Non est mihi voluntas in vobis.
Mat.25
Malac.1. ¶Detrahentem secreto proximo suo, ⌋ eius famam denigrando coram me seu me sciente 6
⌊hunc persequebar, ⌋ affligendo, increpando, seu fugiendo. Est eñ detractionis vitiũ gra-
Eccles.10 ue nimis, & grauius furto, quod tamen ex suo genere est mortale. Vnde scriptum est: Si mor
deat serpens in occulto, nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Detractorem igitur
persequi debet verus, diligensq; prælatus, & quilibet nostrum eum arguere debet, si est
spes de emendatione ipsius, si vero correctionem verborum non recipit, debet ei osten-
dere vultum tristem, vel omnino faciem ab eo auertere, seu aliquid boni proponere, quate-
Eccles.7 nus sic erubescat & emendetur. Hinc eñ Salomon dicit: Per tristitiam vultus, corrigit ani-
Ecci.28. mus delinquentis. Et alibi habetur: Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequã. Hic
itaq; persequutor detractoris bonus ac pius, & non crudelis, & quicunq; cupit vere profice-
re, debet in primis vitium detractiõis penitus abhorrere, & funditus extirpare, nec omni spi
1.Joh.4 ritui credere, seu de facili assensum præbere omni narrationi aliorũ, præcipue imperfectorũ.
Maxime nanq; animam inquietat, mentisq; stabilitatẽ ac grauitatem tollit ac impedit, q̃ ci-
to omnia credere, obloquentiũq; sermonibus leuiter adhærere cœperit. Hinc etem̃ frequen
tes discordiæ & iniusta odia generãtur, ita vt interdum de amicissimis fiant inimici, dũ vna- F
nimes quidem, sed nimium credulas animas, maliloqua lingua disiungit. Magna vero quies
est animæ, & ingens grauitas morũ, non temere neq; facile de aliquo quicquã sinistrum velle
recipere aut audire, & ista valde pensanda sunt innocentibus atq; simplibus, quia facilius to-
Prouer.14 tum credunt, putantes alios tales, quales sunt ipsi. Propter quod Salomon: Innocẽs (inquit)
credit omni verbo. ¶Superbo oculo & insaciabili corde, ⌋.i. auaro qui non impletur pe- 7
cunia, ⌊cũ hoc non edebam ⌋ cum interiori consensu. Et ad literã, si fieri potest sine dispen
Ecci.9 dio, vitandi sunt in mensa superbi atq; auari, iuxta illud: Viri iusti sint tibi conuiuæ. Et apo-
2.Thess.3 stolus dicit: Si quis non obedierit verbo per epistolam, hunc notate, & ne cõmisceamini cũ
illo vt confundatur. Alibi quoq;: Cum huiusmodi (inquit) nec cibũ sumere, propter corre-
ctionem tamen & informationem, seu aliam rationabilem causam, possumus cũ talibus mã-
1.Cor.5 ducare, prę sertim cũ Christus cũ publicanis & peccatoribus comedisse legatur, quatenus eos
Luc.5 conuerteret. ¶Oculi mei ⌋ interiores & etiam exteriores, ⌊ad fideles terræ, ⌋.i. ad homi- 8
nes deo fideliter seruientes, ⌊vt sedeant mecũ ⌋ in consilijs, mensis, atq; iudicijs, ga ad tales
affectuose respicio, eisq; communicare desidero, ⌊ambulãs in via immaculata, ⌋.i. sine labe
peccati cõuersans, & deo in puritate cordis deseruiens, ⌊hic mihi ministrabat, ⌋ tales nanq;
esse decet ministros prælatorũ ac principũ, præcipue aũt decet religiosos habere deuotos ser
uos, nõ seculares, leues, vanos, in vestitu curiosos, & opere incõstantes. ¶Non habitabit in 9
Psalm.17 medio domus meæ qui facit suprbiã, ⌋.i. superbis nõ cohabitabo, ne cũ peruerso peruertar,
Ecci.13 & si corpore ei cohabito, mẽte tñ lõge distabo ab eo, qm̃ scriptũ est: Qui tetigerit picẽ, inqui
nabitur

A nabitur ab ea, & qui communicauerit superbo, induet superbiam. Vnde Sapientia asserit:
Arrogantiam & superbiam, & viam prauam, & os bilingue detestor, ⌊qui loquitur iniqua, Prouer.8
" non direxit in conspectu oculorum meorum⌋ hoc est, meo iudicio non fecit bene, nec ambu
10 " lauit ad deum directè, imò reprobo eum. ¶In matutino⌋.i. tam citò vt commodè iusteq́
" potui ⌊interficiebam⌋ gladio materiali vel spũali ⌊omnes peccatores terræ⌋ hoc est, omẽs
" grauiter criminosos, causas morte dignas habentes, ⌊vt disperderem de ciuitate dñi⌋.i. de ec
" clesia seu congregatõe iustorum ⌊omnes opantes iniquitatem⌋ tam graue vt dictum est. De
bent nãq; principes seculares gladio materiali, prælati autem gladio spũali, iniquos occidere
seu intus mortuos declarare, vt mundent ecclesiã à commixtõe prauorũ, secundum decreta.
Vel in matutino, hoc est, in exordio tentatõis, interficiebã.i. cadere atq; deficere feci p orõnẽ
deuotã, & adiutorium grãæ Chr̃i omnes peccatores terræ, hoc est, diabolos me tentãtes, & ter
renas cõcupiscentias mihi suggerentes, vt disperderem de ciuitate dñi .i. de consensu animæ
meæ, quæ est ciuitas dei, omnes operãtes iniquitatem, hoc est, oĩa diabolica tentamenta, me
ad opa mala inducere quærentia. Q̃uo autem hic Psalmus Chr̃o cõueniat, certum ac facile est.
Ipse eñ vt pfectissimus cãtauit deo patri. ac toti Trinitati misericordiã & iudicium, qa in to-
to euangelio docet deum pium esse ac iustum. Psallebat quoq; & intelligebat in via immacu-
lata, hoc est, in tota sua conuersatiõe sanctissima, quãdo venies ad me, hoc est, qñ ô deus pater
veniam ad te, optabat namq; redire ad patrem, quemadmodum testatur: O generatio mala, Marci.9.
quàmdiu apud vos ero? Non adhæsit etiam Christo cor prauum, vt patet de Iuda proditore Matt.27.
Cætera oĩa plana sunt. Porrò secundum doctores, tres sunt status Christianæ religionis. Pri-
B mus est incipientium, quorum est in luctu & actibus pœnĩæ occupari, & huic appropriatur
prima quinquagena psalterij, quæ terminatur in psalmo pœnĩali, videlicet: Miserere mei Psalm.50
deus. Secundus est status proficientium q in spũ ambulant, quorum est in actu iustitiæ exer-
ceri, eundo de virtute in virtutem, & huic appropriatur hæc secunda quinquagena, quæ ter-
minatur in psalmo præsenti, de rigore iustitię pertractante. Tertius vero est status perfecto- Psalm.83
rum à vita actiua ad cõtemplatiuam ascendentium, quorum est laudibus dei iugiter inhære- Psal.100.
re, & huic appropriatur tertia quinquagena, quæ terminat in laude diuina. Docetur deniq; Psal.150.
vnusquisq; superior ex psalmo præsenti, vt habeat se deuotè ad deum, iuste ad proximũ, im-
maculate ac sancte ad seipsum, imò singulis nobis conandũ est, vt taliter conuersemur in hoc
mundo fallaci ac fragili corpore, quòd vita nostra alijs exemplaris reddatur, atq; in propria
persona verba Psalmi huius à nobis cantentur, ad gloriam saluatoris, qui est super omnia de-
us sublimis & benedictus.

FINIS COMMENTARIORVM D. DIONYSII A
Rickel Carthusiani in secundã quinquagenam Psalmorum pro
phetæ Dauid ex diligẽti recognitõe, Anno
Dñi, M. D. XXXI.

# D. DIONYSII A RICKEL

## CARTHVSIANI IN TERTIAM PSALTERII QVIN-QVAGENAM PRAEFATIO.

C 
EDIT Dauid confessionem sancto & excelso, & de om̃i corde suo
laudauid deũ, & dilexit dominũ, qui fecit illũ. In verbis inductis com-
mendatur gloriosus Propheta & rex sanctus Dauid de tribus. Videli- Eccl. 47.
cet de confessione proprię culpæ, quã sancto excelsoq́; deo humiliter
est confessus. Tibi (inquiens) soli peccaui, & malum corã te feci. Secun Psalm.50
do, de intima confessione laudis diuinæ. Quia de om̃i corde suo, id ẽ,
toto & integro corde, cum om̃i alacritate ac promptitudine dominũ
laudauit. Sicut inferius ait: Cantabo domino in vita mea, psallã Deo Psalm.103
meo quàm diu sum. Tertio, de sancta dilectione proprij creatoris. In
istis consistit vniuersa spiritualis vitæ perfectio. Cum eñ non sit spe- Eccl.15
ciosa laus in ore peccatoris: prius confiteri oportet propria mala, quoniã om̃ia in confessione
lauantur. Vnde Iosue: Fili mi da gloriã deo & confitere quid feceris. Mente ãt per confessionẽ
purgata, factus est homo dignus atq; idoneus dominũ laudare, quia confessio propriæ culpæ Iosue.7.
disponit & aptum reddit hominem ad confessionem laudis diuinæ, in qua inflammatur mens
pura diuini amoris ardore, intantum vt dicere possit illud Hieremiæ. Factus est sermo domi- Hiere. 20
ni in corde meo, quasi ignis exæstuans, claususq; in ossibus meis. Et defeci, ferre nõ sustinens.

Deniqꝫ ſicut confeſſio culpæ eſt actus humanus, quia non competit niſi homini, ſic dominum D
laudare eſt actus angelicus, quoniam eis à principio ſuæ creationis inerat, inceſſabiliter ineſt
& iugiter inerit. Deum autem diligere eſt actus omino diuinus. Nam deo æternaliter, perfe-
ctè, infiniteqꝫ conuenit. Confitendo itaqꝫ noſtra peccata, ducimus vitam laudabilem & hu-
manam. Quemadmodum enim humanum eſt ex infirmitate peccare, ſic humanum per con-
feſſionem reſurgere. Deum autem laudando ducimus vitam angelicam & cœleſtem, ſed deū
amando deificamur, & deiformem vitam ſortimur. Ad cuius adeptionē om̄ia noſtra exerci-
tia ordinare debemus. Præcipuè vero confert ad eam acquirendam, laus perennis ſeu pſalmo
Eſaię 58. dia continua. Iuxta illud Eſaiæ: Implebit dominus ſplendoribus animam tuam, ſi glorificaue-
ris eum. Quoniam igitur domino ſaluatore auxiliante, vtcunqꝫ expoſitæ iam ſunt duæ quin-
quagenæ libri pſalmorum, incumbit nunc aggredi tertiam, ſecundum modum & formam in
exordio explicatos. Videlicet ſimpliciter procedendo ſine ſtili ornatu & ſenſuum profundi-
tate, atqꝫ ipſos Pſalmos dum fieri poteſt, & expedire videtur, quadriformiter explanando,
hoc eſt, literaliter, allegorice, tropologice, anagogice, quantum ille dare dignabitur, de quo
Eccl. 1. ſcriptum habetur: Omnis ſapientia à domino deo eſt, & cū illo fuit ſemper, & eſt ante æuū.
Cuius miſericordiſſimam illuſtrationem affectuoſiſſimè inuoco, per dilectionem, preces, ac
merita aduocatę ſaluatricis & dominę noſtrę virginis ſanctę dulcis Mariæ.

## COMMEMTARIVS IN PSALMVM CI.

¶ Argumentum.

¶ Titulus: Oratio pauperis cum anxiatus fuerit, & coram domino effuderit precem ſuam. E
In hoc Pſalmo centeſimoprimo, & tertiæ quinquagenæ, primo intendit nos Propheta indu-
cere, quatenus in anxietatibus conſtituti efflagitemus dei miſericordiam, vt à nobis huiuſmo
di calamitates auferat. Vnde loquitur, vel in perſona Chriſti ex cōpaſſione orantis, vel in per
ſona alicuius membri pro commiſſis peccatis pœnitentiam agentis, pro ſua liberatione à pec-
catis & miſerijs ad deum clamantis. Tres autem in ſumma complectitur partes. Porrò in pri-
ma ponitur oratio. In ſecunda vero ſuæ miſeriæ deploratio, ibi: Defecerunt. In tertia deniqꝫ
ſui per Chriſtum liberatio, ibi: Tu autem domine in æternum. Author triphariam commen-
tatur iſtum pſalmum. Primo equidem moraliter de viro pœnitente, deinde iuxta allegoriam
de CHRISTO, & poſtremo ad literam conſentaneę quibuſdam alijs, de populo Iudæo-
rum grauiter afflicto.

¶ Expoſitio Tituli.

¶ Pſalmi nunc declarandi titulus eſt: Oratio pauperis, cum anxiatur, & in conſpectu do-
mini effuderit precem ſuam, hoc eſt, Pſalmus præſens eſt oratio hominis pœnitentis, cū an-
xiatur timore futuri iudicij, ac ſuppliciorum inferni ex recordatione peccatorꝫ ſuorꝫ, & in
conſpectu domini effuderit ꝑcem ſuam, quatenus miſericordiā conſequatur, videlicet à prę-
ſentibus tribulationibus releuamen, peccatorꝫ indulgentiā, innocentiæ reſtitutionē, & gloriā
in futuro. Loquens igitur ſanctus Propheta in perſona hominis propriam infirmitatē, atqꝫ
miſeriam recognoſcentis, ac ſpiritualem inopiam deplorantis ait. F

¶ Expoſitio Pſalmi.



Omine⌋ Deus omnipotens, ſimplex, ac trinus totaliter ac naturali- » 1
Nume. 20 terqꝫ miſericors⌊ exaudi⌋ hoc eſt, cognoſcendo adimple⌊ orationē »
Eſaie. 30. meam⌋ quia petitionē decentiū petij à te⌊ & clamor meus⌋ menta- »
Hiere. 18. lis, videlicet ardens affectio, deſideriumqꝫ cœleſte: ſeu clamor voca-
lis, qui eſt magni ac ſancti deſiderij nuntius⌊ ad te veniat⌋ hoc eſt, ti- »
bi acceptus ſit, tibi complaceat, & attendatur, ac impleat à te, queād-
Iaco. 5. modum de quibuſdam ait ſcriptura: Clamor eorum in aures domini
Exodi. 3. ſabaoth, introiuit. Et ipſe dicis: Clamor filiorum Iſrael venit ad
me. Venit autem clamor noſter ad dominum, non loco, ſed accepta-
tione. ¶ Non auertas faciem tuam⌋ Hoc eſt, pietatis tuæ reſpectū, » 2
⌊ à me⌋ vili ac paupere peccatore, ſed pœnitente. Loquitur autem Propheta de deo modo »
humano, quaſi in deo eſſent auris & facies, conuerſio ac auerſio nouæ ſiue recentes, ſecundum
nouitatem meritorum ac demeritorum noſtrorum, ſed omnia hæc in deo ſpiritualiter, im-
mutabiliterqꝫ conſiſtunt. Facies enim dei eſt diuini intellectus reſpectus. Auris eſt miſericor-
dia eius ſubueniens. Auerſio dei eſt deteſtatio mali. Conuerſio aūt approbatio boni⌊ in qua- »
cunqꝫ die tribulor⌋ id ē, corde affligor propter peccata commiſſa, vel tentamenta ſeu aſpera »
mundi ac dæmonum⌊ inclina ad me aurem tuam⌋ hoc eſt, miſericordiam tuam applica mi- »
hi, pietatis tuæ effectū declarando in me. i. conſolando animā triſtē, roborando corpus infir-
mū, mitigando ſeu afferendo tribulationes, quas patior, prout expedire noueris animæ meæ.

¶ In qua-

A
3 " ¶In quacunq; die⌋ Imò quacũq; hora aut momento die seu noctis⌊ inuocauero te⌋ ex in-
" timo mentis affectu, tuam bonitatẽ precando ⌊ velociter⌋ sine mora, sicut indigeo ⌊ exaudi
" me.⌋ ostendendo mihi lucem atq; præsentiam miserationũ tuarũ, quemadmodum dicit scri- Esaiæ.58
ptura homini iusto. Inuocabis, & dominus exaudiet, clamabis, & dicet: Ecce assum. Ecce quã
sæpe repetit sensum eundem sub alijs verbis. Est em̃ consuetudo scripturæ (præsertim in his
quę pertinent ad affectũ) frequenter eandẽ sententiã alio sermone resumere. Quod valde sa-
lubre est. Quoties nanq; verba affectuosa reiterantur, toties interna affectio renouat, auget,
perficit. Quoniam vna bona affectio, ad aliam similẽ præparat mentẽ. Et in repetitione affe-
ctus accenditur appetitus, sicq; oratio exaudibilior reddit, quia tanto amplius grata est deo,
quanto ex calidiore manat affectu. Propter quod expedit eidẽ sancto desiderio immorari in
prece, ipsum multoties reuoluendo, nec pigrè aut frigidè ab ipso cessando. Omnino enim ca- 1. Thess.5.
uere debemus, ne ab oratione segniter desistamus, sed feruenter inchoandũ ac consumandum
est om̃e opus diuinum, præcipuè laudatio dei atq; oratio. Demũ ad exauditionem orationis
tãta requirunt secundũ Augustinũ, primo vt salubria petantur. Hoc enim est petere in no- Johan.15
mine Iesu seu saluatoris, ea rogare quę spectant ad veram salutem. Propter quod Paulus exau
ditus non est, petens sibi auferri stimulum carnis. Stimulus etenim ille ei tanquàm viro exer-
citato ac strennuo militi coopetabatur ad bonum, quoniam erat occasio meriti amplioris.
Secundo, vt perseueranter, oremus, quẽadmodũ ait saluator: Oportet semper orare, & non Luc.18
deficere. Et Apostolus: Orate omni tempore in spiritu, vigilantes in omni instantia & obse- Ephes.6.
cratione. Tertio, vt pro nobisipsis precemur. Non enim semper exaudimur pro alijs pro-
pter incapacitatem eorum. Et sicut beatus Thomas testatur, ad hoc vt homo exaudiatur pro
B alio, necessaria quodammodo est quædam plenitudo & exuberantia bonitatis, gratiæ, virtu-
tis, seu meriti in orante, quatenus scilicet de plenitudine eius accipiat alter. Non tamen ob id
cessare debemus nos imperfecti ab auxilio mutuæ orationis cum scriptum sit: Orate pro in-
uicem vt saluemini. Sed qui pro alio orationẽ assumit, talem se coram deo recte viuendo ex- Jaco.5
4 " hibeat vt pro alio recipi fiat idoneus. Meritò autem ô domine ista precatus sum. ¶Quia
" defecerunt⌋ Hoc est, velociter defluxerunt ⌊ sicut fumus dies mei⌋ id est, tempora quibus vi-
xi. Quemadmodum enim fumus ascendit, ascendendoq; deficit: sic dies nostri crescendo
ascendunt, & ascendendo fini propinquant. Vnde in Iob habet: Dies mei velociores fuerunt Job.9.
cursore, transierunt quasi naues poma portantes. Et Iacobus ait: Quæ enim est vita vestra? Jaco.3.
Vapor est ad modicum parẽs: Deinceps exterminabitur. Vel: Defecerunt sicut fumus dies
mei, hoc est, sine fructu & bonis operibus sunt consumpti, & quicquid vanitatis, voluptatis,
& impietatis in eis feci ac habui, citò pertransijt. Iuxta illud: Quid nobis profuit superbia, aut
quid diuitiarum iactantia contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquàm vmbra, & quasi Sapię.5.
nuntius præcurrens. Hinc quoq; Apostolus peccatoribus conuersis dicit: Quem fructum ha Roman.6
buistis tunc, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est Veræ enim inanes & va- Hiere.17.
cui sunt dies prauorum. Plenitudinem vero sortiuntur dies iustorum, secundum Ambrosi-
" um, ⌊ & ossa mea sicut cremium aruerunt,⌋ Cremium appellat caro cremata seu frixa, quæ
remanet, pinguedine per ignem extracta, Cremium nanque à cremando nomen accepit.
C Quemadmodum itaq; caro talis per ignem arescit, induratur, & tabescit. Sic ossa corporis
per abstinentiam aresiũt, & per timorem dei siccantur secundum illud: Spiritus tristis exic-
cat ossa. Ossa quoq; animæ, hoc est, virtutes ac vires ipsius tanquàm cremium in frixorio ter-
refactum arescunt, dũ per negligentiam gratia deuotionis subtrahitur, & cibus interior (scili- Prouer.17.
cet obedientia sancta) relinquit. De hoc etenim cibo dicit Christus: Meus cibus est vt faci-
am voluntatem patris mei. Interdum vero ossa ista arescunt igne tentationis ac tribulationis Johã.4
præsertim in his in quibus virtus non perficitur in infirmitate. Qualis non erat Apostolus: 2. Cor.12.
Vtroq; autem modo intelligi possunt hæc verba de pœnitente. Nam ante conuersionẽ suam
ossa animæ infeliciter aruerunt, nulla spirituali pinguedine existente in eis. Post conuersionẽ
autem & arreptam pœnitentiam ossa corporis in quibusdam salubriter aresiũt, quibus omnis
carnalis voluptas, omnis temporalis iocunditas, omnis etiam alimonia corporis in fastidio
5 " sunt propter intensam mentis occupationem in deo. ¶Percussus sum⌋ Virga tentationis
" ac tribulationis ⌊ vt fœnum⌋ quoniam sicut fœnum falce abscinditur: sic ego per tentationẽ
aut aduersitatẽ à gratia excidi, sicut de nõnullis ait Apl'us. Propter incredulitatẽ excisi sunt, Roman.11
" ⌊ & aruit cor meum,⌋ à spirituali gratiarum fomento, ⌊ quia oblitus sum⌋ ex mea ignauia,
" ⌊ comedere panem meum.⌋ mihi à Deo semper paratum, dummodo eum instanter requi-
ram, dicendo. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: Iste panis est impletio præ Matth.6
ceptorum Dei, sicut CHRISTVS dicit: Meus cibus est vt perficiam opera Dei, seu stu- Lucæ.11.
dium sacræ scripturæ & meditatio diuinorum, de quibus scriptum est: Cibabit illum pane Johan.4.
vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Vel sacramentum corporis Eccl.15
Christi, in quo est omnium cœlestium deliciarum plenitudo & vita animæ sempiterna.

Quemad

D
Iohan.6 Quemadmodum veritas ait: Qui manducat hunc panem viuet in æternum. Qui hos panes
spiritualiter ædere negligit, corde arescit, & est pauper, cæcus, nudus, miser, & miserabilis. 6
¶A voce gemitus mei⌋ Hoc est, præ nimio gemitu & dolore cordis mei, quem voce oris
expressi, ⌊adhæsit os meum carni meæ⌋. i. tantum attenuatus sum corpore, vt ossa mea pelli
Iob.19 adhærerent, quemadmodum Iob dicit: Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum.
Dolor nanque interior de peccatis conceptus, si magnus sit & continuus: carnem vehementer 7
consumit. Sumit itaque hoc loco caro pro pelle. ¶Similis factus sum pellicano solitudinis⌋
Hoc est, sicut pellicanus est auis solitaria, solitudinem diligens, & naturali quadam macie confe
cta, sic ego vt peccata mea liberius possem deflere, homines fugi, in solitudine mansi, atque hu-
Psalm.54 manum solatium euitaui, prout superius dictum est: Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitu-
dine. Per pellicanum autem designatur primum genus pœnitentium, scilicet ordo heremitarum, qui
in heremo carnem suam castigant, ac macerant, & sua ac aliorum peccata deplangunt. Ad hoc
Hiere.9. nanque agendum, locus solitarius est aptissimus. Vnde cum Hieremias dixisset: Quis dabit ca-
piti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte, interfectos
populi mei: insinuans se hoc facere non posse in populo tam bene, solitudinem cupit, dicen-
do: Quis dabit mihi in solitudine diuersorium viatorum, & derelinquam populum meum:
⌊factus sum sicut nycticorax in domicilio⌋ hoc est, quemadmodum noctua seu coruus no-
cturnus in pariete domicilij habitans, cæteris auibus odibilis & abominabilis est, nec in die ap
paret, sed noctibus cibum quærit. Sic ego nocturno tempore cæteris quiescentibus cibum ani-
mæ quæro operibus bonis, & luctibus pœnæ insistendo. In die autem alij dum foras vagantur, E
& occupantur, ego domi resideo, nec me dignum arbitror inter homines apparere, propter
abominabilem vitam quam duxi. Per nycticoracem ergo significatur secundum genus pœni-
tentium, eorum videlicet qui humanos aspectus declinant, & domi cum magna contritio- 8
Coloss.4 ne ac humilitate animi sedent. ¶Vigilaui⌋ Sicut dicit Apostolus: Orationi instate vigi-
lantes in ea in gratiarum actione. Vigilaui, hoc est, à peccato surrexi, iuxta illud Apostoli:
Roma.13. Tempus est iam nos à somno surgere. Et alibi: Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Vi-
gilaui sanctis operibus inhærendo: secundum quòd monet Apostolus: Vigilate, state in fide,
1.Cor.16. viriliter agite, confortamini, & omnia vestra in charitate fiant. Et Christus apud Matthæ-
Matt.26 um: Vigilate & orate vt non intretis in tentationem. Sic vigilantibus & non dormientibus,
Prouer.20 prouenit regnum cœlorum. Quapropter Salomon dicit: Noli diligere somnum, ne te egestas
opprimat. Vel: Vigilaui, tempore noctis, & illis hominis quibus licitè dormire poteram,
quatenus tempus inutiliter perditum recuperarem, laudibus creatoris vacando, & corpus sa-
cris vigilijs affligendo. Et ista est magna gratia, dum deus dat seruo suo deuoto & studioso mo
dico contentum reddi somno, cum somnus sit morti similis & operatori multum odibilis. Vn-
Prouer.6 de in Prouerbijs Salomon sciscitatur: Vsquequo piger dormies, quando consurges de somno
tuo. Veruntamen sicut in abstinentia, sic in vigilia discretionem seruare oportet, & proprias
vires diligenter metiri, neque efficiatur homo sacrilegij reus, incurratque maledictionem, de qua
Hiere.48 inquit Hieremias: Quia plus fecit quàm potuit, idcirco perijt: ⌊& factus sum sicut passer soli-
tarius in tecto⌋ hoc est, quemadmodum passer in alto ac tuto nidificat, ne vel ipsa capiatur,
aut pulli eius vorentur: sic ego ne à diaboli laqueis irretirer, aut operum bonorum fructibus F
spoliarer, ad nidum gremiumque Ecclesiæ seu loca monasterij fugi, vt à conuentu malignan-
tium separatus, illic conseruer atque saluificer. Ecclesia nanque signatur per montem, de quo an-
Genes.19 geli dixerunt ad Loth: Noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione, sed in
monte saluum te fac. Claustrum vero signatur per ciuitatem, de qua Loth angelo ait: Quæso
domine mi est ciuitas hic iuxta ad quam possum fugere parua, & saluabor in ea. Per passerem
designatur tertium pœnitentium genus, puta eorum qui claustra ingrediuntur. Deinde pœ-
nitens tribulationes suas commemorat, quatenus deum ad miserationem inclinet. ¶To- 9
Iob.12. ta die⌋ Hoc est, quotidie atque assiduè ⌊exprobrabant mihi inimici mei⌋ id est, amatores hu-
ius mundi, quos ego odio, sed ipsi me odiunt, & mihi insultant, sicut scriptum est: Deridetur
3.Iohan.1 iusti simplicitas, & sanctus Iohannes in sua Canonica, de quodam superbo testatur: Verbis
malignis garriens in nos, ⌊& qui laudabant me,⌋ in aperto, vel dum eorum conuersationi
prauæ fauebam, ⌊aduersum me iurabant⌋ hoc est, nunc postquàm eorum vitam abhorreo,
atque pœniteo, firmiter statuerunt me persequi verbis aut factis. ¶Quia cinerem tanquàm 10
panem manducabam⌋ Hoc est, ideò ista fecerunt, quoniam ego concupiscentias ventris con-
tempsi, & cibo vili duro ac modico vsus sum, ⌊& poculum meum cum fletu miscebam⌋ id est,
potum corporis cum lachrymis sumpsi. Vel: Poculum animæ scilicet, iocunditatem tempo-
ralem cum fletu miscebam, hoc est, bonæ tristitiæ miscui, ne inaniter gloriando, resoluerer. Spi-
ritualiter cinerem sicut panem manducat, qui reliquias cogitationum suarum diligenter ex-
aminat, ac peccata minuta quotidie deflet, dicens deo cum sancto Iob: Signasti quasi in sac-
Iob.14 culo peccata mea, & tu quidem gressus meos dinumerasti. Hæc autem feci ô Domine.

¶A sa

11 “ ¶A facie iræ indignationis tuæ.⌋ Hoc est, ex consideratione districti iudicij tui, & præ ti-
A more iustarum pœnarum, quas impijs præparasti, hoc timore, hac'ꝗ consideratione, impleta
erat anima beatissimi Iob, qui ait: Deus solus est & cogitationẽ eius nemo auertere potest, id- Iob.13
“ circo à facie eius turbatus sum, & considerans eum timore sollicitor, ⌊quia eleuans⌋.i. gratia
tua adornans, & summæ Trinitatis imagine me consignans, ac om̃ibus sensibilibus rebus me
“ præferens ⌊allisisti me⌋ hoc est, cadere me permisisti, & multis miserijs subiacere, sic deus al-
lidit nos, ne vnquàm iactemus nosipsos, aut de proprijs viribus præsumamus, sed dum sta- Prouer 28
mus, timeamus de casu, dum cadimus, resurgere affectemus. Ideò nanꝗ Apostolus admonet: 1. Cor. 10.
Qui stat, videat ne cadat. Et iterum: Considerans teipsum, ne & tu tenteris, & apud Ecclesia- Gala. 6
sticum scriptum est: In die bonorum ne immemor sis malorum, & in die malorum ne imme- Eccl. 11
12 “ mor sis bonorum. ¶Dies mei sicut vmbra⌋ Hoc est, velocissimè ⌊declinauerunt⌋ quẽad
modũ in Paralypomenon habetur: Dies nostri quasi vmbra super terram, & nulla est mora. 1. Para 29
“ Iob quoꝗ ait: Dies mei velocius transierunt, ꝗ̃ à texente tela succiditur, ⌊& ego sicut fœnũ⌋ Iob. 7.
“ quod hodie est, atꝗ virescit, & cras in clibanum mittitur & arescit, ⌊arui.⌋ mente & corpo- Matth. 6
re, mente ex defectu gratiæ dei, corpore propter afflictiones multiplices. Vnde apud Esaiã Lucæ. 12.
legitur: Verè fœnum est populus. Et rursus: Om̃is caro fœnum, & om̃is gloria eius quasi flos Esa. 4
13 “ fœni. Consequenter ponitur efficacia dei ad liberandum. ¶Tu autem domine in æternũ
“ permanes,⌋ Hoc est, æternaliter, inuariabiliter'ꝗ subsistis, quẽadmodũ in Malachia asseris: Malac 3
“ Ego dominus & non mutor ⌊& memoriale tuum⌋ id est, præcipuũ opus quod in creatura
“ fecisti, per quod conseruatur in nobis memoria nominis tui, permanet, ⌊in generationẽ & ge
“ nerationẽ⌋ hoc est, præ magnitudine sua non permittit nos sui, vel tui obliuisci. Hoc aũt me
B moriale dei est miseratio eius, quã ab exordio mundi hominibus contulit. Vnde apud Esaiã Esa. 26
inducitur: Nomen tuũ & memoriale tuũ dñe, in desiderio animæ. Nunquã em̃ obliuisci debe
14 “ mus beneficioꝝ dei ¶Tu dñe exurgens⌋ Hoc est, potenter nobis succurrens, & per modũ
“ exurgentis te habens, potentia tua recenter vtendo ⌊misereberis Syon⌋.i. Ecclesiæ militan-
“ ti, te fideliter contẽplanti ⌊quia venit tẽpus miserendi eius⌋ hoc est, tẽpus salutis & gratiæ, de 2. Cor. 6.
quo ait Apostolus: Ecce nunc tẽpus acceptabile, ecce nunc dies salutis, hoc tempus incepit
“ præcipuè ab incarnatione Christi ⌊quia venit tẽpus⌋.i. aduentus Christi in mundũ, de quo
tempore dicit idem Apostolus: Vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum. Et ve Gala. 4
15 “ rè misereberis Syon. ¶Quoniam placuerunt seruis tuis⌋ Hoc est, angelis tibi semper mi-
“ nistrantibus ⌊lapides eius⌋ id est, Ecclesiasticę personę, ex quibus tanꝗ̃ ex viuis lapidibus cõ
struitur sancta Ecclesia. Vnde in Apocalypsi, angelus ait Iohanni: Conseruus tuus sum, & fra Apo. 19
“ trum tuoꝝ. Gaudiũ quoꝗ est angelis dei, super vno peccatore pœniam agente ⌊& terrę eius Luc. 15
“ miserebunt⌋.i. angeli pie succurrent Ecclesiæ, per orbem terrarum diffusæ. Om̃es enim sunt Hebr. 1.
administratorij spiritus, preces hominum domino offerentes, & eius gratias reportantes.
16 “ ¶Et timebunt gentes⌋ Ab Idololatria ad fidem veram conuersæ ⌊nomen tuũ domine,⌋
hoc est, teipsum, hoc in Christianis ex gentili populo natis, impletum videmus. Quod etiam
in Malachia prædictum est: Rex magnus ego sum dicit dominus, & nomen meum horribile Malac. 1
“ in gentibus ⌊& om̃es reges terræ⌋ id est, aliqui de omni genere regum, vt sit distributio pro
“ generibus singuloꝝ, non pro singulis geneꝝ. Timebunt ⌊gloriam tuam.⌋ ó Christe, id est,
C maiestatem tuam, quam per fidem cognoscent. De om̃i nãꝗ genere regum, sunt quidam ad
Christũ conuersi, eum'ꝗ cum tremorem adorauerunt, quemadmodum Esaias prædixit: Re-
ges videbunt (inquit) & consurgent principes, & adorabunt propter dominum deum tuum. Esaię. 49
17 “ Idem'ꝗ rursus de Christo asserit: Super eum continebunt reges os suũ. ¶Quia ædificabit Esaiæ. 52
“ dominus (Christus) Syon⌋ Hoc est, ecclesiã sanctã ⌊& videbit⌋ ipsa ecclesia ⌊in gloria sua.⌋
id est, in magna excellentia, q̃m Christus confirmauit eam aduersus omnes reprobos & per-
uersos. Magnus quoꝗ ac varijs gratijs eam decorauit. Alij dans sermonẽ sapientiæ, alij ser-
monem scientiæ, alij gratiam sanitatum, alij operationem virtutũ. Ponens'ꝗ quosdam quidẽ
Apostolos, quosdã autẽ Euangelistas, quosdã vero doctores, sicut plenius pandit Apostolus. 1. Cor. 12.
Vel: Videbitur, dñs Christus in gloria sua, à filijs Ecclesiæ ipsum per fidẽ speculantibus, sicut 2. Cor. 3
testatur Apostolus: Nos autem reuelata facie gloriam domini speculantes. Et Esaias: Regem Esaiæ. 33.
in decore suo videbunt oculi eius. In die autem iudicij, atque in patria, tam Christus quàm
ecclia electoꝝ, multò clarius videbunt in gloria sua, quando implebitur illud Apocalypseos:
Ecce venit cũ nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Hanc autem Apoc. 1.
Ecclesiam Christus per seipsum ædificare cœpit, prædicans mundo, congregans'ꝗ discipu-
los. Deinde per Apostolos, alios'ꝗ Apostolicos homines, ædificauit eam per totum orbem,
prout Zachariæ sexto prædixit scriptura: Ecce vir oriens nomen eius, id est, Christus, & ædi
18 “ ficabit templum domino. ¶Respexit (dominus) in orationẽ humiliũ⌋ Orantiũ pro Chri-
“ sti aduentu, & ædificatione Ecclesiæ, ⌊& non spreuit ꝓcem eorum.⌋ sed clementer eam im-
pleuit. Exaudiuit enim Prophetas, & alios sanctos ista orantes. Quotidie etiam Dominus

oculos

 D

Esa. vlti° oculo pietatis, in orationem humilium respicit. Sicut Esaias protestatur: Ad quem respiciã,
nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos? ¶Scribant hæc.⌋ » 19
Quæ dicunt de deo, ac beneficijs eius ⌊in generatõe altera.⌋ .i. à posteris vsq; in finẽ seculi, ne »
vnq̃ obliuioni tradant, ⌊& pplus q creabit.⌋ hoc ẽ, plebs Chriana ex aqua & spũ sancto rena- »
ta ⌊laudabit dñm.⌋ de vniuersis bñficijs suis. ¶Quia prospexit (dñs) de excelso sctõ suo,⌋ » 20
Hoc est, de sctõ ac sublimi habitaculo suo, clemẽter hũanũ genus attẽdit ⌊dñs de cœlo in ter »
rã aspexit.⌋ oculo pietatis. Sicut em̃ deus vbiq; existẽs, & oĩa vndiq; cernẽs, dr̃ specialiter ha »
bitare & esse in cœlo, quoniã ibi euidentius operat, clariusq; videt, sic specialiter dicit de cœ-
lo aspicere, nõq; inter ipm, & ea quę respicit, sit distãtia aliqua, cũ ipse om̃ia penetret, impleat,
circumcludat, respexit ergo de cœlo. ¶Vt audiret gemitus compeditorũ.⌋ Hoc est, vt ge- » 21
mẽtibus, vinculis vitiorũ ligatis, succurreret, ignoscẽdo eorũ sceleribus, sicut in libro Iudicum
Iudicũ 2. inducit: Flectebat dominus misericordia, & audiuit afflictorũ gemitus: & liberauit eos de ce- »
de vastantium, ⌊vt solueret.⌋ à peccatis absolueret, ⌊filios interemptorum.⌋ .i. homines de »
parentibus peccatoribus natos, (peccatum enim mors animæ est) Om̃es autem in primo pa-
rente cecidimus. Eramus quoq; natura filij iræ, sicq; parẽtes nostri interempti, seu spũaliter
interfecti erãt fraude diaboli. Ideò aũt audiuit, & soluit eos. ¶Vt annuntiẽt in Syon.⌋ Hoc » 22
est, in Ecclesia ⌊nomẽ dñi.⌋ Christum liberè prædicãdo, & fidem catholicam ore ac ope cõ- »
fitẽdo ⌊& laudẽ eius (annũtiẽt) in Hierusalẽ.⌋ .i. in ipa Ecclesia quę dr̃ Syon, ppter speculatio »
nẽ, & Hierlm propter internę pacis quietẽ. Syon qppe interptat speculatio, Hierlm vero vi-
sio pacis. Pax aũt interna maximè fuit, & est in pplo Chriano. De quo angeli cecinerũt, In ter E
Lucę 2 ra pax hoĩbus bonæ voluntatis. Hæc aũt annuntiatio fit. ¶In coueniendo populos in vnũ » 23
& reges.⌋ Hoc est, per hoc quòd populi vulgares, & etiam reges ac principes, in vnitate fidei »
congregant, atq; in Christo vnũ corpus mysticum per charitatem efficiunt, ⌊vt seruiant do- »
mino.⌋ in vnitate Ecclesiæ, Ob hanc enim spiritualem electorum congregationem, Christus »
Iohã 11 mori dignatus est. Iuxta illud: Iesus moriturus erat, vt filios dei qui dispersi erant, congrega-
ret in vnum. ¶Respondit.⌋ Populus fidelis ⌊ei.⌋ scilicet domino suo ⌊in via virtutis suę.⌋ » 24
operationem virtuosam. Quandoq; em̃ respondemus alicui verbo, quandoq; opere. Popu-
lus autem fidelis Christo respondet bene viuendo, gratias referendo, & eius imperio obtem-
Iob 14 perando. De tali nanq; responso ait sanctus Iob domino: Vocabis me. & ego respondebo ti-
bi. Vocat em̃ nos deus per inspirationem internam ad vitam meliorem, & tũc respondemus,
Genes. 30 cum obedimus. Dum vero negligimus, silemus: sed dum cõtemnimus, contradicimus. De ta-
li quoq; responso ait Iacob: Cras respondebit mihi iustitia mea. Et vt populus iste deo perfe-
ctè responderet, orauit: ⌊paucitatem dierum meorum nuntia mihi.⌋ hoc est, da mihi sapiẽ- »
ter attẽdere breuitatem vitæ præsentis, quatenus gaudia temporalia vilipẽdam, atq; ad semp
mansutam beatitudinem properem. ¶Ne reuoces me in dimidio dierũ meorũ.⌋ Hoc est, ne » 25
me tũc de hac vita egredi iubeas, dum me in dimidio vitæ meæ esse opinor, confidens me diu
victurum, ne imparatus decedam: & ne in illo tempore moriar, dum vitia magis regnant in
me, quod esse solet in dimidio vitæ ⌊in generationem & generationem anni tui.⌋ hoc est, du- »
ratio seu æternitas tua per omnem generationem extenditur, nec vnquàm finitur. Aeternita
tem nempè creationis, annos appellat, quoniam omnem longitudinem temporum seu an- F
norũ immutabiliter comprehẽdit. ¶Initio.⌋ Temporis & simul cũ tẽpore ⌊tu dñe terrã.⌋ » 26
hoc est, elemẽtum infimũ ⌊fundasti.⌋ .i. firmiter in medio vniuersi, tanq̃ centrũ mũdi locasti, »
Genes. 1 ⌊& opa manuũ tuarũ.⌋ .i. creaturę ptãtis tuę ⌊sunt cœli.⌋ vniuersi. Quẽadmodũ in Genesi ha »
Iob 12. bet: In pricipio creauit deus cœlum & terram, & in Iob: Quis ignorat q manus dñi hæc oĩa
Esaię 44 fecit. Vnde per Esaiam dñs ait: Ego sum dominus faciens om̃ia, extendens cœlos solus, stabi
Eccl. 1. liens terram, & nullus mecum. Sed videtur istis contrarium quòd in Ecclesiastico habetur:
Primo omnium creata est sapiẽtia. Et respondẽdum, q sapiẽtia semper om̃ia opera dei effu-
sa, seu natura angelica dicit primo oĩm creata, nõ tempore sed dignitate. ¶Ipsi peribunt,⌋ » 27
Nec cœlũ, nec terra peribit substãtialr, sed peribũt in fine mũdi q̃tũ ad eẽ formæ accidẽtalis,
qm̃ aliũ statũ habebũt post iudiciũ q̃ modo. Cœlũ aũt aereũ peribit hoc modo p ignem cõfla
gratõis, q aerẽ emũdabit. Cœli vero supra sphærã ignis existẽtes peribũt p cessationẽ cœle-
stiũ motuũ. Dũ em̃ generatio & corruptio in inferioribus finiunt: desinẽt motus cœlorũ. Oĩa
aũt generabilia & corruptibilia & inferiora, ordinant ad hoĩem sicut ad finẽ: idcirco nũero ele
Apo. 10 ctorũ cõpleto, cessabit gñatio hoim, & p cõsequẽs gñatio & corruptio cęterorũ. Et ita motus
& tẽpus cessabunt in cœlis mobilibus. Quapropter in Apocalypsi scripiũ est: Angelus leua-
uit manũ ad cœlũ & iurauit p viuentẽ in secula seculorũ, q tps vltra nõ erit. Deniq; q̃cũq; ex
sua natura habẽt aliquem ordinem ad semp existendum, substãtialiter manebunt post diem
iudicij, cætera corrumpentur. Propterea homines permanebunt, qm̃ licet scd̃m corpus cor-
ruptibiles sint, secundum aĩam tamen incorruptibiles sunt. Elementa quoq; manebunt: nam
licet secundum partem corruptibilia sint, tamen secundum se tota corrumpi non possunt.

Cœli ve-

A Cœli vero scd̄m se totos incorruptibiles sunt, ideo non peribunt, nisi secūdū modū essendi,
sicut nūc dictū est, & ita intelligēda sunt, quæ in scripturis sanctis affirmāt cœlos corrūpen-
dos, vt ē illud. Cœli sicut libri cōplicabūtur, & q̄d apd̄ Lucā dn̄s ait: Cœlū & terra trāsibūt. Esa. 34. Luc. 21
Et illud Petri. Cœli qui nūc sunt & terra igni seruati sunt in diem iudicij. Petrus tn̄ de cœlis 2. Petri. 3
aereis loquit. Itē illud Apocalypseos. Vidi cœlū nouū, & terrā nouā. Primū em̄ cœlū & pri Apoca. 21
ma terra abijt, & mare iā nō est. Hic autē destruit opinio philosophoꝝ, qui mūdū & gn̄atio
nē atq; corruptionē, motus q̄q; cœlestes ac tēpus ab æterno fuisse, & sine fine mēsura pone-
« bāt, ⌊tu aūt⌋ o dn̄e inuariabiliter ⌊permanes⌋ qm̄ tuū esse à nullo depēdet, ideo vere æter-
« nū est, totū simul & semper æque pfectū, in quo nulla vicissitudo cōcipi potest, ⌊& oēs⌋ cœ
18 « li ⌊sicut vestimētū veterascēt.⌋ à statu volubili quē iā sortiunt. ¶Et sicut opertoriū⌋ q̄d
« secūdū tēporis exigētiam induitur & exuitur siue deponitur ⌊mutabis eos⌋ à statu pręsen-
« ti ⌊& mutabūtur⌋ in melius, quia lux solis erit septēpliciter, & lux lunæ sicut lux solis, vt di-
cit Esaias. Orbes q̄q; cœlestes clariori lumine vestiētur, q̄uis scriptura quātitatē huius īmu- Esaię. 30
« tatiōis nō determinet, ⌊tu aūt idē ipse es⌋ quia nūc substātialiter nec accidētaliter variaris,
« sed æternaliter in optimo simpliciterq; perfecto statu subsistis, ⌊& anni tui nō deficient⌋.i.
29 « æternitas tua finiri nō poterit. ¶Filij seruoꝝ tuoꝝ⌋.i. posteri apl̄oꝝ, qui sunt spirituales
filij ac imitatores ipsoꝝ. Iuxta illud apostoli. Filioli q̄s iteꝝ parturio, donec formet Christus Galat. 4.
« in vobis ⌊habitabūt⌋ nūc in ecclesia militāti per fidē & gratiā, vsq; ad seculi cōsummatio-
« nem. Postmodū vero in ecclesia triumphāti p gloriā, vsq; in sempiternū ⌊& semē eorum⌋
« .i. bona & fructuosa cōuersatio ipsoꝝ, ⌊in seculū⌋ hoc est, indefinēter diriget ab ipsis p gra
tiā tuā, vsq; in vltimū finē seu vitā æternā. Vel, dirigetur, à te donec pducantur ad patriam.
Ecce audiuimus vocē veraciter pœnitētis, formāq; perfectæ pœnitētiæ. Discamus ergo
B ex psalmo psenti, q̄d ad vere pœnitētē pertineat. Studeamus q̄q; ea digne implere. Primi e-
tenim versus psalmi istius declarāt, q̄ ardēter & seriose clamare oporteat pœnitētem ad de-
um. Deinde docemur nostræ pauptatis ac defectuositatis calamitatē atq; miseriā, corā dn̄o
lugubriter recitare. Deinceps instruimur quod vos pœnitēdo oporteat vel expediat agere
vtpote tā cordialiter, profunde ac dolorose ingemiscere, vt ossa, cuti ex maceratione carnis
adhæreāt. Debemus assimilari pellicano loca solitaria ingrediēdo, in q̄bus libere nosipsos in
pœnitētiæ luctu mactemus. Debemus & cibo vili contēti esse, potūq; planctui commiscere
atq; irā iudicis nostri incessabiliter formidare. Postremo docet nos psalmus hic gloriosus,
recitationi ac deploratiōi nostræ paupertatis, paruitatis & culpæ miscere diuina pconia, cre
atoris nostri maiestatē laudādo, beatitudinē admirādo, bonitatē amādo, misericordiā ac be
niuolentiam imitādo, vt simus filij patris nostri qui in cœlis est, quoniam ipse benignus & Matt. 5.
bonus est, super gratos & ingratos, bonos ac malos solem suum faciens oriri, pluuiamq; des-
cendere super omnes.

¶Explanatio eiusdē psalmi allegorica de Christo.

QVàmuis aūt aliquib⁹ visum sit hūc psalmū nō posse cōuenienter exponi de Chr̄o
pręsertim cū sit vnus pœnitētialiū psalmoꝝ, peccatori cōueniēs. Christo aūt nec
pnia competit nec culpa: nihilominus de Chr̄o multū conuenienter exponitur.
Primo, quia apl̄us ad Hebręos inducit verba psalmi huius ab illo loco, initio Heb. 1
tu dn̄e terrā fundasti, vsq; ibi. Et anni tui nō deficiēt, de Chr̄o pdicta, probat psalmum apte
C Chr̄o cōpetere, & si nihil fecerit pœnitētia dignū, probans ex eis filium esse patri equalē in
potētia & dn̄atione. Probatio aūt secūdū Augustinū non valet nisi ex sensu literali. Psalmus
igitur iste ad literam tractat de dn̄o saluatore. Secūdo, quia ecclesia in officio missæ feria q̄rta
ante cœnā, assumpsit tractum de principio huius psalmi. Vn̄ relinquitur ꝙ psalmus iste ex-
poni possit de Christo in passione cōstituto. Totū em̄ officiū illius diei, imo totius hebdo-
madæ an̄ Pascha, est de passione dn̄ica. Tertio, quia scd̄m Augustinum nō est incōueniēs
etiam eādem scripturā multiplicē sensum habere ad literā, ita ꝙ sensus literalis eiusdem scri-
pturæ multiplex esse possit. Quàmuis igit quędam in hoc psalmo cōtēta, proprie exponātur
de pœnitēte, nō tamē incōueniēs est ipsa de Chr̄o intelligi secūdum alium intellectū. Eluci-
dādo itaq; psalmum istum de Christo, phabitus titulus ita exponitur. Oratio pauperis, hoc Matt. 8.
est, psalmus psens cōpetit Christo propter nos paupi, qui nō habuit vbi caput reclinaret, de Zacha. 9.
quo in Zacharia habetur. Ecce rex tuus venit tibi, ipse paup & ascendēs sup asinum, cū anxi
us fuerit.i. dū ipe Chr̄us passione iam imminēte expauit atq; tristatus est, iuxta illud Marci. Mar. 14.
Cœpit Iesus pauere & tædere, & coram dn̄o deo patre effudit precem suam, dicēdo. Pater Lucæ. 22
si fieri potest, trāseat à me calix iste. Christus ergo vt homo passibilis passioni iam proximus
ait ad deum patrem seu totā superbeatissimā trinitatē, vnum veꝝ simpliciss. deum. Domine
exaudi orationem meam, qua oro pro corporis mei glorificatione ac celeri resurrectione.
Vn̄ dn̄s. Pater saluifica me ex hac hora, & clamor meus, quo oro pro corpe meo mystico, Iohan. 12
quod est ecclesia, ad te veniat, vt facias q̄d peto apud Iohānem: Pater sancte serua eos in noīe Iohan. 17

tuo quos dedisti mihi, vt sint vnū sicut & nos. Nō auertas faciem tuam à me.i.non habeas te D
circa me pro alijs exorantem per modum indignantis, ita vt precem meam pro alijs fusam,
repellas propter aliorum indignitatem, sed propter me illis ignosce. Chrūs qui erat à prin-
cipio suæ maternæ conceptionis cōprehensor perfectus, & in bono immobiliter confirma-
tus, nō orauit, ne pater faciem suā.i.suā cognitionē beatificā, seu piam p̄sentiā ab ipso auer-
teret, hoc em̄ sciuit nunq̄ fieri posse, sed orauit, ne, pater propter facinora hominum, exaudi-
tionem suā auerteret à prece Christi pro peccatoribus fusam, in quacūq; die tribulor.i.à Iu-
dæis persequtionē sustineo, inclina ad me aurē tuā, vt mihi assistas, & passionē quā tolero p
satisfactione vitiorum mundi suscipias. Hoc Christus exorauit: Pater pro his rogo quos de
disti mihi de mundo, quia tui sunt. Quia defecerunt sicut fumus dies mei.i.velociter defluxe
runt dies, quibus in mundo conuersatus sum. Nam Christus senuit seu antiquior fiebat.i.ad
senium tendebat sicut & cæteri, diesq; eius in continuo fluxu erant quemadmodū tempus, in
detrahibiles quippe defectus assumpsit secundum Damascenum, propter quod ad Hebræ-
Hebræ. 2 os Apostolus dicit: Debuit per omnia fratribus assimilari, & ossa mea corporalia sicut cre-
Psalm. 21 mium.i.caro cremata aruerunt, in passione, sicut superius dictum est: Aruit tanquā testa vir
tus mea. Nam in die parasceues propter extractionem largissimā sanguinis Christi, & car-
Esaię. 53 nis suæ extenuationem, desiccationem & indurationē, ossa sacratissimi corporis sui aruerūt,
instar carnis in frixorio vsq; ad pinguedinis eductionem combustę. Propter quod de Chro
prædictū est: Vidimus eum, & non erat aspectus, & nos putauimus eum quasi leprosum, & à
deo percussum. Vnde nunc subditur: Percussus sum vt fœnum, id est, quemadmodū fœnum
dum adhuc floret falce à terra abscinditur, sic ego in iuuentute mea gladio passionis à societa E
Hiere. 11. te viuentium ablatus sum & occisus, quemadmodum in Hieremia impij aiunt: Eradamus
Sapien. 2 eum de terra viuentium. In libro quoq; Sapientiæ: Morte turpissima condemnemus eum, &
aruit cor meum corporale, à suo naturali humore, propter totius corporis vehementissimā
vulnerationem, & sanguinis emanationem. Non autē aruit cor.i.mens Christi ab humore
seu plenitudine gratiæ dei, quia oblitus sum comere panem meum. Hoc videtur Christo nō
posse competere, & tamen verissime competit ei. Panis em̄ animæ, est consolatio eius. In
passione vero Christi appetitus sensitiuus, atq; inferior portio animæ eius, priuata est solita
Matt. 27 redundantia consolationis diuinę in ipsam, in tantū vt exclamaret: Deus meus deus meus, vt
quid dereliquisti me? Et ita oblitus est Chrūs.i.per effectū recordatus nō est comedere pa-
Psal. 44 nē cōsolationis, quantū ad inferiores animæ suæ potentias. Obliuio nāq; nō semp ignauiam
Genes. 41 seu negligentiā signat, quia supius dictū est: Obliuiscere pplm tuū. Et in Gen. Ioseph fatet:
Obliuisci me fecit dn̄s omniū laborꝝ meorꝝ, & domus patris mei. Vnde interdū dicitur ho-
mo obliuisci, qa non operat, & ita se habet tanq̄ nesciret, & ita accipit nunc. Qm̄ itaq; Chri
stus inferioribus viribus aīæ suæ, ac corporali naturæ, redundantiā beatitudinis aīæ in sua su
periori parte existentis, seu cōsolationem subtraxit, idcirco pati, moriq; potuit: aliàs nec pa-
ti nec mori potuisset. Quia secundū Augustinū in epistola ad Dioscorꝝ, tāta extitit beatitudo
aīæ Christi, ꝙ si ipsa redundasset in corpus ipsius, ab omni passibilitate fuisset immune: mul-
to vtiq; magis q̄ erunt corpora electorum post diem iudicij. Sed dispensatiue suspendebatur
redundātia illa, præcipue hora passionis. Idcirco tunc percussus est Chrūs vt fœnū, & aruit
cor eius. A voce gemitus mei.i.ex magna & gemituosa cordis mei cōpassione atq; dolore, q F
bus peccatoribus compatiebar, & de propria læsione dolebā. Adhæsit os meū carni meæ, id
est, cuti, quia ex illis pœnis macerata atq; exhausta est caro mea tempore passionis, sicq; ossa
cuti hærebant, in tātum vt dinumerari valuerint. Iuxta quod dictum est: Dispersa sunt om-
Psalm. 21 nia ossa mea, & similis factus sum pellicano solitudinis, quia ad loca deserta progressus sum, de
uitans Iudæorum tumultum, quemadmodū apud Iohannē dr̄: Iesus iam non in palam am-
Iohan. 11. bulabat, sed abijt in regionem iuxta desertum. Ductus est quoq; à spū in desertum, vt tenta-
Mat. iiij retur à diabolo, illicq; quadraginta diebus ac noctibus ieiunauit, nō pro suo, sed nostro ex-
cessu. Porrò secundū Augustinū Chrūs comparatur pellicano, qm̄ auis hæc proprio rostro
pullos suos fertur occidere, triduoq; lugere, & tandē sanguinem suū super pullos rostro ef-
fundere, vnde illi reuiuiscunt. Sic Chrūs occidit in nobis vitia nostra, & sanguine proprio
viuificauit nos denuo, factus sum sicut nictorax in domicilio, qm̄ tempore noctis in oratio-
Lucæ. 6 ne & bonis actibus vigilaui, dū alij somno vacabāt. Hinc in Luca habetur: Erat Iesus perno-
ctans in oratione dei. Dicitur etiam Chrūs similis nictycoraci, quoniam sicut auis illa cæteris
est odibilis, sic Chr̄s ab omnibus erat despectus, prout superius dixit: Ego autem sum ver-
Esaię. 52 mis & homo, opprobrium hominum. Propter quod Esaias de ipso dicit: Inglorius erit inter
viros aspectus eius. Vigilaui, semp in opere bono. Nō enim somnus corporis impediuit in
Christo operationem interiorem, atq; vigiliam mentis, & factus sum sicut passer solitarius
Lucæ. 6 in tecto, quoniā hoīes dereliqui, & montem ad orandum ascendi, iuxta illud: Exijt Iesus in
montē orare. Tota die passionis meę & multis diebus p̄dicationis meæ exprobrabant mihi

inimici

A inimici mei Iudæi, dicentes illud Matthei. In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Item illud Iohannis. Dæmoniũ habet & insanit, quia eum auditis. Et qui laudabãt me, quando eis prædicaui & corã ipsis miracula feci, eosq; de quinq; panibus saturaui, dicentes quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia nũquàm apparuit sic Israel. Aduersum me iurabãt. i. in mortem meam vnanimiter coniurabant in die parasceues proclamãtes. Tolle, tolle, crucifige eum, & sanguis eius super nos, & super filios nostros. Vel, qui laudabant me, ab extra fallaciter, scilicet pharisæi & scribæ dicentes: Magister scimus, quia verax es, & viã dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo, aduersum me iurabant, occulte proponẽtes firmissime me occidere. Vnde ait scriptura. Sagitta vulnerans lingua eorum. In ore suo pacem cum amico loquitur, & occulte ponit ei insidias. Quia cinerem tanquam panem manducabam, hoc Christo secundum duplicem conuenit sensum, quia enim cœpit facere & docere, constat quòd sicut parcitatem, vilitatemq; cibi ac potus edocuit, sic eã impleuit, id est, ita cinere & non delicato seu exquisito, sed simplici cibo vsus est, & poculum meũ corporalem, cum fleu oculorum seu cordis, miscebam. Quando enĩ Christus cum publicanis & peccatoribus comedebat, dubium non est, quin eis toto corde condoluit, & in resuscitatione Lazari, infremuit spiritu, & lachrymatus est. Spũaliter vero per cinerem designatur magna humiliatio siue afflictio, & ita Christus cinerem tanquàm panem manducauit. i. in afflictiõe, derisione, & humiliatione sui, epulabatur mente in aduersis lætando, quemadmodum docuit. Exultate (inquiens) in illa hora, quoniam merces vestra copiosa in cœlo. Seipsum nãq; B sponte atq; hilariter passioni exposuit, sicut ait: Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, & poculum meum. i. hilaritatẽ quam habui de electorum salute, cum fletu miscebam, hoc est, cum tristitia quam de reproborum dãnatione habebam. Specialiter autem exponi potest hic versus de fellea cibatione, ac acerosa potatione Christi in cruce. Hæc vero feci ac pertuli, à facie iræ indignationis tuæ, hoc est, propter irã tuã mitigandã seu pœnam tollendam, qua irascebaris generi humano propter originale aliaq; peccata q̃ super me posuisti, & pro quibus tibi satisfacere volui, prout Esaias dicit. Dominus posuit in eo iniquitatẽ omniũ nostrũ, & vt in Apocalypsi de Christo habetur. Vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen eius verbum dei. Et ipse calcat torcular vini furoris iræ dei omnipotentis. Hic aũt sustinui, quia tu o deus pater, eleuãs. i. me omi creaturæ præficiẽs, allisisti me in mortẽ. i. me occidi & opprimi pmisisti, queadmodũ protestaris. Propter zelus populi mei percussi eũ. Dies mei tẽporales, nõ dies æternitatis sicut vmbra, cito ptransiẽs, declinauerũt. i. fini & morti appropinquauerũt, qm̃ circa tricesimũ tertiũ annũ finiti sunt, & ego sicut fœnũ arui in passiõe, sicut nũc patuit. Tu deus pater exurgens misereberis Sion. i. ecclesiæ, q̃a tẽpus miserẽdi eius est me incarnato, quia venit tẽpus liberatiõis, me passo. Hæc omnia i præcedẽti articulo plene exposita sunt, nec modo specialẽ expositionẽ recipiũt. Dñs de cœlo in terrã aspexit, vt annuntiẽt fideles, in Sion nomen dñi & laudẽ eius in Hierusalẽ, hoc ad literã accipi pt de primitiua ecclesia, q̃ post missionẽ paracleti nomẽ & gloriã Chri cõstãtissime annũtiauit i Sion. i. i tẽplo edificato i mõte Sion vt scribit i actis & i Hierusalẽ, ciuitate sctã de q̃ Christus i euãgelio dixit. Nõ capit, pphetã perire extra Hierusalẽ. Initio tu dñe terrã fundasti, &c. sicut ostẽsum est. Istã scripturã allegat apostolus de Chro cõscriptã. Chri C stus nãq; scdm q̃d deus, ẽ vniuersorum creator, prout ipsemet in Apoca. testat. Ego sum Alpha & ω, principiũ & finis. Demum sicut patris, & filij, & spũs sancti est vna essentia, sic eorum est vna potẽtia, vnaq; actio, & tres personæ sunt vnus deus, vnus creator, vnũ principium, vnus prouisor. Cætera ex præinducta expositiõe clarescũt.

Matt. 12
Matt. 14
Luc. 7
Mat. 22
Hiere. 9
Iohan. 11
Matt. 5
Esaie. 50
Esaie. 53
Apoca. 19
Esa. 63
Treno. 1
Esaie. 53
Actor. 3
Apoca. 1

¶ Expositio psalmi istius iuxta sensum literalem.

PRæterea quidã expositores catholici affirmant hunc psalmum ad literam scriptum de populo Iudæorum grauiter afflicto, vel tpe captiuitatis Babylonicæ. Vel, tempore psequutionis Antiochi, qui grauiter nimis Iudæos oppressit, sicut in libris Machabæorum narratur. Adijciũt tñ expositores hi, q̃d psalmus iste loquit de populo Iudæorũ protpe Chri, videlicet, q̃a in psequutiõibus illis maxime desiderabãt Chri aduẽtum, per quẽ sciebãt se pfecte liberãdos, iuxta illud Hier. In diebus illis saluabit Iuda & Israel habitabit cõfidẽter, queadmodũ aũt hi exponũt hũc psalmũ de populo Iudæorum qui fuit, sic Iudæorũ doctores moderni, exponũt psalmum istum de populo Iudæorum existẽti in captiuitate præsenti, per romanos ipsis inflicta, in qua quotidie orant & pstolantur aduẽtũ Messiæ, quẽ scimus venisse. Verum quia prædicta expositio parum deuotiõis importat, nõ nisi cursorie tãgenda videt. Loquens igit sanctus propheta in psona populi Iudæorum, tpibus Nabuchodonosor seu Antiochi vehementer anxiati ac depauptati, ait: Dñe exaudi orationẽ meã, & patet snia trium versuum horum ex dictis. Deinde psalmus iste dicit. Quia defecerũt sicut fumus dies mei, Chaldæi nanq; & serui Anthiochi Iudæos pro magna parte occiderũt, & ossa mea sicut cremium aruerunt, præ famæ timore, ac multiformi angustia. Vel hoc dicitur ex

1. Mac. 1
2. Mac. 5
6 et 7
Hiere. 23

 D

persona eorum, quos Antiochus fecit in sartagine torreri, cremari, ac frigi, prout in libro Ma-
2.mach.7 chabæorum legitur. Percussus sum feruore & igne durissimæ tribulationis, vt fœnum percuti-
Threni.1 tur ardore solis, & aruit cor meũ præ inopia atq; dolore, iuxta quod in Threnis inducit: Vi-
de domine quoniã tribulor, conturbatus est venter meus, subuersum est cor meũ in me. Vñ
de iterum in Threnis de populo isto ait Hieremias: Denigrata est super carbones facies eorum,
& non sunt cogniti in plateis, quia oblitus sum comedere panem meũ, hoc est, quia mandata
Leuit.18 legis non obseruaui, quæ faciens homo, viuet in eis, vt Moyses asserit. Vel, oblitus sum co-
medere panem meum materialem, quoniã tempore persequutionis Antiochi multi Iudæo-
rum fugerunt subito ad loca deserta, vbi panem habere non poterãt, propter quod dicit scri
ptura: Iudas Machabæus secessit in desertũ locum, ibiq; inter feras vitam in montibus cum
2.mach.5 suis agebat, fœni cibo vescentes. A facie gemitus mei adhæsit os meum carni meæ. i. cuti, qa
in Iudæis caro contabuit præ timore, luctu, ac gemitu, sicq; cuti ossa adhærerant, similis fa-
ctus sum pellicano solitudinis, fugiendo ad eremi loca præ pauore aduersariorũ, factus sum
sicut nicticorax in domicilio, quia in die apparere ausus non fui. Absconderunt se nanq; tẽ-
Ibidem 3.Reg.18 poribus illis in diuersis latibulis, sicut in libris Machabæorum, Hieremiæ, & Regũ conscriptũ
Hiere.43 est. Vigilaui etiam noctibus, quia præ solicitudine ac timore periculorum non valebã quiesce
re, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. i. à meipso diuisus, atq; hincinde dispersus, si-
cut fugitiui non vadunt collectim, sed quilibet prouidet sibiipsi si potest & abscondit se, vbi
possibile est. Tota die. i. assidue exprobrabãt mihi inimici mei, Chaldæi & alij blaspheman-
Thren.3. tes deũ Israel & legẽ ac populũ eius, quẽadmodũ in Threnis scribitur. Factus sum in derisum
omni populo, canticũ eorum tota die, & qui laudabant me fraudulenter & simulatorie, aduer-
sum me iurabant, proponẽtes occidere me, hoc maxime factũ est Iudæis tẽpore Machabæo E
rũ à Nichanore, cæterisq; ministris Antiochi, & regẽ eũ sequentium. Sæpe nanq; loqueban
tur Iudæis verba pacis ac laudis in dolo. Translatio Hieronymi iuxta Hebræũ sic habet, Ex-
ultantes mihi, per me iurabant. i. prædicti inimici mei me deridentes, atq; de mea calamita-
te gaudentes, iurabant per me iuramento execrationis, ponendo miseriã meã pro exemplo
ita vt dicerent, nisi egero istud seu illud, sic accidit mihi sicut Iudæis. Quia cinerẽ tanq̃ panẽ
manducabam, fecerunt ei subcinericeos panes, in quibus mixti fuerũt cineres pani, tempo-
re vero obsidionis Hierusalem à Chaldæis, vehementissima fames erat in populo Iudæorũ,
Thren.4 ita vt in Threnis dicatur: Manus mulierum misericordiũ coxerunt filios suos. Et rursus: Qui
nutriebantur in Croceis, amplexati sunt stercora, sicq; cineres pro panibus sumere poterãt,
& poculũ meũ cũ fletu miscebam. i. potando ploraui, propter imminentia mala. A facie iræ
indignationis tuæ, id est, à iusta tua vltione, quia propter peccata mea hæc mihi fecisti, quẽ-
Hiere.19 admodũ apud Hieremiã testatus es: Dabo vobis in vexationẽ & maledictionẽ, eo q; non au
dieritis verba mea, quia eleuans. i. aliquando me honorans, dando mihi legẽ, prophetas, re-
1.macha.1. ges & sacerdotes, allisisti me tẽporibus persecutionũ istarum, prout primo Machabæorum scri-
ptũ est: Facta est ira magna valde super populũ Iuda. Et iterum: Secundũ gloriã eius sic & igno
minia eius. Deinde ponit consolatio Iudæorum per aduentũ Christi, qui secundũ diuinitatem
suã æternus est. Vnde de eo nũc dicit. Tu aũt dñe in æternũ permanes, hoc quoq; Iudæis in-
Johan 12 notuisse videt, qui loquebant dño Christo. Nos audiuimus ex lege qa Chrũs manet in æter-
nũ. Tu exurgens, opẽ præbendo, seu per incarnationẽ veniendo, misereberis Sion. i. populo F
Iudæorum afflicto & capto. Vel, Sioni. tẽplo & ciuitati Hierusalẽ Chaldæis impie demolitis,
qa tẽpus miserendi eius, .i. s. templi & ciuitatis vt reædificarent, cõsummatis septuaginta an
Hiere.31. nis à Hieremia prædictis. Vel vt reparent tẽpore Machabæorum post dignã castigationẽ po-
2.mach.8 puli Iudæorum. Vnde in libro Machabæorum dicit: Ira dñi in misericordiã conuersa est. Vel, ve
nit tẽpus miserendi eius. i. tẽpus tui aduentus in mũdũ, in Daniele prædeterminatũ, impletũ
Daniel.9 Esaie.52 est, & ita decet te aduenire, & pp̃m Sion à spũali captiuitate redimere, sicut in Esaia promisi
sti: Propter hoc sciet pp̃lus nomen meũ in die illa, qa egoipse q loquebar, ecce assum, qa ve-
nit tẽpus prædictũ, hoc repetit ad euidentiã ampliorẽ. Qm̃ placuerũt seruis tuis, sanctis pro
phetis, lapides eius, scilicet Sion, qa optabãt ex lapidibus reædificare templũ & ciuitatẽ Hie-
rusalẽ, & terræ eius miserebunt. i. pro liberatiõne populi & reædificatione ciuitatũ Iudę ora
bũt, pro hac etem causa multũ orauerunt Zacharias, Daniel, Aggæus, & alij sancti. Potest
autem exponi hic versus de ædificatione ecclesię, intelligendo per lapides, psonas seu mem
bra ecclesiæ. Per seruos autem apostolos, qui primo post Christũ, construxerunt ecclesiam,
conuertendo homines ad Christi obsequiũ, & terræ eius. i. Iudææ miserebuntur, qa aposto
Actor.13 li primo conabantur Iudæos ad Christum conuertere, prout in actibus Paulus fatetur: Vo-
bis oportebat primũ loqui verbum dei, hæc autem expositio superius facta est. Respondit
ei in via virtutis suæ, hic secundum aliquos describit propheta tribulationẽ ecclesiæ tempore
Antichristi futuram, quæ erit durissima, sed non longa, ait ergo. Respondit ei, id est, ecclesia
Christo tunc respondebit, in via virtutis suæ, id est, in obseruatione patientiæ quæ tũc sum-
me

A me necessaria erit, paucitatẽ dierum meorum.i.breuitatem tribulationis meæ, nuntia mihi quatenus in spe propinque liberationis respicerẽ ac roborarer. Nisi enim breuiati eẽnt dies illi non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur, vt scribitur in Mattheo. Ne reuoces me de hac vita.i.ne omnino desinas extirpare ecclesiã, ne inquam reuoces me in dimidio dierum meorum.i. infra primũ atq; secundum tuum aduentum, sed vsq; ad finem mundi conserua me, quemadmodum spopondisti dicens: Ecce ego vobiscum sum cunctis diebus, vsq; ad consummationem seculi. Quia vero omnia in figura contingebant Hebræis secundũ apostolũ. Propterea si ista expositio esset literalis, posset hic psalmus tropologice explanari de populo christiano vehemẽter afflicto, sicut supius de quilibet pœnitẽte expositus est. Postremo quæ nũc omissa sunt in primo articulo euidẽter patuerũt. Mat. 24 Mat. vl. 1.Cor. 10

## COMMENTARIVS IN PSAL. CII.

### ¶Argumentum.

¶Titulus. Psalmus ipsi Dauid. In hoc psalmo enumerantur diuersa dei beneficia creaturis collata, atq; etiam conferenda. Vnde & propheta intendit nos inducere ad gratiarum actiones pro eisdem referendas, ad quod non modo homines, sed etiam angelos ipsos inuitat. Tria proinde per ordinem agit, porro in primis excitat seipsum seu spiritum propriũ ad dei laudem, deinde spiritum angelicum, ibi. Benedicite domino omnes angeli eius. Et postremo generatim vniuersas creaturas, ibi. Benedicite domino omnia opera eius. Author vnicõ ipm absoluit cõmentario.

### ¶Expositio tituli.

B ¶Assignatur autẽ psalmo præsenti hic titulus, psalmus ipsi Dauid.i. Psalmus iste cantandus est Christo per Dauid significato. Ait nãq; hic psalmus de multiplici beneficio Christi, & hortatur propheta seipm ad gratiarum actionẽ condignã, sicut enim in pręcedenti psalmo loquutus est in psona pœnitentis, suamq; miseriam gemituose & anxie commemorantis, sic modo loquitur in persona feruidi amatoris atq; gratissimi seruitoris, & hoc congruo ordine quia post humilẽ cõfessionẽ proprię impfectionis & variã afflictionẽ cõtribulati spũs, sequi solet ex infusione diuina, iocunda laudatio diuinæ bonitatis, hilarisq; memoria beneficiorum creatoris, Propter quod in Tobia scriptũ est. Post tempestatẽ dñe tranquillum facis, & post fletũ exultationẽ infundis, ait itaq;. Tobię. 3.

### ¶Expositio Psalmi.



1 Benedic anima mea dño,⌋ Benedicere alteri est bonũ de ipso asserere. Nos autem benedicimus deo & deus benedicit nobis, sed quia dicere dei est causa rerũ, iuxta illud. Ipse dixit & facta sunt, Nostrũ vero dicere nõ est causa rerum. Idcirco benedictio dei actiua, est causa bonitatis nostræ & ꝙ benedicti sum⁹. Nostra autẽ benedictio nõ est causa alicuius bonitatis in deo, nec ob eã est deus benedictus. Et ideo benedictio qua nos deo benedicim⁹, est benedictio cõfessionis seu laudis, De qua scriptũ est. Benedixit Simeon deũ. Et Tobias. Omi tẽpore benedic deo. Benedictio autẽ qua deus benedicit nobis, est benedictio cõsecrationis seu actuationis. Secũdũ primã benedictionẽ, minor benedicit maiori, ipm laudãdo, quãtũ vero ad bñdictionẽ secũdã maior bñdicit minori, ipm sanctificãdo seu pficiẽdo, queadmodũ ad Hebręos dicit apostolus. Sine vlla cõtradictione quõd minus est, à maiore benedicitur. Benedic ergo anima mea dño.i.bona proferre de deo, laudẽ & gratiarum actionẽ ei in omibus impendẽdo, ipm in omibus atq; præ omibus, mẽte, verbo & ope honorãdo. Et nõ solũ anima mea, quãtum ad id quõd es, benedic deo,⌊ sed & omia quæ intra me sunt⌋.i.oẽs vires, omnes habitus, omnes actus, oẽs virtutes, oẽs sciẽtiæ, oẽs cogitatiões animæ meæ, benedicite⌊ nomini sancto eius.⌋ hoc est, ipsi deo nomẽ sanctũ habeti. Hæc autẽ bñdicũt deo occasionaliter seu materialiter, qa sunt occasio atq; materia bñdicẽdi deo, dũ scilicet ppẽdimus nos oĩa ista à deo habere, & ita ascribimus ea deo tanq̃ primo principio cũ laude & gratiarum actiõe. Vel, bñdicũt hęc deo causaliter effectiue, quia p ea cognoscimus deum ac beneficia eius. Tũc anima nostra, & omia intra eã existẽtia, benedicunt altissimo, dũ ipa secũdum totũ suũ esse posse & agere, deũ, verbo & vita honorat, queadmodũ in Ecclesiastico habet. Date magnificẽtiã nomini eius, & cõfitemini illi in voce labiorum vestrorum. Psal. 148 Luc. 2 Tobię. 4 Hebr. 4 Eccle. 39

2 ¶Bñdic aĩa mea dño⌋ Quõd tibi iterum dico, quatenus accẽdaris & pẽses, q̃ vtile, salubre & iustũ sit, bñdicere creatori,⌊& noli obliuisci⌋ p ignauiã & inaduertẽtiã,⌊ oẽs retributões eius⌋.i. dona pietatis diuinæ q̃ tibi freq̃nter collata sunt, & ad minus retributa.i.rursus tributa sunt tibi semel, qa in primo parẽte oẽs peccauimus, & munera gratiarum dei pdidimus, sed misericordia dei p Chrm nobis retribuit quod primus parẽs abstulit & amisit, Propter quod ad Corint. apostolus ait: Sicut in Adã omnes moriũtur, ita & in Chro oẽs viuificabũtur. Non ergo obliuiscamur miarum dei nri Sed attẽdamus quotiens nobis gratiam suam retribuit, quotiescũq; corde ingemiscimus statim ignoscit, gratiamq; refundit, imo legatos ad nos mittit, hortans & per eos deprecãs, vt cõ- 1.Cor. 15

 uertamur

uertamur ad ipsum, quemadmodum profitetur diuinus apostolus: Legatione (inquiens) pro
Christo fungimur, tanq̃ deo exhortante per nos: Obsecramus pro Christo, reconciliamini D
deo. Nunq̃ igitur obliuiscamur viscerꝫ misericordiæ saluatoris, quia Seneca asserit: Maxima
γνωμὴ Se ingratitudo est, beneficiĳ collati obliuio. Prima vero ingratitudo & gratiæ reprehensio, est
necæ. beneficiũ gratanter recipere. Esaias oblitus non fuit retributionũ dei, qui ait: Miserationum
Esaiç. 63 domini recordabor, laudem domini super omnibus quæ reddidit nobis, & quæ largitus est
nobis secundum indulgentiam suam. Vnde Ecclesiasticus inquit: Memoratus sum miseri-
Ecci. vlt. cordiæ tuæ domine, & cooperationis tuæ, quæ à seculo est. Porrò cũ deus bonoꝝ nostrorũ
non egeat, aliquid tamen à nobis requirat, nil dignius, nilq́ꝫ acceptius ei retribuere possum⁹,
Psal. 49 q̃ benedictionem & laudem. Nam sacrificium laudis honorificat ip̃m. Consequenter cõme
moranẗ quædam beneficia dei, & prius beneficiũ indulgentiæ. ¶Qui propiciatur oĩbus
iniquitatibus tuis.⌋ Mox eñ dũ pœnitemus & cõfitemur, deus iniquitates oẽs nobis dimit » 3
tit quantũ ad culpã. Nõ eñ dimittiẗ vnũ pc̃m̃ mortale, qñ aliud si assit, dimittaẗ, vnũ tamen »
veniale sine alio quãdoqꝫ dimittitur. Propiciatus est aũt deus pĳssimus iniquitatibus nostris
frequenter, scilicet in baptismo, in cõfessione, quæ est secunda post naufragiũ tabula, in in-
gressu, seu professione religionis, ⌊qui sanat oẽs infirmitates tuas, ⌋ .i. interiores languores,
qui p gratiæ infusionẽ sananẗ. Vel, qui sanat oẽs infirmitates tuas .i. fomitem seu pronitatẽ »
ad malũ, & quatuor principalia vulnera animæ, quæ sunt, malitia, ignorantia, cõcupiscẽtia,
infirmitas. Has deus nũc sanat inchoatiue, debilitando eas in baptismo & quotidiano profe
ctu, impediendoq́ꝫ eas p grãm à consensu ac opere malo. In resurrectione aũt futura, sanabit
eas perfecte, qñ mortale hoc induet immortalitatem, secundũ Apostolũ: Tunc nẽpe Chri
1. Cor. 15 stus aufert ab electis oẽs pœnas pro originali peccato inflictas, quantũ ad reatũ & existentiã. E
Nunc vero aufert eas quoad reatum, non quantum ad existentiam. Manet eñ nobis fomes
post baptismũ, sed nõ imputaẗ ad culpã, nec pro ea pœnã damni incurrimus moriẽtes. Cum
Ibidem aũt Christus perfecte sanauerit oẽs infirmitates nostras, tunc læti cantabimus illud apostoli:
Vbi est mors victoria tua? vbi est mors aculeus tuus? ¶Qui redimit de interitu vitã tuã, ⌋ » 4
Interdum redimit deus vitã nostrã corporalem ac naturalem à morte improuisa & corpo-
rali, præseruãdo nos à periculis varĳs. Vitã quoqꝫ animæ nostræ spũalem de interitu spũali
redimit, dũ charitatem & grãm suam in nobis conseruat, à peccatis mortalibus nos præser-
uans. Vel, qui redimit, merito suæ passionis, de interitu .i. morte inferni seu damnatione æter
na, vitam tuam .i. vitam gratiæ tibi in præsenti collatam seu conferendã, & vitam gloriæ ti-
bi in futuro paratã. Vel, vitã tuã .i. te viuentem, quemadmodũ dicimus. Rogo dilectionem
Iohan. 10 tuã .i. te dilectũ. De hac aũt redemptione ait saluator: Ego veni vt vitam habeant, & abun-
dãtius habeant. Et iterum: Animã meam pono pro ouibus meis, ⌊qui coronat te in miseri- »
cordia & miserationibus ⌋ .i. qui in sua misericordia & p effectus varios suæ clementiæ nunc
2. Cor. 2 coronat te, dando tibi victoriã de mundo, carne, ac dæmone, sicut ait apostolus: Gratias deo
1. Petri. 2 qui semper triumphat nos in Christo Iesu domino nostro. Coronat nos etiã deus in miseri-
cordia sua, faciendo animas nostras filias, sponsas atqꝫ hæredes regis æterni. Propter q̃d Pe-
trus ait in prima sua canonica: Vos (inquit) genus electũ, regale sacerdotiũ. In futuro quoque
2. Tim. 4 coronabit nos corona felicitatis perfectæ, quemadmodũ Paulus affirmat: De reliquo reposi
ta est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi dominus in die illa. ¶Qui replet in bonis desi »
derium tuum, ⌋ .i. rationabilem tuum affectum, seu piam orationem ad actum perducit, dan »
Lucæ. 11 do tibi quod cupis & postulas. Omnis enim qui petit, accipit. Et dictum est supra: Desideri-
Psalm 9 um pauperum exaudiuit dominus. Et: Nihil deest timentibus eum. Nunc itaqꝫ implet deus F
Psalm. 33 desiderium nostrum gratia atqꝫ virtutibus, non simpliciter, nec plene, sed secundum modum
Psalm. 16 vitæ præsentis. In patria vero implebitur simpliciter atqꝫ perfecte. Iuxta quod dictum est:
Satiabor cum apparuerit gloria tua, ⌊renouabitur vt aquilæ iuuentus tua, ⌋ hoc est, quem- »
admodum aquila inueterata reparat pristinam iuuentutem, sic tu ò anima mea ad pristinam
atqꝫ deperditam spiritualis iuuentutis valitudinem reuerteris, nunc quidem per gratiam, im
Ephesi. 4 plendo illud Apostoli: Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui
secundũ deum creatus est, in futuro autem p gloriam, quia in die iudicĳ vestieris duplicibus
.i. duplici stola immortalitatis, videlicet gloria mentis & corporis, & vltra senectus non erit
Apoca. 21 sed iuuentus perpetua, iuxta illud Apocalypsis: Dixit qui sedebat in throno, Ecce noua facio
omnia. Iuuentus quoqꝫ corporis in die iudicĳ renouabitur, quia in ætate virili resurgent de-
functi. Demũ sicut referẗ, ista aquilæ est natura, q tempore senectutis suæ superius labiũ su-
um per modum vnci in tãtum excrescit, quod nec os aperire nec cibum sumere pt. Propter
q̃d tandẽ fame senioq́ꝫ grauata, ex naturali instinctu labiũ collidit ad petrã, deponitq́ꝫ vn-
catũ quo sumptio cibi impediebatur, quo facto reparatur ad valitudinẽ pristinam per sum-
ptionem escarum, sic anima corporis atqꝫ terrenæ inhabitationis mole grauata, & à contem
platione cœlestium impedita, nũc quidẽ quotidie quantũ sibi possibile est, à carnis cõione se
abstra-

abstrahit,& vitã cœlestem in terra ducere satagit,sicq; quotidie renouatur interius, sicut ad
A Corinth.dicit apostolus.Licet is q foris est noster homo corrũpatur,tamen is q intus est re- 1.Cor.4.
nouatur de die in diem.Gratia enim dei & summæ trinitatis reformatio in nobis,est renoua
tio iuuentutis animæ nostræ.Conuersatio autem vitiosa,senectus est animę,Propter quod
scriptum est.Quid est Israel quòd inueterasti in aliena,coinquinatus es cum mortuis, depu- Baruch.3
tatus es cum descendentibus in infernum:& causam subiungit.Dereliquisti fontem sapien-
tiæ.Nam si in via dei ambulasses,habitasses vtiq; in pace super terram. Quæ autem hucusq;
inducta sunt ad literam,exponi possent de specialibus beneficijs sancto Dauid collatis,imo
quilibet nostrum hos quinq; versus dicẽdo,beneficia sibi specialiter pstita pensare & deo cũ
om̃i gratiarũ actione debet asscribere,ne propter ingratitudinẽ & obliuionẽ animæ nostræ
6 " dicatur.Eris deserta,quia oblita es dei saluatoris tui,& adiutoris tui nõ es recordata. ¶Fa- Esaiæ.17.
" ciens misericordias dominus⌋.i.deus misericorditer agit nobiscum ⌊& misericordias,⌋.i.
pietatis suæ dona nobis cõmunicat,& nõ solum facit misericordias misericordibus,de qbus
ait:Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam cõsequẽtur.Sed etiã impijs & indignis, Matt.5.
quos vicissim gratis iustificat quos lõganimiter præstolatur,quibus beneficia naturaliũ do-
norum largitur,videlicet lumen solis,vestitum ac victum,rationem & sensum,corporis sa-
" nitatem ac alia multa.Proprium nãq; est deo misereri. Est quoq; dominus faciẽs ⌊& iudi-
" cium⌋.i.iustam vltionem ⌊om̃ibus iniuriã patiẽtibus⌋ æquanimiter propter iustitiã, quẽ-
admodũ alibi ait:Mihi vindictã,& ego retribuã.Vult enĩ deus sibi reseruare vindictã, pro- Deute.32
B ut in Leuitico hortatur.Nõ quæras vltionem,nec memor eris iniuriæ ciuium tuorũ:Deniq; Leuiti.19
q̃uis aliquis impatiẽter ferat iniurias sibi illatas,Deus tamẽ qui nullum malum inordinatum
seu impunitũ relinquit,vlciscitur.Præcipue tamẽ vlciscit pro patiẽtibus & mãsuetis. Vnde
7 " in prouerbijs.Non dicas reddam malum pro malo, expecta dñm & liberabit te. ¶Notas Prouer.20
" fecit vias suas⌋.i.præcepta moralia,iudicialia,& cærimonialia ⌊Moysi⌋ legislatori in mõ
" te Synai,& notas fecit per Moysen ⌊filijs Israel volũtates suas⌋.i.signa suæ æternæ volũta-
tis,videlicet iussiones bonorũ,prohibitiões malorũ.Idẽ aũt significatur p vias dei & volũtates
ipsius.Hæc autẽ tũc specialiter notificauit illis,Propter quod Baruch in persona populi Isra Baruc.4.
elitici dicit.Beati sumus nos,quoniam quę deo placita sunt,manifesta sunt nobis.Moraliter
vero per Moysen intelligitur quilibet sanctus de aquis cõcupiscẽtiarum sublatus, cui deus p
spiritum sanctũ inspirat,qualiter sit viuẽdum,quẽadmodũ in Iohanne habetur. Vnctio eius 1.Iohã.2.
docet vos de om̃ibus.Per filios vero Israel intelligunt omnes fideles, quibus deus pcepta sua
8 " largitus ẽ. ¶Miserator & misericors dñs⌋ secũdũ Damascenũ misericors dicit,quasi cor
miserorũ habẽs,videlicet qa alterius miseriæ cõdolet.Deus aũt impassibilis,imutabilisq; cõ-
sistẽs,nõ cõdolet neq; cõpatitur.Nõ ergo misericordia competit deo,prout cõpassionẽ im
portat,sed in quãtũ gratuitã subuẽtionẽ designat,sicq; vocat deus miserator actualiter mise
rẽdo.Misericors aũt propter naturalẽ proprietatẽ qua ad succurrẽdũ paratus est ⌊longani- Eccle.5.
" mis⌋.i.diu expectãs cõuersionẽ malorũ.Vñ in Eccle.scriptũ est. Altissimus est patiẽs reddi Sapiæ.11
" tor.Et in libro Sapiẽ.Misereris oĩm qm̃ om̃ia potes,& dissimulas peccata hominũ propter
pœnitẽtiã,⌊& multũ misericors⌋ imo abũdãtia pietatis suæ,& merita supplicũ excedit, &
C vota,& miseratiões eius sup om̃ia opa eius.Propterea Iacobus asserit.Supexaltat aũt miseri- Iacobi.2.
9 " cordia iudiciũ. ¶Nõ in ppetuũ irascet,⌋exercẽdo vindictã,⌊nec in æternũ cõminabit.⌋
se pœnas inflictu͛.Nõ absolute intelligẽda sunt hęc,ne incidamus eorũ insaniã, qui pœnas
inferni tãdem finiẽdas dixerũt.Sed,nõ in ppetuũ irascetur,dñs electis suis neq; in ęternũ cõ-
minabitur eis,quia licet ad tempus eos flagellet seu deserat.Finaliter tñ eis placatur,secundũ
illud Trenorũ.Nõ repellet in sempiternũ dñs,quia & si abiecit miserebitur secundum multi- Treno.3.
10 " tudinẽ misericordiarũ suarũ. ¶Non secũdum peccata nostra fecit nobis,⌋ Primo qa citra
cõdignũ nos punit.Secũdo,qm̃ nullus peccator qui est in mortali,grãm de cõdigno meret.
Idcirco si gratia ei restituit, nõ secundũ peccata sua fit sibi.Tertio,qm̃ vbi supabũdauit de-
lictũ,supabundat & gratia.Ideo ad Timotheũ apostolus ait: Deus liberauit nos & vocauit 2.Tim.1.
" nos vocatione sua sancta, nõ secũdũ opa nostra,sed secũdũ propositũ suũ & grãm,⌊neq; se-
" cũdum iniqtates nostras retribuit nobis⌋ qa frequẽter pœnã æternã cõmutat in pœnam
11 " temporalẽ p grãm suam. ¶Quoniã secũdũ altitudinẽ cœli à terra corroborauit misericor
" diã suã sup timẽtes se.⌋.i.sicut cœlũ sup terrã maxime eleuat,sic misericordia dei eleuata est
supra nostrã malitiã,ita incomparabiliter aliter fecit cũ timẽtibus se timore filiali & casto,q̃
merebant,iuxta illud apostoli. Commẽdat autem charitatẽ suã in nobis deus,qm̃ cũ adhuc Roma.5.
inimici essemus,Christus pro nobis mortua est.Vel sic.Quoniã scd̃m altitudinẽ cœli à ter-
ra,&c.i.quẽadmodũ cœlũ ratione altitudinis & excellẽtiæ suæ terrã operit,circuit,fœcũdat
illuminat.Sic deus in circuitu populi sui existẽs,eũ in bono cõseruat,intus illustrat,fœcũdi-
tatẽ operũ bonorũ impẽdit,prout filius dei apud Ioh.protestatur.Pater meus agricola est. Iohan.15.
12 " ¶Quãtũ distat⌋ distãtia quãtitatiua atq; locali ⌊ortus.i.pars cœli orientalis,⌊ab occidẽte⌋

 hoc ẽ,

hoc est, à parte cœli occidẽtali, quę vtiq; tanta est quãta est distãtia inter polũ articũ & an- D
tarticũ cũ cœlum sit sphæricũ. Vel, quantum distat distantia qualitatis ortus, lux seu origo
diei, ab occidente. i. à tenebris, dieiq́; termino, longe fecit à nobis iniquitates nostras, q̃a ita
Ezech. 8 nobis pœnitentibus eas indulget, ac si nunquàm fuissent. Vnde Ezechiel testatur. Si impius
Miche. 8 egerit pœnitẽtiã, oĩm iniq̃tatum eius non recordabor amplius, & in Michea habetur. De-
ponet iniquitates nostras, & proijciet in profundum maris oĩa peccata nostra. ¶Quo- » 13
modo miseretur pater⌋ carnalis ac indulgentissimus ⌊filiorum⌋ suorũ ⌊misertus est dñs ti »
mentibus se⌋ q̃m sicut pater filiũ diligit, siue blandiat̃, siue cõminet̃ & verberet, sic deus timẽ »
tibus se misericordiã facit, siue eos castiget siue cõsolationẽ infundat. Et hoc est quod in Ma
Malac. 3 lachia ait: Parcam timentibus me sicut parcit vir filio suo seruienti sibi. Siue ergo aduersa, si-
ue prospera accidant nobis, dño gratias referamus, scientes q̃m diligentibus atq; timentibus
Roma. 8. deum, oĩa cooperantur in bonum. Cur autem tã clemens sit nobis dominus, pandit, ⌊q̃m »
ipse cognouit figmentum nostrum. ⌋. i. fragilem nostram substãtiã ad mala procliuẽ, pro- »
pter fomitem ac vitia inclinãtem. Hæc autem fragilitas nostræ substantiæ, plenius declara-
tur cum subdit̃. ¶Recordatus est ⌋. i. pie attendit, ⌊quoniã puluis sumus⌋ de limo terræ, » 14
quantũ ad corpus formati, atq; in puluerẽ resoluẽdi, quemadmodum dicit scriptura. For-
Gene. 1 mauit dominus deus hominem de limo terræ, & puluis es & in puluerem reuerteris, ⌊homo »
Gene. 3. sicut fœnum dies eius, ⌋ quia tam cito arescit & decidit fœnum, prout sanctus Iob ait: Dies
Iob. 7. mei velocius transierunt, quàm à texente tela succiditur, ⌊tanquàm flos agri⌋ qui hodie est »
& cras nõ reperitur, ⌊sic efflorebit⌋. i. à flore atq; vigore primiuę ætatis deficiet. ¶Quo- » 15
niam spiritus⌋ hoc est, anima ⌊pertrãsibit in illo⌋. i. tẽporalẽ durationẽ horrebit in homi- »
ne, qua finita recedit ⌊& non subsistet⌋ homo in hac vita anima eius egressa. Hinc enim scri »
Iob. 14. ptum est: Breues dies hominis sunt, numerus mensiũ eius apud te est, cõstituisti terminos ei⁹
3 Reg. 14 qui præteriri non poterunt, & in libro Regũ. Oẽs morimur & quasi aquæ dilabimur in ter E
Genes. 8. ram, quæ non reuertentur. Hæc autẽ nostri figmenti fragilitas, incitat deum ad miserendum
nobis, quemadmodũ in Genesi testatus est. Nequaquàm vltra maledicã terræ, propter ho-
mines. Sensus eñ & cogitatio cordis humani proni sunt in malũ, ab adolescẽtia sua, ⌊& non »
cognoscet⌋ anima post separationẽ ⌊amplius locũ suũ⌋. i. corpus quod reliquit, donec rur »
sus induat illud. Defuncti naq; nõ sciunt in particulari q̃d agatur in vita p̃senti, nisi ex specia-
li reuelatione, vel propter specialẽ habitudinem ad ea q̃ hic agunt̃. Sic eñ sancti in patria in
verbo cognoscũt orationẽ qua inuocãtur, atq; obsequiũ quo honorant̃. Trãslatio Hierony
mi talis ẽ & nõ cognoscet eũ vltra loc⁹ eius. Vtrũq; aũt veritatẽ sortit̃, (q̃a scd̃m Augustinũ
in libro de cura pro mortuis) Sicut viuẽtes in mũdo ignorãt, quid agat̃ in receptaculis defun
ctorũ, sic defuncti nesciũt q̃d agat̃ in locis viuẽtiũ, q̃d intelligẽdũ est de lege cõmuni, & de co
Esaię. 63 gnitione determinata ac naturali. Vñ Esaias dicit. Tu dñe pater noster, & Abrahã nesciuit
nos. ¶Misericordia aũt dñi ab æterno & vsq; in æternũ⌋. i. sine defectu & termino, & à » 16
principio mũdi vsq; in finẽ nunq̃ finiẽdũ, expansa est, ⌊sup timẽtes eũ⌋ timore sancto ac fi- »
liali. Nũc eñ adest eis indesinẽter p̃ grãm, in futuro q̃q; p̃ gloriã. Sed cũ nec mũdus ab æter-
no fuerit, neq; pctm̃, q̃uo misericordia dñi est sup timẽtes se ab ęterno? Et respõdendũ quod
Apoca. 13 dicit̃ ab æterno sup eos fuisse, ratiõe p̃destinatiõis, seu p̃paratõis, quẽadmodum in Apoca. de F
2. Tim. 1. Chrõ habet̃. Agnus q̃ occisus est ab origine mũdi, & ad Timotheũ Gratia data est nobis in
Christo Iesu, ante tempora secularia. i. dari p̃uisa est. ¶Et iustitia illius⌋. i. effectus diuinæ » 17
iustitię, scilicet iusta promissorũ impletio, & meritorũ p̃miatio erit & est ⌊in filios filiorũ⌋. i. »
in oẽs filios primorũ parẽtũ. Quod de filijs iustis intelligi debet, de q̃bus annectit̃, ⌊his qui »
seruãt⌋ p̃ fidẽ & obediẽtiã ⌊testamẽtũ eius⌋. i. legẽ diuinitus datã. ¶Et memores sunt mã » 18
datorũ ipsius⌋ nõ qualitercũq;, sed ⌊ad faciẽdũ ea⌋. Multi eñ sunt memores mãdatorũ dñi, »
nõ vt ea adimpleãt, sed vt alios doceãt quod ipsi non agũt, quod est mortale peccatum. Vel
vt docti appareãt, quod gloria est vana. Debemus ergo memores esse legis diuinæ, & mãda
torum altissimi, nõ vt sciamus, sed vt impleamus. Vñ etiam Aristoteles dicit. Quid est virtus
scrutamur, nõ vt agnoscamus, sed q̃tenus boni efficiamur. Alias cõputabimur in pharisæorũ
Matt. 23 atq; scribarũ collegio, de quibus in Mattheo ait saluator: Oĩa quæcunq; dicũt, facite, secũ-
dum opera aũt illorũ nolite facere. Alligant eñ onera grauia sup humeros hominũ. Digito
aũt suo nolũt ea tãgere. ¶Dñs in cœlo parauit sedem suam.⌋ Hoc multipliciter accipi po- » 19
test: Primo sic, Dominus deus trinitas sancta in cœlo empyreo, parauit sedem suã. i. locũ
Deute. 33 habitationis suæ. Nullus eñ corporeus locus tam proprie cõpetit deo, vt cœlum empyreũ,
Propter quod Moyses ait. Habitaculũ eius sursum, & subter brachia sempiterna. Vel, in cœ
lo, hoc ẽ, in ciuibus regni cœlestis, & maxime in angelis pertinentibus ad infimum ordinem
primę Hierarchię, qui propter inhabitationem diuinam throni. i. sedes dei vocati sunt. Vel,
in cœlo, hoc est, in quolibet homine, cœlestẽ cõuersationẽ in in terra habẽte. In tali naq; per
Ibidẽ. grãm demorat̃, iuxta illud. In eo quasi in thalamo tota die requiescit. Vel, dominus Christus
homo

A homo deus, in cœlo empyreo parauit à principio mundi, sedem suam. i. stabilem mansionē
tam sibi quàm suis, quibus ait: Vado parare vobis locum, à principio nāq; mūdi parauit hāc Joban.14
sedem per creationem, sed post ascensionem suā parauit eā suis per interpellationē, quia se-
cundum apostolum. Iesus introijt in ipsum cœlum, vt appareat nunc vultui dei pro nobis, Hebre.9
“ ⌊& regnum ipsius⌋ regimen, seu regia Christi potestas ⌊omnibus dominabitur⌋ Omnia Hebrae.1
enim subiecta sunt pedibus eius secundum apostolum propter quod scriptum est. Omnes Daniel.7.
populi tribus & linguæ seruiēt ei, & in Apoca. Agnus dominus dominorum est, & rex regū. Apoca.17.
Deinde inuitātur creaturæ cœlestes, angelicæ mētes, supermūdani intellectus, & animi dei-
20 “ formes ad laudem diuinam. ¶Benedicite domino angeli eius⌋. i. nuntij dei, ⌊potētes vir-
“ tute⌋ hoc est potestate præcipui, ⌊faciētes verbū illius⌋. i. cōmissionē seu iussionē vobis di
“ uinitus factā, implētes, ⌊ad audiendā vocem sermonē eius.⌋ i. homines audiāt per vestram
executionem quid deus eis mādat & nūtiat. Per angelos nāq; deus nobis reuelar beneplaci-
tum suū. Quàmuis autem per angelos accipi possint angelici spūs infimi ordinis, quorum est
minima nuntiare, secundum Gregoriū, nihilominus per angelos intelligere possumus om-
nes spiritus cœlestes, de quibus ait apostolus. Oīes sunt administratorij spiritus. Nā secū- Hebre.1.
dum magni Dionysii dogma. Oīes angelicæ mētes, angeli appellantur. Porro potētia an-
gelorum duplex est, scilicet naturalis, & ista oēm corporaliū rerū potestatē vehemēter exce
dit in tantū, vt de diabolo scriptū sit. Nō est super terrā potestas quæ operetur ei. Naturalia Job.41.
eñi in angelis apostatis integra pmanserūt, secundū Dionysium quarto cap. de diuinis no-
minibus, & p hanc potestatē cōpetit angelis motus cœlorū secundū philosophos. Alia vero
B est potētia angelorū supernaturalis, quæ maior & altior est, per quam angelus vnus percus-
sit vna nocte oīe primogenitū in terra Aegypti, vt dicitur in Exodo. Et in castris Assyrio- Esaie.37.
rum centum octogenta milia, sicut in Esaia legitur. Hæc tamē angel⁹ facere potuit naturali
21 “ virtute, vt videtur. ¶Benedicite domino omnes virtutes eius⌋ per virtutes accipere pos-
sumus angelos pertinētes ad mediū ordinem secūdæ Hierarchiæ, qui speciali nomine appel-
lantur virtutes secūdū Dionysium. Vel, vniuersas mentes angelicas, qm̄ omnes angeli vicis-
sim appellantur virtutes p efficacissimam excellentiam propriæ potestatis. Rabbi Moyses
“ vero p virtutes intelligit naturales vires omniū rerum creatarū, virtutes inquam, ⌊ministri
22 “ eius qui facitis voluntatem eius⌋. i. diuinæ volūtatis imperio obeditis. ¶Benedicite domi
“ no omnia opa eius, ⌋. i. creaturæ vniuersæ ⌊in oīni loco dñatōis eius⌋. i. in cœlo ac terra at-
q; intermedijs locis. Vbiq; eñi dominatur creator. Christo q̄q; data est oīis potestas in cœ
lo & in terra, propter quod scriptum est. Dñe rex oīpotēs, in ditione tua cūcta sunt posita, Hester.13
tu dominaris omnium. Irrationales aūt creaturæ, benedicūt & laudāt deū materialiter, quia
contemplantibus præbent materiam benedicendi domino, eo quòd in ipsis sapientia, poten
tia, & bonitas creatoris resplendeant. Sed quia nil prodest alios exhortari, & proprias ex-
hortationes omittere, prout air saluator. Quid prodest homini si mundū vniuersum lucre- Matt.16
“ tur, animæ vero suæ detrimentū patiatur. Idcirco reuertit ad seipsum, dicitq;, ⌊benedic ani
“ ma mea domino⌋ secundum intellectum expositum. Ecce psalmum oīni laude dignissimū,
omni consolatione ac suauitare plenissimū, & nobis peccatoribus ad pœnitentiam sanctam
C conuersis præcipue frequentandum, dulcē ac saporosum audiuimus, quem decantando de-
cet nos ex cōmemoratiōe diuinorū beneficiorū amore dei nostri vehementer accendi, in e-
ius laude cordialiter delectari. Et vt digni inueniamur laudatione, studeamus Christo mū- Luce.8
do corde seruire. Oīia carnalia, secularia, temporalia, ac vana contemnere, & vnum est q̄d
solum necessariū est, corde collecto ac stabili contēplari, exquirere, amare ac honorare, tan-
to intentius atq; frequentius, quanto plura ab eo beneficia sumpsimus. Ideo nāq; in Luca as- Luce.12
serit Christus. Cui multū donatū est, multū quæretur ab eo.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CIII.

### ¶Argumentum

¶Titulus: Ipsi Dauid. In hebræo tamē huic psalmo, nullus p̄figitur titulus, quàmuis Hie-
ronymus asserit ipm̄ à Dauide factū. Nonnulli ex ipsius materia ratiocināntur ipm̄ eē alleluia-
ticū, hoc est (vt etiā Valētia interp̄tatur) ad laudādū deū factū. Recēsent hic creatiōis opera,
pro q̄bus hortamur deo laudes psoluere. Monet equidē nos propheta ad laudē dei pro vni-
uersis opibus eius, & bñficijs q̄ nobis exhibuit largiflua manus eius. Duas habet ptes magis p̄
cipuas. Primo siq̄dē inuitat ad laudē dei, ppter rerū creationē, vbi cōmēdat eū de oīpotētia
& sapiētia circa diuersarū creaturarū (nēpe angelicæ, cælestis & elemētorū) creationē, dispo
sitionē & puidēriā, deinde tādē in calce psalmi repetit suā inuitationem, q̄ magis inculcetur
memoriæ, ibi. Bñdic aīa mea dñm. Author in cōmentarijs explanat ipm̄ de psona hoīs grata
mēte deū laudātis.

### ¶Expositio tituli.

¶Breuis autē & planus titulus psalmi p̄sentis dum dicitur psalmus Dauid. Loquitur vero
propheta in psalmo isto in psona hominis deum grata mēte laudātis.

¶Expo

¶Expositio psalmi.



Enedic anima mea domino,⌋ Quòd qualiter intelligi, implerícꝫ debeat, in p̄- » 1
cedētis psalmi expositōe ad longū tractatū est, ⌊ dn̄e deus meus magnificatus »
es vehemēter ⌋.i. ex opibus tuis mirabilibus, in nobis valde magnus effectus »
es, ita vt excellētia, magnitudo seu maiestas tua nobis clare innotuit, ex con-
Nume. 23 Malac. 3 fideratione operum tuorum, quàmuis tu in teip̄o om̄ino immutabilis & sum- 2
me pfectus sis. ¶Cōfessionē & decorē induisti⌋.i. laude sanctoꝝ & specio- »
so famulatu eoꝝ circūdatus es, sicut homo circūdatur veste, quia ex om̄i parte cōcurrunt ad
te om̄es beati. Vel, Decorē induisti, i. ita in teip̄o pulcher, imo pulcherrimus es, ac si pulchri-
tudo eēt vestis tua te vndicꝫ ornās, ⌊ amictus lumine sicut vestimēto, ⌋ hoc ē, sic in teip̄o cla »
rus ac fulgidus es, ac si lux esset tibi vestimentum te om̄ino operiens, ita quòd nihil tenebro
1. Johā. 1. sitatis in te inuenitur, iuxta illud. Deus lux est, & tenebræ non sunt in eo vllæ. Hæc autem de
Christo specialiter accipi possunt. Indutus est em̄ confessionem, queādmodū ad Philip. di-
Philip. 2. cit apostolus. Om̄is lingua confiteatur, quia dominus Iesus est in gloria dei patris. Vbicꝫ em̄
electi Christo confitentur. Est quocꝫ indutus decorem, præsertim in resurrectiōe, quādo in
forma gloriosa surrexit, cui in passione non erat decor aut species. Surrexit etiam in corpo-
re glorificato, cuius claritas solis splendorem incōparabiliter, inæstimabiliterćꝫ trāscēdit. 3
Propterea dicitur amictus lumīe sicut vestimēto. ¶Extēdēs cœlum ⌋ stellatū, seu firma- »
mentū ⌊ sicut pellē ⌋ quia p modum pellis extētæ videtur expansum, cum sit sphræricū ter- »
ram tegens atcꝫ operiens, & nostrum hemisperium per modū tentorij circūcludens. Vnde
Esaiæ 40 Esaias quadragesimo primo dicit. Extēdit velut nihilum cœlos, & expādit illos sicut taber-
naculū ad inhabitādum, ⌊ qui tegis aquas supiora eius. ⌋.i. partes cōnexas cœli stellati. Scri- »
Genes. 1. ptum est enim in Genesi, dixit deus: Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas E
ab aquis, fecitćꝫ deus firmamentum & diuisit aquas quæ erant supra firmamentum, ab aquis
quæ sunt sub firmamtēo. Quidā ergo literam prędictam sequentes, dicunt supra firmamē-
tum esse aquas per modum glaciei congelatas, & cœlum tegentes. Alij vero magis philoso-
phice loquentes, dicūt per aquas has intelligēdum esse nouā sphærā quæ dicitur cœlū cri-
stallinum seu aqueum, sicut cœlum immobilem appellat empyreum, hoc est, igneum, non
quasi noua sphæra sit de natura aquæ, vel cœlum empyreum de natura ignis, sed quia cœlū
cristallinum cum aqua in diaphoneitate conuenit, nam per modum aquæ congelatæ appa-
ret. Cœlum vero empyreum cum igne in claritate cōmunicat. Huic quocꝫ q̄d nunc ait, qui
Daniel. 3 tegis aquis superiora eius concordat illud Danelis. Benedicite aquæ omnes quę super cœlos
sunt domino. Basilius autem per cœlum hoc loco, & cœlos de quibus Daniel loquitur, atque
Genes. 1. per firmamentum, de quo in Geneseos libro fit sermo, intelligit cœlum aereum, supra quod
nubes feruntur. Et hanc expositionem asserit Augustinus laude dignissimam. Mystice per
Cantic. 1. cœlum designatur ecclesia, quæ in Canticis canticorum, propter præssurā & tribulationem
dicit: Nigra sum sed formosa, sicut pelles Salomonis, hoc est, cœlum, quod est pellis veri Sa-
lomonis, scilicet Christi. Extendit ergo Christus cœlum, hoc est, ecclesiam, sicut pellē. Dū
eam per omnes partes mundi diffundit & ad diuinorum sublimia per contemplationem
exaltat. Huius autem cœli superiora, hoc est, apostolos atque prophetas & efficaces imita-
tores ip̄orum, tegit aquis sapientiæ salutaris & gratiæ, seu donis sp̄ūs sancti, queādmodū a- F
Johan. 7. pud Iohannem testatur saluator. Qui credit in me flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.
¶Qui ponis nubem ascensum tuum, ⌋.i. qui efficis, vt nubes materialis fit res, tua iussione » 4
ascendens. Diuino enim imperio agitur, vt ex vaporibus nubes generentur, ac sursum ferā-
Amos. 5. tur: Vnde de deo scriptum est apud prophetam. Qui vocat aquas & effundit eas sup faciem
Deute. 33 terræ. Et in Deuteronomio. Magnificientia eius discernunt nubes ⌊ qui ambulas sup pen- »
nas ventorum. ⌋ hoc est, qui in operatione procedis velocius, quàm venti discurrant. Ve- »
locitas quippe venti, in motu per pennas significatur. Dominus autem in instāti agit quod-
cuncꝫ voluerit, cum sit virtutis simpliciter infinitæ. Idcirco agit, velocius quàm venti feran-
tur. Iob autem vicesimo capite, dicit, Dominus circa cardines cœli perambulare, & alibi de
eo legitur. Qui graditur super fluctus maris. Et in Deuteronomio capite tricesimo tertio le-
gitur. Ascensor cœli auxiliator tuus. Nunc vero super pēnas ventorum ambulare censetur.
Sed oīm hoꝝ est similis sensus. Ambulatio enim dei est operatio eius, quemadmodū in Exo
Exodi. 33 do Moyses ait ad dominū. In quo poterimus scire inuenisse nos gratiā in conspectu tuo, nisi
ambulaueris nobiscum. Dominus ergo propter operationem omnipotentiæ suæ, quam
circa cœlos & mare ostendit, ambulare super ea asserit. Ad literam quocꝫ exponi hæc pos-
sunt de Christo qui posuit nubem ascensum suum, ambulauitćꝫ supra pennas ventoꝝ, quā-
do (vt Actuum primo habetur) videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis
eorum. Mystice ascendit dominus supra nubem, dum per gratiam suam ascendit cor
prædicatoris, seu nuntiatoris verbi dei. Ambulat etiam supra pennas ventorum,
hoc ē,

A hoc eſt,operando excedit virtutes & contemplationē animarum. Pennæ enim virtutes ſeu
contemplationes dicuntur,quibus animæ in cœlum vehūtur, quemadmodum Eſaias dicit.
Qui ſperant in domino aſſument pennas vt aquilæ. Venti vero ſunt animæ, prout per Eſai Eſaię 40.
5 am dominus proteſtatur: Ego dominus,dans flatū,qui eſt ſuper terram. ¶Qui facis ange-
los tuos ſpiritus ] hoc eſt, qui hoc operatus es vt angeli ſancti ſint ſpirituales non corpora-
les ſubſtantiæ. Vel,facis vt ſpiritus ſeu ſpirituales ſubſtantiæ ſint angeli,hoc eſt nuntij tui.
Qui enim per creationem facti ſunt ſpiritus, per iuſſionem & ordinationem diuinam facti
ſunt angeli,hoc eſt nūtij dei. Spiritus enim eſt nomē naturę,angelus aūt officij. [ & miniſtros
tuos ignem vrentem, ] hoc eſt,ſeruiētes tibi zelo ac tāto diuinitatis amore inflammas, vt
dici poſſint ignis vrens,ſeu flamma ignis. Nam & deus (ſecundum apoſtolum) ignis conſu-
mēs eſt. Et: Daniel ſcriptū reliquit. Antiquus dierum ſedit,thronus eius flammæ ignis, rotę Hebre. 12
eius ignis accenſus. Quid autem per thronum & rotas dei æterni niſi angelicas deiformes, Daniel. 7.
atque deiferas mentes accipimus? Vel,facis ignem vrētem ,id eſt,ſummam Hierarchiā ſeu
angelos de ordine Seraphin, qui ſumme & ardentiſſime diuino flagrant amore miniſtros
tuos,quia per eos illuminas alios. Ipſiq; mitti dicuntur,dum miſſi ab eis veniunt ad nos, Pro
pter quod Eſaias. Volauit (inquit) ad me vnus de Seraphin. Vel dicūtur miniſtri dei ſeu an- Eſaię. 6.
geli ſancti fieri ignis vrens,quia frequenter in ſpecie ignis apparuerunt. Vnde Mattheus de
angelo dicit. Erat aſpectus eius ſicut fulgur. Et in Exodo ſcribitur apparuiſſe angelus Moy Mat. 28
ſi in rubo ardenti. Helias quoque in curru igneo eſt tranſlatus miniſterio angelorum. In ho Exodi. 3.
minibus inſup facit deus angelos ſuos ſpūs, dum per religioſos atque deuotos alijs nuntiat
B verbum ſalutis,& miniſtros ſuos ignem vrentem, quando per exhortationem, increpatio-
nem,ſeu informationem prædicatorum ſeu prælatorum corda audiētium igne ſpiritus ſan
xit ⌋ Moyses in labijs suis ⌋.i. in hac cordis sui ꝑturbatōe, aliū modū loquēdi habuit, recitā-
do verba dñi ꝑcutiendoq; petrā quā añ hr̄e solebat. Fuit eñ incredul⁹ deo, atq; in mō loq̄ndi
manifeste declarauit cordis sui hæsitationē, Vt eñ in Num. li. legit, cum sibi ac Aaron fratri Ibidē.
suo dñs dixisset. Loq̄mini ad petrā corā eis, & illa dabit aq̄s. Moyses ꝑcutiēdo petrā cū vir-
ga ꝓtulit sermonē ambiguū. Nū de petra hac poterimus vobis aquā eijcere? Propter quod Nume. 20
B mox à dño reprehēsus ē, & tā ipse q̄ Aaron ab ingressu terrę promissiōis ꝓhibitus est, dicēte eis
dño. Quia nō credidistis mihi, vt sanctificaretis me corā filijs Israel, nō introducetis hos po-
pulos ad terrā quā dabo eis. Deinde narrant pctā filiorū Israel cōmissa post ingressum terrę
Chanaan, ⌊ nō dispdiderūt gētes ⌋.i. habitatores terrę Chanaan nō occiderūt in toto ⌊ q̄s di
xit dñs illis ⌋.i. q̄s dñs iussit occidi, earumq; aras subuerti, neq; cōnubia, neq; familiaritatē cū
eis habere. Hoc freq̄nter ꝑcepit filijs Israel, nę ex cohabitatōe ꝑtraherent ad idololatriā. Sed
filij Israel ex auaritia ꝑmiserūt q̄sdā de gēte hac inter se cōmorari, ꝓpter tributū q̄d eis solue
33 bāt. ¶Et cōmixti sunt ⌋ loco, corpe & opere ⌊ inter gētes ⌋ Chananęorū ⌊& dicerūt ope-
ra eorū ⌋.i. ritū gētilitatis, ⌊& seruierūt sculptilibus eorū ⌋.s. Baalim & Astarot, vt patet in li- Iudicū. 2.
34 bro Iudicū ⌊& factū est illis ⌋ hoc idololatriæ scelus ⌊ in scandalū ⌋.i. magnā ruinā. ¶Et
immolauerūt filios suos & filias suas dęmonijs, ⌋ q̄ in idolis colebantur, q̄uo aūt eos immola-
35 uerint, subdit. ¶Et effuderūt sanguinē innocētē (videlicet) sanguinē filiorū suorū & filia-
rū suarū ⌋ q̄ propter ętatē infantilē nōdū peccauerūt ⌊ q̄s sacrificauerūt ⌋.i. obtulerūt ⌊ scul-
ptilibus Chanaan ⌋.i. simulachris Chananęorū, q̄uis alibi in historia canonica nō legant ista
36 fecisse, credendū est tñ prophetæ hęc recitāti. ¶Et interfecta est terra ⌋ habita tōis eorū .i.
habitatores terrę occisi sunt ⌊ in sanguinibus ⌋ tā crudeliter fusis seu īpie factis ⌊& cōtamina
ta est in opibus eorū ⌋ tā nefandis. Vel, interfecta ē terra .i. hoīes isti terreni effundendo san-
guinē innocētē spūaliter occisi sunt, qm̄ āīas proprias vita grāe spoliauerūt, & cōtaminata ē
in opibus eorū ⌋ hoc est, ipsi in suis pctis polluti sunt, ⌊& fornicati sunt .i. à deo ꝑ idololatriā
recesserūt ī adinuētōibus suis ⌋.i. in pctis suis īdustriose cōmissis. Merito aūt idololatria in sa
cra scriptura fornicatio appellat, qa ꝑ eā recedit aīa à vero spōso suo. s. deo cui ꝑ fidē & cha
C ritatē despōsat, & à quo ꝑ grām ac dona sancti spūs fœcūdat, quēadmodū dñs ait: Spōsabo
te mihi in fide. Qm̄ vero hoc mō fornicati sunt filij Israel, ideo dr̄ eis. Noli lætari Israel & no Osee. 2.
37 li exultare, qa fornicatus es à deo tuo. ¶Et iratus est furore dñs, ⌋.i. vehementer iratus est, Osee. 9.
nō per animi cōmotionē, sed vindictæ grauitatē, ⌊ in populū suū ⌋ noīe, & nō re ⌊& abomi
natus est hæreditatē suā ⌋ hoc est, filios Israel q̄s ipse specialiter inuitauit atq; vocauit, vt es-
38 set hæreditas eius, sed nō obediēdo facti sunt hęreditas dæmonis. ¶Et tradidit eos in ma-
n⁹ gētiū ⌋.i. protectionē & opē diuinā eis subtraxit, ꝑmittēs eos opprimi à Philistęis, Syrijs,
ac alijs multis, ⌊& dñati sunt eorū q̄ oderūt eos. ⌋ Nā sicut in lib. Iudicū scribit, q̄busdam ser Iudicū. 3.
uierūt decē & octo annis, aliq̄bus lōgius, aliq̄bus breui⁹. Ecce quē deus relinq̄t, à q̄ deus sub-
sidiū tollit, inimicorū suorū seruituti subijcit. Primaq; pœna culpæ ē subtractio grāe. Secū-
39 da vero incursio dñatiōis malignæ. ¶Et tribulauerūt eos inimici eorū, ⌋ imponendo eis
graues labores, magna tributa, ingētia damna, ⌊& humiliati sunt ⌋ filij Israel .i. deiecti op-
pressi & victi, ⌊ sub manib⁹ eorū ⌋.i. sub ptāte & ꝑsecutiōe aduersariorū suorū. Vel, humiliati
sunt corā deo sub manibus hostiū, qa ex grauitate ꝑsecutionū cōfessi sunt sua pctā, veniāq;
petebāt, & emēdationē spōdebāt, ⌊ sæpe liberauit eos ⌋ deus de ptāte infideliū populorū, vt
constat ex serie libri Iudicū, in q̄ scriptū habet. Cūq; dñs iudices suscitare in diebus eorū, fle- Iudicū. 2
ctebat misericordia & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vastantium.
40 ¶Ipsi autem exacerbauerunt eum, ⌋ hoc est, post liberationem suam à deo misericorditer
factam, Rursus reuersi sunt ad pristina mala, & deum offenderunt. Vnde in libro Iudicū di-

 citur,

citur. Cum mortuus esset iudex, fecerunt multa maiora q̃ patres eorum, sequentes deos alienos,
non deseruerunt viam durissimã, per quam ambulare consueuerant, sic aũt exacerbauerunt
deum ⌊ in consilio suo, ⌋ quia ex malo eorum consilio, adinuentionibusq́ vanissimis orta sunt
tãta facinora, ⌊ & humiliati sunt i iniquitatibus suis ⌋. i. propter pctã sua ab hostibus oppressi 41
& victi sunt, & etiã interdũ corã deo p pœnitẽtiã humiles facti. ¶ Et vidit cũ tribularent ⌋
. i. deus clemẽter aspexit eos, dũ taliter affligerent, ⌊ & audiuit orationem eorum, ⌋ qua pete 42
bant ab aduersariorum iugo liberari. ¶ Et memor fuit, ⌋ per effectũ misericordiæ suæ, ⌊ te
stamenti sui ⌋. i. fœderis seu promissionis, qua pdixit frequenter p Moysen q̃d liberaret eos,
Deut. 30 quãdocũq corde integro reuerterent ad dñm deũ patrũ suorum. Vnde in Deute. dictũ est eis à
Deute. 4 Moyse: Si ad cardines cœli fueris dissipatus, inde retrahet te dñs deus tuus, & assumet ac in-
troducet in terrã quã possiderunt patres tui. Et eodẽ Deut. libro: Cũ quæsieris (inquit) dñm
deũ tuũ, inuenies eũ, si tamen toto corde quæsieris eũ, & tota tribulatione aiæ tuæ, ⌊ & pœni
tuit eũ ⌋. i. p modũ pœnitentis se eis exhibuit, qa quos in direptionem, captiuitatemq́ dedit
Deute. 9 iterum pie eripuit, ⌊ secundũ multitudinem misericordiæ suæ, ⌋. i. secundũ q̃ ipse multũ mise-
ricors est, & nõ propter virtutes eorum. Propter q̃d rursus in Deuter. Moyses ait: Ne dicas in
corde tuo, Propter iustitiã meã introduxit me dñs in terrã hanc, cũ pplus durissimæ ceruicis
sis. ¶ Et dedit eos in misericordias, ⌋. i. suæ diuinæ pietatis effectus varios eis impẽdit, ⌊ in 43
conspectu omniũ qui ceperant eos, ⌋ qm̃ illis videntibus atq́ per experientiã pœnæ, grauiter
sæpe luentibus liberauit filios Israel de potestate eorum. Postremo orat propheta pro po-
puli sui liberatione, ac adiuuatione, seu reductione in terrã patrũ suorum. Et potest esse oratio
ecclesiæ pro cõuersione & spũali vnione fideliũ. ¶ Saluos fac nos dñe deus noster, ⌋ ab om 44
ni periculo mẽtis & corporis, & à malis præteritis, psentibus, & futuris, ⌊ & cõgrega nos de
Psalm. 17 nationibus, ⌋. i. ab infidelibus separa nos atq́ recollige, loco vl' voto, q̃tenus separati à gene 45
ratione peruersa tibi fideliter ministremus, ne cum peruersis peruertamur. ¶ Vt cõfiteamur no E
mini sancto tuo, ⌋ nostra mala & tua bona, nos accusando, teq́ laudando, & ita dupliciter con
fessione te venerando, videlicet cõfessione tuæ laudis, & nostræ iniquitatis, ⌊ & gloriemur ⌋
spũali iocunditate ⌊ in laude tua, ⌋ ita q̃ te laudemus delectabilr atq́ feruenter, nõ pigre aut 46
somnolenter. ¶ Benedictus sit, ⌋. i. ab oĩbus benedicat, sempq́ laudatus sit ⌊ dñs deus Isra-
el, à seculo & vsq́ in seculũ ⌋. i. p oĩa secula, ⌊ & dicet oĩs pplus ⌋ in Christũ credẽs, nõ tm̃ Iu-
dæi, ⌊ fiat, fiat ⌋. i. amẽ amẽ. In omni eñ orbe terrarum cõsentiũt Chriani huic laudi diuinæ, di
cẽtes, Fiat, fiat. Porrò multa in hoc psal. cõtẽta, spũalr intelligi possunt, q̃d est, Patres pdicti
in Aegypto nõ intellexerũt mirabilia dei, nec memores fuerũt multitudinis misericordiæ e-
ius, significat q̃ multi (proh dolor) Chrianorum in seculo isto nõ aduertũt miracula Chri, nec
opa eius sequunt, nec recolũt bñficia eius, nec itelligere studẽt mysteria saluatoris. Eductio q̃
q́ filiorum Israel de Aegypto pfigurauit cõuersionẽ gẽtiũ ad Chri fidẽ & cultũ. Hæc naq́ con
2. Cor. 6 uersio est spũalis egressio de veteri vita atq́ cõsortio reproborum, de q̃ ait apl's: Exite de medio
eorum, & imũdũ ne tetigeritis. Figurauit etiã igressum religiosorum ad claustrum, tũc eñ Aegyptũ
. i. mũdũ istũ prorsus relinquũt, & dæmonũ opibus plene renũtiãt. Demũ mare rubrum signauit
Exod. 14 baptismũ Chri sanguie cõsecratũ. Et sicut eũdo p mare rubrum, saluati sunt filij Isrl' de seruitu-
te Aegypti ac manu Pharaonis, sic fideles p fonte baptismatis liberant à seruitute pcti ac po-
testate diaboli. Et sicut i mari rubro mergebant Aegyptij, sic i baptismo. i. nõ suscipiẽdo ba
ptismũ spũalr pereũt infideles, qa baptizati cõtenũt. Nisi eñ qs renatus fuerit ex aqua & spũ
Johan. 3. sancto, nõ pt videre regnũ dei, vt apud Euãgelistã Chrs testat. Mãna q̃q́ typus fuit sacri cor F
poris & sanguinis Chri. Et sicut filij Israel post trãsitũ maris rubri mãducauerũt manna, sic
Exodi. 16 Chriani post regenerationẽ baptismi accipiũt Chri sacra. Hinc eñ ait apostolus: Nolo vos
1. Cor. 10 ignorare fratres, qm̃ patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare trãsierunt, & om
nes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritalem mandu-
cauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt, biberunt autem de spiritali, conse-
quente eos petra. Petra aũt erat Chrs. Hæc aũt in figura facta sunt nři. Insup ex eo q̃d dictum
est: Apta est terra & deglutiuit Dathan, monemur aduertere q̃ enorme sit seditionis ac rebel
lionis pctm̃, atq́ ambitio dominandi. Expauescant igit ex tam horrenda dei vindicta, qui su
periores suos cõtemnunt, qui remurmurãt, qui obedire nesciunt, qui pesse desiderãt. Psent
Lucæ. 10 quid Chrs dicat platis suis vicarijs: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit.
Exodi. 16 Vnde & in Exodo Moyses rebellibus dixit: Non contra nos est murmur vestrum, sed con-
tra dominũ. Et alibi: Quid (inqt) est Aaron, vt murmuretis cõtra eũ. Attendant etiam sacer
dotes carnaliter & indigne viuẽtes, qualiter flamma combussit peccatores, qui sibi officium
1. Cor. 11 sacerdotale indigne vsurpauerunt, Nempe (vt ait apostolus) quicunq́ mãducauerit panem
vel biberit calicem dñi indigne, reus erit corporis & sanguinis Chri. Idcirco æterno igne cre
mabit, cuius figura extitit flamma illa diuinitus missa, Charitas cõsumẽs. Et mutauerũt glo-
riam suã in similitudinem vituli comedentis fœnum. His assimilant, qui tota die circa phãtas
mata

A matã sua occupātur, nō contemplātes cœlestia, nec meditantes in lege diuina. Vnde Iohannes in prima sua canonica exhortatur. Filioli custodite vos à simulachris. Præterea ex eo q̃d dictū est. Et dixit vt desideret eos, si nō Moyses electus eius stetisset in cōfractione in cōspectu eius, vt auerteret irā eius. Discāt alioꝝ rectores, q inter deū ac populū cōstituti sunt, mediatores pro grege sibi cōmisso instantissime, fidelissime ac feruētissime depcari, nec amaro, indiscretoq; zelo cōtra delinquētes moueri, sed cōpati, nec tñ eos impunitos relinquere, sed in p̄senti eos districte corripiāt atq; flagellēt, si fieri p̄t, & prodesse conspiciūt. Pensent qualiter Moyses dixit. Aut dimitte populo hāc noxā, aut si nō facis, dele me de libro quem scripsisti. Hāc ergo boni pastores charitatem sequātur, & se vita ac prece mediatores exhibeāt inter deum & sibi commissos, ne rei fiāt dānationis eoꝝ, perpendātq; quod in Ezechiele asserit dominus: Quæsiui virum, qui interponeret sepē & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eā, & nō inueni, & effudi super eos indignationem meam. Sed & exemplo Phinees mouentur deum amātes zelare pro deo suo cōtra peruersos, queadmodum quarto libro Regum dicit Helias: Zelo zelatus pro domino exercituum. Omnino nāq; expediens est, delinquētes in hoc seculo castigari, ne æternaliter pereāt, vel ne in vitijs diutius perseuerent. Et sicut ait Chrisostomus, q̄uis pium fit propriā iniuriā tolerare, impium tñ est dei iniuriā dissimulare. Veruntñ sicut testat apostolus. Aemulationem dei quidā habent sed non secūdum scientiā, hi. s. qui propria vitia negligunt intueri, deplangere, corrigere, & vitare. Aliorum vero peccata amare diiudicāt, sine compassione condemnāt, nec alioꝝ onera charitatiue supportāt. Circa factū aūt Phinees sacerdotis hortat Hieronymus quēlibet Chri sacerdotem alioꝝ rectorem dicēdo. Hoc diligēter Ausculta sacerdos, cui aīæ cōmēdatæ sunt. 1. Iohā. 5 Exodi. 32 Exech. 22 Nume. 25 4. Re. 19. Roma. 10 Nume 25

B Exagina gladiū verbi dei, interime fornicationē, insta opportune, importune, argue, increpa, obsecra in omi patientia & doctrina, vt tibi reputet ad iustitiā. Vnde in Leuitico dñs sacerdotibus ait: Habeatis scientiā discernendi inter sanctū & prophanū, doceatisq; filios Israel omia legitima mea. Præterea ex deo quod dictū est pro nihilo habuerūt terrā desiderabilē curādum est nobis ne Chri promissa paruipēdamus, ne terrā viuētium, ne regnū cœloꝝ, ne beatitudinem sempiternā propter hui⁹ mūdi amorē tēporalē, honorē, vilē carnis delectationē, aut momētaneæ vitæ huius cōplacentiā, miserabiliter, irrecuperabiliterq; perdamus. Sed cum diuino apostolo illud ad Philippēses veraciter proferamus. Omnia arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciā. Postremo ex eo quod dictū est. Et vidit cum tribularent, & audinit orationē eoꝝ, pensemus inæstimabilia viscerā infinitæ clemētiæ p̄ijssimi dei, atq; in omi angustia ad eum cū plena fiducia recurramus, dicētes: Peccauimus cū patribus nostris, iniuste egimus, iniqtatem fecimus. Et tūc vtiq; pœnitēbit eum, secūdum multitudinē misericordiæ suæ, dolebitq; (sicut ait scriptura) sup miserijs nostris, & propitius erit. Ex eo autem q̃d dictū est. Et commixti sunt inter gētes, & didicerūt opa eoꝝ, & seruierūt sculptilibus eoꝝ monemur auertere quàm periculosum atq; nociuū sit famulis Chri, & maxime religiosis ac solitarijs cū secularibus hominibus cōuersari, mūdi rumores inqrere, facta seculi recogitare. Leuiti. 10 Philip. 3. Abacuc. 3

C Hæc nāq; cordis puritatē inficiūt, stabilitatē animi interrūpunt, diuinā charitatē vehementer dirimūt, solitudinem in horrorē ac nauseam vertunt, seculi falsam dilectionem gignunt ac nutriunt. Summe igitur nobis Carthusiensibus vitanda sunt ista, si digne cōuersari optamus vocatione, qua nos sp̄us sanctus vocauit. 1. Cor. 1.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CVI.

¶Argumentum.

¶Titulus. Haleluia. In hoc psalmo inuitamur ad diuinas laudes, & grātum actiones pro multiplicibus beneficijs & liberatione à diuersis tentationibus & periculis. Porro cōmendat multiplicem dei misericordiam filijs Israel p̄stitam, vt hoc ipso alliciamur ad huiusmodi laudes. Gorran autem duas adsignat eius partes præcipuas, in quarum priore, propheta inuitat nos ad dei laudem. In altera vero, specificat eos qui digni ad deum laudādū censeri debeant. Author duplici commēto ipsum interpretatur, nempe primo de Christo, atq; deinde iuxta literam de Iudæis.

¶Expositio tituli.

¶Psalmi insuper iam tractandi titulus in verbis ac sensu, idem est cum titulo psalmi præcedentis. Nam titulus eius est. Alleluia, alleluia. Materia autem psalmi præsentis, secundum Augustinum, est gratiarum actio pro vniuersali redemptioe generis humani, facta p Chrm quā sanctus Dauid sp̄u reuelante cognouit. Alij vero grosse procedentes afirmāt, q; psalmus iste sit grātum actio seu inuitatio ad grātum actionē aliquoꝝ Iudæoꝝ à diuersis malis liberatoꝝ, & ex omni pte mūdi diuinitus ereptoꝝ à locis seu piculis in qbus fuerūt. Sed qm̄ prima expositio lōge cōueniētior ē, subtilior, atq; deuotior, & textui cōsona, ideo ei prius principaliusq; immorādum videt. Alia vero forsitan tāgetur. Inuitās igitur sanctus propheta homines omnes ad Chri laudem pro omnibus beneficijs eius, ait:

¶Expositio allegorica. D



Onfitemini domino, quoniam bonus, quoniā in seculū misericordia eius.⌋ 1
Versiculus iste in expositione psalmi præcedētis, qui sic incipit sicut & iste, sa-
tis expositus est. ¶Dicāt⌋ ad quod versus pcedens hortatur. i. dñm laudent 2
qui redempti sunt à domino⌋. i. quos Chrūs sua incarnatiōe ac passione rede-
mit. Iuxta illud ad Ephesios. Chrūs dilexit nos, & tradidit semetipsum pro no
Ephesi. 1 Apocal. 1. bis, oblationem & hostiā deo in odorem suauitatis. De quo in Apocalypsi ait
Iohan. 12. Iohānes. Christus dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, ⌊quos redemit
Osee. 13. de manu inimici,⌋ hoc ē, de potestate & captiuitate diaboli, Propter quod in euāgelio ait:
Mat. 1. Nunc princeps huius mūdi eijcietur foras. Et Osee: De manu mortis liberabo eos, de morte
redimam eos. Vnde apud Mattheum angelus dixit de Christo. Ipse saluū faciet populū suū
à peccatis eorum, ⌊de regionibus⌋. i. omnibus terminis mūdi, seu quatuor plagis terræ ⌊cō-
gregauit eos⌋ nō motu locali, sed cōuersiōe spūali, nō in eūdem corporeum locū, sed in vnā
fidem, in vnā ecclesiā, in cultū eundē. De hac nāq; spūali cōgregatione credētium, per aplōs
Iohan. 12 atq; eorū cooperatores facta scriptū est in Iohāne. Iesus moriturus erat pro gēte, & nō solū
Esaie. 66 pro gēte, sed vt filios dei q erāt dispersi cōgregaret in vnū. Et apud prophetā. Mittā ex eis q
saluati fuerint, & adducēt oēs frēs vestros ad mōtē sanctū meū. i. ad ecclesiā militātē. Cōgre
gauit aūt eos nō solū ab vno latere mūdi, sed ¶A solis ortu & occasu⌋. i. ab oriēte & ab oc 3
cidēte, ⌊ab aqlone & mari⌋. i. à pte aquilonari & australi. Per mare eñ auster exprimit qm
flat versus oceanum, qui mare vocatur, quia cæteris aquarū cōgregatōibus maior est. Chrūs
ergo ex oībus partibus mūdi collegit credētes, Propter quod in Marco aplūs dicit. Eūtes in E
Marc. 16 mūdū vniuersum, pdicate euāgeliū omni creaturæ. Hoc quoq; in Esaia de Chro inducit. Vide-
Esaie. 62. būt gētes iustū tuū, & cūcti reges inclytū tuū, qd impleri nō poterat nisi in oībus regionibus
fides Chri annūtiaret. ¶Errauerūt⌋ credētes anteq cōuerterent ad Chrm ⌊in solitudine,⌋ 4
. i. in mūdo isto à gra dei relicto, qd intelligēdū ē de mūdo dānatōis, & societate angelorū pri
Hiere. 51. uato dicētiū illud: Curauim⁹ Babylonē, & nō ē curata. Dereliqmus eā ⌊in inaqsa⌋. i. in in-
fidelitate seu arido corde, nō habētes rorē grē salutaris, nec pluuiā instructōis cœlestis, ⌊viam
ciuitatis habitaculi⌋. i. rectū iter pueniēdi ad supnā Hierusalē, ad habitationē beatorū, ad pa
Hebre. 12 triā electorū ⌊nō inuenerūt⌋ ptāte hūana aut lumine naturali. Hęc eñ via, ē fides catholica,
qa scđm aplm, accedētē ad deū optet credere. Fidē vero hō sine supnaturali adiutorio adi-
pisci, seu inuenire nō potuit. Pōt quoq; p viā hāc intelligi cōuersatio bona seu obseruatio pce-
Hiere. 10. ptorū, q sine gra haberi nō pōt, quēadmodū Hier. hoc clare restat. Scio dñe, qa nō est in hoīe
via eius, nec viri est vt dirigat gressus suos. Idcirco semp qrēda est nobis hęc via à deo, ab an-
gelis sanctis aiarū nrarū custodibus, à doctoribus, melioribus ac supioribus nris, ne deuiem⁹
Hiere. 6. in isto exilio. Hinc eñ rursus in Hieremia habet. Interrogate q sit via bona, & ambulate in ea
¶Esuriētes & sitiētes⌋. i. btitudinē appetētes, quā oēs naturalr appetūt. Vel, esurientes & 5
sitiētes, iustitiā naturalē, quā multi gētilium itm optabāt vt se propter eā morti exponerēt.
Vel, esuriētes & sitiētes fœlicitatē, i bonis terrenis sensibilibus & caducis, in qbus multi sum
Boetius. mū hoīs bonū posuerūt, vt scribit Boetius. Vel, esurientes, vt & sitiētes, iustitiā legis diuinæ,
& pdicatione euāgelij postq fidē receperūt, ⌊aīa eorū in ipsis defecit⌋. i. appetitū huius fa-
mis & sitis ad effectū perducere nō valebāt propria ptāte, sed gra indigebāt. Vel, anima eo-
rū in ipsis defecit, qm licet secūdū aliquē modū esuriē suā ac sitim ad actū pduxerūt, acqrēdo F
naturalē iustitiā seu tpaliū rerū copiā. Nō tñ sufficit hoc eis ad verā salutē. Propterea vani
& vacti permanserūt. ¶Et clamauerunt ad dñm⌋ pro auxilio gratiæ eius ⌊cū tribularen 6
tur⌋. i. affligerentur in animo, eo qd optatam perfectionē adipisci nō possent, sed tentatio-
nibus vincerentur, concupiscentijs quoq; succumberēt, quod est studiosis tāta afflictio mē-
Romañ. 7 tis, vt ex eorū psona dicat apostolus ad romanos. Inuenio alterā legem in mēbris meis, repu-
gnātem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in mēbris meis. Infelix
ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per dominum nostrū Ie-
sum Christum. Idcirco nunc additur, ⌊& de necessitatibus eorum eripuit eos⌋ hoc ē, de ma
lis seu vitijs atq; periculis, à qbus propria virtute liberari nō poterāt, liberati sunt gratia dei,
quæ eos illuminauit ad fidem, sine qua nullus adultus vtens ratiōe, sine mortali peccato viue
Rom. 14. re potest. Quia secūdum apostolū, quicquid nō est ex fide peccatū est. Tamen nec fidē, nec
grām habere quis potest, nisi à deo. Gentes ergo q diu luce fidei priuabātur, gratiaq; carebāt
indesinenter seu nimis frequenter peccabāt. ¶Et deduxit eos in viam rectā⌋. i. per pdica 7
tionē apostolorū & aliorū doctorū cōuertit corda eorū ad fidē catholicā, quæ est via ad visio
Iohā. 14. nem dei per speciē. Vel, in viā rectā. i. Chrm, q in euāg. Iohānis ait: Ego sum via, veritas &
Matt. 19 vita: nemo venit ad patrem, nisi per me. Vel, in viam rectā, hoc est, bonam conuersationem
seu præceptorum custodiam, sine qua nemo saluatur. Iuxta illud Matthei. Si vis ingredi vi-
tam, serua mandata, ⌊vt irent in ciuitatem habitationis⌋. i. in patriā beatorū, quā debemus

qtidie

A quotidie ingredi, contemplatiõe ac voto, q̃tenus finita hac vita intremus eã realiter. Vñ ad
8 " Hebræos apostolus, Festinemus (inquit) ingredi in illam requiem. ¶Confiteãtur domino Hebr. 4
" misericordiæ eius, ⌋ .i. beneficia pietatis diuinæ, seu effectus misericordiæ dei hominibus ꝓ-
" stita, inducãt eos ad confitendũ dño confessione laudis & gratiarum actionis, ⌊ & mirabilia
" eius filijs hominum. ⌋ hoc est, hominibus exhibita, seu pro hominibus facta prouocent eos
ad confitẽdum domino modo iam dicto. Debemus em̃ omnia bona deo asscribere, eumq́
pro cũctis laudare, amare ac venerari. Misericordiæ dei sunt, q̃d nos ad fidẽ vocauit, longa-
nimiter expectauit, pie cõuertit, gratis iustificauit, proficere fecit, in bono cõseruauit. Mira Luce. 1
bilia eius sunt, quod propter nos incarnatus est, in mũdo conuersatus, pro hominibus passus Mat. 28.
quòd resurrexit, ascendit, spiritum sanctum paracletum misit, per seipsum suosq́ ministros Baruch. 3
9 " infinita miracula operari dignatus est. ¶Quia satiauit animã inanem, & animam esurien- Iohan. 21
" tẽ satiauit bonis ⌋ singulare ponit ꝓ plurali. Satiauit enim Christus animas olim idololatriæ
deditas, ac per hoc ab omni gratia vacuas, spiritualibus donis, videlicet, fide, spe, charitate,
donis spũs sancti, gratia multiformi. Sic etiã animas peccatorum, quæ inanes vanæ & vacuę
sunt, q̃ diu vitijs seruiunt, satiat Chrũs dum ad pœnitẽtiam cõuertũtur. Et animam esuriẽ-
tem .i. vehemẽter appetẽtẽ deo cõiungi, deo placere, iuste cõuersari, Satiauit bonis optatis,
dãdo eis quotidianum in spũalibus diuitijs incrementum. Habẽti em̃ dabitur & abundabit.
has animas seu homines tales satiat Christus, nũc inchoatiue & secũdum modum ac statum Mat. 25.
vitæ præsentis, nõ tamẽ satiat eas simpliciter, sed in patria satiat eas perfecte, plene ac abso-
lute, sicut superius dictum est. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Hinc etiã scriptum est in
Mattheo. Beati qui esuriunt & sitiũt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Quãtum em̃ ani- Psal. 17.
B ma esurit, cupit seu vult tãtum recipit à deo, tam de gratia in præsenti quàm de gloria in fu- Matt. 5.
turo, dũmodo vere, pure, efficaciter, rationabiliter atq́ instanter desideret. Deus nãq́ vni-
uersis infundit secũdum quod se præparãt, & capaces existũt. Præparatio autẽ seu capacitas
ista in volũtate cõsistit, quoniã desideriũ aperit volũtatem ad recipiẽdum quod amat. Idcir-
co deus singulis influit quãtum desiderãt, desiderio puro efficaci ac stabili. Est autẽ deside-
rium purum, quãdo alieno affectui .s. terreno aut carnali amori, nõ commiscetur, & efficax
dum quicquid valet, pro adeptione boni desiderati exequitur. Hinc quippe in libro Iob in- Iob. 34.
ducitur. Si direxerit homo ad deum cor suum, spiritum illius & flatũ ad se trahet. Et Hiere- Hiere. 3.
miæ tricesimo. Quis est iste qui applicet cor suum, vt appropinquet mihi, ait dñs. Quod aũt
animã inanem ac esuriẽtem deus sic saciet, Esaias quadragesimo fatetur capitulo. Deus sem-
piternus dñs dat lasso virtutem, & robur his qui nõ sunt multiplicat. Secũdum Aureliũ Au-
gustinum in psalmo ꝑsenti tãguntur quatuor tẽtationes seu quatuor mala, à q̃bus nos eripit
Chrũs. Primũ malum seu prima tẽtatio est, deuiatio in hoc mundo à deo, spũalisq́ fames &
mẽtis inopia, à quibus per Christum eripimur, dũ in rectã viam ꝑueniẽdi ad deũ deducimur
& spũaliter satiamur. Secũdum malũ seu secũda tentatio est, difficultas superãdi cõcupiscẽ-
tias, propter consuetudinem malã & impetum passionũ, sic laborãtes adiuuat Chrs. Tertia,
est tentatio tędij, torporis seu accidiæ, dum homo spũalem laborem fastidit, & opa bona ag
gredi differt ac horret, Hunc Chrs ꝑ gratiam excitat & inflammat. Quarta est, difficultas in
bene agẽdo propter varia impedimenta occurrẽtia, q̃ sunt velut procellæ ac tẽpestates atq́
C discrimina huius maris magni, hoc est, mundi istius, in quo famulo Christi mille impedimẽ-
ta, inquietudinesq́ occurrũt, retrahentes à deo. Ab hoc malo saluat nos Chrs, mitigãdo per
grãm difficultates huiusmodi, conferẽdo videlicet pacẽ internã, stabilẽq́ quietẽ inter oĩa
turbulẽta vitæ ꝑsentis negotia. Hucusq́ ergo egit propheta de liberatõe à primo malo, seu
10 " prima tentatione, Nunc agit de ereptione à malo secundo. ¶Sedentes in tenebris & vm-
" bra mortis, vinctos in mendicitate & ferro. ⌋ hoc est, hos quos Christus satiauit ac liberauit
qui sederunt aut sedent in tenebris infidelitatis, aut ignorantiæ. Et vmbra mortis, hoc est, vi
ta maligna, quæ est imago mortis æternæ. Vinctos, iugo peccati ac seruitute diaboli. In mẽ
dicitate, hoc est, in penuria totius spiritualis boni. Et ferro .i. consuetudine vitiosa, quę tam
fortiter ligat hominẽ in peccato, quàm fortiter ligat catena corpus in neruo. Quòd aũt Chri
stus hos redimat in Esaia ostenditur, vbi deus pater ait ad Christum. Ego dominus vocaui Esaię. 42
te in iustitia, & dedi te in fœdus populi, in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum, &
deduceres de conclusione vinctum, de domo carceris sedẽtes in tenebris. Vnde in euãgelio
Zacharias clamat ad Chrm. Illuminare his, q in tenebris & in vmbra mortis sedẽt. Cur aũt Luc. 1
11 " homines tãta mala incurrerint, subdit. ¶Quia exacerbauerũt .i. acerba & fugiẽda æstima-
" uerũt ⌊ eloquia dei ⌋ obedire nolẽtes. Vel, exacerbauerũt eloqa dei, deũ ꝑ scripturas ac ꝑdi-
cationem seruoꝝ suoꝝ, legẽq́ naturalem in cordibus omniũ scriptã, eis loquẽtẽ ad iracũdiã
" prouocauerũt ⌊ & cõsiliũ altissimi ⌋ .i. exhortationẽ diuinã ⌊ irritauerũt ⌋ .i. irritã fecerunt,
atq́ spreuerunt, idololatriam aliaq́ peccata nolentes relinquere, prout in Zacharia domi-
nus ait: Noluerunt attendere, & auerterunt scapulas recedẽtes, cor suũ posuerũt vt adamãtẽ Zache. 7.
ne audi-

ne audirent legem. ¶Et humiliatum⌋.i.vile factum,cõfusum,dæmonicq́ subiectũ⌊in la- » 12
boribus⌋ operum malignorum⌊cor eorum.⌋ Vnde Sapientiæ quinto dicunt. Lassati su- »
Eccles.1. mus in via iniquitatis,& ambulauimus vias difficiles. Peccatori nãq; dedit deus afflictionem D
Osee.12. & curam superfluam(vt Ecclesiastes testatur,⌊infirmati sunt⌋ corde,nõ potentes à diaboli »
laqueis resipiscere propria potestate,⌊nec fuit qui adiuuaret,⌋ nisi deus,q per Oseã testat. »
Ego dñs & saluator nõ est præter me,propterea. ¶Et clamauerũt ad dñm cũ tribularen- » 13
tur,⌋quatenus adiutorium eis repẽderet,quod & fecit,quia ⌊& de necessitatibus eo⌋.i.p- »
dictis periculis ⌊liberauit eos⌋ sicut subiũgitur. ¶Et eduxit eos de tenebris⌋ infidelitatis » 14
& ignorãtiæ ⌊& vmbra mortis⌋ hoc est,pristina cõuersatione maligna, ⌊& vincula eo⌋ »
hoc est,obligatiões vitio,quibus à dæmone capti fuerũt,⌊dirupit⌋ ignoscẽdo eo pecca- »
Esaie.42 tis,& trãsferẽdo eos in regnũ atq; hæreditatẽ patris cœlestis. Hinc em̃ p Esaiam Chrũs ait:
Deducam cæcos in viam quam nesciunt,& in semitis quas ignorauerũt ambulare eos faciã.
Et prima Petri cano.habetur.Redempti estis de vana vestra cõuersatione, ptioso sanguine
1.Petri.1. agni immaculati.Dirũpit autem Christus vincula peccatorum, prout prima Iohãnis scric-
1.Iohã.3. ptum est.In hoc apparuit filius dei,vt dissoluat opera diaboli,propter tãta igitur beneficia.
¶Confiteant domino misericordiæ eius,⌋&c.secũdum sensum expositum. Aduerten- » 15
dum,quoq; quod hi duo versus.Et clamauerũt ad dominum,cum tribularẽtur,&c.Et con-
fiteãtur domino misericordiæ eius,quatuor vicibus repetũtur,secũdum quod quatuor tẽta- E
tiões in psalmo hoc describũtur,à qbus diuinitus liberamur,& pro qq; liberatiõe dño regra-
tiari tenemur. ¶Quia cõtriuit portas æreas⌋.i.habitus malos, seu vitia in anima radicata » 16
ex cõsuetudine praua,dominus extirpauit de cordi: credẽtium,⌊& vectes ferreos⌋ quibus »
portæ muniri solẽt,hoc est propriarum culparum excusatiões ⌊cõfregit⌋.i.à fidelibus ab- »
stulit,ita q nõ defendũt seipsos,sed culpam suam humiliter recognoscũt. Per hæc nãq; me-
talla,designantur peccata durissima,à quo vinculis anima difficilime soluit. Vnde in vitijs
Esaie.48 habituato dicit per Esaiam. Scio qa durus es tu,& neruus ferreus ceruix tua & frons tua ęnea
dicit dominus.Sicut autem portæ vectæ claudũtur,ne qui intus est,egrediatur,sic p excusa-
tionem peccati,anima claudit os suũ à cõfessione salubri,& peccata intus latẽtia nõ aperiunt
neq; sanant. ¶Suscepit eos,ad pœnitẽtiã salutarẽ ac pristinã amicitiam,⌊de via iniqtatis » 17
Hiere.3. eo⌋.i.de via ac vita eo iniqua,secũdũ quod p Hieremiam repromittit.Reuertere ad me, »
& nõ auertã faciẽ meam ⌊propter iniustitias em̃ suas humiliati sunt⌋.i.propter culpas suas »
puniti sunt. Vel, ppter iniustitias suas.i.ex cõsideratiõe peccato suo,humiliati sunt corã
re,cõfitẽtes se omi pœna cõdignos propter suos e xcessus.Deinde describit tertiũ malum qd
est fastidiũ boni. ¶Omnẽ escam⌋spiritalẽ.i.oẽ m bonã operationẽ quæ mẽtẽ in vita græ » 18
cõseruat,alit ac pficit⌊abominata est anima eo⌋ ex tẽtatione accidiæ, ex defectu feruoris »
in deo,& torporis ignauia,⌊& appropinquauerũt vsq; ad portas mortis⌋.i. pene consense »
rũt huic fastidio,sicq; mortalibus peccatis,q̃ sunt portæ mortis atq; inferni,appropinque-
rũt.Si em̃ ex tali abominatõe opis boni,neglexissent mãdata dei, peccassent mortaliter & i-
gressi fuissent portas mortis spũalis, æternalis ac infernalis ,sed diuinitus pseruati sunt ne e-
as intrarẽt.Nã ¶Et clamauerũt ad dñm⌋ pro infusione sanctæ deuotõis ⌊cũ tribularent⌋ » 19
hoc est cordialiter affligerent ex tali torpore ⌊& de necessitatibus eo⌋.i.pdictis angustijs »
Iohan.1. ⌊liberauit eos⌋ fortitudinẽ,charitatisq́ feruorẽ excitãdo in ipis. ¶Misit⌋ deus pr ⌊ver- » 20
bũ suũ⌋.i.filiũ suũ vnigenitũ,de quo scriptũ est.In principio erat verbũ. Hũc misit p incar- »
nationẽ in mũdũ,iuxta illud. Verbum caro factũ est,& habitauit in nobis,⌊& sanauit eos⌋ à »
Ezech.18 vulneribus aïæ ⌊& eripuit eos de interitõibus eo⌋.i.à pctis qbus morit aïa, prout in Eze- »
1.Iohã.4 chiele asserit. Anima q̃ peccauerit,ipa morieť.Hinc em̃ prima canonica ait scriptura.Pr mi-
sit filiũ suũ saluatorẽ mũdi.Vel,deus misit verbũ suũ.i.effectũ verbi sui,videlicet grãm.Vel, F
verbũ,hoc est,pdicationẽ verbi cœlestis,qua aïa infirma sanať. Queãdmodũ in libro sapiẽ-
Sapie.16 tiæ scriptũ est.Sermo tuus dñe sanat oïa. ¶Confiteant dño misericordiæ eius⌋sicut iã di » 21
Psalm.15 ctũ est. ¶Et sacrificẽt⌋ filij hoïm ⌊sacrificiũ laudis⌋dño q bono nro non eget, sed hu- » 22
mili laude & spũali sacrificio delectať magis,q̃ oïbus holocaustis veteris legis. Vñ supius di-
Psal.49. xit.Sacrificiũ laudis honorificabit me ⌊& annũtiẽt⌋.i.alijs pdicẽt, vel apud se recitẽt ⌊ opa »
eius⌋.i.mirabilia Chri, bñficia.s.& misericordias eius ⌊in exultatõe⌋.i.cũ spũali lętitia ex »
Psal.50. diuina charitate manãte.Qui em̃ diligit deũ in annũtiatiõe ope eius corde tenus gloriatur
sicut superius dictũ est.Exultabũt labia mea,cum cãtauero tibi. ¶Qui descendũt mare⌋ » 23
hoc est,qui ab exercitijs contemplatiuæ vitæ se deponũt ad opera vitæ actiuę, consulendo sa
luti proximorum,⌊& mare⌋ hoc est,mundum intrantes,seu homines accedentes, ⌊faciẽ- »
tes operationem⌋ hoc est,piam exhortationem,diligentem inquisitionẽ, iustã correctio- »
nem,⌋in aquis multis⌋.i.in populis plurimis.Aquæ enim multæ ,populi multi sunt, secun- »
Apoca.21 dum Iohannem in Apocalypsi.Boni nanque pastores & aliorum cultores multas adhibent
operationes subiectis, quatenus eos purgent,illuminent atq; perficiant. ¶Ipsi⌋ prælati & » 24
contem-

A
“ contẽplatiui ſic deſcendẽtes ⌊ viderũt ⌋ oculo fidei, ⌊ opera dñi ⌋ .i. facta Chriſti in euãgelio
“ clare digeſta, ſeu oĩa opa creatoris in ſacris ſcripturis expreſſa ⌊ & mirabilia eius ⌋ ſpũali-
“ ter viderũt ⌊ in profundo ⌋ .i. in alto intellectu per quẽ hyſtorialia myſtice intellexerũt. Si-
cut ꝙ connubiũ Salomonis cũ filia Pharaonis, ſignificauit deſponſationẽ eccleſiæ ex genti- 3.Reg.3.
libus cõgregatę cum Chriſto, & venditio Ioſeph, Chriſti venditionẽ. Ionæ quoq; in ventre Gene.37
ceti triduana ꝑmanſio Chriſti ſepulturã præfigurauit. Vel, viderũt mirabilia dei in profun- Ionæ.2.
do .i. in ſecreto cordis humani, quod dicitur profundũ, q̃a eſt inſcrutabile, iuxta illud Hiere-
miæ. Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile, & in hoc profundo vident paſtores mirabilia Hiere.17.
dei, quando ad exhortationem eorum corda dura in lachrymas reſoluuntur. Animæ ſpũali-
ter mortuæ ad vitã gratiæ ſuſcitãtur, peccatores indurati ad pœnitẽtiam cõuertunt, incon-
tinentes, & q̃ interdũ vix modico tẽpore poterãt continere, tota vita ſua cõtinẽtiã ſeruãt, ſu-
perbi humiles fiunt, iracundi miteſcũt. Hæc ſunt mirabilia dei, quia ſecundũ Auguſtinũ, ma-
ior eſt impij iuſtificatio quam mũdi creatio. Cõſequẽter deſcribit periculũ ſeu tentatio tẽpe-
25 “ ſtatis. ¶ Dixit ⌋ deus, cuius dicere eſt facere ⌊ & ſtetit ⌋ .i. ſtabilis fuit atq; inualuit, ⌊ ſpiritꝰ
“ procellæ ⌋ .i. ꝑſecutio tyrãnica in fideles, ſeu tẽtatio grauis. Hãc procellã deus dixit .i. ꝑmi-
“ ſit eſſe ad maius meritũ electoꝝ ſuoꝝ ⌊ & exaltati ⌋ hoc eſt, firmati & aucti, ⌊ ſunt fluctus e-
ius ⌋ .i. motus ꝑſecutionũ iſtaꝝ, q̃m dũ deus ꝑmittit, augent tribulatiões iuſtoꝝ, & inualeſcit
26 “ crudelitas ꝑuerſoꝝ. ¶ Aſcendũt vſq; ad cœlos ⌋ .i. perſecutores & tẽtatores erigunt in al-
tũ cõtra deũ oĩpotẽtẽ, crudelitaſq; eoꝝ atq; ꝑuerſitas propter magnitudinem ſuã penetrat
cœlos, q̃m prouocat deũ ad vehementem vindictã. Vñ ſecũdo Paralypomenon filijs Iſrael 2.Par.28
“ dicitur. Crudelitas veſtra vſq; ad cœlos ꝑuenit, ⌊ & deſcendunt vſq; ad abyſſos ⌋ .i. turpiter
& carnaliter viuũt, & tandẽ deficiũt, & in infernũ labunt. Vel, deſcendũt vſq; ad abyſſos .i.
B quãtum ſe cõtra deũ extollunt, tm̃ humiliant à deo, ac pereunt. Iuxta illud in libro Iob. Si aſ-
cenderit vſq; ad cœlũ ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquiliniũ in fine ꝑ- Iob.20
detur. Vnde in Eſaia dicit ſuperbo, q̃ ſuper aſtra cœli ſoliũ ſuum exaltare molitus eſt: Ve- Eſaiæ.14
“ runtamen in infernũ detraheris in profundum laci. ⌊ Anima eoꝝ in malis tabeſcebat, ⌋ idẽ,
in proprijs peccatis cõtabuit, aruit, & defecit, quẽadmodum Hieremias fatet. Vnuſquiſq; in Hiere.31.
iniq̃tatibus ſuis tabeſcet. Et iteꝝ: Oĩs q̃ comederit vuã acerbã, obſtupeſcẽt dẽtes eorum.
Qui em̃ alij nocumẽtũ inferre conat. Primo, ſeip̃m interimit, & vniuſcuiuſq; malitia in ſe-
ip̃m redũdat, Propter q̃d in prouerbioꝝ libro Salomon faſſus eſt. Iniq̃tates ſuæ capiẽt ipiũ, Proue.5.
& funibus pc̃toꝝ ſuoꝝ cõſtringet. Vel, aſcẽdũt vſq; ad cœlos .i. fideles tãdiu afflicti orãdo
& cõtẽplando cœlos aſcẽdũt, vſq; ad Chr̃m, quatenus ex cõſideratione ꝑmioꝝ cœleſtiũ fa-
ciliꝰ oĩa patiant. Nã cõſideratio ꝑmij minuit vim flagelli. Et deſcẽdũt vſq; ad abyſſos .i. poſt
tãtam cõtemplationẽ ex gratia acq̃ſitam, iteꝝ ex humana fragilitate cadũt ad cogitationes
carnales, ad phantaſmata inutilia, ad occupationes indignas. Nã & Paulus poſt raptũ paſſus 2.Cor.12
eſt ſtimulum carnis. Hoc aũt deus ꝑmittit, vt homo perpendat quid habeat ex ſeipſo, q̃d itẽ
ex deo. Vel, deſcendunt vſq; ad abyſſos, conſiderando tormenta inferni, ex quorum conſi-
deratione tolerabilia fiunt omnia mundi ſupplicia. Anima eorum, ſic afflictorum, in malis,
hoc eſt, in pœnis & culpis, quibus vndiq; circundant homines in hac miſera vita, in qua iu- Prouer.24
ſtus ſepties cadit in die, tabeſcebat .i. tædio atq; triſtitia affectata & languens effecta eſt, ſicut
in Trenis ait Hieremias: Propterea in dolore mœſtum factum eſt cor noſtrum, ideo conte- Treno.5
27 “ nebrati ſunt oculi noſtri. ¶ Turbati ſunt (animo) & moti ſunt, ⌋ à recto iudicio rationis,
“ ⌊ ſicut ebrius ⌋ ſequendo impetus paſſionum, atq; irrationabiles motus, ⌊ & omnis ſapien-
“ tia eorum ⌋ quam tempore tranquillitatis videbant habere, ⌊ deuorata eſt ⌋ tẽpore perſecu-
tionis ſeu tentationis, ita ꝙ actus rationis paſſioni ſuccubuit, & inſipiẽtia eoꝝ ſapiẽtiæ actũ
C impediuit. Multi nãq; tempore pacis, quietis, proſperitatis & iocũditatis, virtuoſi ac ſapiẽ-
tes apparent. Sed dum aduerſitas, inquietudo & tribulatio eis ſuperuenit, ſuperant, ratio ca-
dit, ſenſualitas dominatur, virtus ſuccumbit & vitia præualent. Vnde & Chriſtus de q̃buſ- Luc.8.
dam ait in euangelio. Hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tenta- Matt.7.
tionis recedunt. Et rurſus alio in loco ait de eo, qui non facit quòd ſcit eſſe agendum, ſed ex
paſſione aut perſecutione cadit à medio rationis, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit do-
mum ſuam ſupra arenam, venerunt flumina, flauerunt venti, & cecidit, fuitq; ruina eius ma-
gna. Hæc autem præcipue iam dicuntur de rectoribus alioꝝ, qui propter varias cauſas atq;
negotia ſubditorumq; imperfectionem cadere ſolent à fortitudine mentis & recto iudicio
rationis, iræ & impatientiæ motum admittentes. Talibus ergo præſertim, imo omnibus no-
bis orandum eſt, vt deus cor noſtrum quotidie in ipſo confirmet, ne in aduerſis, atq; turbu- Pſal.50.
lentijs aliorum frangatur, quia vt ait Apoſtolus ad Hebræos. Optimum eſt gratia ſtabiliri
cor. Inhoneſtum nanque ac turpe eſt viro erudito, & maxime aliorum rectori, in aduerſis Prouer.13
deficere, Propter quod in libro Iob dicitur ei, qui videbatur propter aduerſa turbatus. Vbi Iob.5.
eſt timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum.

¶Et clamauerũt ad dñm⌋ qui vt propheta Naum teſtatur. Increpat mare, & exiccat illud 28
Naum. 1. Matt. 8. ⌊cum tribularẽtur⌋ tãtis aduerſis, dicẽtes cũ Petro. Dñe ſalua nos perimus. Nec fruſtra, nã D
1. Cor. 10 & ⌊de neceſſitatibus eoꝝ⌋. i. ꝑdictis periculis ⌊eduxit eos.⌋ Non eñ ſinit nos tentari ſupra
id quod poſſumus ¶Et ſtatuit procellam eius⌋ hoc eſt, ſtrepitum perſecutiõis, aſperitatẽ 29
aduerſitatis, & motum tentationis mutauit, ⌊in auram⌋. i. ventum leniter ſlantẽ, ita ꝙ ad-
uerſitatem mitigauit, & tranquillitatis ſerenitatem menti infudit. Non tamen tentationem
penitus abſtulit, quia (vt ait Auguſtinus) perſeuera vſque in finem, quoniam tentatio per-
ſeuerat vſque in finem. Sic ergo petamus vnam auferri, vt aliam præſtolemur, ⌊& ſiluerũt
fluctus eis⌋ hoc eſt, impugnationes tẽtationũ ceſſauerũt ad tempus. ¶Et lætati ſunt⌋ in 30
Tobię. 3. dño homines exonerati à iugo tentationũ. Vnde Tobiæ ſcriptũ eſt. Nõ delectaris dñe in ꝑ-
ditionibus noſtris, qa poſt tempeſtatem trãquillum facis, & poſt fletum exultationẽ infun-
Tobię. 11 dis. Et lætati ſunt, gloriãtes in dño de ſua liberatõe, quia ſiluerunt, fluctus perſecutionũ iſta-
2. Cor. 1. rũ. Hinc nãq; Tobias ſanatus ait: Benedico te dñe, qm̃ tu caſtigaſti me, & tu ſanaſti me. Apo
ſtolus quoq;: Benedictus deus, qui cõſolatur nos in omni tribulatione noſtra, ⌊& deduxit e-
os in portũ voluntatis eoꝝ⌋ hoc eſt, in pacẽ omnibus mortalibus deſideratã, in perfectio-
nem optatã, ad cõſcientiæ ſecuritatẽ, ad tranquillitatem dulciſſimã, & poſt huius vitę decur-
ſum ad patriam electoꝝ: Qui eñ aduerſa fortiter tolerat, & in triſtibus cauſis Chriſto fide-
lis ac ſtabilis permanet. Ad hunc portum pacis ac conſolationis perduci meretur, Propter
Johan. 16 quod dicit ſaluator diſcipulis. Amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus aũt
2. Cor. 1. gaudebit, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Et apoſtolus ad Corinthios ait: Scitote,
Roma. 5. quoniam ſicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis & cõſolationis. Itemq; ſicut abundãt paſſiones
Chriſti in nobis, ita ꝑ Chr̃m abundat cõſolatio noſtra. ¶Cõſiteantur dño miſericordiæ 31
eius⌋ eo quod poſt tãtam perſecutionem, tãtam pacẽ largitus ſit. ¶Et exaltẽt eũ⌋. i. ma- 32
gnifice verbo & opere eũ honorẽt ⌊in eccleſia plebis⌋ in cõgregatione fidelium, ⌊& in ca-
thedra ſenioꝝ⌋ hoc eſt, in loco ac ſede ſuperiorum ⌊laudẽt eum⌋ qui ſedẽt in cathedra tali.
Apoca 19 Vult ergo propheta, vt omnes deũ vnanimiter laudẽt, magni, & parui, ſuperiores & inferio
Roma. 16 res, quẽadmodũ in Apoc. dicitur. Laudẽ dicite deo noſtro om̃es ſerui eius, & qui timetis eũ E
puſilli & magni. Et apl'us ad Romanos. Deus patiẽtiæ & ſolatij det vobis idipm̃ ſapere in al
terum ſecũdum Ieſum Chr̃m, vt vnanimes vno ore honorificetis deum. ¶Poſuit flumi- 33
na in deſertũ⌋. i. deus fluenta gr̃æ atq; doctrinæ in corda gẽtilium diriuauit. Gentilitas nãq;
Eſaię. 34. deſertum vocatur, iuxta illud Eſaiæ. Lętabitur deſerta & inuia, & exultabit ſolitudo. Demũ
dum deus mẽtem noſtram cœlitus gr̃a ſua ꝑfundit, flumina ponit in deſertum, ⌊& exitus a-
quarum⌋. i. ſynagogã Iudæoꝝ quæ alijs pluuiã prædicatõis influere cõſueuit, poſuit ⌊in ſi-
tim⌋ quoniã propter incredulitatem ipſoꝝ priuati ſunt vera ſapiẽtia Chr̃i, & huic ſimile eſt
Johan. 9. quod Chr̃s teſtatur. In iudicium ego in hũc mũdum veni, & q non vidẽt videant, & qui vi
dent cæci fiant. In Chriſti nãq; aduẽtu cœpit Iudæa excæcari q̃ ante videbat. Gentilitas ꝗq;
illuminari quæ ante caligabat. Nã quem Iudæi futuꝝ credebãt, ꝑſentem nõ nouerãt. Genti
les vero per ꝑdicationem Chr̃i & apoſtoloꝝ radio ſapiẽtiæ illuſtrati ſunt, ideoq; in Eſaia ha
Eſaię. 52. betur. Quibus nõ eſt narratum de eo viderũt, & q non audierũt cõtemplati ſunt. Poſuit etiã
deus. ¶Terram fructiferã in ſalſuginem⌋. i. Iudæã ſeu ſynagogam olim doctrina & vita 34
Oſee. 9. fœcundam fecit ſiccam & ſterilem, abſtrahẽdo à populo Iudæoꝝ gr̃æ infuſionẽ, quẽadmo-
dum in Oſee vaticinio inducitur. Radix eoꝝ exiccata eſt, fructum nequaq̃ faciẽt. Hoc autẽ
fecit ⌊à malitia inhabitãtium in ea⌋. i. propter peccata populi huius. Secũdum quod rurſus
Ibidẽ. Oſee teſtatur. Abijciet eos dñs deus meus, qa non audierunt vocem eius. Et ꝑ Hieremiã dñs
Hiere. 13. ait: Cõputreſcere faciã ſupbiam populi huius peſſimi, q nolũt audire uerba mea, & ambulãt F
in prauitate cordis ſui. ¶Poſuit deſertũ⌋ hoc eſt, gẽtilitatem ⌊in ſtagna aquaꝝ⌋. i. in ſta 35
Roma. 5. bilem exuberãtiam ſpũalium gr̃arum atq; cœleſtium doctrinaꝝ. Nam vbi abũdauit iniqtas
ſupabũdauit & gratia ⌊& terrã ſine aqua⌋. i. gẽtes quondã ſine diuina illuminatõe & gratia
exiſtẽtes poſuit ⌊in exitus aquaꝝ⌋. i. tã copioſam gr̃am eis ꝑ prædicationẽ apoſtoloꝝ infu-
Epheſi. 2. dit, quod etiam ipſi alios docere atq; cõuertere potuerũt. Vnde ad Epheſios apoſtolus. Re-
uelatum eſt (inquit) ſanctis apoſtolis & prophetis in ſpũ, eſſe gẽtes cohæredes, & cõcorpora
les promiſſionis dei in Chr̃o Ieſu. ¶Et collocauit (deus) illic⌋ hoc eſt, in prædicta affluẽtia 36
gratiæ atq; doctrinæ cœleſtis ⌊eſuriẽtes⌋ iuſtitiam, q auide receperũt fidẽ catholicã & ver-
Actoꝝ. 17 bi cœleſtis ꝑdicationem, quẽadmodũ in actibus apoſtoloꝝ de Theſſalonicẽſibus ſcriptum
eſt. Nobiliores ex eis cum omni auiditate ſuſceperũt verbum dñi, ꝗtidie ſcrutantes ſcriptu-
ras, ⌊& conſtituerũt ciuitatem habitationis⌋. i. eccleſiam militantem, quæ eſt ciuitas dei &
domus Chr̃i, ex fidelibus collecta atq; cõſtructa. ¶Et⌋ ipſi apoſtoli ac ſucceſſores & imita 37
tores eoꝝ ⌊ſeminauerunt agros⌋ hoc eſt, hoĩes in mũdo morãtes fœcũdauerũt & imple-
uerunt verbo dei, mittẽdo in corda ipſoꝝ euãgelium ſaluatoris. Vt eñ apud Mattheũ Chr̃s
Matt. 13 aſſeruit. Semen eſt verbum dei, ager vero eſt mũdus. Apoſtoli aũt hoc ſemine mũdũ imple-
uerunt,

A uerunt, quẽadmodũ in Esaia dictũ est: Florebit & germinabit Israel, & implebit faciẽ orbis Esaiæ 27
semine. Huius seminis fructũ non protulerũt Iudæi, sed gentes, & ideo Chrũs apud Matth. Matt. 21
eis loquutus est: Auferet à vobis regnũ dei, & dabitur genti facienti fructus eius, ⌊& planta-
uerunt vineas⌋ .i. ecclesias particulares fundauerũt in Christo. Nã Petrus plantauit vineam Actoꝝ. 4
Christi in Italia, Iohãnes in Asia, Thomas in India. Quod aũt ecclesia appellet vinea, cõstat Actoꝝ. 12
ex eo q̃d Esaiæ habet vaticiniũ: Vinea dñi exercituũ domus Israel est, ⌋& fecerũt fructũ na- Esaiæ. 5
tiuitatis⌋ .i. multos genuerunt in Christo, quẽadmodũ ait apl'us: In Christo Iesu p Euange- 1. Coꝛ. 4
38 liũ ego vos genui. Tot eñ spũaliter genuerũt, quot ad Christũ cõuerterũt. ¶Et benedixit
eis⌋ deus .i. grãm copiosam cõtulit eis, prout in actis apl'oꝝ legit: Discipuli replebant gau- Actoꝝ. 13
dio & spũ sancto, ⌊& multiplicati sunt nimis, ⌋ merito & nũero, secũdũ q̃ Lucas in actis di- Actoꝝ. 2
cit: Dñs quotidie augebat, qui salui fierent, ⌊iumẽta eoꝝ⌋ .i. ideotas & simplices, iugũ dñi su
per se humiliter baiulantes, ⌊nõ minorauit, ⌋ nã taliũ plures à deo electi sunt, q̃ nobilium &
sapientum. Vnde ad Corinthios dicit Apostolus: Videte vocationẽ vestrã fratres, quia non 1. Corin. 1
multi sapientes secundum carnẽ, non multi potentes, non multi nobiles sunt inter vos. Sed
39 quæ stulta & abiecta sunt mundi, elegit deus, vt confundat sapiẽtes. ¶Et pauci facti sunt⌋
fideles in aliquibus locis atq; ecclesiis, per occisionẽ eorum à tyrannis ac impijs, ⌊& vexati
sunt à tribulatione malorum, ⌋ qui pios affligunt, ⌊& dolore⌋ eis inflicto à tyrannis & persi
B dis. Sæpe nãq; infideles vrbes & villas, terras atq; ecclesias Christianoꝝ vastauerunt, destru
40 xerunt, & fideles occiderunt. ¶Effusa est contentio super principes, ⌋ .i. maiores psequẽ-
tiũ Christianos in contentionẽ versi sunt, vel contra se inuicẽ, vel contra veritatẽ fidei Chri
stianæ, vel contra principes Christianos, ⌊& errare fecit⌋ .i. permisit ⌊eos⌋ deus ⌊in inuio⌋
.i. infidelitate, in qua nulla est via perueniendi ad vltimũ finem, ⌊& non in via⌋ .i. in fide ve-
41 ra, quia nec fidẽ habuerũt. ¶Et adiuuit pauperem de inopia⌋ .i. populũ gentilẽ spũalibus
diuitijs destitutũ subleuauit de ista penuria, ditans eum spũalibus bonis, ⌊& posuit⌋ eos ⌊si-
cut oues familias⌋ .i. sic eos in domo sua (quæ est ecclesia) collacauit, pauit, & custodiuit, quẽ
admodũ pastor oues suas custodit, locat, & alit. Vnde apud Iohãnẽ Christus: Alias (inquit) Iohan. 10
oues habeo, quę non sunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere. Vel, audiuit pauperem .i.
humilem de inopia, exaudiendo precem ipsius. Deus eñ superbis resistit, humilibus autẽ dat
grãm. Porrò in tantum adiuuat eũ de inopia, vt dicat in Euangelio: Beati pauperes spũ, qm̃ Iacobi. 4
ipsoꝝ est regnũ cœloꝝ. Quid ergo hoc paupere ditius, cui promissa est cœlestis regni pos- Matt. 5
sessio. Merito igitur ait Tobias: Noli timere fili mi, pauperem quidẽ vitã gerimus, sed habe Tobię. 4
bimus m'ta bona, si timuerimus deũ. Et apostolus ad Corin. Altissima paupertas eoꝝ abun- 2. Coꝛ. 8
42 dauit in diuitias simplicitatis eoꝝ. ¶Videbũt recti⌋ .i. prædictas misericordias dei iusti in-
telligent, ⌊& lætabunt, ⌋ in deo propter beneficia eius tam copiosa, ⌊& omnis iniquitas, ⌋
.i. ois iniquus cõtra veritatẽ & cõtra iustos impudẽter, insolẽterq; garriẽs .s. dæmon, tyran-
nus, falsus frater, atq; hæreticus, ⌊opilabit⌋ .i. claudet ⌊os suũ, ⌋ qñ ab ipsa veritate vincet,
& cõfundetur, & tandẽ à Chr̃o reprobabit, atq; damnabit. Propter q̃d apud Esaiã dñs ait sũ
perbo: Ponã circulũ in naribus tuis, & frenũ in maxillis tuis. Sæpe etiã impij q̃ iustis detra- Esaię. 38
hunt, dũ cõuersationẽ eoꝝ cõspiciũt, silent à malo, eosq; interdũ commendat quibus detra-
hebant. Hinc eñ princeps apl'oꝝ ait: Hæc est voluntas dei, vt benefacientes obmutescere fa- 1. Petri. 2
43 ciatis imprudentiũ hominũ ignorantiã. ¶Quis sapiens & custodiet hæc, ⌋ .i. qui vere sa-
piens est, ista memoriter retinebit, spũaliter sumet, seq; inopẽ reputabit, ⌊& intelliget mise- 2. Coꝛ. 1
ricordias dñi⌋ .i. multiplicẽ grãm sibi ac cæteris præstitã diligẽter pensabit, per experienti-
C amq; cognoscet q̃ pius & clemens sit dñs, pater misericordiaꝝ & deus totius consolationis. Osee. 14.
Et huic simile est q̃d Oseas propheta dicit: Quis sapiens & intelliget ista, intelliget & faciet
hæc. Sed videt contrariũ quod in Euangelio veritas astruit: Confiteor (inquiens) tibi pater Luc. 10
dñe cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus. Et respondendũ, quod
Christus loquitur ibi de sapientibus huius mũdi, quoꝝ sapientiã deus stultã facit. Nunc autẽ 1. Coꝛ. 1
fit sermo de vere sapientibus, à spũ sancto illuminatis.

¶Expositio literalis eiusdem psalmi.

QVidã aũt hunc psalmũ ad literã exponũt de solis Iudæis, corporalibusq; periculis à quibus diuinitus liberati sunt, & est expositio ista satis infructuosa, nec literæ cõsonat in quibusdam. Ait itaq;: Confitemini dño, sicut expositũ est, Dicãt qui redẽpti sunt à diuersis periculis, à dño deo Israel, quos redemit de manu inimici & tyrãni, eos q̃litercũq; affligẽtis, de regionibus, in q̃bus erãt dispsi, cõgregauit eos, reducẽdo eos in terrã patrũ suoꝝ, sicut p Ezechielẽ dixit: Tollã vos de gẽtibus, & cõgregabo vos de nationibus, & inducã vos in terram vestram. A solis ortu & occasu, ab aquilone & mari .i. à terris Iudææ vicinis ex omni latere eius, secũdũ q̃d quędã terræ respectu eius sunt oriẽtales, quædã occidẽtales, & cætera, in q̃bus quidã Iudæoꝝ fuerũt dispersi, & à quibus redu-

cti sunt. Errauerũt in solitudine.i.deserto in inaquoso.i.in in loco sicco, qa in desertis nullæ aut modicæ aquæ reperiuntur. Viam ciuitatis habitaculi.i.iter tritum ac certum ad ciuitatẽ aliquã ducens, in qua secure habitare possent, non inuenerunt, quia in locis deserti non inueniunt itinera strata,& quia ex tali deuiatione sequit fames ac sitis, ideo subdit. Esurientes, & sitientes panem & potum corporeum, anima eorum in ipsis defecit à naturali vigore. Et clamauerunt ad dominum pro recto meatu. Et deduxit eos in viam rectam, vt irent in ciuitatem habitationis, in qua tute manerent. Propterea confiteant domino misericordiæ eius, &c. Quia saciauit animam inanem.i.hominẽ, vacuum ventrem habentem,& animã.i.hominem esurientem saciauit bonis cibi ac potus. Deinde ponitur liberatio à captiuitate, sedẽtiũ in tenebris.i.ĩ carceribus tenebrosis,& vmbra mortis, Nam talia loca sunt morti similia, propter afflictiones grauissimas, vinctos in mẽdicitate.i.parco victu,& ferro.i.cathenis. Captis eñ daf modicus cibus, Hos ergo redemit q ideo capti erant. Quia exacerbauerũt eloqa dei,& cætera,& eduxit eos de tenebris.i.prædictis argastulis,& vmbra mortis.i.misera vita captiuitatis, quæ morti est similis,& vincula eorũ, quibus erant ligati, dirupit, quia contriuit portas æreas, quibus erant conclusi. Omnem escam corporalẽ, abominata est anima eorũ ex graui corporis infirmitate,& appropinquauerunt vsq; ad portas mortis.i.ad agonem, qa sanari se posse desperauerunt, misit verbum suũ.i.dicendo præcepit,& sanauit eos,& eripuit eos de interitiõibus eorum.i.de languoribus mortẽ inducentibus. Consequenter agitur de liberatione à tempestatibus atq; periculis maris, Qui descendunt mare in nauibus ad nauigãdum in eo, facientes operationẽ in aquis multis.i.in mari diuersos labores exercẽtes. Ipsi viderunt opera dñi, quæ natant in mari.s.pisces,& alia quædam insolita, quæ frequẽter apparent in mari. Vnde subiungitur,& mirabilia eius viderunt in profundo maris, videlicet mõstra, beluasq; marinas. Dixit deus & stetit.i.surrexit atq; inualuit, spiritus procellæ.i.ventus **E** & motus tempestatis,& exaltati sunt fluctus eius.i.in altũ ascenderunt & intumuerunt gurgites maris. Ascenderunt vsq; ad cœlos.i.mare sic intumescens, naues,& nautæ in eis existentes, ascendunt in magnã altitudinem aeris,& descendunt vsq; ad abyssos.i.in magnã maris profunditatem, secundũ quod fluctus descendũt, anima eorũ.i.nautarum, in malis pœnæ tabescebat, propter pericula imminentia, turbati sunt corde,& moti sunt corpore, tumore, atq; tremore, sicut ebrius qui stare & ratione vti nõ potest perfecte,& omnis sapientia eorũ deuorata est, qa in tantis periculis nesciunt sibi cõsulere, qm magnæ passiones actum rationis impediũt, eo q virtutẽ phantasticam multũ deordinent,& statuit procellam eius.i.deus tempestatem maris conuertit in auram:.i.in ventum suauem & statũ quietũ,& siluerũt fluctus eius.i.fluctus maris à suo strepitu cessauerunt. Et lætati sunt nautæ, quia siluerunt hi fluctus,& deduxit eos deus in portum voluntatis eorũ.i.in portum optatum. Posuit deus flumina in desertũ.i.aquas fluuiorũ fecit deficere, ita q terra ante aquis irrigua siccata est tanquam desertũ,& exitus aquarũ in sitim.i.terram aquis fluentem fecit sitibundã & sterilem. Terram fructiferam posuit in salsuginẽ.i.sterilẽ fecit à malitia inhabitantiũ in ea.i. propter incolarũ eius peccata. Posuit desertũ in stagna aquarũ.i.terram aridã fecit aquosam,& terrã sine aqua posuit in exitus aquarũ.i.abundantẽ in aquis. Hæc omnia agit prouidentia dei secundũ exigentiã diuinæ iustitiæ & meritorũ vitæ humanæ,& collocauit illic.i.in terra aquosa & vberi esurientes.i.fructibus terræ indigẽtes,& cõstituerũt ciuitatẽ habitationis.i.loca habitabilia cõstruxerũt iuxta terrã tã fertilẽ, qtenus eã colere, eiusq; fructus pcipere possent,& seminauerũt agros pro cibo acquirẽdo,& plãtauerũt vineas pro potu habẽdo,& fecerũt fructũ natiuitatis.i.terrã & vineas sic coluerũt, q fructũ cõuenientẽ protulerũt,& bñdixit eis.i.hoĩb⁹ **F** dona suæ pietatis donauit,& multiplicati sunt nimis in terra tã bona ex benedictione diuina & iumenta eorũ non minorauit.i.pecora multiplicauit. Et iterũ propter sua peccata recẽtia pauci facti sunt nũero, quia partim occisi sunt aut alias perierũt, eo q deũ venerati nõ sunt,& vexati sunt à tribulatione malorum & dolore ex pœna eis inflicta à prauis hominibus & propter dolorem intrinsecum quem conceperunt ex morte proprinquorum suorum, per quorũ interitum pauci effecti sunt. Effusa est contentio super principes.i.principes inter se discordes fuerũt,& errare fecit eos in inuio.i.deus iusto iudicio pmisit eos à recta ratione deficere & nõ in via, qa nec in bona via dirigi meruerũt. Et adiuuit pauperẽ de inopia, ipm ditãdo,& posuit sicut oues familias.i.principibus inter se discordãtibus, multiplicauit filios subditorũ. Cætera patẽt ex pcedẽti articulo. Si aũt iste esset sensus à propheta intẽtus, nescio cur in fine psalmi psentis tam specialiter ac nouiter diceret. Quis sapiens & custodiet hæc. In quo vtiq; innuit psalmum psentem aliquid singulariter mysticum, fructuosum, atq; profundũ cõtinere. Idcirco non puto sensum istũ tã superficialem ac rudẽ à sancto propheta finaliter aut principaliter fuisse intentum, sed quemadmodũ asserit Augustinus, præcedentis articuli expositio vere exprimit sensum literalem psalmi præsentis.

Commen

## COMMENTARIVS IN PSAL. CVII.

A

### ¶Argumentum.

¶Titulus. Canticū psalmus Dauid. In hoc psalmo propheta moniturus nos ad operationē bonoꝶ, loquit in psona Chri deo patri vsq; ad mortē obedientis, q̄tenus eius exēplo obediamus deo in pceptis illius vt opa bona facientes, agamus Chro grās pro ipsius passione, resurrectione & glorificatione, p quæ mysteria vniuersus mūdus deo recōciliatus est, & subijciendus fidei Christianæ. In duas diuidit partes. Primo quidē laudat deum pro beneficio incarnationis quod futurum prænuntiabat, Et tum in altera parte conuertens se ad deum petit impletum iri id, pro quo se pollicitus est deum laudare, ibi, Exaltare super cœlos deus. Author ipsum quoq; de Christo exponit vnico commentario.

### ¶Expositio, Tituli.

¶Titulus psalmi psentis est. Canticū psalmus ipsi Dauid. i. scriptura hæc seu iste tractatus, est canticum, quia spūalem lætitiam continet, & psalmus, qm̄ ad operationē bonā nos admonet & cōuenit ipsi Dauid secundū triplicē modū. Conuenit em̄ sancto Dauid prophetæ sicut actori, & sicut ex circūstantia literæ tangitur, Psalmus iste est exultatio Dauid regis i domino gloriantis, & ei de suis beneficijs gratias referentis. s. de victoria sibi à deo cōcessa & restitutione regni Israel in statū bonū. Conuenit etiā ipsi Dauid. i. Christo p Dauid significato, & hoc secūdū allegoricū intellectū. Multa nāq; cōtigerāt sancto Dauid in figura dñi saluatoris. Cōuenit quoq; Dauid. i. ecclesiæ seu vnicuiq; Christiano in dño. Sed qm̄ expositio illa
B de Chro dulcior, fructuosior, deuotiorq; cōsistit, idcirco eā in primis introducere expedit. Christus ergo secundum quod homo, deo patri in cunctis obediens. Ait ad patrem seu totā superbeatissimam trinitatem.

### ¶Expositio psalmi.



1 PAratum cor meū, ⌋. i. voluntas mea tibi parere parata est, ⌊ deus ⌋ pater. Et
resumit ad confirmationē eius, quo modo dixit, ⌊ paratū cor meū, ⌋ paratū
(inquā) ad agenda tibi placentia, paratū ad sustinendū humanæ redemptioni Johan. 6
necessaria, paratum ad laudem, & paratum ad opus. Hinc em̄ apud Iohannē
Christus testatur: Descendi de cœlo, non vt faciam voluntátem meam, sed Mat. 26
eius qui misit me. Et apud Matthæum ait ad patrem: Non sicut ego volo, sed
sicut tu, ⌊ cantabo & psallā ⌋. i. verbis atq; operibus te laudabo, & tibi gratias agam, ⌊ in glo-
ria mea ⌋. i. in clara notitia laudibus mixta, quā notitiā mihi dedisti de tua bonitate ac maie-
state. Nisi em̄ quis deum cognoscat, eum laudare non valet, propterea sicut Christus homo
seu anima Christi deū excellentissime nouerat in hac vita, sic perfectissime deo decantauit,
psalmumq; dixit. Vel, psallam in gloria mea. i. in omni dignitate gratiæ mihi infusæ, ita qd'
omnia bona meæ humanitati collata in tuis præconijs occupabo, nec vnquā à tuo honore
cessabo, secūdū q apud Euangelistā professus sum: Ego quæ placita sunt ei, facio semp. Et: Johan. 8.
Ego nō q̄ro gloriā meā, sed honorifico patrē meū. Vel, in gloria mea. i. in beatitudine ani-
2 mæ meæ, & glorificatione corporis mei. ¶Exurge, ⌋ ad notitiā hoīm, & ad actū venera-
tionis diuinæ ⌊ psalteriū, ⌋. i. euangeliū seu doctrina mea euāgelica, in qua diuinæ maiestatis
sublimia decantaui, seu docui, quæ doctrina instar psalterij sonat suauiter in auribus dei, ⌊ &
C cithara ⌋. i. doctrina mea moralis, vita exemplaris, & passio mortis meæ, Hoc modo exurge
quatenus hoībus hæc innotescāt, eosq; ad imitationē inducāt, ⌊ exurgā ⌋ de loco sepulturæ,
⌊ diluculo ⌋. i. valde mane, secundū quod Lucas scriptū reliquit: Vna sabbati valde diluculo Lucæ. 24
venerunt mulieres & inuenerūt lapidē reuolutū ab ostio monumenti, & ingressæ, non inue
3 nerunt corpus dñi Iesu. Vnde & Marcus refert: Surgens Iesus prima sabbati. ¶Cōfitebor
tibi ⌋. i. laudabo te ⌊ in populis ⌋ Iudæoꝶ, ⌊ dñe ⌋ pater, quibus p meipm pdicaui, & inter q̄s
te semp laudaui, pcipue inter discipulos meos, q erant Iudæi, ⌊ & psallā tibi, ⌋ aplos & cæte- Marc. 16
ros meos ministros, ⌊ in nationibus ⌋. i. in gentilibus ad fidē p illoꝶ pdicationē conuersis.
Psallebat Christus in his gentibus deo, dum misit aplos prædicare Euangelium regni inter
gentiles. In euangelio nanq; deus summe laudatur. Hinc em̄ (referente Iohanne) ait patri vni Johan. 17
genitus filius: Ego te clarificaui super terram, opus cōsummaui q̄d dedisti mihi vt facerē, &
4 notum feci hoībus nomen tuū. Sic aūt laudaui te. ¶Quia magna sup cœlos mīa tua, ⌋. i. co
piose effusa est miseratio tuæ bonitatis sup ciues cœlestes. Et in ipsis refulget pietas, qm̄ sola
gratia sunt pseruati à malo, & confortati in bono, ⌊ & vsq; ad nubes veritas tua, ⌋. i. illumina
tio euangelicæ veritatis seu infusio sapientiæ salutaris sanctis apostolis & prædicatorib' bo
nis (qui cœli dicunt) impressa est, quemadmodū in euangelio promisisti: Cū venerit (inqui-
ens) ille spūs veritatis, docebit vos omnē veritatem. Deinde propheta Christū alloquitur.
5 ¶Exaltare sup cœlos deus ⌋. i. tu Chre verus deus existens, q in passione tantū conculca- Johan. 16
tus & humiliatus es, ascēde sup oēs cœlos, & redi vnde venisti, ⌊ & sup omnē terram gloria
tua ⌋. i. p totū mūdū diuulget excellentia tua, pdicet diuinitas tua, & agnoscatur gloria tua.

Esaię. 52 Quemadmodũ apud Esaiã prædictum est: Ecce exaltabit̄ seruus meus, & eleuabit̄, & subli- D
Esaię. 42 mis erit valde. Vnde & rursus Esaias dicit: Ponent dño gloriam, & laudem eius in insulis nũ
tiabunt. Hoc etiam Chrũs cõmisit implere post resurrectionem dicens apostolis: Eritis mi-
Actorũ. 1. hi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & vsq; ad vltimũ terræ. ⌊vt liberent̄, ⌋
per fidem & obseruantiam legis tuæ, ⌊dilecti tui ⌋.i. omnes à te ab æterno electi. Ideo enim
2. Tim. 2 Chrs misit apostolos prædicare vbiq;, vt saluerent̄ electi. Iuxta illud apostoli: Omnia ꝑpter
electos. ¶Saluũ ⌋ me ⌊fac dextera tua, ⌋.i. in dextera tua, ita vt in dextera tua in cœlo resi » 6
deã in bonis tuis potioribus atq; cœlestibus, ⌊& exaudi me, ⌋ ista precantẽ, ⌊deus loquutus »
est in sancto suo ⌋.i. pater loquutus est nobis in filio, qui est sanctus sanctoꝝ. Quæ aũt sequũ »
tur, possunt esse verba Christi, seu dei patris, vel totius supfelicissimæ trinitatis. ¶Exulta- » 7
bo ⌋.i. in electis meis lætabor, quia beneplacitum est domino in populo suo, & apud Hiere- »
Psal. 149 Hiere. 32 miam testatur: Lætabor super eis cũ benefeceris eis, ⌊& diuidam Sichimam ⌋.i. gentilitatẽ, »
quosdam gentilium conuertendo clementer ad fidem, alios iuste relinquendo, non enĩ om-
2. Tim. 3. nium est fides, Et in actibus apostolorum legitur: Paulus à spũ sancto prohibitus loqui ver-
Actoꝝ. 16 bum dei in Asia, ⌊& cõuallem tabernaculoꝝ dimetiar ⌋.i. populũ Iudæoꝝ discernam, quos- »
Roma. 11. dam eoꝝ conuertendo, & cæteros deserendo, reliquiæ enĩ per electionẽ saluæ factæ sunt, se-
Iohan. 13 cundũ apostolum. Et apud Iohannem dixit Christus: Non de omnibus vobis dico, ego scio
Genes. 33 quos elegerim. Per Sichimã autẽ intelliguntur gentiles, qa in terra Sichimorum morabant̄
pagani, per cõuallem vero tabernaculoꝝ designantur Iudæi, qm̃ (sicut in Genesi legit̄) Iacob
de Sina rediens, in hoc loco fixit tentoria, propter quod vocauit eũ Soccoht .i. tabernacula.
¶Meus est Galaad, ⌋.i. congregatio martyꝝ, qui proprij sanguinis effusione testimoniũ » 8
præbuerunt fidei Christianæ. Galaad nempe interpretatur acrius testimoniũ, ⌊& meus est »
Manasses ⌋.i. populus temporaliũ atq; carnaliũ obliuiscens, & diuina contemplans, ac cœle » E
Philip. 3. stia appetẽs, ad gregẽ pertinet electoꝝ meoꝝ. Manasses nãq; interpretat̄ obliuio, & aposto
lus ait: Quæ posteriora sunt obliuiscẽs, in anteriora extendo meipsum, ⌊& Ephraim ⌋.i. po »
pulus in bonis opibus fertilis est, ⌊susceptio capitis mei ⌋.i. à me suscipit̄, qa acceptus est mi- »
hi. Ephraim enĩ interpretat̄ fertilitas. ¶Iuda rex meus ⌋.i. pp̃lus cõfessoꝝ est rector cor » 9
Hiere. 3. poris mei mystici, puta ecclesiæ. Per cõfessores enĩ, qui vita & verbo dñm profitent̄ ac lau-
dant, alij gubernant̄, propter q̃d dñs p̄ Hieremiã loquit̄: Dabo vobis pastores scd̃m cor meũ
Iohan. 1. & pascẽt vos sciẽtia & doctrina, ⌊Moab lebes spei meæ. ⌋ Moab interpretat̄ ex patre, per »
Matt. 15 q̃d intelligunt̄ electi, de qbus dicit Euãgelista: Nõ ex sanguinib', neq; ex volũtate carnis, sed
ex deo nati sunt. Vñ & Chrs: Oĩs (inqt) plãtatio quã nõ plãtauit pr̃ meus cœlestis, eradica-
bit̄. Hi ergo sunt lebes seu olla spei ipsius Chr̃i, qa p̄ eos implet̄ illud, propter q̃d ipse sangui-
nẽ propriũ fudit. Ipsi nãq; saluant̄, & ita p̄ eos Chrũs reparat gloriã, glorificationẽ patris, p̄
apsum primoꝝ parentũ amissam. ¶In Idumæã ⌋.i. in terrã gentiliũ, ⌊extendã calciamẽ- » 10
tũ meũ ⌋.i. naturã meã humanã, q̃ erat velut calceamentũ diuinitatis, hoc calceamentũ Chrs »
in Idumæã extẽdit, dũ per totũ orbẽ seipm̃ p̄dicari, & ad alioꝝ notiã ferri fecit. Sicut de Pau
Actorũ. 6 lo in actis ait: Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meũ corã regibus & principibus,
⌊mihi alienigenæ ⌋.i. gentiles olim alieni à deo & fide, qui aliqñ nõ pp̃lus, ⌊amici facti sunt ⌋ »
per p̄dicationem apostoloꝝ credendo in me, propter q̃d ad Ephesios talibus scripsit apl̃us:
Ephesi. 2 Iam nõ estis hospites & aduenę, sed estis ciues sanctoꝝ & domestici dei. Et rursus ait: Vos qui F
Ibidẽ. eratis longe, nunc facti estis prope in sanguinẽ eius. Vnde & Balaam Numeroꝝ libro prædi
Num. 24 xit: Erit Idumæa possessio eius. Sed qm̃ ista facta sunt, non virtute humana & naturali, sed di
uina & supernaturali, ideo Christus vt homo subiungit. ¶Quis deducet me in ciuitatem » 11
munitam ⌋.i. in vrbem Romanam, quæ erat caput & dña mundi, de qua p̄ Esaiã prædictum »
Esaiæ 26 est: Ciuitatem sublimem humiliabit, quasi dicat, hoc humana virtute fieri nequit, vt ciuitas
ista conuertat̄ ad me. Veruntamen diuina virtute factũ est per p̄dicationem Petri & Pauli,
sicut Esaias disseruit: Conculcabit eam pes pauperis .i. Petri piscatoris, gressus egenoꝝ .i. in
Ibidẽ. troitus Petri & Pauli, ⌊quis deducet me vsq; in Idumæam? ⌋ vt tota terra recipiat sup se iu- »
gum meum, & credat in me. ¶Nõne tu deus ⌋ hæc facies, ⌊qui repulisti nos? ⌋.i. qui cor » 12
pus meum mysticum ex gentibus congregatum multo tempore deuiare p̄misisti, antequam
Actoꝝ. 17 conuerterentur, qñ & nondũ erãt corpus mysticum actualiter, sed p̄ prædestinationẽ, quẽ-
Mat. 28 admodum in actis apostoloꝝ asserit Paulus: Prioris ignorantiæ tẽpora despiciens deus, Vel
repulisti nos .i. corpus meum & animam, quoad vires inferiores in passione quodammodo
dereliquisti, ita vt proclamarem: Deus meus vt quid dereliquisti me, ⌊& non exibis deus in »
virtutibus nostris ⌋.i. ista nõ facies in nostra virtute, seu viribus creaturæ, sed potestate diui- »
na. Dicit̄ aũt deus exire, nõ motu aut loco, sed operatione. Deinde orat Chrs, inquantũ passi
bilis fuit, pro reunione corporis sui, ac animæ. ¶Da nobis auxiliũ de tribulatione ⌋.i. de » 13
morte mihi in passione illata resuscita me, q̃d à te solo petere debeo, ⌊quia vana salus hoĩs, ⌋ »
.i. hõ purus verã salutẽ cõferre nõ p̄t, nec aliquẽ liberare. Imò q̃ spetat ab eo salutẽ, vanus &
stult'

A stultus est. ¶In deo faciemus virtutē.i.diuina potestate iterum vniemur,& de sepulchro egrediemur,atq; in cœlos ascēdemus,ō aia mea & corpus meū,Et ipse.i.deus I.ad nihilum deducet inimicos nr̃os.i.populū Iudæorum,priuando eū gr̃a in p̄senti,& gloria in futuro,atq; per Romanos pro magna parte eum interimendo.

¶Expositio Tropologica eiusdem psalmi,in q̄ breuiter tāgit lr̃alis expositio eius.

PSalmus iste contextus est ex duorum psalmorum particulis.Prima em̄ pars psalmi huius vsq; ibi,Saluum fac dextera tua, accepta est ex psal.56.qui incipit,Miserere mei de us,miserere mei.Reliqua vero pars eius accepta est ex psal.59.cuius exordiū est,Deus repulisti nos.Moraliter aūt cōpetit psalmus iste ecclesiæ cuilibetq; deuoto, grato & feruido amatori,q ex sanctæ charitatis feruore modū ignorante,& de dilecto plenissime cōfidente,ait ad dn̄m. Paratū est cor meū deus,paratū est cor meū,vt agā & patiar oīa tibi placētia.Oro vt fiat volūtas tua in me,quicquid placuerit tibi,hoc erit optimū mihi cunctis diebus,qbus subsisto.Cōmendo me tibi,tuæ volūtati relinquo & offero me totū.Ecce ī isto consistit tota nr̃a p̄fectio,quo em̄ cor nr̃m paratius est ad oīa deo placētia,tanto deo similiores,chariores q; sumus,& oīa q̄ postulamus facilime acquiremus.Hæc nāq; cordis prōptitudo ex feruida dilectione p̄cedit,& tāto sunt opa nr̃a interiora & exteriora vehemētius meritoria,q̄ ex corde paratiore seu prōptitudine ampliore nascunt̄,& tanto est ista præparatio

B maior,q̄to fuerit amor priuatus minor,atq; diuina dilectio maior.Hinc nāq; ad Corint.dicit ap̄lus:Nō ex tristitia aut necessitate,hilarē em̄ datorē diligit deus.Et in lib.Paral.Dauid loquutus est:Tu aūt fili mi scito deū patris tui,& serui ei corde p̄fecto,& animo voluntario. 2.Cor.9 1.Par.28

Cantabo,verba diuini p̄conij proferendo,Et psallam,opera sancta prosequendo in gloria mea.i.in sp̄uali lætitia.Vel,in gloria mea.i.conscientia pura.Nā gloria nostra hæc est, testimoniū conscientiæ nostræ,secundū Apostolum.Ista ad literam conueniunt sancto Dauid, 2.Cor.1.

qui propter beneficium restitutionis regni sui in bonū statum gratias agit deo,offerēs se paratum ad vnuersa deo accepta.Exurge psalteriū & cithara,In his eī musicis instrumētis laudauit deum,Exurgam diluculo.i.mane consurgam de lecto,vt dn̄o psallā & obsequar.Spiritualiter vero,p̄ psalterium,quod habet decē chordas atq; ā superiori parte reddit sonū,intelligit̄ custodia p̄ceptorum decalogi,quæ ā cœlo donata & iussa sunt nobis,quorum vtiq; obseruatio dulcius sonat in auribus dei,q̄ omnia musica instrumenta.Per citharā vero,q̄ sex chordas habet vel septem,& ab inferiori parte efficit sonū,intelligunt̄ opera misericordiæ q̄ circa corporis indigentiam occupantur atq; ad vitā spectant actiuam.Est igit̄ sensus, Exurge psalterium.i.obseruatio præceptorum altissimi excitare & esto in me,vt p̄ te deum collaudem 2.Reg.6 Exod.34

Sic quoq; exurge,& cithara.i.operum misericordiæ executio.Nā benefacit animæ suæ vir misericors.Et:Beati misericordes,q̄m ipsi misericordiā consequētur.Et ideo ī Tobia habetur: Quō poteris ita esto misericors.Et in libro Iob:Ab infantia creuit mecum miseratio. Exurgā ā lecto,ā p̄ctō,ab accidia,diluculo.i.in principio auroræ in infusione illuminationis diuinæ.Hinc em̄ in Eccl libro inducitur:Iustus cor suum tradet ad vigilandū diluculo ad dominum.Esaias quoq;:De mane(inquit)vigilabo ad te.Cōfitebor tibi in populis dn̄e.i.coram alijs te laudabo,& psallā tibi in nationibus.i.p̄sentibus alijs te honorabo.Non erubescā no- Prouer.11 Matt.5 Tobie.4 Iob.31 Eccl.39 Esaie.26

C men tuum corā hominibus,q̄m tu dixisti:Qui me confessus fuerit corā hominibus,confitebor & ego eū corā patre meo.Et in Matth.Sic luceat lux vestra corā hominibus,vt videant bona facta vestra,& glorificent patrem vestrū qui in cœlis est.Interdū etiā debemus domino confiteri nostra p̄ctā in populis,quādo videlicet p̄ctā manifesta sunt.Quia magna super Luce.12 Matt.5

cœlos.i.sup omnes qui in terra cœlestem atq; angelicā vitā ducunt, quorum conuersatio extat in cœlis,Misericordia tua,Quicqd em̄ boni in eis est,ex tua ordinatione & bonitate manauit,depēder,& cōseruat̄.Vel,sup cœlos.i.beatos in patria,q̄m ipsi p̄ misericordiā beatitudinē suā adepti sunt.Et vsq; ad nubes.i.angelos sanctos,veritas tua.i.illuminatio tua pertingit.Nā secundū Dionysiū.XV.cap.cœlestis Hierarchiæ,Per nubes sacra scriptura intelligit angelos,q̄m ipsi primo & immediatius,copiosius q; summæ lucis radios suscipiūt,eosq; transfundunt in alios.Exaltare sup cœlos deus.i.ab omnibus ciuibus patriæ cœlestis,adoreris,magnificeris,atq; lauderis,& sup omnē terram.i.tota militanti ecclesia augeat̄, & semp exista gloria tua.i.clara nominis tui notitia,laudatio gloriosa,veneratio q; præclara,quatenus oēs conuertant̄ ad te,& tibi obediant,gloriā q; psoluant.Vt liberent̄ dilecti tui ab omni periculo.Saluū fac me dextera tua.i.p̄ benignā tuā subuētionē ac gratiosam p̄sentiā,& exaudi me,ista p̄cantē.Deus loquutus est p̄ inspirationē internā seu angelicā reuelationē, in sctō suo propheta.s.me,seu alio q̄cūq;,hoc q̄d sequit̄.Exultabo & diuidā Sichimā,&c. cuius expositio in p̄cedēti articulo posita est.Deus em̄ diuisit atq; dimēsus est Sichimā & cōuallem tabernaculorum p̄ p̄dicationē primitiuæ ecclesiæ.& ita ecclesia aliq̄ modo diuisionem hanc fecit electorum ā reprobis,iuxta sensum expositum.Similiter ipsa dicere potest, Meus est Galaad & meus est Manasses,& Ephraim susceptio capitis mei,q̄m populi sancti & Christiani per Philip.3

Galaad & Manaſſen ac Ephraim deſignati, prout in ꝑcedenti articulo dictum eſt, ad vnitatem & myſticũ corpus eccleſiæ pertinent. ſ. martyres ſignificati per Galaad, oblitores temporalium rerum figurati ꝑ Manaſſen, operatores idonei ꝑ Ephraim denotati. Et de Ephraim ait eccleſia, quòd ſit ſuſceptio capitis ſui. i. à Chriſto capite ſuo populus fœcundus in bono ſuſcipitur. Iuda. i. dño confitens verbo ac opere eſt rex meus. i. rector membrorum eccleſiæ, quia à talibus inferiores regendi ſunt. Moab. i. populus ex patre genitus. ſ. filij ſummi
1. Tim. 3 patris. Lebes ſpei meæ, quia in talibus cõfidit eccleſia ꝙ ſaluabunt, eo ꝙ ſcriptũ ſit in prima canonica Iohãnis: Omnis qui natus eſt ex deo, nõ peccat, qm̃ ſemen dei manet in eo. Deinde eccleſia ait, In Idumæã extendã calceamentũ meũ. i. pedes meos ad gentiles extendã, ꝑdi-
Actorum 13 cando ꝑ totũ mundũ, quẽadmodũ dicit apl's: Ecce cõuertimur ad gentes. Mihi alienigenæ amici facti ſunt. i. gentiles ꝑ charitatẽ vnũ facti ſunt mecũ in Chriſto. Oẽs nãq; fideles ꝑ cha-
Ephes. 2 ritatẽ vniunt in deo, quia (vt ait apoſtolus) Chriſtus eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnũ. Vn-
Zacha. 6 de & in Zacharia ꝑdictũ eſt: Conciliũ pacis erit inter duos illos. In eccleſia equidẽ Chriſti, duo populi charitatiue adunati ſunt, vtpote Iudæi & Gentiles. Et ecce q̃ amiciſſimi atq; cha-
1. Theſ. 2 riſſimi facti ſint cõuerſi ex gẽtibus primitiuæ eccleſiæ, q̃ ex Iudęis cõſtabat. Paulus eñ Theſſaloniceñ. ſcribens: Fratres (inquit) mei chariſſimi & deſideratiſſimi, gaudiũ meũ & corona.
2. Cor. 12 Et alibi: Libentiſſime impendã & ſupimpendat ipſe pro aĩabus veſtris. Ruſuſq;: Tunc nos
1. Theſſ. 3 viuimus, ſi vos ſtatis in dño. Sed q̃ iſta progreſſio & ꝑdicatio eccleſiæ ꝑ vniuerſum mundũ facta eſt, nõ virtute hũana, ſed poteſtate diuina, ideo ſubdit eccleſia in ꝑſona ꝑdicatoꝝ ſuoꝝ Quis deducet me in ciuitatẽ mũnitã. Et patet ſentẽtia ex ꝑdictis. Da nobis auxilium de tribulatione. i. aduerſus oẽs perſequutiões & aduerſitates, ne opprimamur à malis. Sed patiẽtiam cõſeruemus, atq; ꝑ eam omnia dura vincamus. In deo. i. per grãm dei, faciemus virtutẽ, reſiſtendo mundo, carni, ac dæmoni. Atq; diuina mãdata ſeruando. Et ipſe ad nihilũ deducet & conteret ac deficere faciet inimicos noſtros viſibiles & inuiſibiles, ſecundũ quod ad Romanos ſcriptũ eſt: Deus conteret Satanã ſub pedibus veſtris velociter. Demũ oĩa iſta cõueniũt
Roma. 16 ſancto Dauid, ſicut & cæteris ſanctis, ſecundum ſenſum iam explanatum, vſq; ad id, Deus loquutus eſt in ſancto ſuo. Hæc ergo de Dauid literaliter exponenda ſunt. Ait itaq;: Deus locutus eſt in ſancto ſuo. i. per Samuelem & Nathan prophetam. Dixit & promiſit mihi q̃d ego Dauid exultabo & diuidam. i. cũ lætitia metiar Sichimam. i. ſpolia terræ Sichimoꝝ, ſeruis & adiutoribus meis mecũ contra illam pugnantibus, & conuallem tabernaculorum. i. locum, qui dicitur Soccoth iuxta Iordanem, dimetiar. i. filijs Iſrael reſtituam, dando vnicuiq; debi-
2. Regũ 8 tam partem. De hac nanq; conualle expulit Dauid Philiſtæos, qui eam iniuſte poſſiderant. Sed quoniam Dauid hæc fecit adiutorio populi ſui, eorum præcipue qui magis bellicoſi ac fortes fuerunt. Idcirco nominat tribus illas quæ ei adiutorium præbuerunt. Meus eſt Gala-
Gene. 41. ad. i. populus habens terram Galaad in poſſeſſionem trans Iordanem, qui erant nominati in
Iudic. 6 robore propter Iair & Iepte de illa terra exortos, & meus eſt Manaſſes. i. populus ex filio Ioſeph dicto Manaſſes progenitus, qui populus erat famoſus propter Gedeonem ex illa progenie natum. Et Ephraim ſuſceptio capitis mei. i. populus ex Ephaim genitus à me principaliter acceptatur, quoniã numeroſus atq; fortiſſimus erat, & Ioſue de hac tribu fuit, ꝑtulitq;
Gene. 48 Iacob Ephraim ipſi Manaſſe. Iuda rex meus, quia de Iuda principes erant. Moab lebes ſpei meæ. i. per adiutorium dei confido Moabitas expugnare ac poſſidere, quemadmodum poſſidetur olla à patrefamilias. Hoc etiam factũ eſt, nam Moabitæ ſeruierunt Dauid ſub tributo. In Idumæam. i. in terram Edom, in qua moratus eſt Eſau. Extendam calceamentum meum,
3. Regũ 8 i. illam intrabo, & calceatus ꝑ eam meabo, ſubijciens eam imperio meo. Mihi alienigenę. i.
Gene. 25 gentes in circuitu Iudææ manentes, amici facti ſunt, id eſt, confœderati, poſtulantes ſibi pacem dari à me, quoniam vero Dauid cognouit iſta ſe non poſſe implere propria poteſtate, ſed adiutorio dei, ideo ſubdit. Quis deducet me in ciuitatẽ munitã? muris ac portis, quis deducet me vſq; in Idumeã vt eã mihi ſubijciam. Nõne tu deus, qui repuliſti nos. i. qui ꝑteritis tẽporibus permiſiſti populũ Iſrael grauiter, multipliciterq; affligi. Cætera eluceſcunt ex præinductis. Ecce pſalmũ in exordio ſui ſpũali lætitia plenũ, & feruido amatori ſuauẽ audiuimus. Et oĩno conandũ eſt nobis taliter ĩ diuino amore ſuccreſcere, vt vere dicamus. Paratũ cor meũ deus, paratũ cor meũ. Decet nãq; rationalẽ creaturã creatori ſuo ꝑfecte eſſe ſubiectã, & toto deſiderio ad ipſius bñplacitũ promptã. Debet q̃q; quilibet noſtrum ſeipm̃ hortari excitare & inflãmare ad dei ꝑconia atq; obſequia, dicẽdo: Exurge pſalteriũ & cithara. Vnde
Hebræ. 3 ad Hebræos dicit apoſtolus: Adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Debemus inſuper omni hora firmum habere propoſitum indeſinenter laudandi ac venerandi altiſſimum, dicentes intra nos, Exurgam diluculo, & confitebor tibi in populis domine. In omnibus vero & ſuper omnia decet, imò oportet nos dei honorẽ intẽdere, in eius laudibus exultare, eius beatitudini cõgaudere ſcd̃m ꝙ charitas diuia efflagitat. Demũ vt nos pertineamus ad gregem dominicũ ſtudeamus ſpũaliter eſſe Galaad

Manaſ-

A Manasses, Ephraim, & Iudas. Galaad nãq; efficimur, dũ fidē nostrã opibus attestamur in trñ, vt nullus dicere possit, qn bona sit fides illa, quæ talem cõuersationē suggerit & requirit. Manasses aũt efficimur tpalia obliuiscēdo, cęlestiumq; bonoꝝ affectuose reminiscēdo, q̊uatenus sicut hortať Apſus reuelata facie gloriã dñi speculemur, nũcq; quotidie in Chriana sapia illustremur, quã in trñ cõcupiuit Apſus, vt ad Philippēses dixerit: Existimo oia detrimētum esse ꝓpter eminentē sciam dñi nři Iesu Chři, & omino decet vt victũ & qbus tegamur habentes, tpaliũ solicitudinē relinquamus, atq; in cœlestibus bonis totalr occupemur. Efficimur aũt & Ephraim in spũalibus opibus fructificãdo, & opa spũs efficaciter exercendo. Iudas aũt efficimur, dño ore ac ope confitēdo. Postremo cõmemorandũ est, q̊d circa illud: In deo faciemus virtutē, dicit sanctissimus Hieronymus nř. Nõ habemus (inqt) spem nisi in deo trñ. Non dicamus, si istud aut illud mihi euenerit, vnde habeo viuere. Si senuero, si infirmus factus fuero, vnde viuo? Chřm habes & times? Si volatilia pascit, dubitas quòd possit te pascere? Nos ergo omnem solicitudinem proijciamus de cordibus nostris, & dicamus: In deo faciemus virtutē, & ip̄e erit virtus nostra, & rector noster. 2. Cor. 3 Phil. 3. 1. Timo. 6

## COMMENTARIVS IN PSALMVM CVIII.

¶Argumentum.

¶Titulus: In finem (siue victori) Psalmus Dauid. Loquiť hic Propheta in ꝑsona Chři etiã ad lřam de sua passiõe, & traditõe ꝑ Iudã facta, ac multiplici eius pœna, interim quoq; de ma-
B litia & pœna ingrati Iudæoꝝ ppli. Porrò voluit nos cõmonere, quatenus hmõi declinarem⁹, & Chřm in sua humilitate imitaremur. Tres habet ꝓinde partes: Chřus qppe introduciť tria petēs nempè primo laudis suę diuulgationē id q̊d meritò suæ passiõis cõgruebat. Deinde inimicoꝝ q hmõi passionũ ꝓcurabant deiectionē, ibi: Constitue sup eum. Et postremo gloriã resurrectõis, ibi: Tu aũt dñe fac mecum. Author in primis exponit ip̄m ad lřam de Christo. Et postea quoq; tropologicè de membris eius.

¶Expositio Tituli.

¶Est aũt Psalmi ꝑsentis titulus iste. In finē Psalmus Dauid, hoc est, psalmus iste in finem q Chřus est nos erigēs, qa de eo conscriptus est, est ipsius Dauid tanq̃ actoris. Quid eñ hic psalmus de Chřo ad lřam loquať, Apřica authoritate probať. Nam Petrus, referēte Luca in Actis allegat scripturã huius Psalmi loquentē de Iuda proditore, & pœna sibi inflicta, ꝓpter pcťm quo tradidit Chřm. Sic enim ait in Actis: Exurgens Petrus in medio fratrum dixit: Viri frēs oportet impleri scripturã, q̃ pręd̄ixit spũs sanctus ꝑ os Dauid de Iuda, q fuit dux ęoꝝ q comprehēderũt Iesum. Et post pauca. Scriptũ est (inqt) in libro Psalmoꝝ: Fiat commoratio eoꝝ deserta & nõ sit q habitet in ea. Et episcopatũ eius accipiat alter. Huius aũt authoritatis prima pars habita est in Psalmo quodã præcedēti. Alia vero pars eius contineť in psalmo ꝑsenti. Petrus aũt vtrãq; scripturã coniũgit, qm̃ Psalmus vterq; de Chři loquiť passione. Prima quoq; pars authoritatis istius explicat pęnã Iudęoꝝ, q ad Chři emptionē & occisionē ex inuidia noti sunt. Secũda vero pars eius exprimit pœnã Iudæ, q ad Chři venditionē ex auaritia motus est. Et sicut verba ementiũ atq; vendētiũ cõmixtim narranť ac describunť, ita in Psalmo hoc verba Iudæ proditoris ac Iudæoꝝ ementiũ simul referunť, atq; concurrũt. Chřus igiť secundum q aliquo modo viator erat, & passibilis, patrem orat, dicendo. Acto. 2

¶Expositio Psalmi.

C

1 DEVS laudem meam ne tacueris.] Hoc est, eam non cæles, neq; taceri ꝑmittas: sed tu qui vides me à Iudæis vituperari & occidi, nec propriam gloriam quærere, sed oia ad tuũ honorē referre. Fac mihi sicut facio tibi, ita vt gloriam Matt. 27
meam & laudem atq; iustitiã alijs manifestes, eosq; ad me laudandũ couertas.
Hoc est quod Chřus Iohannis. 17. deprecať: Pater, venit hora, clarifica filiũ tuũ Iohan. 17
vt filius tuus clarificet te. Hæc aũt ô pater te postulo, [quia os pctõris] id ē,
popouli sacerdotalis, [& os dolosi] .i. Iudæ proditoris, [sup me] .i. cõtra me, [apertũ est.]
Sacerdotes cõcitauerũt plebem cõtra Chřm, & multas blasphemias cõtra Chřm locuti sunt Iohan. 10
ipsi cũ suis fautoribus, dicentes. Isanit, qd eũ auditis? Et alibi apud eundē Euangelistã. Nõne Iohã. 8
benedicimus nos, qa Samaritanus es tu, & dæmoniũ habes? Iudas quoq; contra Chřm os suũ
aperuit. Quid (inquiēs) vultis mihi dare, & ego eum vobis tradã? Et quod Lucas refert. Quē- Matt. 26
2 cunq; osculatus fuero, ip̄e est, tenete eum, & ducite eum caute. ¶[Locuti sunt] Iudæi & sacer Luce. 22.
dotes [aduersum me lingua dolosa] proferenda adulatoria, vt me caperent in sermone. Sic Matt. 22
etiam apud Matthæum dicunt. Magister scimus, qa verax es, & viam dei in veritate doces, Matt. 14.
& non est tibi cura de aliquo, [& sermonibus odij circundederunt me] dicentes ad me in die
Palmaꝝ. Audis q d isti dicunt? Et apud aliũ Euangelistã. Tu de teip̄o testimoniũ ꝑhibes, te- Iohan. 8.
stimoniũ tuũ nõ ē veꝝ. Et alibi. Nos scimus, qa hic hõ pctõr ē. Vñ ꝑ Ozeã ait saluator. Præ- Iohan. 4.
uaricati sunt in me, & ego redemi vos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia. Et in Hieremia Osee. 7.
Audiui contumelias multorum, & terrorem in circuitu, persequimini & persequamur eum. Hiere. 20.

 & expu-

[& expugnauerunt] .i. vsq; ad mortẽ persecuti sunt [me gratis] .i. sine rõnabili causa quod » D
Johan.18 Pilatus Iudæis dicebat: Nullã causam inuenio in homĩe isto, sed neq; Herodes. ¶ Pro eo, vt » 3
me diligerẽt] Hoc est, pro beneficijs meis eis à me collatis, ꝓpter quę me tenebant diligere, »
Joh.7 Matth.11 [detrahebãt mihi] dicentes: Seducit turbas. Et ecce homo vorax, potator vini, publicanoꝝ »
Johan.19 & pctõꝝ amicus. Et: Nõ est hõ à deo, q sabbatũ nõ custodit, [ego autẽ orabã] ꝓ cõuersione »
Esaiæ.53 eoꝝ. Nã in cruce suspẽsus dixit: Pater ignosce illis. Vnde in Esaia scriptũ est: Et ꝓ trãsgresso
Acto.1. Matth.5 ribus orauit. Chr̃us eñ impleuit q̃d docuit, qm̃ cœpit facere & docere. Docuit aũt ꝓ aduersa
rijs esse orandũ. Orate (inquiẽs) ꝓ ꝑsequẽtibus & calũniãtibus vobis. Ipse igit ꝓ inimicis suis
obtulit p̃cẽ. ¶ Et posuerũt aduersum me mala ꝓ bonis] .i. iniurias verboꝝ ac verbeꝝ intule » 4
runt mihi, ꝓ informatõe qua eis regnũ dei annũtiaui, & multa corã eis miracula feci, vt cõuer.
Johan.10. Hiere.18. terent ad fidẽ. Vnde teste Iohãne, locutus sum eis: Multa bona oñdi vobis ex p̃re meo, ꝓpter
quod hoꝝ me lapidatis. Et ꝑ Hieremiã: Nunq̃d reddit pro bono malũ, quia foderũt foueam
animę meę, [& odiũ pro dilectõe mea] .i. pro dilectõe mea repẽderũt mihi rãcorẽ. Quẽad- »
Matt.7. modum Ozee legit: Ecce: Ego erudiui eos, & roboraui brachia eoꝝ, & in me cogitauerunt
malitiã. Hinc quoq; apud Matthęũ Chr̃us ait: Hier̃lm, Hier̃lm, quoties volui cõgregare filios
tuos, quẽadmodũ gallina cõgregat pullos suos sub alis, & noluisti. ¶ Cõstitue sup eũ] .i. po » 5
pulũ Iudæoꝝ, [pctõrem] .i. principẽ malũ, propter demẽrita ppl̃i huius, quẽadmodũ in li- »
Job.34 bro Iob habet: Regnare facit hypocritã ꝓpter pctã ppl̃i, hoc impletũ est, qm̃ Caiphas, pon-
tifex fuit anni illius, q merito appellat pctor, qm̃ dedit finale consiliũ de occisione Chr̃i, dicẽ-
Johã.11 do: Expedit vobis, vt vnus moriat pro populo. Ab illo ergo die cogitauerũt interficere eum
vt dicit Iohannis.11. Vel: Constitue sup eum .i. populũ istũ, & etiam sup Iudam proditorem, E
Joh.8.11 pctõrem .i. diabolum, cuius voluntati deseruiant ꝑseuerantes in malo. Hinc Chr̃us apud Io-
hannẽ asseruit: Vos ex p̃re diabolo estis, & desideria p̃ris vestri vultis ꝑficere. Merent eñ dæ-
Lucæ.22. moni subdi, q nolunt acquiescere saluatori. Vnde de Iuda apud Lucã habet: Intrauit satanas
in Iudam, q cognominabat Iscarioth, [& diabolus stet à dextris eius] .i. cooperet & in malo »
assistat ꝑ suggestionẽ occultã, tam pp̃lo Iudæoꝝ q̃ proditori. Ex dæmonũ eñ suggestiõe cõ
citati sunt, ꝑsequi Chr̃m. Hæc dicunt nõ optãdo, sed p̃dicendo, & q̃d illi mereant oñdendo.
Ipsi eñ meruerunt sic possideri à dæmone. ¶ Cum iudicat] ipse Iudas à Chr̃o [exeat con- » 6
demnatus] hoc fuit impletũ in cœna. Protulit nãq; Chr̃us iudiciũ contra Iudã, dum dixit in »
Matt.26 cœna: Væ homini illi, ꝑ quem filius hoĩs tradet: bonum ei esset, si natus nõ eẽt homo ille. Hoc
Johan.13. aũt iudicio prolato, dedit Chr̃us Iudæ buccellã, qua sumpta, introiuit in eum satanas, & exi-
uit continuò de felicissimo illo Chr̃i atq; Apostoloꝝ collegio ad filios tenebraꝝ, & tunc dam
natus erat s̃nia Chr̃i. Vel sic, cũ iudicat, populus Iudæoꝝ seu proditor particulari iudicio, tẽ-
pore mortis, vel vniuersali iudicio in die nouissimo, exeat à conspectu iudicis, condẽnatus, in
Matt.26 ignẽ æternũ, [& orõ eius] .i. sermo Iudæ. Oratio eñ dicit quasi oris rõ, [fiat in pctm̃] .i. im »
putet ei in culpã. Sicut dum dixit: Aue rabbi: Et, quemcũq; osculatus fuero, ipse est. Imò pęnia
Matt.27 eius versa est ei in desperatõis pctm̃. Cum eñ dixisset, peccaui, tradẽs sanguinẽ iustum, despe
rauit, & laqueo se suspendit: quod fuit pctm̃ in sp̃m sanctum. Nam sc̃dm Hieronymũ magis
peccauit desperando, & seipm̃ occidendo, q̃ Chr̃m tradendo. Vel, orõ .i. petitio deo oblata,
fiat in pctm̃ .i. deo displiceat, & vitiosa existat. Vel, saltem occasio fiat culpæ maioris, eo q͂ cõ
Matth.6 tra formam à Chr̃o præfixam oret. Chr̃s nãq; in orõne quã docuit, dixit: Et dimitte nobis de F
bita nostra, sicut & nos dimittimus. Sicut aũt Iudas nõ fecit, idcirco sc̃dm Cassiodoꝝ pecca-
uit, dicendo: Dimitte nobis debita nostra sicut & nos &c. quoniam in fraterno fuerat odio.
¶ Fiant dies eiuş (.s. Iudæ) pauci] Nam statim seipm̃ peremit ex desperatiõe, Christo dãnu » 7
Matt.27 dicato. Nam laqueo se suspendit, vt dicit apud Matthæũ: Et suspẽsus crepuit medius, & diffu
sa sunt om̃ia viscera eius, vt Actuum primo inducit: [& episcopatũ eius (.i. apostolatũ) acci- »
piat alter] puta Matthias, q pro eo in Apostolum est electus, prout in actibus Apl̃oꝝ pleni- » 8
Ibidem. us recitat. Vnde ep̃i dicunt, & sunt successores Apl̃oꝝ. ¶ Fiãt filij eius orphani, & vxor eius »
vidua] Horum vtrũq; simul factũ est, eo suspenso, & merito. Nam vt fert pro filijs & coniuge
Johan.12. sustentandis atq; ditandis furabat ea quæ Chr̃o dabant, cuius ipse procurator fuit. Et huic cõ-
sonare videt, q̃d à Iohanne scriptum est, vbi post verba Iudæ quibus dixit: Quare vnguẽtum
hoc non venijt tricentis denarijs, & datum est ægenis. Subdit Euangelista: Hoc autem dice-
bat, non quia de ægenis ad eum ꝑtinebat: sed quia fur erat, & loculos habens. Deinde descri-
bit pœna populi Iudæorum, qui dici possunt filij Iudæ, quoniam malitiam eius imitati sunt,
de quibus subiungitur. ¶ Nutantes] Hoc est, gressu titubantes, & certum locum quo ire de » 9
beãt ignorantes, [transferantur] de propria terra, [filij eius] id est, Iudæi, [& mendicent] »
tanquàm ab aduersarijs suis scilicet Romanis, spoliati bonis immobilibus, atque mobilibus,
[eijciant de habitationibus suis] ad terras alienas. Hæc om̃ia facta sunt eis à Tito atq; exerci- »
Ozee.9. tu Romanorum, quemadmodum ꝑ Ozee prophetã Christus prędixit: Exosos habui eos pro
pter malitiam adinuentionum ipsorum, de domo mea eijciam eos, & erũt vagi in nationibus.

¶Scrutet

10 ¶Scrutet fœnerator⌋ Hoc ẽ, exactor. s. Titus ⌊oẽm substãtiã (.i. diuitias) eius⌋.i. populi
A Iudęorũ. Titus nãq; fecit substãtiã Iudęorũ diligẽter inquiri ac tolli, ⌊& diripiãt alieni⌋.i. Ro
11 mani ministri Titi, ⌊labores eius⌋.i. diuitias Iudæorũ labore adeptas. ¶Non sit illi (popu-
lo Iudæorũ) adiutor⌋contra Romanos. Nullus em̃ ausus erat eos iuuare, imò vt Iosephus scri-
bit: Agrippa rex q̃uis esset Iudæus, adhæsit tñ Romanis, ⌊nec sit q misereat pupillis eius.⌋.i.
12 filijs Iudæorũ occisorũ, Romani em̃ sine mĩa eos vel occiderũt, vel vendiderũt, vel grauiter af
flixerunt. ¶Fiant nati eius in interitũ⌋ Hoc est, filij ppl̃i huius gladio, fame, & pestilẽtia pe-
reant, quod factum fuit in obsidione Hierl̃m à Romanis, ⌊in generatõe vna deleat nomen
eius⌋.i. populus ille cũ filijs suis infra tp̃s vnius generatõis deficiat. Hoc planè impletũ est, q̃a
post quadraginta circiter annos à Chr̃i passione destructa est Hierosolyma, & populus eius
deletus est à principe & exercitu Romanorũ, quẽadmodũ in Daniele, pphetatũ agnoscimus. Dan. 9
Post hebdomadas (inq̃t) sexagintaduas occidet Chr̃s & nõ erit eius pplus q̃eũ negaturus est.
13 & ciuitatẽ & sanctuariũ dissipabit pplus cũ duce futuro. ¶In memoriã redeat iniq̃tas p̃rm
eius⌋ Hoc est, pc̃tm̃ in Chr̃m cõmissum à p̃ribus Iudæorũ, q erãt tp̃e Titi, recolat, ⌊in cõspe
ctu dñi⌋.i. corã deo, ita q̃ puniat nõ solũ in p̃ribus q Chr̃m occiderũt, & tp̃e Titi pro maiori
parte defuncti fuerũt, sed etiã in filijs, p̃rm infidelitatẽ, & culpas sectãtibus, quatenus impleat
quod p̃res horum filiorum corã Pilato clamabant: Sanguis eius sup nos, & sup filios nostros, Matt. 27
⌊& pc̃tm̃ m̃ris eius⌋.i. infidelis synagogæ, ⌊non deleat⌋ q̃m ipsa non pœnitet, idcirco in p̃-
senti vita punit tẽporal̃r, & in inferno æternal̃r. Vnde Chr̃us de eis ait Ozee: Non addã vt Ozee. 9
diligã eos. Sed cum in Ezechiele dñs dicat: non erit vobis istud in prouerbium, p̃res comede Ezech. 18
B runt vuam acerbam, & dentes filiorũ obstupuerunt. Et iterũ: Anima quæ peccauerit ipsa mo- Ibidem.
riet, filius nõ portabit iniq̃tatem p̃ris, & p̃r nõ portabit iniq̃tatem filij: quæri potest: Quomõ
pc̃tm̃ Iudæorũ vindicat in filijs. Et r̃ndendum, q̃ duplex est pœna, videlicet tẽporalis & ætet
na. Iterũ quædam est pœna inferẽs damnum in sp̃ualibus bonis, alia vero est pœna damni cor
poralis: dum ergo filij non imitant pc̃tã parentũ, non puniunt pro pc̃tõ illorũ pœna æternali
aut sp̃uale nocumentum inferenti, vcʒ gratiæ subtractionum in præsenti, aut gloriæ in futu-
ro. Dum vero pc̃tm̃ parentum sequunt, puniunt tali quali & illi, & interdum grauiori. Porrò
dũ filij non imitant pc̃tã parentũ, puniunt q̃nq; pro pc̃tõ parentũ pœna temporali, & corpo
rale nocumentũ inferenti, eò q̃ filius sit aliquid suorũ parentum tanq̃ de eorũ substãtia natus.
Quemadmodũ pomũ pendẽs in arbore est aliquid arboris. Nec hoc iniustum putet, præser
tim cũ scd̃m leges humanas vnus hoc modo puniat pro culpa alterius: sicut pro crimine læsæ
maiestatis à p̃re commissum, filius eius hæreditate priuat. Et ex hoc innotescit quomodo in-
telligendum sit, q̃d in Exodi libro dñs ait: Ego sum dñs deus tuus fortis, zelotes, visitãs iniq̃- Exo. 20
tatem p̃rm in filios, in tertiã & quartã generationẽ eorũ q me oderunt. Quod in eodem libro Exodi. 34
Moyses clarius dicit, loquens ad dñm: Dominator dñe nullus apud te p se innocens est, q red
dis iniquitatem p̃rm filijs ac nepotibus in tertiã & quartã progeniem. Vnde & Hieremiæ. 31. Hiere. 31.
14 inducit. Dñe deus tu reddis iniq̃tatẽ p̃rm in sinum filiorũ post eos. ¶Fiant contra dñm sem
per⌋.i. Iudæi om̃i tp̃e contra Chr̃m regẽ regũ, & dñm dñorũ superbiant, & infideles pmane-
ant. Hoc videmus impletum, q̃m penè omnes obstinati sunt. Propter quod Propheta te-
stat. Domus Israel cecidit, non adijciet vt resurgat, ⌊& dispereat de terra⌋ ecclesiæ militan- Amos. 5.
tis ac triumphantis, ⌊memoria eorũ⌋.s. Iudæorũ, eo modo quo sacra scriptura multoties p̃hi
C bet perire memoriã malignorũ, vcʒ quãtum ad bonũ & vtilitatẽ. Sic em̃ perit impiorũ memo
ria q̃a non est eorũ cõmemoratio reuoluẽda in bonũ eorũ. Nihilominus quosdã fecit famosos
singularis ac summa eorũ malitia, sicut Iudæos q Chr̃m occiderũt. Iustorũ ãt memoria manet Prouer. 10
in bono. Vnde Prouerbiorũ scriptũ ẽ: Memoria iusti cũ laudibus, & nomẽ impiorũ putrescet
⌊, p eo q̃ nõ est recordatus⌋ pplus iste, & Iudas ⌊facere miam⌋ cũ dño saluatore, imò maxi-
15 mã crudelitatẽ fecerũt in eũ, scd̃m quod sequit. ¶Et psecutus est hominẽ inopẽ & mendi-
cum⌋ Hoc est, Chr̃m q duxit in hoc mũdo vitã pauperrimã, iuxta q̃d ipsemet ait apud Mat- Matth. 8
thæũ: Volucres cœli nidos habẽt, & vulpes foueas. Filius aũt hoĩs nõ habet vbi caput suũ recli
net. Et sicut Lucas testat: Quædã religiosæ mulieres ministrabãt ei de facultatibus suis. Vnde Luce. 8
Hieremias Chr̃m in primo suo aduentu in om̃i paupertate fuisse victurũ, sp̃u sancto reuelante
cognoscẽs, miratus est valde, alloq̃ns eũ his verbis: Quare quasi colonus vcturus es in terra, & Hiere. 14.
quasi viator declinãs ad manendũ. Sic q̃q; describit eũ Zacharias primo fuisse futurũ: Exulta Zachar. 9
(inquiens) filia Syon, quia rex tuus venit tibi iustus & saluator: ipse paup & ascendẽs sup asinã.
Multũ igit errãt Iudæi, q præstolant Messiã in primo suo aduẽtu in tãta maiestate venturũ, q̃
totius mũdi monarchiã obtineat, vniuersaq; regna eis subijciat, ⌊& cõpunctũ corde mortifi-
care⌋.i. ppl̃s Iudęorũ psequẽdo conat⁹ ẽ occidere Chr̃m mẽte afflictũ ex cõpassiõe errãtiũ, &
pter ĩgratitudinẽ Iudęorũ, ad q̃rũ salutẽ special̃r missus fuit. Vñ apd̃ Iohã. dicũt: Nos legẽ ha Iohan. 19
bem⁹ & scd̃m legẽ debet mori, q̃a filiũ dei se fecit. ¶Et dilexit⌋ tã Iudas q̃ ppl̃s sibi cõsentiẽs
⌊maledictionẽ⌋ nõ sub rõne maledictõis. Null⁹ em̃ respiciẽs ad malũ opatur scd̃m Dioñ. nec
malum

malum sub rõne mali appetit. Sed dilexit maledictionẽ.i.causam pro qua maledictio eis sup- D
inducta est.s.culpã,& facto suo ondit se id amare,q̃d vel maledictio ẽ,vel maledictõis origo,
⌊& veniet ei⌋ maledictio cõcupita,nã à Romanis atrocissimè opprimebãt,⌊& noluit⌋ pplis
iste & Iudas ⌊bñdictionẽ⌋.i.fidẽ,doctrinã,& grãm Chri,⌊& elõgabit ab eo⌋ qa nõ ĩfundet
cordi eorũ. ¶Et ĩduit maledictionẽ sicut vestimẽtũ⌋.i.pctm̃,p q̃ infligit maledictio,circũde 17
dit pplm istũ ac Iudã,atq; operuit eũ,sicut vestis circũdat operitq; vestitũ.Propterea Ozee:
Ozee.7 Circũdederũt(inqt)eos adiuẽtões suę,corã facie mea factę sunt,⌊& ĩtrauit sicut aq̃ in interiora
ei⌋.i.pctm̃ istud p cõsensum ĩgressum ẽ corda ppli hui⁹ vel ipa maledictio.s.dolor ĩflict⁹,in-
trauit sicut aq̃.i.copiose atq; facilr,in ĩteriora ei⁹,qa nõ solũ corpe,sz etiã mẽte affligebant ab
ęmulis ⌊& sicut oleũ in ossib⁹ ei⁹⌋.i.sicut oleũ ossa corpis resocillat,lenit,atq; delectat:sic isti
ĩ suo pctõ gl̃iati sũt,& ppria malignitate nutriti. ¶Fiat ei sicut vestimẽtũ q̃ operit⌋.i.vndiq; 18
cadat sup eos psecutio dura,& pctm̃ ipoꝝ vertat ipsis ĩ pœnas grauissimas ⌊& sicut zona q̃ sp
pcingit⌋.i.maledictõe sua capiat hic pplus,& vsq; in finẽ seculi captiuitate sua liget. ¶Hoc 19
opus eoꝝ⌋.i.ista ẽ pœna & maledictio Iudęoꝝ ⌊q detrahũt mihi apud dñm⌋.i.deo sciẽte &
Luc.23 attẽdẽte,quẽ nil latet ⌊& q loquunt mala aduersus aĩam meã⌋.i.q mala culpę mihi ĩponũt &
mala pęnę mihi ĩferre deposcũt,dicẽtes illud Lucę:Hũc ĩuenim⁹ subuertẽtẽ gẽtẽ nr̃am,& p-
Johan.19 hibẽtẽ tributa dari Cęsari,& dicẽtẽ se Chrm̃ regẽ eẽ.Illud q̃q; q̃d apud Iohãnẽ clamãt:Tolle
crucifige eũ.Deiñ Chrs orat prẽm. ¶Et tu dñe dñe fac mecũ⌋.i.da mihi q̃d postulo ⌊ppter 20
nomẽ tuũ⌋ ppter teipm,& nõis honorẽ:resuscitãdo me à mortuis ⌊qa suauis est mia tua⌋.i.
dulciter sapit electis mia tua,qua tot,tãta ac talia p hoĩm salute fecisti.Ecce q̃ dulcis,decorus,
industriosus,ac sentẽtiosus versiculus:in q̃ nomẽ dñi iterat,vt accẽdat affectus,in quo deus ro E
gat,ppter seipm agere id p quo orat,nõ propter merita alicuius.Et ad hoc adijcit rõ,qa sua-
2.Mac.1. uis est mia eius.Iustitia nãq; eius terribilis ẽ. ¶Libera me⌋ Per resurrectionẽ btãm ab omi
corpis passibilitate ac psecutõe ⌊qa egenus⌋.i.opem à te requirẽs,scdm q hõ sum,⌊& paup 21
2.Cor.8 sum ego⌋ sicut nũc patuit.Vnde Aplus:Scitis(inqt)grãm dñi nr̃i Iesu Chri,qa cũ diues eẽt,
propter nos paup factus est,vt nos inopia illius diuites essemus,⌊& cor meum⌋ humanũ,nõ
mens diuina ⌊cõturbatũ est intra me⌋.i.vehemẽter affectũ dolore,timore,tristitia,ita vt di-
Matt.26 cerẽ:Tristis ẽ aĩa mea vsq; ad mortẽ.Hinc em̃ vt est apud Iohãnẽ,dixit:Nunc aĩa mea turba
Johan.12. ta est,& qd dicã? Sed quęri pt,quõ turbatio Chro conueniat,cũ ipe apud eundẽ Euãgelistam
Johan.14 Aplis dixerit:Non turbet cor vr̃m,neq; formidet? Et r̃ndendũ,q turbatio interdũ importat
deordinationẽ,seu immoderatã cordis affectionẽ,& ita in Chro nõ fuit,sicq; reprobat ab eo
Interdũ vero designat vehementẽ animi affectionẽ,ex aliqua pręcipua cõsideratiõe aut cau-
Johan.11. sa,& ita fuit in Chro,tñ sponte assumpta ex præuia ratõe.Iuxta illud Iohãnis:Iesus infremu-
it spũ,& turbauit seipm. ¶Sicut vmbra cum declinat⌋ Ad occasum ac tenebras,citò aufert, 22
ac deficit:ita ego ⌊ablat⁹ sum⌋ de vita copali & cõsortio discipuloꝝ affixus cruci;moriensq;
Marc.15 in ea velociter,prout in Marco scriptũ est:Mirabat Pilatus,si iam obijsset,⌊& excussus sum⌋
de manu ac psecutõibus Iudæoꝝ,in die resurrectionis meæ.Quia tunc in corpore immortali
surrexi,atq; ab omi pœnalitate meipsum excussi,⌊sicut locustæ⌋ quæ euolant ne detineant
ab aliquo.Vel,excussus sum fugiẽdo de loco ad locũ propter psecutões aduersarioꝝ meoꝝ. F
Job.10.12 Nam in infantia à facie Herodis ingrediebar Aegyptũ,Iudæoꝝ quoq; persecutionẽ subinde
declinaui,sicut locustæ,q̃ de loco ad locũ transiliunt. ¶Genua mea infirmata sunt à ieiunio⌋ 23
Quãuis qdam existimẽt,hoc ad lr̃am nõ cõpetere Chro,& ideò exponẽdum esse de mẽbris
eius hoc modo:Genua mea.i.Apl̃i qui alios sustentare debuerant suo exẽplo,infirmata sunt
Matt.26 tpe passionis meę,à ieiunio,hoc est,ex defectu spũalis refectõis.Qm̃ donũ fortitudinis nondũ
perfectè gustauerũt,aut receperũt:sed omes(vt Euãgelista narrat)dispersi sunt,atq; fugerũt.
Videt tamen nõ esse absurdũ,si asseramus Chrm̃ ex ieiunio in genibus proprij corpis infirma
Matt.4. tum,seu debilitatum.Ieiunauit em̃ cõtinuò quadraginta diebus & noctibus,& postea esurijt,
ex attenuatõe copis.Esuries aũt fatigationẽ facit in corpe,quæ sentiri de facili solet in geni-
bus.Deniq; cur incõuenientius est dicere Chrm̃ ex ieiunij genibus infirmatũ,q̃ ex alijs labo-
ribus corpe fatigatum.Est aũt ex laboribus fatigatus,iuxta illud:Iesus fatigatus ex itinere sede
Johan.4. bat sup fontem.Assumpsit nãq; indetrahibiles defectus scdm Damascenũ:quales sunt fames,
sitis,fatigatio,timor,& dolor,naturales,atq; consimiles.⌊Et caro mea immutata est⌋ à na-
turali vigore ad famis defectũ,seu maciẽ quandã,⌊ppter oleum⌋.i.ex defectu cibi conditi.
Vnde trãslatio Hieronymi talis ẽ:Caro mea macilẽta est absq; oleo. Veritas ãt hebraica hz
sic:Caro mea macilẽta ẽ à pinguedĩe.i.ex defectu pinguedĩs. Chrus nãq; in iuuẽtute habuit
corpus cõuenienter carnosum & plenũ,qm̃ sanguineę & optimę fuerat cõplexionis:tanq̃ ex
purissimis sanguinibus sanctæ virginis habẽs corp⁹ sumptũ,atq; à spũ scõ formatũ:sed post-
modũ propter diuersos labores vigiliaꝝ,ieiunioꝝ,viaꝝ,attenuatũ erat in tm̃,vt Chrus vide-
Johã.8 ret senior quàm erat.Propter quod dixerũt ad eum Iudæi:Quinquaginta annos nõdũ habes.
Licet enim non haberet vltra triginta tres annos,videbat tamen satis plus haberẽ de senio.
Hæc di-

24 Hæc dicta sint non ptinaciter asserendo, sed piē opinando. ¶Et ego factus sum obprobriū
A illis.] Sæpe eñ deriserunt Chr̄m Iudæi, præsertim in passione, scd'm quod dictum est supra:
Ego aūt sum vermis & nō hō obprobriū hoīm & abiectio plebis [ viderūt me ] pēdentē in cru Psalm.21.
ce, [ & mouerūt capita sua ] congratulantes de mea miseria, sicut scriptum est: Prætereuntes Matt.27
autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis templum dei.
25 ¶Adiuua me ] In passione scd'm q̄ homo sum, & humanitati meæ assiste, eiq̄ in oībus co-
operare, petijt āt se Chr̄us hō iuuari à deo, nō q̄ timeret se posse peccare, sed vt diuina virtute
præualeret in ṗlio. Propter q̄d ait: Dñs deus auxiliator meus: Itemq̄: Dñs mecū est, quasi bella- Esaie.50
tor fortis, [ saluū me fac ] à morte ac mortalitate, [ scd'm miām tuā ] cur nō ait scd'm iustitiam Hiere.20.
tuā? Potuit vtiq̄ vtrūq̄ dicere: sed vt nos suo exemplo doceret, nunq̄ de ṗpria pfectione p̄su
mere, magis aūt in dei pietate incessanter sperare: ideo dixit: Saluū me fac scd'm miām tuam.
Et item, q̄a in omi opere dei mīa commiscet. Itemq̄: Q̄m omis virtus & gr̄a Christi sola mīa
26 dei concessa est animæ eius. ¶Et sciant ] Aduersarij mei p experientiā suæ damnatōis. Bo
nī quoq̄ p annunciatiōnē euāgelicæ veritatis, [ quia manus tua hæc ] .i. q̄ ista saluatio ac re-
surrectio mea, est affectus tuæ diuinæ virtutis, quæ sola potest mortuos suscitare, [ & tu domi
27 ne fecisti eam ] .i. pdi&tum effectū. .i. resuscitatiōnē meā. ¶Maledicēt illi, & tu benedices ]
Increduli nāq̄ Iudæi, Chr̄m blasphemarūt añ passionē, in passione, & post passionē. Deus āt
benedixit Chr̄o homini quātum ad præmiū accidētale, & quātum ad mysticū corpus ipsius,
[ qui insurgūt in me ] .i. psecutores mei, [ cōfundant ] vel cōfusione tp̄ali erubescēdo de suis
sceleribus, vel cōfusione æterna, sentiēdo tormēta, si mō nō pœnitēt. Vnde p Hieremiā ait sal
B uator: Confundant q̄ me psequunt, & nō cōfundar ego, [ seruus aūt tuus lætabit ] .i. ego filius Hiere.17.
tuus q̄ formā serui accepi, & vt homo seruus tuus sum, lætabor in te erubescentibus atq̄ pereū
28 tibus illis. ¶Induant ] Hoc est, vndiq̄ operiant, [ q detrahunt mihi pudore ] ita q̄ erube-
scant de sua detractiōe, vel ad pœniam salutarē, vel p damnatiōnē æternā [ & operiant sicut
diploide ] .i. velut duplici veste, [ cōfusione sua ] ita q̄ corā deo atq̄ hoībus erubescāt, imò sic
q̄ nunc eoꝝ cōfusio ac pœna incipiāt, & in futuro æternalr durēt, Quorundā eñ pœna nunc
inchoat, in futuroq̄ seculo sine fine cōtinuat: electoꝝ vero castigatio modo incipit, & postea
finē sortit. Hæc aūt in Iudæis manifestē implent. Nā à tpe destructōis & expulsionis eoꝝ tpe
Titi, vsq̄ in p̄sentē diem vagi & exules sunt, & aduersarioꝝ suoꝝ ditioni subdunt, varijsq̄ pę
nis ac cōfusiōibus afficiunt: nec tñ emendat ex hoc, sed pœna eoꝝ nūc incipit, & post modū
in ppetuū perseuerat. Propter q̄d de eis conscriptū ē. Duplici cōtritōe cōtere eos dñe deus nr̄
Porrò prophetia ista de cōfusione Iudæoꝝ tunc summē implebit, q̄n videbunt in quē compū Hiere.17.
xerunt: puta in die iudicij. Tunc eñ iudicabunt à Chr̄o quē iudicauerūt, & cōspiciēt quē occi Apoc.1.
29 derūt. ¶Confitebor dño nimis ] .i. deuotissime [ in ore meo ] ip̄m laudādo de oībus bonis
mihi collatis [ & in medio multoꝝ ] .i. inter fideles seu in eccl'ia [ laudabo eū ] de bonitate ipsi⁹
& ṗpria pfectōe ei⁹ in semetipso. Hoc Chr̄s post resurrectiōnē fecit, q̄n discipulis suis appuit,
stāsq̄ in medio eoꝝ dixit: pax vobis, sicut misit me viuēs pr̄, & ego mitto vos. Et: Nō est vr̄m Joha. vlt.
C scire tpa vel momēta, quę pr̄ posuit in sua ptāte. Sed & p seip̄m Chr̄s vt hō in cœlo Empyreo
incessabilr̄ nūc laudat deū, seu sc̄tām Trinitatē, cū inexcogitabili reuerētia cordis. In eccl'ia q̄3 Acto.1.
30 militāti laudat deū p suos ministros, q̄s ad diuinā laudē inducit. ¶Quia astitit à dextris pau-
peris ] .i. mihi pauperi in omi tribulatōe p̄naliter affuit, nec vnq̄ me dereliq̄t. Sicut p Iohānē
locutus sum: Nō reliq̄t me pr̄ solū, q̄a ego q̄ placita sunt ei, facio sp, [ vt saluā faceret à psequē Joha.8
bus aīam meā ] .i. quatenus meip̄m, seu vitā meā corporalem saluaret de manibus Iudæoꝝ &
crucifixoꝝ meoꝝ resuscitādo me tertio die. In expositiōe Psalmi p̄sentis, sanctus Hierony
mus cōtra Iudæos sic argumentat. Respōdete mihi ô Iudæi, fuistis in Babylonia, habuistis ibi
prophetas, Danielē, Ezechielē. Septuaginta annis fuistis in captiuitate illa, & postea venistis,
in ṗpria, cōputa annos à Chr̄o vsq̄ Hieronymū. Ecce nūc quadringēti anni sunt, quare non
est missus ad vos Propheta, & quare dereliq̄t vos dñs? Tunc dereliq̄stis dñm, & idola coleba-
tis & miserebat vr̄i: Nūc cū nō colitis idola, q̄re dereliq̄t vos dñs? Hucusq̄ Hieronym⁹. Sed
ecce nūc amplius quàm mille & quadringēti anni sunt, ex quo in ista captiuitate fuerūt. Nec ad
eos inuenit missus ṗpheta, nec aliquod signū certū, diuinū ac euidens eis monstratū est, q̄d sci-
re possint se ptinere ad populū dei. Imò nō obstante q̄d apertissime demōstramus eis ad oculū
hac eē finalē captiuitatē eoꝝ, ppter pc̄m eoꝝ in Chr̄m cōmissum quēadmodū p Danielē in- Dan.9
ducit. Nō erit eius ṗp̄lus q̄ eū negaturus est, & finis eius vastitas, & vsq̄ in finē pseuerabit deso
latio. Et p Ozee: Dies multos sedebūt filij Isrl̄ sine rege, & sine pricipe, & sine sacrificio, & sine Oze.3
altari, & sine Ephot, & sine Teraphin. Et post hæc reuertent filij Israel, & quærēt dñm deum
suum, & Dauid regē suū (.i. Messiā vt oēs exponunt) & pauebūt ad dñm, & ad bonum eius in
nouissimo dieꝝ. In hoc aūt q̄ sanctus Ozee phibet eos postea reuersuros ad deum, & quæsitu
ros Messiam, dat palā intelligere, q̄ illis multis diebus de quibus ip̄e loquit: Sedent sine deo &
Chr̄o. i. sine vera fide & digno cultu dei atq̄ Messię. Vel ergo p dies illos m̄ltos, de qb⁹ tractat
Ozee

Ozeæ, intelligendi sunt dies huius captiuitatis, vel nō. Si sic constat, ꝙ modo sedeāt sine deo, & Chrō, tanꝙ infideles ac reprobi. Si nō, tūc restat vna alia captiuitas lōgior ista, ꝗ nec ipsi extant. Quāuis ergo sit ita, nō tñ volūt informari, tūc cōuerti: qtenus scti ꝑphetę qeorū excęcationē & obstinationē ꝑdixerunt, in hoc qꝫ inueniant veraces. Vere em̄ peruenit sup eos ira dei vsqꝫ in finē, & verificatur in eis ꝗd Salomon dicit: Quē despicit deus, hūc nullus cor
Eccle. 7. rigere pt. Optimè quoqꝫ nobilis nr̄ Cassiodorus loquit: Virgo peperit, Messias venit, agnus immolatus occisus est, redēptor surrexit à mortuis, mūdus audita credit, & adhuc Iudęus simulat se nescire, ꝗd totus mūdus agnouit, pſta dn̄e obstinatis cōuersionē, obscuris lumē, icredulis fidem, vt pro qbus in cruce orasti, periclitantibus subuenire digneris. Nam qbus suadere iusta nō possumus, recte pro illis tibi domine supplicamus.

¶ Expositio Psalmi eiusdem moralis, seu tropologica.

Luc. 9 CVm Chrus dicat: Qui vult venire post me, abneget semetipm̄, & tollat crucē suam quotidie & sequat me, mirū nō est, si psalmi q ad lr̄am de Chr̄i passione loquunt, de eius ecclesia seu quocūqꝫ fideli moralr̄ exponant. Ecclesia igit seu qlibet hō Chr̄i vestigia dignè sēqns, contēnendo laudes humanas, & sustinēdo pſecutōes diuersas in ꝑpria pſona, dn̄o dicere pt: Deus laudē meā ne tacueris. i. tu ꝑpter quē honores & laudes tpales despicio, atqꝫ diuersa sustineo: me in iudicio approba, lauda, & salua, dicendo: Euge serue
Matt. 25 Luc. 19 bone & fidelis, intra in gaudiū dn̄i tui. Nec pmittas ab alijs laudē meā taceri, qn̄ ad ædificationē sit ꝓximi, atqꝫ ad gloriā noīs tui. Quia os pc̄toris, & os dolosi sup me apertū est. i. verba superba & dolosa aduersus me dicta sunt. Locuti sunt hoīes praui, aduersum me lingua dolosa
Esaie. 32. ꝓponenda mala sub specie boni, vt quē manifesta malitia fallere nequeūt, palliata æqtate decipiāt: ꝗd valde iniquū est, scd̄m ꝙ p Esaiam inducit: Fraudulenti vasa. i. pessima verba sunt, E
Malac. 1. ipse em̄ cogitatōes cōcinnabit ad ꝑdendos mites in sermone mēdacij. Et Malachias: Maledictus (inquit) dolosus. Veruntñ vitiū istud (prohdolor) nimis cōmune est. Propter quod Hie-
Hiere. 9. remias ait: Vnusquisqꝫ se à proximo suo custodiat, & in omi fratre suo nō habeat fiduciā, qa omis frater supplantans supplantabit, & omīs amicus fraudulenter incedet, & vir frēm suum
Miche. 7. deridebit. Hinc quoqꝫ scriptum est: Vir frēm suum venat ad mortē. Ab ea dormit in sinu suo,
Eccl. 8 custodi claustra oris tui, qa inimici hoīs domestici eius. Cū ergo sit ita, meritò dicit scriptura:
Eccl. 25 Ne omi homini cor tuū reueles, & beatus q inuenit amicū verē. Et sermonibus odij circūdederunt me, qurētes me à summo bono auertere, ꝗd est odiū pessimū. Sed non est nobis timē
Luc. 6 dum ob hoc, qm̄ Chrs locutus ē: Bti eritis, cū oderint vos hoīes, & cū separauerint vos & exprobrauerint, & eiecerint nomē vr̄m tanꝙ malum ꝑpter filiū hoīs. Et expugnauerūt me gratis. Hoc maximè Chr̄i martyribus cōuenit, q propter iustitiā occidi digni fuerūt: sed & omis qui propter iustitiā patit atqꝫ opprimit gratis, i. sine suo demerito expugnat. Pro eo vt me diligerēt, detrahebant mihi. Hoc cōuenit bonis ꝑlatis, & fratribus q cōmissos seu proximos cha
Prouer. 9 ritatiue ac iuste corripiunt, propter ꝗd amari deberēt, quēadmodū scriptū est: Argue sapientem & diliget te. Sed ipsi ecōtrario ab illis odio habent, & oblocutiones patiunt, prout dicit
Amos. 5. 1. Cor. 4 Roma. 12 scriptura: Odio habuerūt corripientē, & loquentē pfecte abominati sunt, ego aūt orabam pro ingratis & æmulis. Hoc est ꝗd dicit Apłus: Maledicimur, & benedicimus: blasphemamur, & obsecramus. Vnde & alibi monet: Noli vinci à malo, sed vince in bono malū. Hoc est scutū F patiētiæ famulorꝫ Chr̄i, in omi iniuriatōe ad orōnem recurrere. Primo pro semetipo orando ne à ꝑprio animo superemur, & ad impatientiā moueamur: sed in omi aduersitate cōstantes reddamur. Scd̄o aūt orando pro aduersarijs, vt deus eis ignoscat, grām̄ꝙ melioris vitæ infun
1. Petri. 4. Matth. 5 dat. De taliter patiētibus Petrus ait: Qui patiunt (inqt) scd̄m voluntatē dei, fideli creatori cōmendant animas suas. Vnde & Chrus ait: Si eos diligitis q vos diligunt tm̄, ꝗd amplius facitis? Nōne & Ethnici, Gētiles & infideles hoc faciūt? Constitue sup eum pc̄torem, & diabolus stet à dextris. Cū iudicat, exeat cōdemnatus &c. Mirū videt, qūo nūc tāta impcent aduer sario iusti ab ipo iusto, qui immediate pdixit se orasse pro æmulo. Sciendū ergo, ꝙ verba ista atqꝫ similia, qbus videt malū optari inimico, tripłr intelligunt. Primo, p modū ꝑpheticę prenuntiatōis, nō per modū impcatōis alicuius nociui. Scd̄o p modū demonstratōis, ꝗd impius
Hiere. 18. mereat. Tertio, p modū zeli, quo se homo cōformat diuinę iustitiæ: impcans impijs mala secundū ordinē æquitatis diuinæ, nisi pœniteant. Et hoc mō Hieremias dicit: Dn̄e ne propicie ris iniqtati eorꝫ, & pc̄tm̄ eorꝫ nō deleat. Ait ergo ecclesia seu fidelis: Cōstitue sup eum. i. sup ppłm præuaricatorē, cōstitues, & cōstitui decer, & oro vt statuas ad laudem iustitiæ tuæ, nisi resipiscat, pc̄torem. i. diabolum seu indignū prelatū, quatenus quales serui, tales sint dn̄i, & dia
Eccle. 8 bolus stet à dextris eius, inducēdo eum ad omia opa mala. Fiant dies eius pauci. i. in vita grē nō persistat, vel dies suæ naturalis vitę breuient propter pc̄tā ipsius, quemadmodū Ecclesiastes dicit: Nō sit bonū impio, nec prolongent dies eius. Et episcopatū eius accipiat alter, hoc cōtra indignos ꝑlatos inducit, qui vtinā suo officio priuarent. Sicut em̄ bono ꝑlato nihil vtili us: sic indigno ꝑlato nihil nocētius. Fiāt filij eius orphani. i. imitatores ppl̄i tā maligni priuent patre

A patre cœlesti, ne sint filij adoptiui patris æterni, sed serui diaboli, cuius volūtati cōsentiūt, & vxor eius. i. ecclesia malignantiū, cū qua ipse spūaliter, aut corporal'r fornicaē, fiat vidua. i. destituta ē Chri sponsa, eo q̄ fornicet cū amatoribus multis, nec fœcūdet luce & grā spūs sancti sed in oībus bonis sterilis fiat. Nutātes trāsferantē filij eius. i. imitatores plebis puersæ trāsferantē de regno Chri ad potestatē diaboli, de statu salutis ad statū dānatiōis, de morte tēporali Psalm. 17
ad ppetuā morrē inferni, & hoc nutātes. i. instabiles facti, vagi, ac dissoluti, sicut supra dictū ē Filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Impius nanq; facit opus instabile, Prouer. 11
sicut scriptū est. Et mendicēt, tanq̄ oibus spūalibus bonis priuati, eo modo quo fatuæ virgines mendicabāt, dicētes ad sapientes: Date nobis de oleo vestro. Eijciantē de habitationibus Mat. 25
suis. i. de locis ecclesiæ, tanq̄ indigna & putrida mēbra ipsius. De habitationibus suis. i. de cœlestibus māsionibus, eis (si bn̄ vixissent) paratis. Scruteē fœnerator. i. exactor. s. dæmon, tentator, à q̄ pctōr pctā velut pecuniā mutuat, dū eius suggestiōe & cooperatiōe cōcupiscentijs satisfacit. Omnē substātiā eius. i. oēs interiores diuitias, impij. s. dona naturæ & grē sibi collata, & ea suo dn̄o subdat, auferat, aut inficiat. Et diripiāt alieni. i. dæmones de particularib' vitijs tentātes, labores. i. virtutes & merita, eius, spoliādo eū donis dei. Quēadmodū eñi exactor donū debitoris nō potētis debita reddere pcepta licētia, intrat, & bona eius tollit, sic dęmon cor pctōris in vitijs psistentis, deo pmittēte ingrediē, atq; in eo bonis spoliato, dn̄ationē fortiē. Nō sit illi adiutor, q ei adiutorio dei iuste priuaē, ab alio nullo valet saluari, aut salubriter adiuuari. Nec sit q misereaē pupillis eius. i. q praua opa eius sequuntur, sed iusta pœna plectant, vel in hoc seculo, aut in futuro, prout scriptū est: Sic pereāt inimici tui dn̄e, q aūt di- Iudicū. 5
ligunt te, sicut sol in ortu suo splēdet, ita rutilēt. Fiant nati eius in interitū, spūalē pdēdo vitā aīæ. s. charitatē & grām. Fiant cōtra dn̄m semp. i. omni tpe deo displiceāt, sicut scriptum est: Sapie. 14
B Odio sunt deo impius & impietas eius. Et dispereat de terra viatorum ac cōprehensorum. i. de p̄senti ecclesia & regione viuorum seu patria, memoria eorum, q̄tū ad bonū, ita q nesciantē à deo p approbationē, pro eo q nō est recordatus cōuentus eorum seu ipsi, facere misericordiā cū proximo suo. Et psequutus est hoiem inopē & mēdicū, q̄d est pctm̄ clamitās ante deū, & cōpunctū corde, ex cōtritione pcti sui & aliorum, conati sunt mortificare. Merito ergo pplus tā crudelis æternę obliuioni tradiē, nec vllā miām cōsequeē, sicut Iob ait: Obliuiscaē eius memoria, & Iob. 24
dulcedo illius vermis. Vñ & Chrs: Eadē (inqt) mēsura q̄ mēsi fueritis, remetieē vobis. Et alibi Matt. 7
legiē: Homo in hominē sibi similē nō habet misericordiā, & de pctis suis depcatur altissimū, Eccl. 28
qs exorabit pro pctis illius? Quasi dicat hoc pene irremissibile esse. Et dilexit maledictionē, & veniet ei. Maledictionē diligit, q opa amat propter q̄ Chrūs in fine dicturus est reprobis: Mat. 25
Ite maledicti in ignē æternū. Maledictionē diligit, q amat q̄d sibi nō expedit, q lætaē cū ma- Prouer. 2
lefecerit, & exultat in rebus pessimis. Maledictionē diligūt, de qbus Iob asserit. Dixerūt deo: Iob. 21
Recede à nobis, scientiā viarum tuarum nolumus. Et Esaias Dicūt videntibus, Nolite videre, & Esaie. 30
aspicientibus, nolite aspicere nobis ea q recta sunt. Et noluit pplus reprobus benedictionem. i. grām dei, qm̄ spreuit legē altissimi, & elongabit ab eo, q nō dabiē ei. Et induit maledictionē sicut vestimētū. i. pctō repletus est. Hinc eñi Sapia ait: Quia vocaui & renuistis, despexi- Prouer. 1
stis omne cōsiliū meū, & increpatiōes meas neglexistis, ego q̄q; in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cū vobis q̄d timebatis euenerit, cū irruerit repētina calamitas. Fiat ei sicut vestimentū quo operiē. i. maledictio. s. culpa & debita pœna operiant impiū, sicut vestis opit veste indutū. Hoc accidit impœnitenti, quēadmodū Esaias dicit: Veniet sup te malū atq; cala- Esaie. 47
D mitas, & nescies ortū eius, & veniet sup te miseria repente. In Iob q̄q; legit: Propter malitiā Iob. 23
tuā circūdatus es laqueis, & cōturbat te formido subita, & sicut zona qua semp pcingiē. i. maledictione puersus ligeē, ne exeat rhete diaboli, sicut ligatur corpus cū cingulo. Hoc est quod Prouer. 5
Salomon fassus est: Iniquitates suæ capiēt impiū, & funibus pctōrum suorum cōstringetur. Deinde ecclesia, seu quilibet iustus subiūgit. Hoc opus eorum. i. ista erit merces illorum, q detrahūt mihi a pud dn̄m. Terribile ergo est, detrahere iustis. Et tu dn̄e dn̄e fac mecū misericordiā tuam propter nomē tuū. i. propriā tuā bonitatē & gloriā, nō propter iustitias meas. Hoc mō deus propter seipm̄ dimittit nobis pctā, & dona grē impartiē. Ait eñi p Esaiā: Ego sum, q deleo Esaie. 43
iniquitates tuas propter me. Et alibi: Propter me ego faciā, vt nō blasphemer. Quia suauis ē Esaie. 48
nobis misericordia tua. Melior est eñi misericordia tua sup vitas. Libera me ab oī periculo, à malo pœnæ & culpæ, q a ęgenus propter impfectionē naturæ, & pauper propter carētiā gratiæ, ego sum, & cor meū cōturbatū est in me ex recordatione diuini iudicij, æterni tormenti proprij q̄q; pcti, & propter diuersa pericula, qbus expositus sum, ita vt cū sancto Iob dicere Iob. 3
possim: Anteq̄ comedā suspiro, & quasi inūdātis aquæ sic rugitus meus. Sicut vmbra cū declinat ablatus sum. i. quēadmodū vmbra ad occasum pgrediens statim auferē ac deficit, sic ego repēte defeci & cecidi, vel à pristina gratia, vel à flore iuuētutis, vel à fortitudine corporis. Et excussus sum, à statu pfectionis, stabilitate q; mētis, à cōtēplatione ad phātasmata inutilia corruendo, sicut locustæ excutiūtur de loco suo. Est aūt q̄dā ablatio bona, sicut cū hō auferē mū-

t do, vt

do, vt seruiat Chro, aufertur diabolo, vt viuat virtutibus. Sic q̃q; est q̃dam excussio bona, de D
Esaie. 52 qua Esaias: Excutere (inq̃t) de puluere. i. à terrenis ad cœlestia p cõtemplationẽ & dilectio-
nẽ ascẽde. Genua mea infirmata sunt à ieiunio, hoc scd̃m sensum p̃habitũ cõpetit his, q cum
1. Cor. 9 aplo dicere pñt: Castigo corpus meũ, & in seruitutẽ redigo. Sunt tñ q̃dã genua cordis, de q
2 Par. 36 bus in sua oratione ait Manasses: Et nũc flecto genua cordis mei. Sic etiã est q̃ddã spũale ac
malũ ieiuniũ, dũ à cibo aiæ hõ ieiunat, spũali. s. refectione gratiæ dei priuatus. Ab hoc ergo
ieiunio genua cordis. i. virtutes infirmant, qa debilr & sine feruore procedũt in actũ. Gratia
nãq; crescẽte, oẽs virtutes roborant, & fortius atq; feruẽtius operant, gratia vero decrescen
te, infirmant virtutes. Et caro mea immutata est. i. hilaris facta & roborata, propter oleũ. i.
propter cõsolationẽ internã, & ex prõptitudine animi oĩa libẽter agẽtis ac sustinẽtis. Debe-
Matt. 6 mus em̃ in ieiunãdo vitare exteriorẽ hypocritarũ apparentiã, propter q̃d Chrũs loquutus ẽ:
Tu aũt cũ ieiunas, vnge caput tuũ, & faciẽ tuã laua, ne videaris hoibus ieiunans. Et ego factus
Johã. 15 sum opprobriũ illis. Iusti em̃ ab impijs derident & contẽnunt. Propter q̃d dicit saluator: Si
me psequuti sunt, & vos psequent, qa non est seruus maior dño suo. Viderũt me, & mouerũt
1. Cor. 4 capita sua, insultando, illudendoq; mihi, quẽadmodũ apls dicit: Tanq̃ purgamẽtũ huius mũ
Ibidem di facti sumus omniũ peripsima vsq; adhuc. Et itez: Spectaculũ facti sumus deo & angelis,
& hoibus, & nos stulti propter Christũ. Adiuua me dñe deus meus, ne in tantis aduersitatib⁹
p impatientiã vincar. Adiuua me, vt fortiter pro tuo amore cũcta sustineã. Saluũ me fac, mo
do p spem & gratiæ multiplicationẽ, in futuro aũt p rem & gloriæ infusionẽ. Secundũ mise-
ricordiã tuã. i. cito & copiose, sicut tu copiosus, plenus & velox es in misericordia. Et scient
. i. experimẽtalr videãt hostes mei inuisibiles, atq; visibiles, quia manus tua hæc. i. q̃ ista mea
cõfortatio atq; saluatio sit effectus seu opus tuæ potestatis diuinæ, & tu dñe fecisti eã. i. hoc
q̃q; agnoscãt, q̃ hæc operatio fit in me ex tua virtute, ita q̃ à te saluata est aia mea. Maledi-
cent illi mihi ex sua malignitate, & tu bñdices. i. grãm magnam mihi p̃stabis pro hac iniuria,
quã æqualr patior. Quãto em̃ cõspexerit deus fideles suos maiora sustinere opprobria & fla
Psalm. 90 gella, tanto liberalius eis succurrit. Sicut supra dixit: Cũ ipso sum in tribulatione. Qui insur- E
gũt in me, cõfundant. i. de sua malitia erubescãt, seq; victos inueniãt, seruus aũt tuus lætabit
2. Cor. 10 in te, prout aplus monet: Qui gloriat, in dño gloriet. Deinde sequit vox gratias dño referen
Psalm. 33 tis. Cõfitebor dño bñfactori meo, nimis. i. toto affectu, deuotione p̃cipua, & vltra naturaliũ
viriũ potestatẽ, in ore meo, ipm laudãdo. Iuxta illud: Semp laus eius in ore meo. Et in medio
multorũ. i. inter alios & in ecclesia, laudabo eũ, propter bonitatẽ eius, & bñficia mihi cõcessa.
Quia astitit à dextris pauperis. i. mihi pauperi fauorabilr affuit. Astare nãq; est adiuuãtis, vt
saluã faceret à psequẽtibus. i. malis & importunis hoibus atq; dæmonibus, animã meã, p̃ser-
uando eã à læsione pcti, cõseruãdoq; eã in statu salutis. Ecce psalmũ mysterialẽ audiuim⁹
in quo capitis nostri dirã psequutionẽ, & admirandã patientiam intuemur. Discamus ergo
Christi exẽplo pro aduersarijs & psequutoribus cordialr exorare, odientibus affectũ sanctæ
dilectiõis rependere, & Christi vestigia in omnibus imitari.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CIX.

### ¶ Argumentum.

¶ Titulus. Psalmus Dauid, aliàs Dauid canticũ. Monemur in hoc psal. ad subiectionẽ Chri
tanq̃ veri dei & hoïs. Porrò ostẽdit eẽ verus deus & hõ atq; sacerdos in æternũ, q & ad dexte F
rã pris resideat olim iudicatur⁹ indiscriminatim oẽs creaturas rõnales. Et pinde satis supq;
disserit hic de eius scd̃m vtrãq; naturã magnificẽtia. Et in q̃tuor ptes pinde diuidit. Primo
nãq; ostẽdit Chro collatũ eẽ à deo pre totius mũdi gubernaculũ. Secũdo aũt qũo ei tradide
rit sacerdotiũ æternũ, ibi, Iurauit dñs in æternũ. Tertio, q̃liter cõtulerit ei iudiciariã potesta
tẽ sup vniuersas creaturas, ibi, Dñs à dextris tuis. Quarto deniq; declarat Christum hæc sua
passione, morte, & obedientia promeruisse, ibi, De torrente in via bibit. Author ad literã in
pretat ipsum de Christo vel ipsius proprio ore hoc attestante.

### ¶ Expositio Tituli.

¶ Psalmi nũc declarãdi titulus talis est. Psalmus Dauid. Cõuenit nãq; hic psalmus Dauid
prophetæ tanq̃ actori, & Chro p Dauid significato tanq̃ materiæ seu subiecto, qa ad literã
Matt. 22 loquit de Chro. Quẽadmodũ ipsemet Chrs apd̃ Mat. testatus ẽ, Alloquẽs ei phariseos Quid
vobis (inq̃t) videt de Chro, cuius filius ẽ? Quibus rñdẽtib⁹, Dauid, adiecit: Qũo ergo Dauid
Hebr. 1. in spũ vocat eũ dñm, dicẽs: Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis. Aplus q̃q; ex ipsa scriptu-
ra ostẽdit Christũ angelis maiorẽ, & patri æqualẽ. Ad quẽ (inquiẽs) angelorũ dixit aliqñ, Se-
de à dextris meis, q̃usq; ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ. Loquit itaq; psalmus iste de
Chro scd̃m vtrãq; eius naturã, & de magnificẽtia eius in ascensione, de coæternitate eius, &
substãtiali identitate cũ patre, de generali eius dñio, sacerdotioq; æterno, atq; finali iudicio.
Psalm. 50 Ait ergo beatissimus Dauid, cui incerta & occulta sapiẽtiæ suæ reuelauit deus.

### ¶ Expositio psalmi iuxta sensum literalem.

Dixit

A


1 Dixit dñs dño meo.i.deus pater loquutus est filio suo vnigenito,vero deo ac dño meo,q est deus meus scdm diuinitatẽ,& filius meus scdm humanitatem, quã ex semine meo suscepit naturã. Dixit aũt nõ verbo foris sonãti ac trãseun ti,sed intellectuali ei innotuit,imò ab æterno ita disposuit.Quid aũt dixit,sub iũgit,Sede à dextris meis.i.tu fili chariss ime,q propter meũ honorẽ, homi nũq salutẽ sub oĩbus creaturis hũiliatus es,factus opprobriũ hoĩm, in ascẽsio ne sup oẽs creaturas exaltare,& vsq ad thronũ maiestatis ac gloriæ meæ cõscende,illicq ad Psalm 22 Hebr.1
2 dexterã meã æternalr reside,habita,ac quiesce. ¶Donec ponã inimicos tuos.i.oẽs incre dulos& iniquos,pſertim Iudæos,scabellũ pedũ tuorũ.i.sic tuq ptãti ac dñationi subiectos sicut substernit scabellũ pedibus sedẽtis. Hæc subiectio iam aliquo modo impleta est.Chrũs Mat.vl. eñ post resurrectionẽ dixit:Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.Imò ante pas sionẽ ait de se ad patrẽ:Dedisti ei potestatẽ oĩs carnis. Deniq q aliquãdo Christo repugna Iohã.14 bant,post conuersionẽ ad fidẽ ei subiecti fuerunt. Sed ista subiectio maxime apparebit & ple ne implebit in die finalis iudicij,quia tunc Chrũs omnes aduersarios suos deijciet & damna bit.Nã & tunc implebitur qd in Esaia de Christo prædictũ est: Ad eũ venient,& cõfundent Esaie 45 oẽs qui repugnãt ei. Interim ergo Chrũs sedebit ad dexterã patris. Sed nunquid postea nõ sedebit? Sedebit vtiq postea. In diuina eñ scriptura solet hæc dictio,donec,in oratione affir matiua oĩa tpa ponere & includere.Sicut dũ dicit:Oculi nostri ad dñm deũ nostrũ,donec mi Psal.122 sereatur nostri.Sicq tenet hoc loco,qm Chrũs in æternũ sedebit ad dexterã patris. In ora tione vero negatiua solet oĩa tpa abnegare & tollere,sicut in Matth. de Ioseph & virgine be Matth.1 nedicta asserit:Non cognouit eã,donec peperit filiũ suũ primogenitũ. Et istud rationabile

B fit. Dũ nanq scriptura affirmat aut negat aliquid pro illo tpe,qñ minus sic esse videtur, tunc certũ est q ipsa velit insinuare illud alijs tpibus sic se habere,sicut dũ Matthæus affirmat san Ibidem ctũ Ioseph non cognouisse Mariã,donec peperit Christũ,certũ est q postmodũ eã non co gnouit. Quomõ eñ matrẽ filij dei vnigeniti tẽtaret accedere,cui se cohabitare sciuit indig nũ? Simili modo dũ propheta asserit Christũ ad dexterã dei sessurũ,donec subijciant sibi ad Psal.109 uersarij sui,certũ est q illis subiectis sedebit. Aduertendũ aũt,q sessio Chri ad dexterã patris, dupliciter intelligi potest. Vno modo secundũ diuinã ipsius naturã,sicq p dexterã pris desi gnatur æqualitas eius. Vt sit sensus,Sede à dextris meis.i.residendo mecũ esto mihi æqualis. Et hoc modo dixit pater filio ab æterno,vt ad dexterã suã sederet. Imò generando eũ, dixit & cõtulit sibi hocipm,cũ ipsa generatio nõ sit nisi verbi prolatio. Dicit eñ pr filio scdm diui nitatẽ eius demonstrare & dicere,qm generãdo filium dedit ei diuinã essentiã,q est ipsa sa pientia,quã recipiendo dicit filius à patre audire atq cognoscere. Non est ergo in patre dex tera corporalis,neq in filio scdm q deus est sessio situalis. Sed sicut p dexterã pris designatur eius æqualitas,ita p sessionẽ filij exprimit summa dñatio eius. Sedere eñ cõuenit regi ac iudi ci. Secũdo intelligit Chrũs scdm naturã humanã sedere.i.esse & pmanere ad dexterã patris .i.in summis ac potioribus bonis sui genitoris,videlicet in summitate cœli empyrei,atq pfe cta participatiõe increatæ beatitudinis dei pris. Plus siqdẽ de btitudĩe dei recepit aĩa Chri,q vniuersi simul electi,& hoc mõ dixit pr Chro homini,Sede à dextris meis,ab exordio creati onis aĩæ Chri,qtũ ad intellectualẽ reuelationẽ. Reuelauit eteñ sibi statim vt cõdita est,q ipa

D cũ corpe suo eleuãda eẽt sup oẽs cœlos,sed qtũ ad exequutionẽ & cõplemẽtũ dixit pr Chro, sede à dextris meis,in ascẽsione. Tũc eñ dicendo.i.intellectualr, causalrq iubẽdo exaltauit Christũ,& dedit illi nomẽ qd est sup omne nomẽ. Et de hac Chri sessiõe dicit Euangelista: Ephes.1. Dñs Iesus postq loquutus est eis,assumptus est ĩ cœlũ,& sedet à dextris dei. Vñ & scriptũ est: Mar.vl. Aspiciebã in visiõe noctis,& ecce in nubibus cœli qsi filius hoĩs veniebat,& vsq ad antiquũ Daniel.7 dierũ puenit,& in cõspectu eius obtulerũt eũ. Cõsequẽter propheta alloquit Christum.

5 ¶Virgã virtutis tuæ.i.euãgelicæ legis doctrinã,qua corrigunt iniusti sui dñatiõis,vt re giæ tuæ dignitatis potẽtiam ò Chre,emittet dñs.pr,seu deus trinitas p seruos suos aplos, ex Sion.i.ex loco sic dicto in Hierlm sito. Sion nãq mons fuit in Hierlm,in q cõstructum erat tẽplũ,itẽq cõclaue,vel cœnaculũ,in q Chrs cœnã nouissimã celebrauit,in q post resur Acto.1.2. rectionẽ discipulis suis apparuit,in q apli,alijq cũ eis cõgregati spm sanctum receperũt. Ex hoc ergo cœnaculo,& ex tẽplo in mõte Sion posito,& ex Hierlm emisit deus p aplos, virgã virtutis Chri.i.euãgelicã legẽ,& Chri magnificẽtiã p totũ mũdũ. Cũ eñ apli spm scm rece pissent ĩ die pẽtecostes,statĩ oẽs cũ suo collegio,velut examẽ apũ de cõclaui,in q paulo añ ex ti more Iudæorũ clausi residebãt,ingrediebãt,erupẽrũt,ingressiq tẽplũ,Christũ pdicare cœperũt. Et ex inde deriuata ẽ pdicatio eorũ in totũ orbẽ,scdm q Chrs eis pdixit:Eritis mihi testes in Hie Actorũ.1. rusalẽ,& in omni Iudæa,& Samaria,& vsq ad vltimũ terræ. Qd etiã Esaias pphetauit dicẽs: De Sion exibit lex,& verbũ dñi de Hierlm. Ad hãc aũt emissionẽ & pdicationẽ sequuta ẽ cõ Esaie.2. uersio mũdi ad Christũ,ideo subdit,dominare in medio inimicorũ tuorũ.i.in regnis ac po pulis infideliũ,q tpe infidelitatis inimici tui fuerũt,sed cõuersi ad fidẽ,amici effecti sunt,& tu

Michę.5 dnaris in eis p seipm ac tuos vicarios, ecclesiarũ plãtos. Subijciunt etem tibi p fidẽ, atq; diuinæ legis custodiã, qm̃ quæ pcepisti eis, obseruant. De hoc Chri dño dictũ est p Michæã: Et
Zach. 9 nũc magnificabit in medio vniuersæ terrę. Et itẽ Zacharias: Potestas eius à mari vsq; ad ma
Daniel.7 re, & à fluminibus vsq; ad fines terræ. V nde & in Dan. scriptũ ẽ: Dedit ei antiquus dierũ potestatẽ, honorẽ, & regnũ, & oẽs populi, tribus, & linguæ seruiẽt ei. Quę aũt sequunt, possunt eẽ verba pphetæ ad Christũ. ¶ Tecũ principiũ .i. cũ te o Chrẽ est pr̃ existẽs principium » 4
Joh. 17 tuũ, de q̃ dicis apud Ioh. Oĩa mea abs te sunt. Est em̃ pr̃ cũ filio, & filius cũ patre, qa inseparabiles sunt pr̃ & filius. Licet namq; psonalr̃ distinguant, essentialr̃ tñ identificant. Propter q̃d
Johan. 1 Iohãnes inqt: In principio erat verbũ, & verbũ erat apud deũ. Tecũ ergo o fili est principiũ .i. de⁹ pr̃, .i. in die virtutis tuæ .i. in die æternitatis q̃ est ipsa æternitas, in hoc die ẽ tecũ pater » qa æternalr̃ tecũ est, & tu coæternus es ei, & in hoc nõ est prius neq; posterius. Propter q̃d a-
Michę.5 pud Michæã inducit: Egressus es ab initio à diebus æternitatis. Et in prouer. Sapiã dei, q̃ est
Prouer.8 Chrs dñs, protestat. Ab æterno ordinata sum, necdũ erãt abyssi, & ego iã cõcepta erã, añ colles ego parturiebar. Sic aũt est tecũ principiũ in die virtutis tuæ, .i. in splẽdoribus sctõrũ, .i. »
1 in splẽdidis cognitióibus beatorũ i pãtria, qm̃ eis à principio mũdi innotescit ista coæxistẽtia, &
Joh. 14 coæternitas tui cũ pr̃e, sp q̃ppe vident faciẽ pr̃is, ergo & filij. Qm̃ filius (vt ẽ apud Io.) ait, Qui videt me, videt & patrẽ. Dr̃ aũt æternitas dies virtutis .i. potẽtię Chri, qa i eo iuariabilr̃ & oĩpotẽter subsistit. Et ipsa æternitas ,pprie sumpta aliud nihil ẽ, nisi de⁹ ætern⁹, nec æternitas ẽ mẽsura aut dies diuiæ duratiõis, nisi scd̃m rõnẽ. Alij exponũt aliter, vt sint verba pr̃is ad filiũ. E Tecũ principiũ .i. vna eadẽq; principãdi authoritas ẽ mihi tecũ, qm̃ ego & tu vnũ sum⁹ in es-
Johan. 8 sentia, vn⁹ oĩm cõditor, vnusq; vniuersorũ creator. Hinc ei Chrs se dixit eẽ pricipiũ, rñdẽs Iudeis. Pricipiũ q & loqr̃ vobis. Istud vero sic eẽ innotescit i die virtutis tuę .i. i claritate patrię,
Matt 13 vbi i lumĩe tuo vidẽt beati qũo vna fit authoritas creãdi & gubnãdi i me atq; i te, i splẽdorib. sctõrũ .i. i plena illustratiõe electorũ i pãtria. Nã tũc scti ista cõspiciũt, qñ diuĩo lumie pfundunt
1. Cor. 13 ita, vt fulgeãt sicut sol i regno pr̃is eorũ. Nũc em̃ (scd̃m aplm̃) videm⁹ p speculũ in ænigmate qa p fidẽ ambulam⁹, nõ p spẽm. Tũc vero cognoscem⁹, sicut & cogniti sumus. V ñ Iohan. in
1. Johan. 3 sua canonica: Siles (inqt) erimus, qa videbimus eũ sicuti est. In hoc igit verbo declarant coæternitas atq; æqlitas patris & filij. Lex vtero .i. ex pprio corde, .i. añ luciferũ .i. añ productionẽ oĩs lucis creatæ, & añ pductionẽ astrorũ, q noĩe luciferi designant, .i. genui te, .i. gñatione æterna, intellectuali, pura, & actualissima. Filius nãq; ex substãtia pr̃is natus ẽ, ita q imediate pcedit à substãtia patris p intellectũ emanatiõe naturali, sicut pcedit splẽdor à lumine Ipsa q̃q; gñatio filij à pr̃e aliud nõ ẽ, nisi pcessus lucis à luce, actus ab actu, & dei à deo. In pr̃e eq dẽ idẽ sunt essentia, potẽtia, & opatio. Et ita pr̃ intelligẽdo seipm̃, inter se pfert verbũ sibi simillimũ, in hoc solo ab eo distinctũ, qa pcedit ab eo. Et sicut pr̃ seipm̃ vno ituitu, & oĩa alia creãda & creata, & creabilia plene cognoscit, sic æternalr̃ vna cõceptiõe interna, vnicũ verbũ intra se gignit, in q tota sua natura atq; pfectio oĩno plenissime cõtinet ac splẽdet, & in q oĩa alia cõprehẽdunt ac lucẽt. Idcirco hoc verbũ ẽt imago pr̃is, & oĩs creaturę exẽplar, pro ceditq; imediate ab itellectu pr̃is scd̃m Thomã i diuersis locis. Chrs itaq; scd̃m q de⁹, ab æterno ẽ genitus. Sicut si sol ab ęterno fuisset, splẽdor ab ęterno ab eo manasset & ortus fuisset.
Eccl. 24 Propter q̃d i Eccl̃o testat: Ego ex ore altissimi pdiui primogenita añ oẽm creaturã. Et i Sapientię lib. ait scriptura. Sapiã tua dñe nouit opa tua, q̃ & affuit tũc cũ orbem terrarũ faceres, &
Sapien. 9 sciebat q̃d placitũ esset oculis tuis. In his verbis euidẽter ostẽdit duplex eẽ sapiẽtia in deo, vcs genita & ingenita. Insup agit ppheta de sacerdotio Chri. ¶ Iurauit dñs .i. irretractabilr̃ » 5 affirmauit, firmiterq; spopõdit, .i. & nõ pœnitebit eũ, .i. ita iurasse q̃d sequit, .i. tu .i. Chrẽ in ęternũ hõ .i. es sacerdos i æternũ scd̃m ordinẽ Melchisedech. .i. Chrs nõ obtulit sacrificia legis, q̃ » sacerdotib⁹ filijs Aarõ incũbebat offerre, sed fuit sacerdos offerẽdo seipm̃ deo, & recõciliãdo F
Ephes. 2 mũdũ pr̃i ęterno, p crucẽ dissoluẽs inimicitias i semetipso scd̃m aplm̃ ad Ephe. Qui iterũ ait.
Ephes. 5
Hebr. 9 Chrs tradidit semetipm̃ p nobis oblatiõnẽ & hostiã deo i odorẽ suauitatis. Et ad Heb. Chrs assistẽs põtifex futurorũ bonorũ, p pprijũ sanguinẽ introiuit semel i sctã æterna rdẽptiõe in-
Hebræ.7 uẽta. De excellẽtia aũt sacerdotij Chri dicit aplus. Talis decebat vt esset nobis põtifex sctũs, innocẽs, ipollutus, & excelsior cœlis factus. V nde in Zacharia dr̃. Ipse portabit gloriã, & se
Zacha. 6 debit & dominabit, & erit sacerdos sup solio suo. Deniq; qũo Chrs dicat sacerdos in æternũ, declarat aplus ad Hebræos, dicẽs: Chrs eo q maneat in æternũ, sempiternũ habet sacer-
Hebræ.7 dotiũ. V nde & saluare ꝑt in ppetuũ, accedẽs p semetipsum ad deũ, semp viuens ad interpellandũ pro nobis. Sacerdotis quippe officiũ est, inter deũ ac pplm̃ mediatorẽ & aduocatũ existere, pces populi deo offerre, deũ placare, pplo bñdicere. Oĩa aũt hęc cõgruũt Chro, ppter q̃d in canonica Ioh. inducit. Si qs peccauerit, aduocatũ habem⁹ apud patrẽ, Iesum Chrm̃ iu
1. Joh. 2 stũ, & ipse ẽ propiciatio p pctis nr̃is. Dicit q̃q; Chrũs sacerdos in æternũ secũdũ ordinẽ Mel
Gene. 14 chisedech. Primo, qm̃ sicut Melchisedech obtulit deo panẽ & vinum, vt legitur in Gene-
Mat. 26 si, sic Christus sub formis panis & vini corpus suum & sanguinẽ obtulit seu dedit discipulis,

conuer

A cõuertẽdo panẽ in corpus, & vinũ in sanguinẽ. Secundo, qm̃ sicut Melchisedech sine p̃re & 1.Cor.11.
matre, ac genealogia fuisse asserit̃, nõ qa nõ habuit, sed qa scriptura ꝓpter mysteriũ ea subticuit, sic Chr̃s sine hũanę gñationis naturali ordine natus ẽ, & vere fuit æternus. Hinc nãq; di
cit ap̃lus: Præcursor pro nobis introiit Iesus, scd̃m ordinẽ Melchisedech factus sacerdos in Hebr.6
ęternũ. Capitulo q̃q; seq̃nti: Melchisedech rex Salẽ (q̃d ẽ rex pacis) sine p̃re, sine m̃re, assimu
latus filio dei. Hæc ergo iurauit de° Chr̃o hoĩ. In ipso em̃ momẽto, q̃ animã eius creauit, reue
" lauit ei hocip̃m, ⌊ & nõ pœnitebit eũ. ⌋ Pœnitẽtia nãq; ꝓprie dicta ĩ deo locũ nõ hj, prout 1.Regũ.15
in li. Reg scriptũ ẽ: Porrò triũphator ĩ Isrl̃ nõ parcet, & pœnitudĩe nõ flectet, neq; em̃ hõ est
vt agat pœnitẽtiã. Et tñ eodẽ cap. dñs ait ad Samuelẽ: Pœnitet me, ꝙ cõstituerim Saul regẽ Judi.6
Sed hoc dr̃ p similitudinẽ op̃is, nõ ꝓpter veritatẽ affectus. Loquit̃ em̃ deus freq̃ẽter in scri-
6 " pturis sc̃tis more hũano. ¶Dñs à dextris tuis, ⌋ Hoc dupl'r accipi p̃t. Primo sic, dñs p̃r, seu
deus trinus, existẽs à dextris tuis ò Chr̃e, sicut de teipso in p̃cedẽti psalmo dixisti: Cõfitebor
dño nimis in ore meo, qa astitit à dextris pauperis, q̃d illic expositũ est. Supra q̃q;: Prouide- Psalm.15
bã dñm in cõspectu meo semp̃, qm̃ à dextris est mihi, ne cõmouear. Vel sic, Dñs Chr̃us, q est
" omniũ dñs, existẽs ac residens à dextris tuis o deus p̃r, sicut paulo ante dixisti, Sede à dextris Esaiæ.63
" meis, ⌊ confregit in die iræ suæ ⌋. i. tp̃e suæ vindictæ, de q̃ Esaias dicit: Dies vltionis in corde
" meo, ⌊ reges, ⌋ infideles, priuãdo eos in hoc mũdo vita gr̃æ, vel etiã vita corpali, & postmo-
dũ æternal'r eos dãnãdo. Potissimũ aũt loquit̃ nũc de illoꝝ regũ cõfractiõe, de qbus supra di- Psalmo.2
ctũ est: Astiterũt reges terræ, & principes cõuenerũt in vnũ, aduersus dñm & Chr̃m eius. Hi
B em̃ reges (sumẽdo nomẽ regis cõiter pro p̃sidẽte) vel Herodes, Pilatus, & principes Iudęoꝝ
p̃dicto mõ ex diuĩa vltiõe cõfracti sunt. Quę confractio asscribi p̃t cuilibet p̃sonæ in diuinis,
" qm̃ effectus sup gloriosissimę trinitatis sunt indiuisi. Vñ p Esaiã Chr̃s testatus ẽ: Calcaui eos Esaiæ.63
7 " in furore meo, & cõculcaui eos ĩ ira meã. ¶Iudicabit ĩ natiõibus ĩplebit ruinas. ⌋ Duplex ẽ
Chr̃i aduẽtus. Prim° fuit, vt iudicaret. Secũdus erit, vt iudicet. Propter q̃d ait ap̃lus: Chr̃us se Hebræ.9
mel passus est, ad multoꝝ hauriẽda p̃ctã. Secũdo aũt sine p̃ctõ apparebit expectãtibus se in
salutẽ. Secũdũ hoc duplex est iudiciũ. s. iudiciũ discretiõis, & iudiciũ remunerationis. Primũ
iudiciũ fecit Chr̃us in primo suo aduẽtu, & vsq; ad finẽ mũdi hoc faciet, q̃sdã vocãdo ad fidẽ
& grãm, q̃sdã vero deserẽdo occulto quidẽ, sed iusto iudicio, de q̃ añ passionẽ dixit: Nũc iu- Joban.12
diciũ est mũdi, nũc princeps huius mũdi eiiciet foras. Chr̃s ergo in primo suo aduẽtu, & vsq;
in p̃sens iudicabit in natiõibus, i. ipsas natiões faciẽdo ĩ gẽtibus iudiciũ discretiõis, q̃sdã mise-
ricorditer adiuuãdo, cęteras iuste derelinquẽdo. In secũdo aũt aduẽtu iudicabit in nationib°
iustas saluãdo, ĩpias q; dãnãdo, queãdmodũ apud Iohãnẽ loquutus ẽ: Veniet hora, in q oẽs q Johan.5
in monumẽtis sunt, audiẽt vocẽ eius, & p̃cedẽt q bona fecerũt in resurrectionẽ vitæ, q vero
mala in resurrectionẽ iudicii. i. dãnatiõis. In primo aũt aduẽtu & ĩ iudicio q̃d nũc agit̃, ĩplet
Chr̃s ruinas. i. defectus hũanos, grãm infundẽdo cordib° vacuis, mẽtes q; inanes ditãdo sp̃ua- Luc.1.
libus bonis. In futuro vero iudicio de his q saluant̃, ĩplebit ruinas angeloꝝ, restaurãdo mãsio
" nes cœlestes, angeloꝝ casu euacuatas, ⌊ cõquassabit capita ⌋. i. corda hũiliabit, ⌊ in terra mul
" toꝝ ⌋. i. in multis locis & habitaculis hoĩm. In oĩ em̃ terra fideliũ hũiliauit q̃sdã sup̃bos. In fi-
nali aũt iudicio cõquassabit. i. æternal'r cõdẽnabit, capita ĩ terra m̃rtoꝝ. i. capitaneos ĩ multis
terris cũ elatiõe regnãtes. Vñ in Esaia scriptũ ẽ: Dñs exercituũ cogitauit hoc, vt detraheret su Esaiæ.23
perbiã oĩs gl'iæ, & ad ignominiã deduceret vniuersos inclytos terrę. Pręterea Chr̃o, secũdũ
C q̃d de° est, cõpetit iudiciaria p̃tãs authoritatiue, sed put hõ est, cõuenit ei instrumẽtal'r, & sic
meruit eã p suã hũiliationẽ & passiõnẽ. Propter q̃d ait, loquẽs de p̃re atq; seipso: Dedit ei po Johan.5
8 " testatẽ & iudiciũ facere, qa filius hoĩs ẽ. Et hoc ẽ q̃d mõ subiũgit. ¶De torrẽte ĩ via bibet ⌋
. i. Chr̃s in hoc mũdo pœnas, tribulatiões, & mortẽ acerbissimã patiet, sicq; de torrẽte tribu-
lationũ bibet, gustãdo aduersa, de huius torrẽtis potatiõe dixit Iohãni & Iacobo: Potestis bi Mat.20
" bere calicẽ quẽ ego bibiturus sum? Q̃d aũt noĩe torrẽtis tribulatiõis magnitudo designet̃, pa
" ter p illud Esaiæ: Sp̃us eius velut torrẽs inũdãs ad p̃dẽdas gẽtes in nihilũ, ⌊ propterea ⌋. i. me Esaiæ.3.
rito hui° potatiõis, ⌊ exaltabit ⌋ Chr̃s ⌊ caput ⌋ suũ. i. glorificabit & eriget semetip̃m, resurgẽ
do in corp̃e glorioso, & ascẽdẽdo ad patrẽ, q̃tenus sedebat secũ, tanq̃ vniuersoꝝ iudex ac do
minus. Chr̃s em̃ vt deus suscitauit, exaltauit, & glorificauit seip̃m, vt hõ est. Et ideo apud Io Johan.10
hã. profitet̃: Potestatẽ habeo ponẽdi aĩam meã, & potestatẽ habeo iteꝝ sumendi eã. Et qm̃
op̃a sanctę trinitatis sunt ĩdiuisa, idcirco exaltatio ista attribui p̃t vnicuiq; diuiæ p̃sonę. Chri Johan.5
stus nãq; apud eũdẽ Euãgelistã: Quæcũq; (inq̃t) facit p̃r, hæc & sil'r filius facit. Et desp̃u sc̃tõ
dicit ap̃lus. Hæc oĩa operat̃ vnus atq; idẽ sp̃us. Op̃a igit̃ sup benedictæ trinitatis sunt ĩdiuisa.

Porro in expositiõe huius psalmi circa illud, Iurauit dñs, dicit Hugo, ꝙ deus legitur tribus
locis iurasse, videlicet Gene. 22. dicens ad Abrahã. Per memetip̃m iuraui. Itẽ hoc loco, infra
q̃q; in psal. 131. vbi scriptũ est, Iurauit dñs Dauid veritatẽ. Sed istud nõ est intelligendũ p̃cise,
qa multo frequẽtius, q̃ ter legit̃ in scriptura canonica deus iurasse. In Esaia nãq; ait pater, In Esaię.45
memetipso iuraui, egredict̃ de ore meo iustitiæ verbũ. Et in propheta Amos scriptum est, Iu Amos.6

rauit dñs deus ĩ aĩa sua, detestor ego supbiã Iacob. Supra quoq; in psal. 88. q incipit, Misericor-
Luc. 1. dias dñi, dñs loquit: Iuraui Dauid seruo meo, vsq; in æternũ pparabo semẽ tuũ. Et apud Lu-
Hebr. 6 cã ait Zacharias: Iusiurandũ, qd iurauit ad Abrahã patrẽ nostrũ. Et ad Heb. aplus: Deus (in-
quit) interposuit iusiurãdũ. Et alibi quoq; legit deus iurasse. Ecce psalmus iste verbo breuis,
q̃ infinitus est sensu. Ostẽdit eñi in eo duplex Chri natura, simplexq; seu vna psona. Descri-
bit in eo Chri ad patrẽ locatio, inimicorũ eius deiectio, Chrianæ fidei pmulgatio. Coæterni
tas quoq; & cõsubstãtialitas pris ac filij. Declarat etiã sacerdotiũ Chri, & iudicialis eius ptãs, ac
finale iudiciũ in psal. psenti. Quẽ decet nos cũ multa reuerẽtia, cũ deuotiõe pcipua, cũ cõtem-
platione proferre, propter dignitatẽ, dulcedinẽ, & altitudinẽ sensuum eius.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CX.

### ¶ Argum entum.

¶ Titulus. Haleluia. In hoc psalmo agit de mirabilibus dei opibus, ratione quorũ oĩs pplus
haud immerito referet ipsi gratiarũ actiones. Vnde propheta hortat fideles, quatenus consi
deratis dei bñficijs hmõi laudes ei psoluãt. Porrò in psona taliũ profitet se redditurũ deo lau
des, volens sui exẽplo alios ad simile quiddã inducere. Habet aũt generali diuisione duas par-
tes. Primo equidẽ in persona iusti promittit laudis confessionẽ pro mirabili opatione in sa-
cramẽto Eucharistiæ. Et tũ in secũda parte cõfessiõis hmõi ppetuitatẽ, ibi, Laudatio eius ma
net. Author inprimis exponit ipsum his cõsentanee ad literam, deinde iuxta sensum anago-
gicum (debearis in patria. E

### ¶ Expositio Tituli.

Psal. 116 ¶ Huius psalmi titulus est. Alleluia, qd significat, laudate deũ, de cuius pconijs perpulchre
atq; iocũde tractat hic psalmus, psertim de admirabilissimo opere dei in cõsecratiõe corpo-
ris & sanguinis Chri. Sicut eñi psalmus pcedens tractat de sacerdotio Chri, sic iste determi-
nat de institutione sacrificij huius, & efficacia sacramẽti altaris. Loquens itaq; sanctus pro-
pheta in propria atq; ecclesiæ, omniũq; fidelium persona, dicit.

### ¶ Expositio psalmi iuxta sensum literalem.



Onfitebor tibi ⌋. i. laudabo te, ⌊ dñe in toto corde meo ⌋. i. ex toto intellectu,
& affectu, mẽte collecta, & fixa. Cor hoc loco nõ pro organo corpis, sed pro
aĩa ponit. Aĩa aũt ĩmaterialis ẽ, nec ptes habet, quõ ergo phibet se dño cõfi-
teri toto corde, tanq̃ possit ei cõfiteri pro pte cordis? Et rñdendũ q aĩa nõ hz
partes q̃titatiuas, cũ sit incorporalis, nec essentialis, cũ sit forma simplex, sed
potestatiuas. i. vires distinctas. Vires aũt seu partes potestatiuæ aiæ rationa-
lis, inquantũ est rationalis, sunt tres, in qbus summæ trinitatis imago consistit, in aĩa, scilicet
intellect⁹, memoria, & volũtas. Ad itellectũ spectat cognitio, ad volũtatẽ dilectio, ad memo
riã in vtroq; firma ihæsio. Toto igit corde dño cõfitet, q itellectu, volũtate, atq; memoria eũ
collaudat, itaq intellectu aduertit, volũtate diligit, memoria retinet verba diuina, qbus dño
confessionẽ laudis sacrificat, qui aũt deũ ore laudat, & mente illicita amat aut cogitat, nõ toto
Osee. 10 corde dño cõfitetur. Vnde de quibusdã animo vagabundis ac vagis scriptũ est: Diuisum est
Hiere. 4 cor eorũ, nunc interibũt. Et in Hieremia dñs loquit: Si reuerteris, conuertere. i. si tu ô homo F
cor tuũ ad deũ conuertere optas, toto corde ad eũ conuertere, adhærendo ei perfecte, eiq; to
Apocal. 3 tis viribus ministrãdo, ne sis tepidus ac diuisus. Cõfitebor aũt tibi o domine nõ inconsulte, in
discrete, aut vana intẽtione, sed ⌊ in consilio iustorũ ⌋. i. eo modo quo iustorũ consiliũ est, te
Eccl. 15 laudare. Iustorũ nanq; consiliũ est, te laudare corde à vitijs expurgato, cum non sit speciosa
laus i ore peccatoris, & propter nominis tui amorẽ atq; honorẽ, nõ propter tẽporale emolu
mentũ, aut laudẽ humanã, ⌊ & congregatione iustorũ ⌋. i. nõ in conuenticulis hæreticorum,
sed in ecclesia fideliũ tibi confitebor. Cur aũt dño cõfiteat, subiungit. ¶ Magna opa dñi, ⌋
. i. magnifice facta, seu laude, admirationeq; digna sunt, vt patet de creatione cœli & terræ, de
gubernatione vniuersi, de operibus recreationis, glorificationis, ac cæteris dei effectib⁹. Effe
ctus qppe proporcionat & correspõdet suæ causæ. Cũ ergo deus sublimis & bñdictus sit in-
finitæ magnitudis, sapiæ, & dignitatis, decuit magna ab eo opa fieri, ⌊ exqsita ⌋. i. exqsite p-
ducta, ⌊ in oẽs volũtates eius ⌋. i. scdm omne desideriũ seu bñplacitũ creatoris. Singula nãq;
pduxit tũc, taliter, ideo, vbi, & scdm q voluit, propter qd p Esaiã testat: Cõsiliũ meũ stabit,
Esaie. 46 & oĩs volũtas mea fiet. Et apls ait: Deus opat oĩa scdm cõsiliũ volũtatis suæ. Sed cũ in deo nõ
Ephes. 1. sit, nisi vna, æterna, simplex, inuariabilisq; volũtas, cur nũc pluralr dictũ est, in oẽs volũtates
eius? Et rñdendũ, q sicut in deo dicunt plures Ideæ, seu multæ notitiæ prespectũ ad creatu-
ras, sic dicunt plures volũtates scdm rationẽ nostrã, p cõparationẽ ad volita creata q̃ multa
sunt. ¶ Cõfessio ⌋. i. dei laudatio, seu ppriæ culpæ platio, ⌊ & magnificẽtia ⌋. i. magnifica
opatio ad dei honorẽ exhibita sunt ⌊ op⁹ ei⁹ ⌋. i. opa deo placẽtia, & nobis ab eo cõcessa. Oẽ
ei bonũ ab ipõ pcedit, & hæc duo opa deo pcipue placẽt, nec nob ĩsũt nisi ex grã dei, ideo deo
magis q̃ nob attribuunt, ⌊ & iustitia ei⁹ manet ĩ sclm scli, ⌋ Iustitia nãq; ĩ deo existẽs, q̃ est ipse

A met deus,æterna eſt:ſicut diuina eſſentia à qua ſola rõne diſtinguif. Iuſtitia quoq; quę eſt effe
« ctus diuinæ æquitatis in ppetuum pſeuerabit, qm̃ electo℞ gloria, & impio℞ miſeria nunquã
4 « ceſſabunt. ¶ Memoriã fecit mirabiliũ ſuo℞ miſericors & miſerator dñs,&c.⌋ Verſiculus
iſte nec melius,nec litalius valet exponi,q̃ de inſtitutõe ac alimonia ſacri altaris, vt ſit ſenſus:
Dñs Chr̃us q eſt miſericors in natura,& miſerator in actu,fecit memoriã.i.memoriale iſtitu
it mirabiliũ ſuo℞.i.incarnatõis,dilectõis,cõuerſatõis,ac paſſionis ſuæ. In cœna em̃ nouiſſima
receſſurus à ſuis corpali pñtia,volẽs nos iugiter memores eſſe eximiæ ſuæ dilectõis,atq; ama-
riſſimę paſſionis,imò oim quę pro noſtra ſalute tam dignãter aſſumpſit,fecit,ac ptulit, ſacr̃m Matt.26
« corpis & ſanguinis ſui inſtituit,panẽ cõuertẽs in corpus,& vinũ in ſanguinẽ:ſicq; ſub ſpecie-
« bus panis & vini,⌊eſcã dedit timẽtibus ſe⌋.i.corpus ac ſanguinẽ ded.t Apl̃s,& p eos ac ſuc-
ceſſores eo℞ dari cõmiſit vniuerſis fidelibus. Propter q̃d dixit:Hoc facite in meã cõmemora- Ibidẽ
tionẽ. Vñ Apl̃us:Quotiẽſcũq;(inqt)mãducabitis panẽ hũc,& calicẽ bibetis,mortẽ dñi annũ 1.Cor.11.
tiabitis,donec veniat. De hac etiã eſca Chr̃us apud Iohãnẽ locutus ẽ:Caro mea verè ẽ cibus, Iohan.6.
5 « & ſanguis meꝰ verè ẽ potus. ¶ Memor erit(ipſe Chr̃us)in ſeculũ⌋ Hoc ẽ,indefinẽter ⌊teſta
« mẽti ſui⌋.i.huius ſacri,q̃d dr̃ teſtamẽtũ. Iuxta illud Apl̃i:Hic calix nouũ teſtamẽtũ eſt in meo 1.Cor.11.
ſanguine. Huius teſtamenti ſeu ſacri erit Chr̃us in ppetuũ memor, p hoc q̃d oĩbus hoc ſacr̃m
deuote fideliterq; ſumẽtibus cõfert grãm in pñti,ac vitã ęternã in futuro,ſicut promiſit dicẽs
Qui mãducat meã carnẽ,& bibit meũ ſanguinẽ:in me manet,& ego in eo. Ruſuſq;:Qui mã- Iohã.6
ducat hunc panẽ viuet in æternũ. Vel dr̃:Chr̃us ſemp memor futurus huius teſtamẽti,qm̃ fa Ibidẽ
« cit nos memores eius,cõſeruabitq; fidẽ huius ſacramẽti in cordibus hoĩm,vſq; ad ſeculi con-
« ſummationẽ.⌊Virtutẽ ope℞ ſuo℞⌋.i.fructũ & efficaciã huius ſacri,vcꝫ corpis & ſanguis ſui,
B quę ſunt opa creatoris. Vel,virtutẽ ope℞ ſuo℞.i. potẽtiã ſacr̃aliũ effectuũ corpis ſui ac ſan-
« guinis,⌊annũtiabit(Chr̃us) populo ſuo⌋.i.diſcipulis ſuis, atq; p eo℞ p̃dicationẽ cunctis fi-
delibus. Ho℞ ope℞ ſuo℞ virtutẽ Chr̃us diſcipulis annunciauit,dicẽdo: Hic eſt panis de cœlo Matt.26
deſcendẽs,ſi qs mãducauerit ex eo,nõ moriet in æternũ. Et q mãducat me, viuet ,ppter me. Ioban.6
Poſſunt q̃q; hęc generalius explanari,eritq; ſenſus: Memoriã fecit mirabiliũ ſuo℞,qm̃ p ſpm̃
ſanctũ edocuit ſctõs ,pphetas atq; apl̃os ad cõſcribendũ & annũtiãdũ mirabilia ſua,q̃ vtiq; in
veteri ac nouo teſtamẽto copioſe narranf,& à fidelibꝰ recolunf,eſcã ſpũalẽ dedit timẽtibus ſe Eccl.15.
reficiẽdo mẽtes eo℞ pane vitę & itellectus,& verbo & gr̃a ſpũs ſcti. De eſca quoq; corpali p-
uidit deus famulis ſuis timoratis,qbus apud Matthæũ ait:Quęrite primũ regnũ dei,& iuſtitiã Matth.6
eius & hęc oĩa adijcient vobis. Propter q̃d ite℞ dicit:Ne ſolicitĩ ſitis aĩæ vr̃æ qd mãducetis,& Ibidẽ.
corpi vr̃o q̃d iduamini,ſcit em̃ pr̃ veſter cœleſtis,qa his oĩbus idigetis. Memor erit in ſeculũ
teſtamẽti ſui.i.nouę atq; euãgelicę legis corroborãdo,cõſeruãdoq; eã vſq; ad terminũ mũdi. Sapiæ. 5
Memor etiã erit teſtamẽti ſui.i.,pmiſſionis ſuę factę in nouo teſtamẽto: q̃m eã implebit,dũ- Matt.13.
mõ nos agamus q̃d ipſe nob p̃cepit. Promiſſio teſtamẽti ẽ:Fulgebũt iuſti,ſicut ſoli regno pr̃is
eo℞:&,In futuro ſeculo nõ nubẽt neq; nubent,ſed erũt ſicut angeli dei. Illud quoq; q̃d Chr̃us Iohã.17
clariſſime loquif:Pr̃,qs dediſti mihi,volo vt vbi ego ſum,& illi ſint mecũ,vt videant claritatẽ
meam quã dediſti mihi. Hæc oĩa implebunf in nobis,ſi impleuerimus illud q̃d ad Corinthios
ait Apl̃us:Has promiſſiones habentes chariſſimi,mundemus nos ab omni inquinamento car 2.Cor.7.
C nis & ſpũs,pficiẽtes ſanctificationẽ in timore dei. Virtutẽ ope℞ ſuo℞.i.miraculo℞ potentiã
ſeu opa ſua virtuoſa ac ſancta,annũtiabit pplo. Chr̃us em̃ p ſeipm prædicauit opera dei pr̃is,
& ſubinde couuerſatõis ſuæ innocentiã ac miraculo℞ ſuo℞ excellentiã annũtiauit Iudæis. Si-
cut apud Iohannem:Quis(inqt)ex vobis arguet me de pc̃tõ? Et:Ego non quęro gloriã meã. Iohã.8
Et alibi:Opera quæ dedit mihi pr̃,teſtimonium perhibent de me. Hæc at̃ opa.i.vita & ſigna Ibidem
Chr̃i annuntiata ſunt nobis per Apoſtolos, imò quotidie nobis annuntianf in ſcriptura Ca- Iohã.7
6 « nonica noui teſtamenti,p̃ſerim in Euãgelijs: Omnia aũt hæc fecit deus fidelibus ſuis. ¶ Vt
« det illis hæreditatem gentium⌋ Hoc ẽ,regnũ cœlo℞ & vitã æternã hoĩbus ab origine mundi
« do,sed oĩa patiẽter ferẽdo,⌊ cũ loquebar illis,⌋ charitatiue,increpatorie,rõnabilr,& mode
« ste,⌊ impugnabãt me gratis⌋.i.sine causa cõdigna,reddẽtes malũ pro bono,prout inducit: Amos. 5
Odio habuerũt corripientẽ,& loquentẽ,perfecte abominati sunt.

C ¶ Explanatio allegorica eiusdem psalmi,de Christo.

ALiqui aũt exponũt hũc psalmũ ad literã de ppľo Iudæorũ in captiuitate Babyloni-
ca existẽti. Et quis litera ad hoc valeat applicari,parũ tñ deuotionis cõtinet exposi
tio talis. Melius ergo est,vt de Chro exponat,in cuius psona loquẽs ppheta,ait.
Ad dñm.i.ad deũ patrẽ,cũ tribularer.i.in passione instante seu pñte,qñ cœpi tri Marc. 14
7 . stari & pauere,qñ factus est sudor meus sicut sagittæ sanguinis decurrentis in terrã,clamaui Luc 22
dicendo: Pater,si fieri pt,transeat à me calix iste. Imò factus in agonia,prolixius oraui,& Mat. 26
exaudiuit me pater in eo q̃d dixi: Verũtamen nõ mea volũtas fiat,sed tua. Quod intelligẽdũ Lu. 22
est de appetitu naturali,q̃ Christus homo horruit mortẽ. Hoc est q̃d dicit aplus: Chrũs ĩ die- Matt. 26
bus carnis suæ,preces,supplicationesq; ad eũ qui possit illũ saluũ facere à morte,cũ clamore Hebre. 5
valido,& lachrymis offerẽs,exauditus est pro sua reuerentia. Dñe pater libera animã meam,
.i.meipsum,seu vitã meã corporalẽ,à labijs iniquis,Iudæorũ clamantiũ: Tolle,crucifige eũ. Johan. 19
Et à lingua dolosa,Iudæ proditoris,qui dixit: Quẽcunq; osculatus fuero,ipse est,tenete eum Matt. 26
& ducite eũ caute. Postulat ãt Chrs liberari ab ijs,nõ vt nõ occidat,sed ne in morte detineat. Lucæ. 22
Quod vero subiungit,Quid detur tibi,aut quid apponat tibi,&c. potest esse verbũ prophe-
tæ ad aduersarios Chri Iudæos,secundũ sensum in pcedenti articulo positũ. Et respondet,
Sagittæ potentis acutæ. Vbi p sagittas potẽtis acutas intelligunt pœnæ Iudæis inflictæ à po
tente exercitu Romanorũ,in vltionẽ sanguinis Christi. Per carbones quoq; desolatorios in
telligunt cõbustiones,quibus Romani incenderũt & cõbusserunt templũ & ciuitatẽ Hierusa
lem,& cæteras vrbes Iuda cũ magna parte populi. De qua pœna Iudæorũ Esaias euidẽter va Esaie. 42
ticinans,inter cætera ait,Laqueus iuuenũ omnes,& in domibus carceris abscõditi,facti sunt
in ruinã,nec est q erüat,in direptionẽ,nec est q dicat,redde. Quis dedit Iacob in direptionẽ,

 & Isra

& Israel vastātibus eū, nōne dñs? Ipse est cui peccauerūt, & noluerūt in vijs eius ambulare, ip D
se cōbussit eū in circuitu, & nō cognouit, & succēdit eū, & nō intellexit. Hæc verba beatissi-
mi Esaiæ de nulla alia oppressione intelligi possunt, nisi de ea quā à Romanis ppessi sunt, in q
nūc vsq; præmunt & pmanent, nec tñ cognoscunt suū peccatū, idcirco veniā nullā merētur.
Deinde Chrūs viator aliquo modo existens, atq; passibilis glorificandus, nondū glorificatus
ait, Hei mihi, qa incolatus meus prolongatus est. Desiderauit em̄ Chrūs ab isto exilio libera-
Marc. 9 Johā. 14 ri, ad patriāq; reuerti, propter q̄d loquutus est: O generatio incredula, q̄diu apud vos ero, q̄-
diu patiar vos? Et itez: Si diligeretis me, gauderetis vtiq;, qa vado ad patrē. i. mihi de meo
reditu ad patrē gratulanti, cōgratularemini. Habitaui cū habitantibus Cedar. i. excæcatis &
Baruch. 3 obtenebratis Iudæis, inter q̄s multo cōuersatus sum tpe, prout dr̄: Post hæc in terris visus est,
& cū hoībus cōuersatus est. Multū incola. i. peregrina in hoc mūdo, fuit aīa mea. Incola em̄
vocat, qui alienā terrā immorat vel colit, & à patria sua longe seiūctus est. Sic aūt Chrūs pe-
Hiere. 14 regrinus & incola erat in vita præsenti, queadmodū Hieremias dixit ad eū: Quare quasi co-
Johan. 18 lonus venturus es in terra, & quasi viator declinans ad manendū? Vnde & Chrūs testatus est
Johan. 1. Regnū meū nō est de hoc mūdo. Quāuis em̄ terra ista nō sit aliena Christo cōditione, qa cre
auit eā, & venit in propria, dicit tñ aliena, qm̄ non erat ei pro patria. Cū his q oderūt pacem
.i. cū Iudæis q fraternæ charitatis cōcordiā, euangelicæ p̄dicationis pacē, verāq; mētis ī deo
tranquillitatē abiecerūt, aduersantes mihi & meis discipulis, erā pacificus, nihil eis molestiæ
Johan. 4. inferēs, imò bona pro malis restituēs, cū loquebar illis, redarguēdo pessimā vitā eoꝝ, prædi-
cando eis cōtemptū diuitiaꝝ, & regnū cœloꝝ, dicēdoq; eis me esse Christū ī lege p̄missum,
Johan. 8. impugnabāt me, verbis & ictibus, gratis, dicētes: Tu de teipso testimoniū phibes, testimo- E
Luc. 4 niū tuū nō est veꝝ. Et nūc tētantes me p̄cipitare, nūc lapidare, tandem vero me crucifigētes.
Johan. 10 Mat. 27 Ecce in psalmo hoc breui ac sentētioso docemur profectū nostrū sp̄ualem gradatim incip e-
re, p recessum à pristinis vitijs, sicut scriptura hortat: Fili peccasti, ne adijcias iteꝝ, sed de p̄te
Eccl. 21. ritis deprecare vt tibi dimittant, & quasi à facie colubri fuge p̄ctā. Docemur insup in omni
tribulatione ad deū clamare, eūq; p̄cipue exorare, vt modis p̄dictis liberemur à labijs iniquis
& lingua dolosa, tā alioꝝ q̄ propria. Corrūpunt em̄ mores bonos colloquia mala, secundum
1. Cor. 15 aplm̄. Edocet q̄q; nos psalmus iste, p̄sentē vitā cū omni sua voluptate & gloria aspernari, cę
lestisq; patriæ felicitatē p̄cordialissimo appetitu desiderare, & cū turbulētis hoībus pacifice
Matt. 5 cōuersari. Qm̄ Chr̄o testante: Beati pacifici, qm̄ filij dei vocabuntur.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXX.

¶ Argumentum.

¶ Titulus. Canticū graduū. Hic postulat diuinū auxiliū in tribulatiōe & tētatiōe. Docet nā
q; propheta orādo recurrēdū eē ad deū, & ad sc̄tōs eius vt ipsoꝝ intercessiōe assequmur dei p̄si
diū in necessitatib⁹. Duas habet ptes. In prima ponit oratiōis tā ad sc̄tōs q̄ ad deū ip̄m deuoti-
onē. In sc̄da vero cōfidētiā de cōseruatiōe sui à p̄ctis & cōfirmatiōe in bono, ibi, Nō det ī cō
motionē. Author exponit hunc psalmū de gradu sp̄ualis profectus.

¶ Expositio Tituli.

¶ Titulus psalmi est. Cāticū graduū. Cuius intellectus in p̄cedētis psalmi expositiōe aper-
tus est. Hic aūt est secūdus psalmus gradualis, in q̄ agit de secūdo gradu sp̄ualis profectus, vcꝫ
de imploratiōe diuini auxilij, q̄d relinquētibus pristina vitia maxime necessariū est. Ait ergo
propheta in p̄sona hoīs sp̄ualiter ascendētis, & priora peccata derelinquentis.

¶ Expositio psalmi. F



Euaui ⌋ cōtemplando, orando, psallendo, amando, ⌊ oculos meos, ⌋ p̄sertim „ 1
intellectuales, & etiā corporales, quatenus per exteriores visus eleuatione vi
sus interior erigatur, ⌊ in montes ⌋ .i. ad cœlos, ad angelos sanctos, ad ciues „
cœlestes. Vnde dicitur: Ad aliquem sanctorum conuertere, ⌊ vnde ⌋ .i. de q „
bus montibus ⌊ veniet, ⌋ vt confido, ⌊ auxilium mihi, ⌋ quia per angelos san „
Job. 5 Hebr. 1. ctos mittit nobis creator omnipotens gratiam cœlestis auxilij. Omnes nāq;
(secundū apostolū) sunt administratorij sp̄us in ministerium missi, propter eos qui hæredita
tem capiūt salutis. Quoniā tamen auxiliū istud est ab angelis instrumētali, & ministeriali, à
Genes. 1. deo aūt principali, ideo subditur. ¶ Auxilium meū à dño, qui fecit cœlū & terrā. ⌋ possunt „ 2
Expō 24 quoq; ista aliter explanari, hoc modo, Leuaui oculos meos interiores in montes. i. ad altas
cōsiderationes, ad cōtemplationes sublimes. Ideo q̄ro. Vnde veniet auxiliū mihi? Et sp̄ū san
cto instructus, respondeo, Auxiliū meū à dño, qui ait: Perditio tua ex te, in me tātūmodo au
Osee. 13 Zach. 4 xiliū tuū. Et alibi: Nō in exercitu nec in robore, sed in sp̄ū meo dicit dñs. Itaq; auxiliū meum
à dño, non particulari, sed vniuersali oībus domināte, qui creauit cœlū & terrā, queadmodū
Genes. 1. scribit: In principio fecit deus cœlū & terrā. Per cœlū vero & terrā hoc loco intelligēda sunt
omnia intermedia, atq; vniuersa in eis cōtenta. Præsertim aūt p cœlū intelligit cœlū empy-
reum, q̄d secundū Damascenum est continentia visibilium & inuisibilium. Hic igitur diuina
auxilij

A
3 " auxilij fultus fiducia, vir fidelis seipsum affatur, dicẽdo. ¶Non det in cõmotionẽ pedẽ tu-
" um⌋.i. spũalem tuũ profectũ, cordis tui affectũ, aĩæ tuæ stabilitatẽ nõ permittat deus de-
" ficere, disperire, ⌊neqȝ dormitet⌋.i. p modũ fatigati, seu dormientis se nõ habeat, ⌊q custo
dit te⌋.i. deus q̃ est oĩm electoꝝ pcipuus custos. Et ecce vir sanctus exteriori spũs sancti
4 " instinctu se exauditũ aduertẽs, adiecit. ¶Ecce nõ dormitabit⌋ tanq̃ lassus, ⌊neqȝ domitet⌋
" tanq̃ ab exteriori exercitio cessans, ⌊q custodit⌋ p grãm & angeloꝝ subministrationẽ, ⌊Is-
" rael⌋.i. plebẽ fideliũ, seu vnũqueqȝ fidelẽ. Qm̃ deus electos suos incessanter custodit, guber-
nat, & protegit, iuxta illud: Ego deus tuus docẽs te vtilia, gubernãs te in via q̃ ambulas. Dicũ Esaie.48
tur aũt deus & angeli sancti dormire seu dormitare, sicut dicunt irasci & pœnitere, vcȝ scd̃m
similitudinẽ, nõ scd̃m veritatẽ. Dicit ergo deus dormire, dũ cessat gratiose succurrere.
5 " ¶Dñs custodit te,⌋ in bono cõseruãs, & à malo pseruãs te in via psentis exilij. Vñ scribit: Tobie.5
" Sit dñs i itinere vr̃o, & angel' eius comitet vobiscũ, ⌊dñs protectio tua⌋.i. cã protectiõis tuę
" seu ,ptector tuus, ⌊sup manũ dexterã tuã⌋.i. magis ac fortius q̃ dextera tua, q̃ fortius defen- Gene.14
6 " dere solet, te ,ptegere possit. Propter q̃d ait: Ego ,ptector tuus sum ¶Per diẽ sol nõ vret te,
" neqȝ luna p noctẽ.⌋ Queadmodũ tps seu dies & nox dicunt facere, q in ipsis fiũt, prout in lib.
Macha. habet: Vidẽs Ionathas q a tẽpus eũ iuuat. Sic sol q pest diei, eãqȝ causat, & luna psidẽs 1.Mac.12
nocti, asserunt ea efficere q̃ in die fiũt aut nocte. Et hoc mõ dixit qdã Anachorita ad aliũ: In- Gen.1.
B fra q̃draginta annos nõ vidit me sol mãducantẽ. Cui alter: Nec me (inqt) irascẽtẽ. Et in Iudi. Psal.135 Iudicũ.5
Stellæ manẽtes i cursu & ordine suo aduersum Sisarã dimicauerũt. Est itaqȝ sensus, Per diẽ
sol nõ vret te, i. in die nõ vreris, nõ destrueris, neqȝ peribis, neqȝ luna p noctẽ. i. tpe nocturno
nõ vreris sicut nec in die. Quẽ eñ deus custodit & protegit, nunq̃ vrit. i. nunq̃ spũalr cõsu-
mit flãma libidinis, igne impietatis, ardore pc̃ti. Sicqȝ scriptũ est: Cũ ambulaueris in igne, nõ Esaie.43
cõbureris, & flãma nõ ardebit in te. Hoc cãtat ecclesia de sanctis qbusdã martyribus, q vtiqȝ
7 " corporalr cõbusti sunt igne, nõ aũt scd̃m sensum pdc̃tũ ¶Dñs custodit te ab omni malo⌋
culpæ mortalis, & etiã à malo pœnę, nõ vt nõ patiaris, cũ p multas tribulatiões oporteat nos Actor.14
saluari, sed ne pœna aĩæ tuæ noceat, imò deo ordinãte ineffabilr proficiet ei, q a p eã seruando
patiẽtiã, meret vitã æternã. Itaqȝ dñs custodit te o hõ electe, ab omni malo, vel simplr ab om
" ni malo, si nullũ incidis malũ. Vel, ab omni malo à quo custodiris seu pseruaris, vt scias donũ
" dei esse, si aliquod malũ euadis, ⌊custodiat animã tuã dñs,⌋ ne grãm perdas, ne caro ei præ-
8 " ualeat, ne finalr pereat. ¶Dñs custodiat introitũ tuũ & exitũ tuũ ex hoc nũc & vsqȝ i scl̃m⌋
.i. oĩa opa tua interiora & exteriora. Vel, introitũ tuũ. i. inchoationẽ, dũ opus bonũ aggrede
ris, & exitũ tuũ. i. opis cõsummationẽ, quatenus cũcta opatio tua à deo semp incipiat, & per
eũ cœpta finiat. Vel, introitũ tuũ. i. cõuersationẽ tuã in hoc mũdo, p quã hũc locũ peregrina
tionis psentis ingrederis, & exitũ tuũ, q̃ à corpore separaberis, mũdũ exibis. De isto introitu
& exitu ait saluator: Ego sum ostiũ, p me si quis introierit, saluabit, & ingrediet & egrediet,
& pascua inueniet. Ecce psalmũ iocũdũ & doctrinalẽ audiuimus, in q̃ nobis diuina proui- Iohan.10
dentia hilariter cõmẽdat. Leuauimus igit oculos nr̃os ad angelos sanctos, deuotissimi inuo-
cantes singuli eos qbus specialr sumus cõmissi, vt nunq̃ desinãt nos propitius intueri, custo-
dire, defendere, totũqȝ nostrũ auxiliũ constituamus in deo, dicentes illud Iob: Ecce non est Iob.4
auxilium mihi in me.

C

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXI

### ¶Argumentum.

¶Titulus. Canticũ graduũ. Monet propheta ad spem & desideriũ cœlestis patriæ, in pso
na equidẽ cuiuslibet electi gaudet se illuc venturũ. Duo igit in hoc psalmo agit. Primo nãqȝ
inqt se lętari in spe, quã ex alioꝝ dictis cõcepit de pace futura Hierlm. Deinde dirigens ser-
monẽ ad maiores, optat hmõi pacis abundantiã, ibi, Rogate q̃ ad pacẽ sunt. Author expo-
nit ipm tripharià, nẽpe literaliter, anagogice, & allegorice.

### ¶Expositio Tituli.

¶Porrò titulus psalmi psentis est in sensu & verbis idẽ cũ titulo psalmi pcedẽtis, vcȝ, Can-
ticũ graduũ. Videtur ad literã psalmus iste loqui de ædificatiõe tẽpli à Salomone constructi 2.Reg.7
quod Dauid sciens futurũ, ita exorsus est.

### ¶Expositio psalmi literalis.

1 " Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi⌋ per reuelationẽ diuinã, & Nathã ,p-
" phetã. Et q̃ sint hæc, pãdit, ⌊in domũ dñi⌋.i. tẽplũ à filio meo Salomone ædi 3.Reg.6
" ficandũ, ⌊ibimus.⌋ Quãuis aũt domũ istam Dauid ingressus nõ sit, qm̃ añ eius
constructiõnẽ defunctus est, cõnumerat tamen se alijs qui introierunt, eo mo-
do loquendo quo aliqd dr̃ fieri à cõmunitate, qm̃ fit ab aliquibus ad cõmuni-
tatẽ pertinẽtibus. Legit aũt qualiter Dauid proposuit ædificare templum deo
Israel, q misit ad eũ Nathã prophetã dicẽs p eũ, q ipse nõ ædificaret sibi tẽplũ, sed filius eius. 2.Reg.7
2 " ¶Stantes erant pedes nr̃i⌋.i. nos ipsi pplus dei, seu filij Israel, stetimus corporalr, ⌊in atrijs

3.Regū.7 tuis o Hierusalē⌋.i.in atrijs tēpli & ciuitatis. Habuit nāq; tēplū Salomōis plura atria. Vnū, in a
q̄ stabāt & offerebāt sacerdotes. Aliud, in q̄ stabāt & exorabāt hoīes mūdi. Tertiū erat atriū
immūdorꝫ. Silr ciuitatē Hierl'm clausit Salomon triplici muro, sicq; plura atria habuit ciuitas
de qua subdit. ¶Hierl'm (est) q̄ ædificat vt ciuitas⌋.i.à Salomone ædificat. Vel potius ī æ- ” 3
dificijs meliorat, tā excellēter atq; regalr, sicut decet regiā ciuitatē, seu regni Metropolim æ-
dificari, ⌊cuius participatio eius in idipm⌋.i.ciuitas ista associata est tēplo. Nā in Hebrço ha ”
bet, Quæ associat ei simul. Vel dr̄ participatio eius in idipm, propter ciuiū cōmunionē, & pa
cificā cōuersationē, vel ꝑpter ædificiorꝫ mutuā cōfortationē ac decorationē. ¶Illuc em̄⌋ ” 4
.i.ad hāc ciuitatē & tēplū in ea cōstructū, ⌊ascēderūt tribus, (vcꝫ) trib⁹ dn̄i⌋.i. duodecim tri ”
bus Israel, q̄ dicunt tribus dn̄i, q a cæteris gētibus ad idololatriā deuolutis, ipsi vnū verꝫ deum
Ge,32.35 coluerūt, ⌊testimoniū Israel⌋.i.sicut Iacob alio noīe Israel dictus testatus est, & sicut ei deus ”
Gene.28 ꝑdixit. Nā de ædificatiōe tēpli Iacob ꝑphetauit, Quā terribilis (inquiēs) est locus iste. Nō ē
hic aliud nisi domus dei. Ascēderūt itaq; ⌊ad cōfitēdū nomini dn̄i⌋.i.vt deū laudarēt, eiusq; ”
Leuiti.2. bn̄ficia recognoscerēt in tēplo dieb⁹ solēnib⁹, sicut ī lege Moysi cōtinet. Nō em̄ poterāt of-
ferre sacrificiū, nisi in vno loco.i.tēplo ædificato. ¶Quia illic⌋ vcꝫ in ciuitate & tēplo Hie ” 5
rusalē, ⌊sederūt sedes,⌋ Ponit cōtinēs pro cōtēto, vt sit sensus, sedes.i.sedētes ī sedibus iudi- ”
Deute.16 cialibus, ⌊in iudicio⌋.i.vt iudicarēt ppl'm. Ad reges nāq; & summos sacerdotes ī Hierl'm ha ”
bitātes, ꝑtinebat determinare causas dubiosas & magnas emergētes, sicut in Deut. scriptū est
⌊sedes sup domū Dauid⌋.i.sedētes seu ꝑsidētes isti sederūt sup domū Dauid, q̄tenus ppl'm, ”
seu familiā Dauid regis iuste iudicarēt. Deinde inuitat ꝑpheta alios ad orādū pro bono statu
Hierl'm. ¶Rogate⌋ o filij Israel deū ea ⌊q̄ ad pacē sunt Hierl'm,⌋.i.ppl'o habitāti in ea, ⌊& ” 6
abūdātia⌋ spūaliū, tpaliūq; bonorꝫ det diuinitus ⌊diligētib⁹ te⌋ o Hierl'm ciuitas dei summi ”
¶Fiat pax ī virtute tua⌋.i.in forti tua structura, ne aduersari⁹ te expugnet, ⌊& abūdātia⌋ ” E 7
victualiū fiat o Hierl'm. ⌊in turrib⁹ tuis⌋ in qbus custodes ciuitatis vigilare & arma repone-
re solēt. ¶Propter frēs meos⌋.i.Iudços cognatos, ⌊& ꝑxīos meos⌋.i.ceteros fideles ⌊lo ” 8
q̄bar pacē de te⌋.i.deū in oratiōe affatus sum, depcans eū pro pace tua. Ordinat em̄ locus seu ”
ciuitas ad ppl'm, nō ppl'us ad ciuitatē. Idcirco orandū est pro pace ciuitatis ꝑpter ppl'm, non
ecōtra. Maxīe vero orandū est pro pace loci, quatenus cultus dei augeatur, ideo additur.
¶Propter domū dn̄i dei nostri⌋.i.propter templū & cultū diuinū in eo ꝑficiendū ⌊q̄siui⌋ ” 9
orando ⌊bona,⌋.i.statum pacificum, abundantiamq; bonorꝫ, ⌊tibi⌋ o Hierusalem. ”

¶Expositio anagogica eiusdē psalmi, & q̄uo allegorice exponi possit.

ANagogicū deniq; ītellectū sequēdo, loquit ꝑpheta de cœlesti Hierl'm, de q̄ ait apl's:
Galat.4 Illa q̄ sursum ē Hierl'm libera ē, q̄ est mr̄ nr̄a. Cōgrue āt ponit hic terti⁹ psal. gradu-
alis, post duos sequētes, qm̄ prim⁹ gradus ascēsiōis īternæ ē exire de malis & vitijs
scl'i. Secūdus, īplorare auxiliū dei. Tertius, cōfidere de puētiōe ad vltimū finē seu vi
tā æternā, de q̄ vtiq; gradu hic psal. ꝑtractat. Loquēs ergo ꝑpheta in ꝑsona hoīs, ꝑsentia cū
cta paruipēdētis, māsionēq; cœlestē ꝑcordialr cupiētis, ait: Lætatus sum in dn̄o spūali læti-
tia, in his.i.ex cōsideratiōe horꝫ, q̄ dicta sunt mihi à prophetis atq; apl'is, successoribusq; ipso F
rū. Vel ꝑ reuelationē angelicā, seu inspirationē internā. Quæ aūt dicta sunt, subdit: In domū
dn̄i.i.ecclesiā triūphantē, in patriā beatorꝫ, in regnū cœlorꝫ ibimus post huius vitæ incolatū
2.Cor.6 cū ab omni reatu fuerimus expurgati. Hoc dicit nobis apl'us: Scimus qm̄ terrestris dom⁹ no-
stra huius habitatiōis dissoluat, quod ædificamus habemus ex deo, domū nō manufactā æter
Hebre.3. nā in cœlo. Et iterꝫ: Ingrediemur in illā requiē nos q credidimus. Chr̄s q̄q;: Vado (ingt) pa-
Iohan.14 rare vobis locū, & iterꝫ veniā & assumā vos ad meipm, vt vbi sum ego, & vos sitis. Et iterum
Esaię.65 dn̄s ait: Ecce ego creo cœlos nouos, & terrā nouā, & exultabitis & gaudebitis vsq; in æternū
in his q̄ ego creo. Hoc aūt q̄d dicit: In domū dn̄i ibimus, est verbū bonæ spei. Nō em̄ certitu
dinalr scimus hoc, nisi dicant hæc verba in ꝑsona ecclesiæ. Deniq; ꝙ vehemēter, ineffabiliter
incōparabilrq; gaudēdū est nobis de hoc, ꝙ in hanc domū dn̄i sumus ituri, in q̄ deus sublimis
1.Iohā.3 & bn̄dictus facie ad faciē sine fine videt, in qua inuenit æterna securitas, & plena iocunditas,
Matt.22 in q̄ erimus sicut angeli dei, saciabitq; in bonis desideriū nostrū. Huius domus ingressu dign⁹
nō est, q in carnalibus iocundat, qui in sensibilibus detinet, q nō cōtēplat cœlestia, q non ser-
Luc.1. uit deo in sanctitate atq; iustitia. Quia (vt asserit) nō intrabit in illā aliqd coinquinatū. Signū
Apoca.21 aūt & causa sperādi, ꝙ ibimus in domū dn̄i est, q a iā. Stantes erāt pedes nostri.i.desideria no
Philip.3. stra & cōtēplationes nostræ fixa & stabilita fuerūt, in atrijs tuis Hierusalē.i.in mansionibus
regni cœlestis, ita ꝙ cōuersatio nr̄a fuit in cœlis, & oīa opa nostra ordinauimus ad vitā æter
Hebrę.12 nā, quā summe atq; finalr desideramus. Hoc est q̄d ait apl'us: Accessistis ad montē Sion, & ci
uitatē dei viuentis, & Hierusalem cœlestē, & multorꝫ milliū angelorꝫ frequentiā, & ecclesiā
2.Cor.3 primitiuorꝫ, q cōscripti sunt ī cœlis. Alibi q̄q;: Nos (ingt) reuelata facie gloriā dn̄i speculātes
1.Petri.2 in eandē imaginē transformamur, de claritate in claritatē. Hierl'm ista cœlestis est, q̄ ædifica
tur quotidie vsq; ad cōsummationē seculi ex viuis lapidibus.i.sanctis animabus ad patriam
perue-

A peruenientibus, vt ciuitas summa atq; perfecta, videlicet taliter qualiter decet ædificari ciuita
tem regis ęterni. Aedificat eñi ex ꝓciosis politis rõnabilibus ac sanctis lapidibus. s. angelis atq;
hoibus. Quo Paulus testat: In Chro ois ædificatio constructa crescit in templũ sanctũ in dño Ephe. 2
in quo & vos coædificamini in habitaculũ dei in spũ sancto. Ciuitas aũt dr, quasi ciuiũ vnitas.
Tanto igit cœlestis Hierlm verius ciuitas appellat, q̃ aliqua mansio viæ, quãto cœlestiũ ciuiũ
maior concordia est, q̃ aliquorũ in via. Cuius participatio eius in idipsum, hoc est, omes ciues
huius ciuitatis idem bonũ participãt, qm eodem summo bono omnes fruunt. Magis tamẽ &
minus, scdm q magis ac minus dilexerũt. Deus ergo est idipm eius. i. inuariabile, indiuisumq;
bonũ supernæ Hierlm, cuius participatio, hoc est fruitio, beatitudo, deificatio, qua diuinã bo
nitatem participat, est vniformis & sempiterna, quemadmodũ scriptũ est: Hæc est vita æter- Johan. 17.
na, vt cognoscãt te verum deũ. Et iterũ: Similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Vel, 1. Johan. 3
cuius participatio eius in idipm. i. bonũ oĩm est bonũ singulorũ, & econuerso in ciuitate cœle
sti. Cum eñi amor sit sui diffusiuus & cõmunicatiuus, sicut in pria est perfectissimus mutuus
amor omniũ beatorũ: sic ibi est plenissima cõmunio beatitudinis singulorũ. Nam de felicitate
vnius alius gaudet, sicut de propria, imò singuli singulis congratulant, & superiores iferiorib⁹
tradunt de perfectionibus sibi diuinitus datis, secundum magnum Dionysium. Hæc autẽ nulli
ciuitati terrenæ propriè competunt. Illuc enim, hoc est, ad supernã Hierusalem ascenderunt,
quãtum ad animã tribus, non qualescunq;, sed tribus dñi. i. populus ex deo per grãm natus, vi
delicet omnes electi iam defuncti, & ab omni macula depurati. Multi eñi eorum simul cum
Christo ascenderunt, & alij interim sunt secuti. Præcesseruntq; nos vt præparent nobis locũ,
vt orent pro nobis, vt eorũ imitemur vestigia, prout monet Apostolus: Ideò & nos tantã ha- Hebr. 12
bentes impositã nobis nubem testium, deponentes omne pondus & circumstãs nos pctm, p
patientiã, curramus ad propositum nobis certamen, testimonium Israel, hoc est, ascensus iste
est testimonium Israel. i. populi fidelis, deum contemplãtis. Nam huic populo deus testatus Genes. 15.
B est, q ascenderent ad domũ suã cœlestem. Imò Iacob, sicut & Abrahæ, promisit hoc deus. Ad Apoca. 4.
confitendum nomini, confessione laudis æternæ. Quemadmodũ in Apocalypsi legit: Requiẽ
non habebant die ac nocte, dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus omipotẽs. Quia Sapiæ. 7
illic, hoc est, in ciuitate cœlesti sederunt, sedent, atq; sedebunt sedes. i. sancti Apostoli & Apo
stolici viri, in qbus deus per grãm requiescit. Nã & anima iusti sedes est sapiæ increatæ, quæ
deus est, sedes in iudicio, hoc est, sedent in regno cœlesti cum Christo, vt in die iudicij iudicẽt Matt. 19
cum Christo. Quemadmodũ ipse in Euangelio ait: Vos q secuti estis me, in regeneratõe cum
sederit filius hois in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super duodecim thronos, iudicantes Sapiæ. 3.
duodecim tribus Israel. Vnde dr: Iudicabunt nationes, & dominabunt populis. Sedes super
domũ Dauid, hoc est, super populum Christi, cui prælati sunt & iudices constituti. Deniq; so
lus Christus iudicabit proferendo sniam. Trinitas vero superbenedicta, iudicabit per autho
ritatem. Sancti vero & Apostolici viri, q propter Christi amorem oia reliquerunt, & seipsos
abnegauerũt, iudicabũt per approbationẽ & assessionẽ. Cum ergo sit tãta beatitudo ciuitatis
supernæ, ó vniuersi fideles, rogate quæ ad pacẽ sunt Hierlm. i. deũ inuocate pro his bonis, vel
pro donis spũs sancti, p quæ mereamini ad cœlestis Hierlm pacẽ perduci. Moxq; cõuertens
Propheta sermonẽ ad triũphãtem ecclesiã, ait: Et abundãtia diuinorũ charismatũ seu spũaliũ
grarum, det diuinitus per tuã intercessionẽ, diligentibus te. i. nobis viatoribus, q ad tuã socie
tatem pduci optamus. Verũ qm Petrus in sua Canonica ait, vt qlibet sicut accepit grãm in al- 1. Petri. 4
C terutrũ illã administret, idcirco propter frẽs meos & proximos meos, loquebar pacẽ de te. i.
felicitatẽ & gaudia tua, ó superna Hierlm, alijs prędicaui, quatenus frẽs & proximos meos. i.
fideles atq; propinquos erudirem, tuo amore accẽderẽ atq; ad tuã vnionem saluificã, seu vitã
æternã adducere possem. Propter domũ domini dei nostri. i. vt ecclesiã militãtem hoc mo-
do ædificarẽ, qsiui bona tibi, eas. i. ad honorem & gloriã tuã. Hoc est, orãdo & pręedicãdo quę
siui spũalia bona, viatoribus ad gloriã beatorũ, vel vt ipsi amplius iocundent, quãtum ad præ-
mium accidentale, peruenientibus viatoribus ad eorũ consortiũ. Vel quæsiui bona tibi, eccle
siæ triumphanti laborando pro viribus, vt impleatur numerus electorum, & ædificentur mu
ri tui, per complementum.

¶ Expositio Allegorica.

PRæterea quia per Hierlm allegoricè significat ecclesia militãs, ideo põt hic Psalmus
de ecclesia militãti exponi. Sicq; loquẽs Propheta in psona populi Gẽtilis, ait: Læ-
tatus sum in his quæ dicta sunt mihi, ab Aplis. s. q in domũ dñi. i. in ecclesiã Christi
ibimus, ita q ptinebimus ad societatẽ ac numerũ Chrianorũ. Hoc est quod recitat. Acto. 13
Cum eñi Paulus Iudæis blasphemãtibus rñdisset: Vobis oportebat primũ loqui verbum dei.
Sed qm repulistis illud, & indignos vos iudicastis ęternę vitę, ecce cõuertimur ad gentes. Sic
eñi pcepit nobis dñs. Posui te in lucẽ gentiũ, vt sis salus mea vsq; in extremũ terræ. Quæ sunt Esa. 42
verba dei de Christo loquentis per Esaiam, subiungitur. Audientes aũt gentes gauisæ sunt, Esa. 29

& glorificauerunt verbum domini, vel quia reprobatis Iudæis, ipsi illuminādę essent à Chr̄o. D
¶Stantes erant] Hoc est, erunt: sæpe em̄ Prophetæ loquunt de futuro per modum præte » 2
riti, propter certitudinem prophetię, [pedes nostri] corporales & spūales [in atrijs tuis Hie »
rusalem] .i. in locis ecclesiæ. Atria em̄ dicunt introitus seu loca p quæ in domū intrat. Vnde
spūalia atria sunt fides, spes, charitas, p quas itur ad vnitatē ecclesiæ, cultum'q; diuinū. In spūa
libus itaq; atrijs stant pedes spūales, vel boni affectus, & sanctę cogitatōes, qbus ad deum gra-
dit anima. In corporabus vero atrijs, stant corporis pedes. ¶Hierusalem] Hoc est, ecclesia » 3
1. Petri. 2. militās est [quæ ædificat] ex Christifidelibus, tanq̄ ex viuis lapidibus, [vt ciuitas] dei, qm̄ »
ipsa est ciuitas saluatoris [cuius participatio eius In idipm] .i. bona spūalia ciuitatis huius quo »
dāmodo extāt cōmunia, qm̄ vnus fideliū alij impartit, quod ipe recepit, imò alteri cupit pui-
1 Cor. 10. dere atq; succurrere tanq̄ sibijpsi. Quemadmodū ait Aplus: Non quęro quod mihi vtile est,
Ibidem. sed quod multis, vt salui fiant. Et alibi: Non quæ sua sunt singuli quęrentes, sed quæ alioꝝ. Et
Gala. 3 quid mirum si participatio ecclesiæ est inidipsum. Cum affirmet Aplus: Om̄es vos vnū estis
in Christo Iesu. ¶Illuc em̄] Hoc ē, ad ecclesiā militātem [ascenderūt tribus tribus dn̄i] .i. » 4
Acto. 13 familię atq; pgenies electoꝝ ad fidē & grām. s. Chr̄iani de qbus dr̄: Crediderunt quotquot
pordinati erāt ad vitā æternā. Nā & ad ecclesiā materialē Chr̄iani corporali motu cōueniūt.
Ad ecclesiā aūt spūalem .i. congregationē fideliū, seu ecclesiasticā vnitatē cōueniūt affectu, fi-
de, & ope, idē credēdo, idē sperādo, idē amādo, eademq; pcepta seruādo. ¶Quia illic sede- » 5
rūt sedes in iudicio] In ecclesia nāq; constituti sunt iudices, tā spūales q̄ seculares: & isti sunt, »
[sedes] .i. in sede sedētes, [sup domū Dauid] .i. pręsidētes pplo Chr̄i, q significat p Dauid. »
¶Rogate] O sancti in pr̄ia, & ó oēs deuoti in via, [q̄ ad pacē sunt Hierl̄m] .i. illa vestris pci » 6 E
1. Timo. 2 bus pcurate ecclesiæ, quę sunt p spūali pace & statu pacifico eius. Hoc em̄ orauit Aplus: Obse
cro (inquiēs) fieri orōnes p oībus hoībus, pro regibus, & oībus q in sublimitate cōstituti sunt
vt quietā & trāquillā vitā agamus in oī pietate, [& abundātia] grā atq; virtutū sit ó ecclesia, »
[diligētibus te] .i. vniuersis q zelū piū & amorosum habēt p bono statu ac spūali profectu to »
2. Cor. 11. tius ecclesię militantis, qualis extitit Paulus, quē solicitudo oīm ecclesiaꝝ afflixit. ¶Propter » 7
frēs meos & pximos meos] Hoc est, pter salutē & informationē fratrū ac pximoꝝ meoꝝ »
[loquebar] in orōne mea ad deum, [bona de te] rogādo deum vt bona spūalia tibi cōferret »
¶Propter domū dn̄i dei nostri] Hoc est, vt ecclesia Chr̄i modo proficeret in grā, & post- » 8
modū esset in gloria, [quæsiui bona tibi] .i. dona dei tibi acquirere laboraui ó ecclesia Chr̄i »
nūc militās, ac si dicat: propter tuā salutē, nō propter meā commoditatē studui tibi auxiliari.
Ecce psalmū spūali hilaritate perfusum animā'q; deuotā spūaliter lętificātem audiuimus, quē
decet nos cū pręcordiali gaudio decātare, nec primū psalmi huius versiculū sine charitatis fer
uore ac spūalis iocūditatis excessu depromere. Et qa ad hanc cœlestē Hierl̄m in qua est ineffa
bilis concordia, charitas'q; plenissima, nemo ptingit, nisi charitatis & pacis amator, & obser-
uator, conemur in vera dei ac proximi dilectōe viuere, atq; proficere, ppendētes & adimplē-
Ephes. 4. tes illud beatissimi Apl̄i: Obsecro vos in dn̄o vt dignè ambuletis deo, vocatōe qua vocati estis
cū omni humilitate & māsuetudine, cū patiētia supportātes inuicē in charitate, solicitè serua-
re vnitatem spūs in vinculo pacis. Sic itaq; conuersantes in militāti ecclesia, digni habebunt F
ingredi ecclesiā triumphātem cœlestē Hierl̄m, qm̄ vitā ciuiū eius imitant in terra. Hanc enim
ciuitatem supernā elegāter describēs Esaias, in dei psona ait: Ponā visionē tuā pacē, & ppositos
Esaię. 60. tos tuos iustitiā, occupabit salus muros tuos. Non erit tibi amplius sol ad lucendum p diē, nec
splendor lunæ illuminabit te, sed erit tibi dominus in lucem sempiternā, & deus tuus in gloriā
tuam, populus autem tuus omnes iusti. Ecce quàm appetenda decora'q; ciuitas, ad quam duo
bus pedibus charitatis, videlicet dei & proximi itur & peruenitur. Spiritualium etenim gres-
suū pedē mouet dilectio, quæ etiàm intrat vbi scia foris stat, sicut venerabilis Hugo testat.

## COMMEMTARIVS IN PSALMVM CXXII.

¶Argumentum.

¶Titulus: Cāticū graduū, hic agit de q̄rto gradu cōtēplatōis & ascēsus in cœlū, nēpe p eleuationē mētis in deū, docet eqdē pphetap deuotā orōnē lumīa cordis in ipm attolere vt ī tribulatōibus & tētatōibus tā corpis q̄ aīæ sentiamus diuinā mīam, vt resistere possimus insultātibus nobis ne à via veritatis auertāt. Duo itaq; facit nā in primis exprimit orātis deuotio, deinde ponit pia orō, ibi: Misere nr̄i dn̄i. Author simplici cōmentatōe declarat ipsum.

¶Expositio Tituli.

¶Insuper titulus psalmi iam declarandi est. Canticum graduum, cuius intellectus liquet ex dictis. In hoc autem quarto psalmo graduali agitur de quarto gradu spiritualis ascensionis, qui est inter om̄es aduersitates atq; angustias inconcussam habere fidutiā de miseratōe diuina
Iob. 13. Sicut Iob ait: Etiā si occiderit me in ipso sperabo. Loquens ergo Propheta in persona hominis grauiter tribulati, & tamen de dn̄o immobiliter confidentis, ait.

¶Expositio Psalmi.

Ad te leua

A

1 D te leuaui.] Credēdo, sperādo, amādo cōtemplādo, patiēter ferēdo', fideliter
operādo, [oculos meos] p̄sertim itellectuales, & etiā corpales. Quēadmodū
Hieremias ait: Leuemus corda nr̄a cū manibus ad dn̄m in cęlos, [q habitas in Threno.3
cœlis] materialibus & immaterialibus. Deus em̄ æternus & incircūscriptus in
nullo ente creato habitat, ita q̄ includat aut cōprehēdat, seu limitet. In om̄ibus
tn̄ est p essentiā, p̄sentiā, atq; potētiā, ibi vero p̄cipuè esse & habitare censet, vbi
gratiousis & euidētius operat. Idcirco in angelis sanctis, hoībusq; deuotis, q sunt cœli sp̄ūales
specialr̄ esse & habitare asserit. In cœlis quoq;, & p̄sertim in cœlo empyreo est & habitat deus
qm̄ ibi videt sicuti est: Veruntn̄ qm̄ oēs beati in cœlo materiali habitāt, & nūc p hoc q̄d dr̄, q
habitas in cœlis, intelligit deus. Videt de immaterialibus cœlis loqui, qa in illis deo habitare
2 est ppriū. ¶Ecce sicut oculi seruoꝝ (sunt) in manibus] .i. ptāte & volūtate [dn̄oꝝ suoꝝ,]
ita q̄ dirigunt ad eos postulādo veniā si offenderūt, vel p̄miū si laborauerūt, vel informationē
3 si ignorēt qd agere debeāt. ¶Sicut oculi ancillæ (sunt) in manib' dn̄æ suæ] Scd̄m modū iā
dictū [ita oculi nr̄i (dirigunt) ad dn̄m deū nr̄m] auxiliū, indulgētiā, grām̄q; p̄cantes [donec
misereat nr̄i] faciēdo q̄d postulam', vel certe dādo q̄d ip̄e nouit nob̄ eē vtili'. Et qa tā diu in-
digemus mīa dei, q̄ diu versamur in seculo isto, ideo q̄ diu hic viuim', debem' indesinēter ocu
los nr̄os ad deū dirigere: p̄cipuè tn̄ dū grauiter tētamur siue affligimur. Sciēdū q̄q;, q̄ hoc loco
ista vox, donec, est affirmatiua & inclusiua oīm tēpoꝝ. Sicut habet de Ioseph: Nō cognouit Matth.1.
B eā (puta Mariā) donec peperit filiū suū primogenitū. Nō em̄ sic dicunt oculi nr̄i ad dn̄m diri-
4 gi, donec misereat nr̄i, quasi cū misertus fuerit nr̄i, nō amplius dirigent ad eū. ¶Miserere nr̄i
dn̄e.] Mala culpæ & pœnæ tollēdo, [miserere nr̄i] grām & gloriā cōferēdo, [qa multū re-
pleti sumus despectōe] .i. ab iniquis multū despecti sumus. Deridet em̄ iusti simplicitas, sicut Job.12
Iob ait. Et Paulus: Nos (inqt) stulti ppter Chr̄m. Electi nāq; à reprobis cōtemnunt, religiosi 1.Cor.4.
5 à secularibus, humiles à supbis, ægeni à diuitibus, ideò subdit. ¶Quia multū repleta est aīa
nr̄a.] Miserijs varijs in tm̄, vt facta sit, [obprobriū abundātibus (.i. diuitibus) & despectio su-
perbis] psalmus iste instruit nos oculū cordis ad deū in om̄i necessitate erigere, neq; recedere
donec mīam cōsequamur. Oportet em̄ sp orare, & nō deficere. Præterea ad istā fiducialē san Luc.18
ctam̄q; eleuationē, inducit nos Chr̄us suo exemplo, de quo scriptū est: Subleuatis Iesus ocu- Jol. ā. 17
lis in cœlū, dixit: Pater, venit hora, clarifica filiū tuū. Et iteꝝ: Iesus eleuatis sursum oculis, di- Johan, 11.
xit: Pater, grās ago. Ad quid em̄ eleuatio corporaliū oculoꝝ sibi necessaria fuit, cuius interior
oculus deū incessanter p spēm vidit, & cuius voluntas in diuino amore semp æqualr̄ arsit? Nō
ergo ob aliud fecit hæc, nisi vt nos eadē faciamus. Fecit autē etiā ideo, vt ondēret se oīa à pr̄e
habere, sed & hoc fecit quatenus nos iugiter fateamur à deo esse, qcqd in nobis boni extite-
rit. Iuxta illud: Non pōt homo accipere quicq̄, nisi datum fuerit ei de cœlo. Johā.3

## COMMENTARIVS IN PSALMVM CXXIII.

¶Argumentum.

¶Titulus: Cāticū graduū, ppheta intēdit nos instruere, q̄ten' liberationē nr̄am ab ærūnis, calamitatib', periculis, & tētatōib' hui' seculi nō nobis adscribam', sed deo acceptū referam', Vn̄ inuitat nos ad grāꝝ actionē p hmōi liberatōe. Duo itaq; facit, porrò primū ponit hāc inuitationē, deinde grāꝝ actionē pro liberatōe, ibi: Benedictus dn̄s q nō dedit nos. Author exnit ipsum de quinto gradu sp̄ūalis ascensus.

¶Expositio Tituli.

¶Huius insup psalmi titulus idē est cū titulo psalmi p̄cedētis. Quāuis aūt psalmus iste cōuenietissimè exponat in psona martyꝝ, iā cum Chr̄o triūphantiū, seu alioꝝ beatoꝝ in pr̄ia, qui p multas tribulatōes ingressi sunt regnū cœloꝝ, pōt tn̄ viatoribus cōuenire, q à tentatōibus, passionibus, psecutōibusq; diuinitus liberati, grās referūt de sua euasiōe. Et rite ponit psalm' hic quintus in ordine psalmoꝝ gradualiū. Tractat em̄ de qnto gradu sp̄ūalis ascēsionis, q est non pprijs viribus, sed grāe dei suā liberationem asscribere. Vnde dn̄s ait: Ne gloriet cōtra me Israel: & dicat meis viribus liberatus sum. Loquēs ergo Propheta de hoīe seu populo à multis tentatiouibus atq; periculis liberato, ait. Judic.7

¶Expositio Psalmi.

1 NISI quia dominus erat in nobis, dicat nunc Israel.] Populus fidelis, deum fide
liter speculans, profiteat, iam corde deuoto ac grato, q̄ nisi deus gratiose fuisset
nobiscum, quod iterat pro maiori certitudine, pro ampliori gratitudine, pro
exhortatione feruentiore, dum subdit: [nisi quia dominus erat in nobis.] hoc ē
2 per grām suæ defensionis nos protexisset. ¶Cum exurgerent homines,]
Infideles, hæretici, tyranni, maligni, [in nos.] hoc est, contra nos, mala pœna-
lia nobis inferentes, nosq; ad mala culpæ inducere satagentes, [forte viuos deglutissent nos.]
hoc est, ita nos occidissent, sicut occidit quod à bestia viuum glutit. Proprie autem conuenit
vox ista sanctis martyribus, quia tyrāni conati sunt eos ad Idololatriā, seu Christi negationē
inducere, quo facto, absorpta esset anima eoꝝ, non caro: & ita viui absorpti fuissent. Nam vi-
uentes in corpore, mortui fuissent in aīa. Habentesq; vitā naturę, pdidissent vitā grāe & glīæ.

¶Cū ira-

¶Cum irasceret furor eorum in nos, forsitan aquæ] Tribulationum, hoc est, vehementes per- 3 D
secutiones [absorbuissent nos] .i. prævaluissent contra nos, ita quod mortui fuissemus morte pec
cati, consentiendo malignis, vel per impatientiã superati. Nisi enim deus patientiã atque constan-
Deuter. 8 tiã daret, quis in tãtis tribulatõibus incõcussus persisteret? Vnde Moyses loquitur: Ne dicas in cor
de tuo fortitudo mea, & robur manus meæ hæc omnia mihi præstiterũt: sed recordare dñi dei tui,
Esai 8 quòd ipse vires tibi præbuerit. Significatur aũt per aquã tribulatio magna. Iuxta illud: Adducet su-
Threno. 3 per eos dñs aquas multas, & fortes, regẽ Assyriorum. Et alibi: Inundauerũt aquæ sup caput meũ
dixi, perij. ¶Torrentem] Hoc ẽ, copiosam & magnã tribulationẽ, & tẽtationẽ [pertrãsiuit 4
aĩa nostra] æquanimiter sustinẽdo aduersa, neque cõsentiẽs suggestioni peruersæ, [forsitã per-
trãsisset aĩa nostra aquã intolerabilẽ] .i. nisi dñs succurrisset, supra vires grauati atque tẽtati esse
mus & cõpulsa fuisset aĩa nr̃a pertrãsire .i. pati aquã intolerabilẽ .i. persecutionẽ, cui resistere nul
1. Cor. 10. latenus potuisset. Sed fidelis dñs qui nõ est passus nos tẽtari supra id quod ferre potuimus: imò fecit
cũ tẽtatõe prouentũ, dando nobis gloriã pro tormẽto. Nequaquam etenim possit hõ inuisibilibus ho-
stibus suis resistere, nisi angelus sctũs succurreret, & deus per seipsum seu per angelũ opem impẽde
Job. 42 ret. Nã de potestate diaboli scriptũ est. Nõ est sup terrã potestas quæ cõparatur ei. Sunt enim incõparabi-
liter astutiores, agiliores, expertioresque nobis, idcirco ¶Benedictus dñs] Hoc est, ab oĩbus 5
benedicatur, laudetur, & æternaliter benedictus existat, [qui non dedit nos] effectiuè vel permissiuè
[in captionẽ dentibus] .i. crudelitati ac malignitati [eorum] .i. inuisibiliũ, visibiliumque inimi
corum .i. qui non permisit nos capi seu vinci ab hostibus, quãtũ ad animã, quamuis corporaliter ab eis vin
cti, afflicti, occisi ve simus ¶Anima nr̃a sicut passer erepta est, de laqueo venãtium] Hoc est 6
quẽadmodũ passer euadit rete sibi extẽsum ne capiatur, sic aĩa nostra per grãm dei erepta est de im
pugnatõe inimicorum suæ salutis, videlicet hoĩm impiorum ac dæmonũ, qui vocantur venantes, quoniam animã E
insequuntur vt canes, quatenus eã occidãt, fallãt, vinculo miseriæ seruitutis ligẽt & potestati diaboli
subdãt. Quod enim nõ solũ dæmon, sed etiã hõ malignus dicatur hoc modo venator, liquet ex eo
Miche. 7. quod scriptũ est: Vir frẽm suũ venatur ad mortẽ. Et de indignis pastoribus inducitur. Ad iniquitatẽ
Ozee. 4 subleuabũt aĩas eorum. Laqueus vero vocatur omne quo aĩa ad peccãdum inducitur, vel potestati dæ
Ozee. 5 monis subiecta efficitur. Vnde habetur: Attẽdite hoc sacerdotes, quoniam laqueus facti estis speculatõi
& sicut rete expansum sup montẽ Thabor. Similiter laqueus diaboli species meretricis, & de auaritia
1. Timo. 1. ait Apostolus: Qui volunt diuites fieri, incidũt in tentationẽ, & laqueũ diaboli. Porrò quod oĩa vitia
2. Timo. 2 dici possint laquei dæmonis, patet per illud Apostoli. Det deus illis pœnitentiam ad cognoscendũ veri-
tatem, & resipiscãt à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatẽ. Laqueus ergo
venãtiũ est oĩs tentatio, oĩs carnis voluptas, oĩs inordinata lætitia. ¶Laqueus cõtritus est] 7
Hoc ẽ, dæmon superatus est: peccatõ cõsensus negatus est, aduersitas nocere nõ potuit, [& nos
liberati sumus] à laqueis prædinductis. Istud in hac vita perfectè cãtare nõ possumus, quoniam tenta
tio durat vsque ad finẽ, imò interdũ in fine vitæ durius instat. Quãdo ergo cãtabimus istud perfe-
1. Cor. 15 ctè, nisi in vita futura? Quãdo dicemus mẽte iocũda illud Apostoli: Vbi est mors victoria tua? vbi
Ibidem est mors stimulus tuus? Possumus tamen istud in hac vita aliquo modo cãtare, quoties tẽtationi ali-
cui præualemus, aut quæcunque aduersa deo auxiliãte euadimus. Nã & Apostolus dicit: Deo grãs, qui de- F
Roma 16. dit nobis victoriã per dñm nostrũ Iesum Chr̃m. Et de cõtritiõe diaboli, eiusque laquei ait: Dñs
cõteret satanã sub pedibus vestris velociter. ¶Adiutoriũ nr̃m (consistit) in noĩe dñi] Hoc ẽ 8
Esa. 26 in potestate creatoris, nõ in viribus nostris. Quoniam scriptũ est: Dñe oĩa opera nostra operatus es in no
bis, & tamen in te recordemur noĩs tui. In dño itaque sitũ est adiutoriũ nostrũ [qui fecit cœlũ & ter
ram.] Docet nos psalmus præsens omnẽ triumphũ perfectũ, & grãm deo cum vera humili-
tate ascribere, diuina beneficia deuotè recolere, atque de eis domino grãs immolare. Postremo
secundum Hugonẽ dæmones inuadunt hoĩes per suggestionẽ, tãgunt per malã cogitationẽ, mordent
per prauã delectationem, masticãt per deliberationem, trãsglutiunt per consensum, traijciũt
in stomachum per operationem, decoquunt per consuetudinem, & egerunt in mortem per
damnationem. His autem gradibus descenditur in infernum.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM CXXIIII.

### ¶Argumentum.

¶Titulus: Cãticũ graduũ. Hic psalmus est de spe & fiducia nr̃a in dñm firmiter collocãda, quod potissimũ exigitur in hoĩe qui velit in bono proficere. Porrò propheta monet nos in solo dño cõfidere, vel ideò maxiẽ quod cõfidẽtes in eũ custodiuntur ab ipso & bonis angelis ne à firmitate fidei inter aduersa decidãt, interimque precatur iustis prospera, malis aũt aduersa pro suis demeritis. Habet aũt tres partes. Primo etenim tãgit firmitatẽ propositi per necessariã ex cõfidẽtia in deo, postea gratiæ (si ne qua huiusmodi firmitas haberi nequit) ponit implorationẽ, ibi: Benefac dñe. Et postremo pœnæ imprecationẽ his qui à semita iustitiæ declinãt, ibi: Declinãtes aũt in obligatões. Author deputat eum sexto gradui spiritualis ascensus in cõmentario quo ipsum expendit.

### ¶Expositio Tituli.

¶Est aũt titulus Psalmi nunc declarandi: Canticum graduum. Est enim hic psalmus inter

Psalmos

A Psalmos graduales sextus, agitq̧ de sexto spūalis ascensionis gradu, q est immobilis quædā in
deo fiducia, ex prȩteritis beneficijs roborata. Quāto em̄ quis frequētius pietatem & grām dei
circa se experit, tāto eius fiducia in deo certius stabilit, & ita ex pceptōe præsentiū munerꝫ cer-
ta fit expectatio futurorum. Ait itaq̧ sanctus Propheta.

¶ Expositio Psalmi.



1 VI confidunt in domino⌋ Non in rebus creatis, caducis, & vanis: tales erūt
& sunt ⌊sicut mons Syon⌋ siue p montē Syon intelligat mons ille terrenus,
in quo templū Salomonis erat constructū, siue homo speculatiuus, qui alios p
grām contemplatōis transcendit. Nam sicut mons ille terrenus erat immobi-
lis, vel quia nullo modo, vel quia difficulter mobilis erat: sic confidentes in do-
mino, aut nullo modo, aut difficulter mouent à rectitudine fidei atq̧ iustitia
vitæ. Iterꝫ sicut vir contemplatiuus q est mons speculatōis in dño stabilit per grām, sic q con
fidunt in domino in eo roborant per spei certissimā longanimitatē. Vnde ait scriptura: Qui Esaię 41
sperant in dño mutabunt fortitudinem, assument pennas vt aquilæ, ambulabunt & non defi-
cient. Et iterꝫ: Turris fortissima nomen domini, ad ipsum currit iustus & saluabit. ⌊non mo- Prouer. 18.
uebit in æternū qui habitat in Hierusalem⌋ Hierusalem illa terrena quæ erat ciuitas in Iudæa,
sæpe mota atq̧ destructa est. Bis em̄ totalr est destructa, vcꝫ semel à rege Babylonis, & semel 4. Reg. 25
à Tito principe Romanorꝫ. Frequēter quoq̧ partim destructa est, sed & habitatores ipsius sæ
pe vastitati sunt. Non ergo de illa Hierl̃m loquit iam Propheta, sed de cœlesti Hierl̃m, cuius
B habitatores confirmati sunt in bono, & statu beato, ita vt amplius nequeat cōmoueri. Potest
quoq̧ exponi de militāti ecclesia, quȩ p Hierl̃m designat, vt sit sensus: Non mouebit in æter-
num à fide catholica, à vita fideli & grā, q̄diu in prȩsenti seculo degit, q habitat in Hierl̃m. i.
in militāti ecclesia, p fidem charitate & grā adornatā. Non ꝙ talis nunq̄ possit peccare, vel ꝙ
om̄is in ecclesia talr habitās sit electus, æternalr'q̧ saluādus: sed hoc dr̄ ad insinuādum qd con
ueniat habitatori & filio ecclesiȩ, seu homini iusto in quātum huiusmodi, q̄ diu em̄ mouet mē-
brū & filius ecclesiȩ à Chr̄o defendit sed non confirmat in bono de lege cōmuni, nisi huius via
cursu finito, vel potius in termino eius. Nihilominus ex grā speciali aliq sancti ausi fuerūt asse
rere in hac vita se nunq̄ mouēdos à statu salutis, quēadmodū sanctus Iob ait: Donec deficiam Iob. 27
non recedā ab innocētia mea. Et Paulus: Certus sum ꝙ neq̧ mors, neq̧ vita, neq̧ angeli, neq̧ Romanõ 8
principatus, neq̧ creatura aliqua poterit nos separare à charitate dei. Huius vero stabilitatis
2 causa subiungit. ¶ Montes in circuitu eius⌋ Hoc est, beati in p̄ria. s. angeli sancti, & hoīes iā
saluati sunt in circuitu eius. i. in gyro cœlestis Hierl̃m, ideo ciuitas illa turbari non potest. Vel
sic: Montes. i. angeli dei q propter naturæ & grā excellētiam montes vocant, sunt in circuitu
eius. i. militātis ecclesiæ, tanq̄ ad custodiā hoīm ordinati ac missi, sed ne qs hoc sufficere putet,
vel in illis finalr speret, adiungit: ⌊& dñs in circuitu populi sui⌋ quēadmodū ait: Nō relinquā
vos orphanos. Et: Ego vobiscū sum cūctis diebus vsq̧ ad consummationē seculi. Propterea Iohā. 4
sequit: ⌊ex hoc nūc & vsq̧ in seculū⌋ superius dictū est dño: Synagoga populorꝫ circūdabit Matt. 28
te, quod illic expositū est, nūc dr̄ dñs in circuitu populi sui, quod magis propriè dicit, q̄ illud. Psal. 6
Propriè nāq̧ nihil esse potest in circuitu immensi & incircūscriptibilis dei: sed deus æternus,
ac infinitus vniuersa includit, om̄ia cōtinet, ambit, cōseruat, suos'q̧ electos gratiose defendit.
3 ¶ Quia nō relinquet dñs (finalr) virgā pctōrum⌋ Hoc est, potestatē, psecutionē, tyrānidē
reproborꝫ ⌊sup sortem (. i. partem) iustorꝫ⌋ seu sup iustos q sunt portio atq̧ hȩreditas dei. Et Psalm. 91
hoc ideò ⌊vt non extendāt iusti ad iniqtatē manus suas⌋. i. ne ipsi superent & peccēt. Quāuis Psalm. 15.
em̄ deus ad tp̄s relinquat electos à puersis affligi, vt purgent, & gloriā mereant, non tñ relin-
quit eos finalr, sed saluat æternalr. Deniq̧ dū videt eos supra vires tētari ac tribulari, & casui
4 appropinquare, mox subuenit, & cū tētatōe dispensat, ne iusti iniquitatē incurrāt. ¶ Bene-
fac dñe bonis (in ope) & rectis corde⌋ Hoc est, in intētōe dādo eis grā incrementa in via, &
beatitudinis largitatē in p̄ria. Recti corde sunt quorꝫ affectio deo atq̧ iustitiæ cōsonat, quorꝫ
5 oculus simplex est, quorꝫ intentio tendit in deum. ¶ Declinātes⌋ autem à bono, & via iusta
⌊in obligatōes⌋. i. ad pc̄tā hoīem ad pœnā obligātia, ⌊adducet dñs⌋ in die iudicij ad sinistrā
& postea velētiā añ in infernū, ⌊cū operātibus iniqtatē⌋. i. cum dæmonibus, quorꝫ superbia
ascendit semper, q à principio peccāt, q cum cecidissent, non adicerūt vt resurgerēt, sed in ma
lo obstinati māserunt. Hoc est quod inducit: Tunc dicet rex his qui à sinistris erunt. Ite male- Esa. 24
dicti in ignem ȩternū, q paratus est diabolo & angelis eius. Et dñs ait iniustis. Citò, velociter Matt. 25
reddā vicissitudinē sup caput vestrum. Et scriptū est: Ecce dies veniet succensa quasi ignis, & Iohel. 3
erunt oēs supbi, & oēs faciētes impietatem stipula, & inflammabit eos dies veniēs, ⌊pax (ve- Malac. 3
ra sit) sup Israel⌋. i. pppulū fidelē, quēadmodū angeli cecinerunt: Gloria in altissimis deo & in
terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et Christus ait: Pacem relinquo vobis, pacē meam do
vobis, quā vtiq̧ pacē optauit Esaias, dicēs: Dñe dabis pacē nobis. Ecce psalmū cōpendiosum, Lucę 2
& verè fructuosissimum, lætum, & nimis sententiosum audiuimus, in cuius exordio edoce- Iohan. 14
mur q̄ Esa. 26

Hiere. 17. mur q̄ beatū sit in deo cōfidere. Vnde & Hieremias testa⁹ ē: Benedictus vir q cōfidit in dño. D
Prouer. 3 Et Salomon: Habe (inq̄t) fiduciā in dño in toto corde tuo, & ne innitaris prudētię tuę. Docet quoq; nos psalmus iste q̄ potētes sint defensores ecclesiæ, s. angeli mōtes vocati, q in circuitu Chrīanorū sunt discurrētes, velut apes negociosæ, vt nostræ saluti ꝓuideāt dæmones coercē do, bona suggerēdo, nostro ꝓfectui cōgaudēdo, ꝓ nobis orādo, grām reportādo. Vnde dñs
Esa. 62 contestaꝰ: Sup muros tuos Hierl̄m constitui custodes: tota die & tota nocte in ꝑpetuū non tacebunt. Promittit insup nobis hic psalmus, ꝙ dñs non relinquet virgam impiorū super sortẽ iustorum, quatenus in omni afflictione huiusmodi confidamus nos tandem diuinitus eruen-
Matt. 10 dos, interimq; patientiam veram seruemus, quia qui perseuerauerit vsq; in finem saluus erit, sicut Saluator disseruit.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM CXXV.

¶Argumentum.

¶Titulus: Cāticū graduū, Propheta intendēs nos inducere ad laudandū deū, ac grās referēdas ꝓ liberatōe à spūali pctōrū captiuitate, hortaꝰ ad gaudenpū de liberatōe à vinculis pctōrū & vt deuotionē habeamus in bonis opibus q̄ facimus, vt vel sic ꝓficere possimus ac septimo hoc gradu ad cœlestia scādere. In primis ꝓuidè ostēdit deuotōis adfectū, deinde bonæ opationis ꝓfectū, ibi: Qui seminat in lachrymis. Author exponit ipm ad lr̄am de reditu Iudæorū à captiuitate Babylonica. Et nihilominus scd̄m tropologiam de ecclesia.

¶Expositio Tituli.

¶Huius quoq; Psalmi titulus est: Canticū graduū, qm̄ psalmus iste spūaliter explanatus tractat de septimo gradu spūalis ascensionis ad deum, q gradus consistit in exultatione & grarū actione, de spūali liberatōe à vinculis pctōrum & seruitute diaboli. Veruntamen sicut ex lr̄a patere potest. Psalmus iste ad lr̄am scriptus est de reditu Iudæorū à captiuitate Babylonis, in E
Hiere. 25 qua septuaginta annis fuerunt, quemadmodum Hieremias prædixit: Et est psalmus præsens gratiarum actio, & gaudium de liberatōe captiuitatis tam longè. Breuiter ergo tangenda est expositio literalis. Vnde Propheta loquens in ꝑsona ppl̄i de captiuitate hac redeuntis ait:

¶Expositio Psalmi lr̄alis.

IN conuertendo dominus captiuitatem Syon⌋ Hoc est, dum dominus conuer 1
terat captiuitatem populi Iudæorum reducendo eos de Babylone in Iudæam,
⌊facti sumus⌋ nos inde redeuntes ⌊sicut consolati⌋ de beneficio liberationis.
Sicut hoc loco significat non solum similitudinem, sed veritatem, qm̄ multum
1. Esdræ. 2 gaudebant quòd reuertebantur ad locum cultus diuini, vt patet Esdræ primo.
Per Syon autem significatur populus Iudæorum, quoniam Syon mons erat in
Hierusalem, in quo situm erat templum & regis palatium. ¶Tunc repletū est gaudio os no 2
strum, & lingua nostra exultatione,⌋ Hoc est, laudes diuinas læto ore & animo cantabamus,
domino grās referendo. ¶Tunc dicent inter gentes⌋ Hoc est, gētiles subiecti imperio Cy 3
ri, tunc dixerunt, ⌊magnificauit dñs facere cū eis⌋. i. deus Israel magnificè fecit cum populo
1. Esdræ. 1 suo. Quia Cyrus rex Persarū in vniuerso suo regno publicauit edictum ꝙ Iudęi liberē possent
reuerti ad terrā patrum suorū: quo audito gentes miratæ sunt atq; dixerunt, ꝙ dominus ma-
1. Esdræ. 1 gnificauit facere cum populo suo. Præsertim quoniā Cyrus in sua epistola ita scripsit: Om̄ia
regna terræ dedit mihi deus cœli, & ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domū in Hierusalem F
propter quod etiam qdam gentilium conuertebanꝰ ad Iudaismū. Hinc Propheta in persona
Iudæorū adiecit. ¶Magnificauit dominus facere nobiscum⌋ Hoc est, multū gratiose, pie, 4
atq; potenter fecit nobiscum. Vnde Esdras dicebat: Benedictus dñs q dedit hoc in corde re-
gis, ⌊facti sumus lætantes⌋ in dño de beneficijs tantis. Sed quoniam tēporibus Esdrę in prin
cipio huius reuersionis populus modicus erat, & nec ciuitas nec tēplum fuerāt reparata, idcir
1. Esdrę. 4 co pro conuersione perfecta captiuitatis prædictæ orans Propheta, adiungit. ¶Conuerte 5
domine captiuitatem nostrā, sicut torrens in austro.⌋ Conuertiꝰ, hoc est, quēadmodū torrēs
siccatus rursus impleꝰ, flante vento australi, q pluuiā causat, & ita torrentes siccatos facit aquo
sos, sic populum tuum numero minoratum, auge & repara, ciuitatesq; Iudææ, & templum re
staura, & decet sic fieri. Quoniam ¶Qui seminat in lachrymis⌋ Hoc est, q opera pœniē fa 6
ciunt, lachrymasq; compnuctiōis ac deuotōis effundunt pro præteritorū malorū indulgētia,
& futurorū bonorū grā impetrāda, ⌊in exultatōe metēt⌋. i. iocunde impetrabunt q̄d postu-
Matth. 5 lant, pręmiumq; gloriosum recipiēt, iuxta illud: Beati q lugent, qm̄ ipsi consolabunꝰ: sic autē
Iudæi fecerunt. Nam ¶Euntes⌋ à Hierusalē & Iudæa in Babylonē ⌊ibāt & flebāt⌋ ex com 7
punctōe atq; tristitia, ꝙ locū diuini cultus relinquere, & terrā Idololatriæ debitā ingredi co-
gebanꝰ, ⌊mittētes semina sua⌋. i. opera bona agētes, ex qbus tpe apto fructum cōsolatōis &
grǣ sortirenꝰ. ¶Venientes aūt⌋ De Babylone ad Iudæā ⌊venient cum exultatōe, portantes 8
manipulos suos⌋ Hoc est, fructum seminis iam pręcdicti.

¶Expositio Tropologicæ.

Mystice

A MYstice insuper explanat hic psalm' de ecclesia, seu vnoquoq; fideli, à vitijs seu spũali Babylone .i. sceleru cõfusione erepto. Eritq; sensus. In cõuertẽdo dñs captiuitatem Sion .i. cũ ecclesiã militãtẽ, seu quẽlibet fidelẽ cõuerteret à vita cõfusa, à peccato mortali, à p̃senti miseria, ad vitã ordinatã, ad grãe statũ, ad gloriæ locũ, facti sumus sicut cõsolati. De hac em̃ cõuersione vehemẽtissime gloriãdũ est omni Christiano, 2. Cor. 7
Propter q̃d ait ap̃lus: Multa mihi fiducia ẽ apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis, repletus sum cõsolatione, superabũdo gaudio in omni tribulatiõe nr̃a. Præcipue vero gaudẽdum est p̃latis, dũ eoru subditi cõuertũtur ad meliora. Exẽplo beati Iohãnis, q in sua canonica p̃fitetur. Maiorẽ horu grãm nõ habeo, q̃ vt audiam filios meos in veritate ambulare. Tunc .i. 3. Iohã. 1.
in cõuersione huius spũalis captiuitatis atq; internæ cõsolationis, repletũ est gaudio, spirituali & laude iocunda, os nostrũ, mẽtale & corporale. Est em̃ os spiritale, intellectuale siue mentale, quo verbũ cordis profertur, q̃ angeli colloquuntur. De q̃ Sapientia dicit. Ego ex ore altissimi prodiui primogenita ante oẽm creaturã. Hoc os impletur gaudio spũs sancti, ex cõsideratione gratiæ beneficioru dei, & lingua nostra impleta est exultatõe, hoc est, laude vocali, & iubilo. Ex abũdantia enim cordis loquitur lingua. Similiter plenitudo interioris lætitię redũdat atq; apparet in ore, & lingua corporis. Tunc dicẽt inter dicẽt, magnificauit dñs facere cũ eis .i. quidã seculariũ hoim, seu qcũq; alij populi vidẽtes grãm dei nobis collatã, mirabuntur & dicẽt. Magnifice deus fecit cũ eis. Frequẽter em̃ hoies mũdum amãtes laudãt in alijs q̃d imitari nõ volũt, vidẽtesq; q̃sdam cõuerti ad Chr̃m, ingredi claustrũ, subito immutari, mirãtur, & deũ in suis effectibus laudãt, nec tñ eandẽ grãm sibi elargiri p̃cantur. Magnificauit dñs facere nobiscũ, hoc ẽ q̃d ait dignissima. Quia fecit mihi magna q potẽs ẽ. Magnificauit ei dñs Chr̃s facere nobiscũ, nostrã naturã assumẽdo, nostrã captiuitatẽ primã cõuertẽdo, pro originali pc̃tõ satisfaciendo, inter hoĩes cõuersando, nos sibi p gratiã vniendo, ex nobis ecclesiã cõgregando, corpus suũ & sanguinẽ nobis tradẽdo, spiritũ sanctũ mittendo, & innumerabilia beneficia conferendo, idcirco: facti sumus lætantes, & gratias referentes, atq; hilariter ministrantes. Hinc em̃ Iudith misericordiã dei experta ait: Laudate dñm deũ nostrum, qui nõ deseruit sperantes in se, & in me adimpleuit misericordiã suam. Conuertere dñe captiuitatem nostram, perfecte .i. nos propter originale peccatũ infectos vulneribus animæ erue ab omni corruptione peccati, in libertatẽ filioru dei, & peccata qbus q̃tidie ligamur & capimur, aufer à nobis, sicut torrẽs in austro, conuertitur, quatenus sic impleamur donis & gratijs spũs sancti, sicut torrẽs siccatus impletur humoribus aquæ, austro flante. Qui seminãt in lachrymis .i. qui modo in luctu pœnitẽtiæ, seu lachrymis deuotiõis seip̃os exercẽt, qui tẽporales delectationes contemnũt, & corde cõtrito & humiliato deo ministrãt. Isti in exultatione metẽs bona grãe in p̃senti, & fructũ gloriæ in futuro. Bonoru em̃ laboru gloriosus est fructus. Et ap̃lus: Qui parce seminat parce & metet, & q seminat in bñdictionibus, de benedictionibus metet vitã æternã. Propterea cõsulit nobis. Nouate nobis nouale, & nolite serere sup spinas. Porro quinq; sunt gña lachrymaru. Primæ lachrymæ sunt pro indulgẽtia p̃priæ culpæ, & hæ inundãt à sorde pc̃ti. Secũdę sunt pro timore futuri iudicij, & gehẽnę, & istę refrigerãt ab ardore cõcupiscẽtię, retrahũtq; ab omi iniqtate. Tertię sunt p̃ incolatu p̃sentis exilij, q̃ potant animã sitientẽ. Quartæ pro defectibus proximoru, & iste impinguãt plangentẽ. Quintæ sunt pro desiderio patriæ, q̃ animã omni bono fœcundãt. Euntes electi dei per viã vitæ p̃sentis, ibant per viã mãdatoru altissimi, & flebant, secundum aliquem modũ p̃dictoru generu lachrymãdi, mittẽtes semina sua, hoc est, opera meritoria faciẽtes, quæ opera dicta sunt semina, qm̃ sicut ex semine nascitur fructus, sic ex operibus bonis oritur fructus vitæ æternæ, infusio consolationis diuinæ. Mittũt igitur semina sua .i. opera bona ante se mittunt, cumulũ meritoru colligunt, quẽ in Christo abscondunt. Quẽadmodũ ipse hortatur. Thesaurizate vobis thesauros in cœlo. Et ap̃lus: Nolite (inquit) deficere benefacientes tempore enim suo metemus nõ deficiẽtes. Venientes aũt ad Christi tribunal, veniẽt cũ exultatione, hoc est, cum secura & læta conscientia, portantes manipulos suos .i. opera virtuosa quæ colligerunt. Opera enim illorũ sequuntur illos. Admonemur ex psalmo præsenti redemptionem nostrã à Christo factã recolere, atq; in saluatore de suis beneficijs exultare, eũ laudando, contẽplando, incõparabiliterq; amãdo. Deniq; docet nos scriptura psalmi istius, quid inter electos & reprobos distet. Quia electi eũdo in bono p̃ficiũt lachrymãdo. Reprobi vero in isto exilio q̃si in patria gloriant, & de carcere captiuitatis faciũt sibi paradisum voluptatis. Idcirco veniẽtes ad Chr̃i iudiciũ veniẽt cum mœrore, nihil portãtes nisi dñationis suæ cyrographũ. Vñ dicit eis. Væ vobis q habetis cõsolationẽ vestrã, & væ vobis q ridetis nũc, qa plorabitis & flebitis. Hinc em̃ Abrahã diuiti dixit. Fili recordare, qa recepisti bona in vita tua, & Lazar' similiter mala. Idcirco hic cõsolat, tu vero cruciaris. Despiciamus igit oẽm mũdi põpã, vanitatẽ, & gloriã, corporisq; desideria reprimamus, & in lachrymis sanctis occupemur, sciẽtes nõ posse nos mõ cũ mundo gaudere, & postmodũ cũ Chr̃o regnare.

Marginal references: Eccle. 24 · Matt. 12. · Mat. 13. · B · Luc. 1 · Esaię. 53. · Iudith. 13 · Actoru. 2. · Sapię. 5 · 2. Cor. 9 · Hiere. 4. · C · Matt. 13. · Matt. 6. · Apoc. 14. · Luc. 6. · Luc. 16

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXVI.

¶Argumentum.

¶Titulus. Canticū graduū Salomoni. In hoc psal. agit̃ pe spūali domus dei ædificatiōe in
fide & moribus, vt sancte & honeste cōuersantes ædificemur in domos spūales. Et proinde
hortat̃, ne q̄s sibiipsi ascribat q̄ deus p ipsm operat̃, sed oīa in deū referat, eidē'q; attribuat. Vn
de in primis attestat̃ omnē profectū nostrū in bono esse à deo. Deinde asserit omne meritum
ab ipso q̄q; expectandū esse in futuro, ibi, Vanū est vobis añ lucē surgere. Author vero bipha
riā expendit ipm, nēpe in primis sequēdo quorundā opinionē, declarat ipm de ædificatione
tēpli Salomonis in Hierl'm, deinde tropologice de ædificatione spūalis templi.

¶Expositio Tituli.

¶Habet pterea psalmus iā declarandus hunc titulū. Canticū graduū Salomonis. Secundū
eos aūt q psalmū hūc literal'r exponūt de ædificatione tēpli materialis in Hierl'm, addit̃ in ti-
3. Regū. 6 tulo, Salomonis. Vel q̄m Dauid fecit hūc psalmū pro filio suo Salomone. Vel q̄a Salomon eū
cōscripsit, ad insinuādū, q fine speciali adiutorio dei ædificatio tēpli cōsummari non posset.
Est aūt expositio hæc multū grossa & rudis, q̄ tñ breuiter tangi potest, vt sit sensus.

¶Expositio psalmi literalis.



NIsi dñs ædificauerit domū, ⌋ principal'r operando, & artificibus efficaciā ope- » 1
Johan. 15 randi præstando, ⌊ inuanū laborauerunt q ædificant eā, ⌋ q̄m sine eius adiuto »
rio eā perficere nequeunt. Et huius signū & simile est, quia ¶Nisi dñs custo » 2
dierit ciuitatē, ⌋ ab inimicoꝝ incursu, cæteris'q; periculis, ⌊ frustra vigilat qui »
custodit eā, ⌋ eo q vrbē sua potestate nequeat custodire. Deinde Psalmista af »
fatur artifices. ¶Vanū est vobis ante lucē (diei) surgere, ⌋ ad operandū, q̄si » 3 E
vestra potestate & festinatione possitis templū perficere. Idcirco, ⌊ surgire ⌋ ad operandum
⌊ postq̄ sederitis, ⌋ .i. nocte & somno cōpletis, ⌊ q mādūcatis panē doloris ⌋ .i. qui vescimini »
cibo vestro labore acquisito, cui labori miscet̃ pœna & fatigatio corporis. ¶Cū dederit, ⌋ » 4
dñs ⌊ dilectis suis, ⌋ .s. filijs Israel ⌊ somnū ⌋ .i. quietē beatę mortis, ⌊ ecce hæreditas dñi filij ⌋ »
.i. tunc filij ab eis instructi sunt hæreditas dñi dei, q̄a pp'lus fidelis appellat̃ hæreditas dei. Et
Esaię. 19 dñs ait: Hæreditas mea Israel, & ista hæreditas seu filij boni atq; fideles sunt, ⌊ merces fruct⁹ »
4. Coꝝ. 6 ventris ⌋ .i. pmium meriti Chri, q est fructus ventris virginei, Chr̄s enī sua passione eos rede »
mit & emit, & pater dedit eos filio suo. ¶Sicut sagittæ in manu potētis ⌋ .i. fortis sagitta- » 5
toris, existētes sunt acutæ & paratæ ad resistendū aduersarijs, ⌊ ita filij excussoꝝ ⌋ .i. sic disci- »
puli & imitatores dilectoꝝ dñi, videlicet sanctoꝝ doctoꝝ, antiquoꝝ'q; patrū, parati sunt ad
resistendū hostibus veritatis. Dicunt̃ aūt doctores sancti & patres antiqui excussi, q̄m de hac
vita ablati & quasi excussi sunt, vel q̄a à carnalibus cōcupiscētijs, & cæteris impedimētis ser-
uiendi, vacādi'q; deo erāt abstracti, & ad spūale pmium expediti. ¶Beatus vir qui impleuit » 6
desideriū suū ex ipsis ⌋ filijs excussoꝝ .i. beatus est doctor seu pastor q cupit tales habere disci »
pulos, q diligēter obseruēt q̄ audiūt, & pro veritate efficaciter pugnēt. Vel, beatus vir q im-
Tit. 2. pleuit desideriū suū ex ipsis excussis .i. q doctrinā & vitā sanctoꝝ patrū atq; doctoꝝ digne as-
sequit̃. Hic vir beatus, ⌊ nō cōfundet̃, ⌋ nec reprobabit̃, ⌊ cū loquet̃ inimicis suis ⌋ .i. hostibus »
1. Coꝝ. 11. veritatis ⌊ in porta ⌋ .i. in publico. Nā verus & iustus apparebit, tā in psenti, q̄ in futuro iudi- »
cio, dū causa eius cœperit discuti contra aduersarios suos.

¶Expositio moralis eiusdem psalmi.

DEniq; moral'r, p Salomonē intelligit̃ Chr̄s, q est verus pacificus, ædificauit'q; do F
mū .i. ecclesiā deo patri ex viuis lapidibus. Et de huius domus ædificio verissime
dicit̃, Nisi dñs, Iesus Chr̄s seu ciuitas, deus, ædificauerit, intus p fidē, charitatē &
grām, domū .i. ecclesiā, seu quālibet psonā ecclesiasticā, in q̄ deus p fidē moratur.
Johan. 14 Quēadmodū ait saluator: Ad eū veniemus, & māsionē apud eū faciemus, inuanū .i. frustra &
sine profectu laborauerūt .i. laborabūt, q ædificāt .i. ædificare nitunt̃ eā, vz prophetę, apl'i &
successores eoꝝ, q prædicādo, docēdo, exemplariter cōuersando, miracula faciendo, conati
sunt cōuertere hoīes, informare fideles, ædificare ecclesiā, sed nisi deus intus illuminet, inanis
1. Corin. 3 est pdicatio foris adhibita. Propter q̄d Paulus testat̃: Neq; q plantat est aliqd, neq; q rigat,
sed q incrementū dat deus. Nisi dñs custodierit ciuitatē .i. ecclesiā, q̄ dicit̃ ciuitas ppter cha-
ritatiuā vnionē fideliū, frustra vigilat oīs doctor, pastor, platus, q custodit eā. A deo enim est
Philip. 2 nō solū inchoatio boni, sed etiā cōseruatio, protectio, atq; pfectio. Et ideo sicut solus deus ec
clesiā intus ædificat charitatē, fidē, spem, & dona spūs sancti p creationē infundēdo hoībus,
Ezec. 34 ad quā infusionē hoīes sancti deo subseruiētes disponūt mētes hūanas, sic solus deus custo-
dit ecclesiā, seu corda fideliū p seipm cōseruādo in esse, dona q̄ creanda infudit. Angeli vero
& hoīes cæteris psidētes custodiūt instrumētal'r, dispositiue, atq; forinsecus, hortādo ad bo-
Esaię. 26 nū, & ipedimēta bñ viuēdi tollēdo. Hinc scriptū habet̃: A facie tua dñe cōcepimus, & q̄si par
turimus & peperimus spm. Deinde ædificatoribus domus dei .i. platis ecclesiæ ait, Vanū est
vobis

A vobis ante lucē.i.ante grȩ infusionē,ante diuini auxilij irradiationē seu receptionē surgere
ad instruēdū seu ædificādū ecclesiā,tanq̄ dicat.Nihil proficiet labor vester,nisi gr̄a dei affue Johan.15
rit tā vobis q̄ auditoribus vr̄is.Idcirco surgite ad exequēdū officiū vobis commissum,postq̄
sederitis.i.gr̄am dei humiliter imploraueritis,atq; ab exterioribus quiescendo,paulisper ad Luc.10
pedes crucifixi sederitis,meditādo,cōtēplādo,orādo, q̄tenus intromittamini in cellā vina-
riā sp̄us sancti,& in thesauros sapiētiæ dei,illic'q; sp̄ualiter inebriati ardore sc̄ti amoris & lu Cantic.2
mine veritatis,surgatis & ꝑcedatis ad alios instruēdos,eructādo & cōicādo eis de plenitudi
ne vr̄a,q mādueatis panē doloris.i.qbus lachrymæ compassionis fraternæ panes sunt die ac
nocte,qm̄ semp oportet vos cōdolere subditis vr̄is,nec solū vr̄a,sed eoꝝ q̄q; pc̄tā deplāgere,
prout aplus ait:Quis infirmat & ego nō infirmor? qs scādalizat,& ego nō vror? Et Iob loq- 2 Cor.11
tur.Flebā sup eo q afflictus erat,& cōpatiebat ania mea pauperi.Et Ezechieli ꝓcepit dñs, vt Job.30
portet iniqtatē populi Iudæoꝝ.Pōt etiam versus iste exponi ad oēs.Vanū est vobis,ō vni-
uersi viatores añ lucē surgere.i.añ charitatē grȩ gratificātis,aliqd velle meritorie agere.Vel Ezech.4
ante lucē surgere.i.anteq̄ veniatis ad claritatē patrię vosipsos velle erigere, exaltare,aut ali-
qd reputare,vel q̄si ex securitate gaudere.Propterea surgite.i.exaltari satagite postq̄ sederi
tis.i.hūiliati fueritis,atq; in hac vita nil nisi hūilitatē in oībus desideraueritis,q māducatis pa
nē doloris.i.lachrymaꝝ exercētes opa pœnitētię,illis'q; reficiētes aīas vestras.Quēadmodū
Chrūs ait:Meus cibus est vt faciā volūtatē patris mei.Cōsequēter ostēdit qñ surgēdū sit ple
B ne atq; pfecte.Cū dederit dñs dilectis suis,hoc est,electis,somnū.i.fœlicē quietē post hāc la Job3.4.
boriosissimā vitā,ecce hæreditas dñi.i.tūc populus electus existēs hereditas dei,ꝓsens ꝓsto'q;
erit,atq; in gloria apparebit.Hæreditas inq̄ existēs filij merces fructus vētris.i. Christi filij
dei,q Chr̄s est fructus vētris generosi virginis bñdictæ.Cur aūt hoīes asserātur merces Chr̄i
iam dictū est.Sed & Chr̄s est merces eoꝝ.Nā ip̄e est p̄miū nostrū,& obiectalis nr̄a fœlicitas Luce.1
Propter q̄d ait:Manifestabo ei.s.diligēti meip̄m.Deinde ostēdit qūo ecclesia sit collecta, & Gene.15
qūo hæreditas hæc sit dño acq̄sita.Sicut sagittæ in manu portētis,se habēt,ita filij excussoꝝ Apoca.22
hoc est,sic sancti apl̄i & cooperatores atq; successores eoꝝ,q sunt filij ꝓphetaꝝ,qui nominā Johā.14.
tur excussi propter causas p̄habitas.Nā sicut sagittæ de manu viri potētis cito in longinquū Ibidē.
iaciūtur,ita apl̄i & eoꝝ discipuli velociter ꝑ vniuersum orbē trāsmissi sunt,ꝑdicantes vbiq;,
& oēs electos ad fidē cōgregātes in vna ecclesia Chr̄i,quēadmodū Esaias ꝓdixit.Mittam ex Mat.28.
eis q saluati fuerint ad gētes in mare,in Aphricam & Lidiā,tenētes sagittā in Italiā & Græ- Marc.16
ciā ad insulas lōge,& annūtiabūt gloriā meā gētibus,& adducēt oēs frēs vestros.Beatus vir, Esaię.vl.
iā in spe.q impleuit desideriū suū.i.q mētē suā sp̄uali desiderio impleuit ex ip̄is, filijs excusso
rū atq; excussis,id est,q tā ardenti affectu audit,tenet,& implet verba aplōꝝ & prophetaꝝ,
ꝙ nullū illicitū desideriū,nulla inordinata affectio locū inuenit in aīa eius.Cætera ex dictis
innotescūt. Ecce psalmus iste morali documento,saluberrime plenus,& de octauo gradu
sp̄ualis ascēsus ꝑtractās,videlicet de mō,hora,& ordine surgēdi ad summū ac vltimum oīm
entiū finē deū æternū & adorādū.Docet nos euidēter,vt nunq̄ nisi in solo deo speremꝰ, oīne
C bonū.i.initiū,cōseruationē,ꝓcessum & cōsummationē opeꝝ bonoꝝ ei attribuamus, sicut
in deo nostræ salutis,quemadmodū dicitur.Vere in domino deo nostro salus Israel. Docet
enim nos canticum istud omnem superbiam funditus extirpare, humilitatem amplecti ,ta- Hiere.3.
liq; ordine ad somnum electorum procedere.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXVII.

### ¶Argumentum.

¶Titulus.Cāticū graduū.Agit hic de diligētia bñ operādi,ad q̄d potissimū inducit timor
filialis & castꝰ,vñ enumerat bona timētibus deū promissa,qbus & bñdicit,poptās q̄tenꝰ cœ
lestia possint asseq .Duo itaq; facit in summa.Primo nāq; inqt eos eē beatos,q deū rite timu
erint,eius causam in gñali adsignās,tū mox q̄q; in speciali enumerat bñficia timētibus deum
proueniētia,ibi.Labores manuū tuaꝝ.Author in primis exponit ip̄m ad hūc sensum, deide
asserit q̄sdā de pp̄lo Iudæoꝝ hūc psalmū interp̄tari.

### ¶Expositio tituli.

¶Titulus psalmi p̄sentis est cāticū graduū.Agit em̄ hic psalmus de filiali timore, q est no-
nus gradus sp̄ualis ascēsus.Hic em̄ gradus p̄cipue necessarius est,ascēdere atq; ꝓficere cupiē
ti.Qm̄ Ecclesiastici primo habet.Qui sine timore est nō pōt iustificari.Est tñ qdā timor ser Eccle.1.
uilis q̄ pœna timet, nec malū vitat amore boni,sed pauore tormēti,de q̄ aplus ait: Nō acce- Roma.8.
pistis spiritū seruitutis iteꝝ in timore,sed accepistis sp̄m adoptōis filioꝝ.Et iteꝝ: Nō dedit 2.Timo.1
nobis deus sp̄m timoris,sed dilectiōis.Vñ beatus Antonius dixit:Ego iā nō timeo deū. Pen
sandū nāq; ꝙ obiectū timoris est malū.Nā timor est qdā recessus,q̄ appetitus aliqd refugit.
Deus ergo secūdū ꝙ deus,& in q̄tū naturaliter bonus est, timeri nō pōt directe & ꝑ se secū-
dū Thomā.Obiectū aūt timoris seruilis est malū pœnæ.Obiectū vero timoris filialis ē malū
culpæ.In q̄tū igit deus pro culpa pœnā infligit,timet timore seruili.In q̄tū vero separatio à
deo malū aliquod est,timetur timore filiali, casto'q;.Ait ergo sanctus propheta.

D

¶Expositio pſalmi.



Eati omnes⌋ ſunt iã in ſpe ⌊q timent dñm⌋ filiali & caſto timore. Nõ em̃ eſt 1
Actor.10 perſonarũ acceptor deus, ſed in omĩ gẽte q timet deũ & operaꝛ iuſtitiã accept⁹
eſt illi⌊ qui ambulãt in vijs eius⌋.i. in diuinis p̃ceptis. Nõ in proprijs adinuen-
Eſaię.57. tionibus & poſt prauitatẽ proprij cordis. Sicut de impio ſcriptũ eſt. Abijt va-
Hiere. 2. gus in via cordis ſui. Et alibi: Quã vilis facta es, iterans vias tuas. ¶Labores 2
manuũ tuarũ quia mãducabis⌋.i. qñiam p̃mio operũ tuorũ bonorũ in cœlo veſ
ceris, & fructus ſtudiorũ actuumq́ꝫ meritoriorũ tuorũ percipies in patria, ſeu viſione diuina.
Proue. 13 Iuxta illud: Anima operantiũ impinguabitur, ⌊beatus es⌋ nũc in ſpe, ⌊& bene tibi erit⌋ il-
Luc. 14 lic in re. Vnde dicit: Beatus qui mãducabit panẽ in regno cœlorũ. Vel ſic: Labores manuum
tuarũ, quia manducabis.i. quia de labore proprio viues, victũ & neceſſaria tibi laboribus pijs
procurando, beatus es & bene tibi erit, quoniam talis labor multum meritorius eſt. Propter
Acto. 20. quod de ſeipſo ait apoſtolus: Laboramus manibus noſtris, & ad ea quæ mihi neceſſaria fue-
2. Theſ. 3. runt, miniſtrauerunt manus iſte. Itẽq́ꝫ. Qui nõ laborat non manducet. Et Salomon ait: Qui
Proue 12. ſectatur otium ſtultiſſimus eſt. Deinde deſcribiꝛ plenius beatitudo timentis deũ. Primo per
2. Theſſ. 3 bona ſpiritualia vitæ p̃ſentis, dũ ſubditur ¶Vxor tua⌋.i. ſapiẽtia tibi diuinitus data, ⌊erit 3
ſicut vitis abundãs, ⌋hoc eſt, opera ſancta producet, ⌊in lateribus domus tuæ⌋ hoc ẽ, in in-
Jacobi. 3. terioribus viribus aĩæ tuæ, iuxta q̃d dicit. Quæ de ſurſum eſt ſapiẽtia, primo qdẽ pudica eſt,
1. Johã. 2. deinde pacifica, modeſta, ſuaſibilis, bonis cõſentiẽs, plena miſericordia & fructibus bonis, ſa
piẽtia eſt cognitio diuinorũ. Qui aũt dicit ſe noſſe deũ, & mãdata eius nõ cuſtodit, mẽdax ẽ.
Idcirco vera ſapiẽtia fructuoſa, eſt tanq̃ vitis abundãs, q̃ plurimos generat botros. Diciꝛ au-
Sapię. 8. tem ſapiẽtia vxor & ſponſa hoĩs timorati, iuxta illud. Hãc amaui, & exq̃ſiui à iuuẽtute mea,
Prouer. 7 & q̃ſiui ſpõſam eam mihi aſſumere, & amator factus ſum formæ illius. Salomon q̃ꝫ monet.
Dic ſapiẽtiæ, ſoror mea es, & prudẽtiã voca amicã. Vñ per vxorẽ intelligi p̃t ſapiẽtia æterna E
& increata, q̃ vtiq́ꝫ ſpõſa eſt cordis deuoti, & in eo fructificat tanq̃ vitis fructifera. Hinc nẽpe
Eccle. 24 iſta ſapĩa. Ego (inq̃t) q̃ſi terebyntus extẽdi ramos meos, & rami mei honoris & gr̃ę. Rurſuſ-
q́ue. Ego q̃ſi viris fructificaui ſuauitatẽ odoris. ¶Filij tui⌋.i. actus ex ſapiẽtia orti erũt ⌊ſi- 4
cut nouellæ oliuarũ⌋.i. vireſcẽt & augebũtur, ita q̃ multi & magni decori & validi erũt, q̃m
Jacobi. 2. indeſinenter proficies, ⌊in circuitu mẽſæ tuæ⌋.i. in gyro fidei cordis tui. Sicut em̃ ſup men
ſam cibi ponũtur & ſuſtẽtantur, ſic oĩa opa bona ſupra fidẽ fundanꝛ, firmanꝛ & radicantur.
Fides aũt ſine dono ſapiẽtiæ opa bona nõ p̃fert, neq́ꝫ ecõtra. Idcirco ex fide p ſapientiã illu-
ſtrata cãnꝛ, & effluunt opa deo accepta, in circuitu fidei.i. vndiq́ꝫ in interioribus aĩæ. Vel ſic
Vxor tua.i. ſapiẽtia ſicut vitis abũdans in lateribus dom⁹ tuæ.i. in ſpũalibus filijs tuis, q a p ſa
pientiã generanꝛ filij ſpũales in Chr̃o, iuxta illud apl̃i. Per euãgeliũ Chr̃i ego vos genui. Filij
1. Cor. 4. tui ſpũales, à te ſapiẽter inſtructi, ſicut nouellæ oliuarũ.i. vncti erũt gratia ſpiritali, & in Chri
ſto florẽtes atq́ꝫ fœcũdi, in circuitu mẽſæ tuæ.i. in gyro ſpũalis doctrinæ, q̃ eos pane vitæ &
aqua ſapiẽtię reficis. ¶Ecce ſic bñdiceꝛ⌋.i. talia munera gr̃æ deſup ſortieꝛ, ⌊homo q timet 5
Eccleſi. 1. dñm⌋ timore caſto & amicali. Propter q̃d habeꝛ, Timenti deũ bene erit in extremis, & ĩ die
defunctionis benedicetur. Cum em̃ nihil diuidat nos à deo, niſi peccatũ, nilq́ꝫ impediat infu F
ſionẽ gratiæ dei in nos, niſi negligentia noſtra, eo ip̃o quo timor negligentiã excutit, à vitijs
retrahit, & peccata expellit, diſponit cor noſtrum ad omne bonũ, om̃iſq́ꝫ boni q̃dammodo
cauſa ẽ. Ideo & alibi induciꝛ, Plenitudo ſapiẽtiæ timere deũ. ¶Benedicat tibi dñs ex Sion⌋ 6
Ibidẽ. hoc eſt, ex eccleſia militãti, benedicẽdo tibi p miniſtros & p̃latos eccleſiæ, ⌊& videas bona⌋
.i. bonũ ſtatũ, continuumq́ꝫ profectũ, ⌊Hieruſalẽ⌋.i. eccleſiæ peregrinãtis à dño.ſ. militãtis
præliãtis, laborãtis, tñ in pace Chriſti pauſantis, om̃ibus diebus vitæ tuæ. Quantũ em̃ bonũ
cõmune totius eccleſiæ diligis, tantũ de eius cõſeruatione ac profectu exultas. Vnde & vere
deuotus frequẽter ac feruẽter orare habet pro bono ſtatu eccleſię. ¶Et videas filios filiorũ 7
Epheſi. 2. tuorũ⌋.i. cernas q̃ illi q̃s tu ſpũaliter genuiſti, alios ſpũaliter generẽt, quatenus merito & nũe
ro augeaꝛ eccleſia, ſicq́ꝫ cõſpicias ⌊pacẽ⌋ Chr̃i, ſeu Chr̃m qui ẽ pax nr̃a ſcd̃m apoſtolũ, ⌊ſu-
per Iſrael⌋.i. ſup teip̃m, & aliũ quẽlibet chriſtianũ, deũ fideliter cõtemplãtẽ. Vel ſic benedi-
cat tibi.i. dona cœleſtis gr̃æ mittat & cõferat tibi dñs deus oĩpotẽs, ex Sion.i. ex triũphante
Eſaię. 64 eccleſia, in q̃ ſancti deũ ſicuti eſt ſpeculanꝛ. Sion nãq́ꝫ ſpeculatio interp̃taꝛ, & videas poſt hu-
1. Cor. 2. ius exilij terminũ, bona Hieruſalẽ, cœleſtis q̃ oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec mens cõ-
prehẽdere ſufficit oĩbus diebus vitæ tuæ glorioſæ q̃ erit æterna. Et videas filios filiorũ tuorũ,
quaten⁹ illi tecũ in patria gaudeãt, q à filijs tuis ſpũalibus ſpũaliter geniti ſunt, ſed q̃m forſitan
nõ oẽs electi ſpũales filios habẽt, & ſi habeãt forte q̃ illi nõ habent, idcirco ſicut p filios intel
liguntur opera gratioſa, ſic per filios filiorũ iſtorũ intelligi poſſunt opera glorioſa, ſicut ſunt
deo frui, & cætera gaudia ac merita beatorum quæ ex p̃uijs meritis ſeu bonis opibus q̃dãmo-
Philip. 4 do oriuntur, ſic etiam videas pacem cœleſtẽ, quæ oẽm ſenſum exuperat, ſuper Iſrael.i. quẽli-
bet beatum deum per ſpeciem contuentem.

¶Cõmen

A ¶ Expositio literalis psalmi eiusdem

PRæterea exponẽtes psalmũ istũ ad literã de pplo Iudæo℞, asserunt φ Psalmista inuitat eos ad timorẽ dei p temporalium bono℞ promissa, quemadmodũ moris est in lege ac prophetis inuitare eos ad obedientiã dei p temporaliũ prosperitatũ promissiones. Vnde dñs ait populo huic: Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis Esaiæ. 1.
Sed aduertendũ φ sicut hmõi bona nõ sunt sufficiens pmiũ actus virtuosi, psertim delectationis diuinæ quã pcepit lex, ita nõ oĩbus obseruãtibus legẽ, dabant, sed spũalr & meliora data sunt eis, tanq̃ magis pfectis. Infirmiores vero p tpalia alliciendi erãt promissa. Sic ergo quod modo timẽti deũ promittit, labores manuũ suaℛ mãducabit. i. tẽporaliũ diuitiaℛ abundantia perfruetur, & φ vxor eius esset fœcunda velut vitis abundans. Itẽ φ filij eius carnales sederent seu starent sicut nouellæ oliua℞ in circuitu mẽsæ suæ. Nõ oĩbus, sed multis in veteri testamento cõcessum est. Nec eñ Heliæ, nec Hieremiæ data sunt hæc, quo℞ vterq; virgo permansit. Literalẽ igit sequendo sensum, quòd ait: Ecce sic benedicetur homo q timet dñm, intelligendũ est, φ sic vel melius benedicetur. Vel, sic bñdicet. i. ita laudabit. Deinde loquẽs p pheta pplo synagogæ, subdit. Benedicat tibi dñs ex Sion. i. ex tẽplo sito in monte Sion, in q̃ ministri templi benedicebant Iudæis, & videas bona Hierusalẽ. i. bonũ statũ ciuitatis regiæ in Iudæa, ex cuius bono regimine totius regni salus pendebat. Et videas filios filio℞ tuo℞. i. diu viuas, vt tuos nepotes conspicias, videasq; pacem super Israel. i. super vniuersum Israeliticum populum.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXVIII

¶ Argumentum.

¶ Titulus. Canticũ graduũ. Psalmus iste est de patiẽtia in tribulatiõibus & psequutionibus Vnde ppheta hortat fideles vt patiẽter ferãt psequtiones, nec facile turbent, ceu qd noui fit ecclesiã aduersa tolerare, qñquidẽ semp ab initio turbatores fuerint. Ne qs tñ putet ecclesiã
B prorsus subruendam, differit quoq; de psequentiũ & turbantiũ futura pœna & damnatiõe. Hinc duas habet partes. Porrò in priore recensent mala q̃ patit ab hostibus. In altera autem mala quæ aduersarijs infligent in pœnam, ibi, Dominus iustus concidet. Author exponit ipsum primo tropologice, postea vero iuxta allegoriam & literam.

¶ Expositio Tituli.

¶ Assignat insup psalmo iã declarãdo pro titulo, Canticũ graduũ. i. psalmus q canticũ dr, tractat de gradu pficiendi ad deũ, apicẽq; virtutũ. Iste eñ est decimus psalmus gradualis, de patiẽtia loquẽs, q̃ est decimus gradus spũalis ascẽsus, & cõuenienter ponit post timorẽ. Qm̃ metuentẽ deũ decet oĩa æq̃nimiter tolerare propter iustitiã, ne deus p impatientiã offendat. Mat. 14
Tanta aũt est virtus patiẽtiæ, vt Chrs dicat: In patiẽtia vr̃a possidebitis aĩas vestras. Propheta igit volens nos ad patientiã animare, hortatur ecclesiam, dicens.

¶ Enarratio psalmi iuxta sensum Tropologicum.

1 " SAepe expugnauerũt ⌊.i. impugnauerũt⌋ me⌋ hostes inuisibiles. s. dæmones
" me tentantes, atq; visibiles, puta hæretici & tyranni, alijq; peruersi, ⌊à iuuen
" tute mea⌋. i. ab exordio durationis meæ, & à principio tẽporis mei. Nã & in paradiso tentatus est primus parens cũ coniuge sua à dæmone, & post modũ
" Abel iustus à Cain occisus est, ⌊dicat nunc Israel⌋. i. ecclesia deũ per fidẽ cõ Genes. 3.
C templans, Quemadmodũ eñ Gregorius dicit: Omnium electo℞ q à principio mũdi fuerunt, & vsq; ad seculi cõsummationẽ futuri sunt, est vna ecclesia, cuius caput est Genes. 4
Christus. Semp autem peruersi ac reprobi molesti fuerunt electis, nec vnq̃ defuit, deest, aut deerit, malignitas persequẽs, & æquitas patiens, sempq; ve℞ fuit φ per multas tribulationes Ephe. 1. & Col. 1.
oportet nos fieri saluos. Vnde dicit: Abrahã pater noster tentatus est, & p multas tribulationes probatus, amicus dei effectus est. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & oẽs qui placuerũt deo Judith. 8
2 " per multas tribulatianes transierũt fideles. ¶ Sæpe expugnauerunt me⌋ isti, sicut nunc di- Ibidem
" ctũ est, sed frustra, ⌊etenĩ⌋. i. quia ⌊non potuerunt mihi,⌋ finaliter pualere, aut interius lædere seu nocere, imò omnia cooperata sunt mihi in bonũ, & eo℞ malignitas facta est eis causa dãnatiõis æternæ, mihi vero occasio facta est sempiternæ lætitiæ. Hinc eñ altissimus apostolici agminis princeps in sua canonica fatet: Quis est q vobis noceat, si boni æmulatores fueritis. Paulus q̃q; ait: Si deus pro nobis, quis cõtra nos? Quãuis ergo hostes ecclesiæ corpus 1. Petri. 3.
occidant, aut animã ad tẽpus decipiant, nõ tñ finalr neq; simpliciter præualent. Imò tẽpore Roma. 8. Matt. 10
persequutiõis tyrannice augebat ecclesia merito sanctitatis, & numero conuerso℞ ad fidem magis q̃ tempore pacis, sicut Hieronymus testatur, dolens & conquerens, φ postq̃ ecclesia temporale iperiũ acquisiuit, pristinã grãm pro magna pte amisit. ¶ Supra dorsum meũ fa
3 " bricauerũt pctõres⌋. i. ita me sibi subiecerũt, cõculcauerũt, & afflixerũt, sicut fabricantes sibi
" subijciũt atq; cõculcãt fundamẽtũ, supra qd ædificiũ fundãt. Vel, supra dorsum meũ fabricauerũt. i. me p suo libito psequuti sunt. Vel, supra dorsum meũ fabricauerunt. i. machinã ini-

 D

quitatis supra me construxerũt, accumulãtes sibi sarcinã vitioꝝ, seu põdus ac multitudinem
sceleꝝ, dum me tã iniuste molestauerũt. Per dorsum aũt designaꝉ totũ, eo ꝙ patiẽtes verbe-
ra, soleãt dorsum ad ꝑcutientẽ cõuertere, vel qm̃ patiẽtes mentẽ conuertũt ad deũ, & corpus
Esaiæ. 5 exponũt ictibus impioꝝ, ⌊prolõgauerũt⌋ .i. longã & ꝑseuerantẽ fecerũt, ⌊iniquitatẽ suã, ⌋ »
aduersum me. Vnde ait scriptura: Væ q trahitis iniq̃tatẽ in funiculis vanitatis, & q̃si vinculũ
plaustri pc̃tm̃. ¶Dñs iustus, ⌋ nihil irremuneratũ relinquẽs, ⌊cõcidet ceruices⌋ .i. dãna- » 4
Eccl. 24 bit & destruet sup̃bias, ⌊pc̃tõꝝ, ⌋ quẽadmodũ testaꝉ: Omniũ excellẽtiũ & sublimiũ colla cal »
Esaiæ. 23 caui. Et scriptũ est: Dñs exercituũ cogitauit hoc, vt detraheret sup̃biã oĩs gloriæ, ⌊cõfundã- »
tur, ⌋ cõfusiõe dãnatiõis æternæ ac reprobatiõis diuinæ, ⌊& cõuertanꝉ retrorsum⌋ .i. cadãt, »
deficãt, & repellanꝉ à deo, ⌊oẽs q oderũt Sion⌋ .i. ecclesiã Chr̃i in mõte, q Chr̃s est, sitã, atq; »
cœlestia speculãtẽ. ¶Fiant sicut fœnũ tectoꝝ q̃d priusq̃ euellaꝉ, exaruit⌋ .i. quẽadmodum » 5
fœnũ in tectis domoꝝ nascẽs celerrime, sole desup decoquẽte, siccaꝉ, & cadit, sic ꝓs̃s, gloria
atq; prosperitas inimicoꝝ ecclesiæ Chr̃o vlciscẽte cito dispereãt, ne & ipsi diu viuẽdo gra- 6
Sapię. 4 uius peccent, & ecclesia supra modũ grauet. ¶De quo⌋ fœno in tectis orto, ⌊nõ implebit »
manũ suã qui metet⌋ .i. messor tale fœnũ nõ colliget, eo ꝙ ante tẽpus dissipeꝉ, & dispergatur »
⌊&⌋ propter eãdẽ causam de eo nõ implebit ⌊sinũ suũ q manipulos colliget, ⌋ alibi q̃ supra »
tectũ, vc3 vbi terræ nascẽtia fructuose nascanꝉ. Et sicut de illo fœno nõ implet manũ suã mes-
Matt. 13 sor hũanus, sic in die iudicij qñ separabunꝉ boni à malis, angeli sancti q sunt messores dei, col-
ligentes triticũ .i. electos, & opa bona eoꝝ in horreũ cœli, nõ implẽt manũ suã de operibus
puersoꝝ, q a nil boni in eis cõspiciũt, nec deferẽt eos ad horreũ Christi. ¶Et non dixerunt » 7
qui præteribãt⌋ .i. in mũdo isto velut in exilio ambulabãt, festinãtes ad patriã .s. sancti pro- »
phetæ, patriarchæ, apostoli, ⌊benedictio dñi (sit) super vos⌋ o inimici ecclesiæ .i. sancti non »
optauerũt reprobis in quantũ hm̃oi sunt bona gratiæ, qm̃ nouerãt eos ad corpus Antichristi E
.Timo. 1. atq; diaboli ꝑtinere. Vnde ap̃lus de talibus ait: Quos tradidi Satanæ, vt discãt nõ blasphema-
Eccles. 8 re. Et Salomon loquiꝉ: Nõ sit bonũ impio, nec prolõgenꝉ dies eius, sed q̃si vmbra ꝑtereant, q
nõ timẽt faciẽ dei, secũdũ Augustinũ. Cõsuetudo erat Hebræis, vt ꝑtereuntes, bñdicerẽt ope
Ruth. 2 rãtibus in agro. Quẽadmodũ Booz legiꝉ dixisse messoribus: Dñs vobiscũ. Qui rñderũt: Be-
nedicat tibi dñs. Iusti aũt operanꝉ agro fœcũdo, impij vero sterili terræ. Innuit ergo prophe
ta, ꝙ sicut ꝑtereuntes benedicũt agro fœcũdo & operarijs eius, nõ aũt sterili terræ & operan
tibus eã, sed potius increpãt eos, qm̃ stulto labore seipsos fatigãt, sic sancti hãc vitã spernen
tes, & velut locũ ꝑegrinatõis hũc mũdũ ꝑtereũtes, impijs nõ bñdixerũt, sed bonis, sicut subiũ
giꝉ, ⌊bñdiximus vobis⌋ o iusti amatores ecclesiasticæ vnitatis .i. catholicæ fidei atq; indiui-
duæ charitatis, imp̃cantes vobis bona gr̃æ in p̃senti, & bona glorię in futuro, ⌊in noĩe dñi⌋
Postremo q̃ hic dicunꝉ cõtra iniquos, dicũtur zelo iustitiæ, nõ affectu inuidiæ, magisq; dicũ
tur p̃nũtiãdo q̃ imp̃cando, & cõditionalr̃ magis q̃ simpliciter .s. si nõ pœnitent.

¶Expositio allegorica & literalis eiusdem psalmi.

CONueniẽtissime aũt exponiꝉ psal. iste de Chr̃o, q est verus & purus Israelita. Eritq;
sensus. Sæpe expugnauerũt me Iudæi à iuuẽtute mea, dicat nũc Israel .i. Chr̃s, qui
erat à principio suæ cõceptionis in virgine. Vir vidẽs deũ nõ ꝑ fidẽ, vt cæteri, neq;
Genes. 32 ꝑ subiectã creaturã, vt Iacob, q eo ꝙ vidit angelũ, dixit: Vidi dñm facie ad faciem.
Propter q̃d etiã Israel ab angelo dictus est, neq; ꝑ imaginariã formã, vt Esaias, q dixit: Vidi F
Daniel. 7 dñm sedẽtẽ sup soliũ excelsum. Et Daniel, q dixit: Aspiciebã donec throni positi sunt, & an
tiquus dieꝝ sedit. Sed sicut cõprehẽsores ĩ p̃ria vidẽt, imò incõparabilr̃ clarius atq; beatius.
Anima etenĩ Chr̃i à principio suæ creatiõis semp æque ꝑfecte vidit deũ, & ipsa sola clarius
Matt. 2 vidit deũ q̃ oẽs simul beati. Idcirco Chr̃s verissime Israel appellaꝉ. Christũ aũt ab infantia ꝑse
quuti sunt Iudæi saltẽ proselyti, puta Herodes, q erat ad Iudaismũ cõuersus, & Christũ infan
tẽ occidere nisus est, cui (sc̃dm Hieronymũ) multi sacerdotũ ac Iudæoꝝ cõsenserunt. Sumiꝉ
aũt hoc loco iuuẽtus cõiter prout adolescentiã includit. Si vero proprie accipiaꝉ, tũc Chr̃m
persequuti sunt Iudæi à iuuẽtute sua .i. ab anno tricesimo suæ ætatis. Tunc nẽpe p̃dicare ex-
orsus est, & statim extunc impugnauerunt eum Iudæi, nunc verbis, nũc actibus, sicut Euan-
Lucæ. 4 gelistæ testanꝉ. Etenĩ nõ potuerunt mihi p̃ualere. Nã cum Christũ vellent præcipitare, &
Iohan. 8. postmodũ lapidare, exiuit de manibus eoꝝ, & transiens per mediũ illoꝝ ibat. Deniq; dũ eũ
Iouan. 18 capere vellent, & ipse respondisset, ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terrã, nec
aliq̃d facere poterãt Chr̃o, nisi eo volẽte. Propter q̃d ait: Nemo tollit animã meã à me, sed
Iohan. 10 ego pono eã. Et iteꝝ: Dñs mecum est quasi bellator fortis, idcirco qui persequũtur, cadent &
Hiere. 20 infirmi erunt. Supra dorsum meũ fabricauerunt peccatores. Hoc plane fecerũt sacrilegi, im-
Iohan. 19 pijssimiq; Iudæi, & serui Pilati dũ Christũ flagellis lacerauerunt, ad mortẽ crucem sibi baiu-
lantẽ duxerũt, & duro crucis ligno dorsum eius tenerrimum crudelissime apprehenderunt,
prolongauerunt iniquitatem suam, quia nõ cessauerũt clamare, tolle, & crucifige, donec me
occiderunt, imò à principio prædicatiõis meæ mihi insidiari cœperũt vsq; ad mortẽ, dicẽtes
Homo

A Homo vorax, potator vini, seducit turbas, insanit, dæmoniũ habet, blasphemat. Dñs iustus concidet ceruices peccatorũ. i. Iudæos istos destruet & occidet. Hoc fecit deus p Titũ & Ro- Matt. 11.
manos. Queadmodum pdictum est. Ciuitatẽ & sanctuariũ dissipabit populus cũ Duce vẽ- Daniel. 9
turo. Et iterũ. Abijciet eos dñs deus meus, quia nõ audierũt vocẽ eius, confundãtur & cõuer- Osee. 9.
tanf retrorsum, secũdũ sensum expositũ, oẽs qui oderũt Sion. i. Christũ diuina incessabiliter
speculantẽ. Vel Sion. i. primitiuã Chri ecclesiã, quã maxime oderũt Iudæi, sicut in actibus Actorũ. 13
apostolorũ habef. Fiant Iudæi Chrm negãtes, sicut fœnũ tectorũ, &c. hoc in eis impletũ est.
Nam multi eorũ in adolescẽtia & iuuentute à Romanis occisi sunt. Et non dixerũt qui pteri-
bant, hoc est, prophetæ, benedictio dñi sup vos. i. prophetæ nil boni dixerũt de Iudæis qui
Christum occiderunt, sed multa mala, queadmodũ patefcit, vbi de eis sic dicitur: Non erit Daniel. 9
eius populus qui eum negaturus est, hoc est, Iudæi, qui dixerunt. Non habemus regem, nisi Osee. 9.
Cæsarem, & hunc nescimus vnde est. Et exosos habui eos, pter malitiã adinuentionũ eo- Hiere. 5.
rum. Et rursus: Negauerunt dñm & dixerũt, non est ipse. Per Esaiam quoq dñs ait: Exicca- Esaiæ. 6.
tum (inqt) est cor populi huius, sed nos prophetæ qui istis incredulis malediximus, bñdixi-
mus vobis, ò christiani, in nomine dñi. i. Chri prophetãdo de vestra salute & grã. Hinc em
beatissimus Petrus in sua canonica alloquẽs christianos, disseruit. De vrã salute exquisierunt 1. Petri. 1.
atq scrutati sunt prophetæ, q de futura in vobis gratia, pphetauerũt. Interea quis sensus lite
ralis in primo ponẽdus sit, propter rationabilẽ tñ causam, videlicet, pter prolixitatẽ vitã-
dam, interdũ pono eũ posterius. Itaq ad literam videtur psalmus psens loqui de frequẽti tri

B bulatione ac liberatione Israeliticæ plebis, vt sit sensus. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute
mea, dicat nunc Israel. i. populus Israel dictus, eo q natus sit ex Iacob, alias alio nomine Isra
el fateatur cũ gratiarum actione, q sæpe expugnauerunt me gentiles à iuuẽtute mea. i. à tem
pore quo fui in Aegypto. Quod dicitur iuuẽtus populi huius secũdum qd dñs ait ad synago
gam. Recordatus sum adolescentiam tuam, quando sequuta es me in deserto. Etenim nõ po Hiere. 2.
tuerunt mihi præualere. Nã Aegyptij qui eos impugnauerunt, succubuerunt, dicentes: Fu-
giamus Israelem, dominus em pugnat pro eis contra nos. Supra dorsum meũ fabricauerũt Exod. 14
peccatores, puta Aegyptij, imponentes mihi onera grauissima ad portandũ. Babylonij qq Exodi. 5.
& alij multi fabricauerunt sup dorsum eorũ secundum sensum ptactum. Dñs iustus conci-
det ceruices peccatorum. Nam Aegyptios supbissimos, aliosq Israelem psequentes, graui-
ter interfecit, atq in die iudicij penitus eos damnabit & dissipabit. Confundãtur & conuer-
tantur retrorsum, quasi debellati & victi à deo, omnes qui oderũt Sion. i. populũ Iudæorũ p
Sion significatũ. Vel, Sion, hoc est, sanctuariũ dei cõstructũ in monte Sion. Et nõ dixerũt q
pretenbant. i. sancti viri hũc mundũ pambulantes, benedictio dñi sup vos. i. odiẽtibus Sion
nõ sunt imprecati benedictionẽ, sed futurã eorũ dãnationem prælocuuti sunt. Vnde nec eis Roma. 3.
dixerũt, bene diximus vobis in nomine dñi. Cætera patent ex dictis.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXIX.

¶ Argumentum.

¶ Titulus. Canticum graduũ. Hic psalmus oratio quædã est pœnitẽtiã agẽtis, porro pro-
pheta hortaf nos quatenus pro peccatis vere pœnitẽtes, misericordiã dei imploremus, vnde
C in persona pctõris clamat ad dñm, vt se à profundo pctõrũ liberet allegans misericordiã eius
vnde confidit se veniam assequuturum. Habet autẽ duas partes, in prima ponitur depcantis
oratio, deinde ad confidẽter orandum incitatio, ibi. A custodia matutina. Author simplici-
ter ipm commẽtatur breui explanatione, cum breui documẽto annexo.

¶ Expositio Tituli.

¶ Psalmi psentis titulus est. Canticũ graduũ. Hic em psalmus est vndecimus in ordine gra
dualiũ psalmorũ tractans de vndecimo gradu spũalis ascensionis, videlicet de pœnitẽtiali pce ad dñm, qm omnis homo quãtũcũq sit iustus & patiẽs indiget diuinã misericordiã qtidie implorare pro qtidianis excessibus, seu malis pteritis. Ait ergo propheta in psona hominis pœnitentis.

¶ Expositio psalmi.

1 " De profundis ⌊. i. de hac valle lachrymarũ, de corpe isto mortali, de intimo cor
" dis affectu, de tribulatiõibus multis, & magna voragine vitiorũ, ⌊ clamaui ad te
" dñe, ⌋ tuã misericordiã implorãdo ⌊ dñe exaudi vocẽ meã ⌋ dãdo qd postulo
2 " ¶ Fiant aures tuæ intẽdẽtes, ĩ vocẽ depcatõis meæ ⌋. i. mia & sapiẽtia tua pie
attẽdant quæ depcor. Sæpe resumit eundem sensum sub alijs verbis, ad insinu
3 " andũ cordis sui æstuãtẽ affectũ, & vt ex iteratõe desiderij mẽs accendat. ¶ Si iniqtates ob-
" seruaueris dñe ⌋. i. si peccatorum nostrorum obliuisci nolueris, si eorum enormiratem per-
" penderis, si ea secundum iustitiam tuam vlcisci volueris, ⌊ domine quis sustinebit? ⌋ hoc est,
quis poterit tantum rigorem sufferre? quis poterit coram te stare, saluusq́ue fieri? tanquam
dicat, nullus. Vnde legitur. Quis poterit stare ante conspectum domini dei sancti huius? 1. Regũ. 6

 ¶ Quia

¶Quia apud te propitiatio est,⌊.i. in te misericordia & miseratio magna ẽ,& miseratiões D 4
Iohelis. 2 tuæ sup omia opera tua, queadmodũ dicit. Cõuertimini ad dñm deũ vestrũ,qa benignus &
misericors est ,patiens & multæ misericordiæ ,& præstabilis super malitia,⌊ & propter le
gem tuã⌋ hoc est,propter testimonia sacræ scripturæ tuã misericordiã pœnitentibus pro-
Zachar. 1 mittẽtis,sicut cũ dicis. Cõuertimini ad me,& cõuertar ad vos. Et iterũ. Si fuerint pc̃tã vestra
Esaie. 1. vt coccinũ,q̃si nix dealbabunt,⌊sustinui te dñe⌋.i.tua flagella æquamimiter pertuli tuæ ex-
auditiõis,dilationẽ longanimiter & fiducialiter pstolabar,tuã clemẽtiã expectaui, queadmo
Esaie. 25. dũ legitur. Ecce deus noster expectauimus eũ & saluabit nos,sustinuimus eum & lætabimur
in salutari eius. ¶Sustinuit anima mea in verbo eius,⌋ .i.ex sacra scriptura recepit anima 5
mea fiduciam sustinẽdi deum,& in verbo diuinæ promissionis confisa est , plenissime sciens
q̃m quod promisit, potens est adimplere,⌊ sperauit anima mea in dño⌋ non in meritis pro- 6
prijs,aut rebus creatis. ¶A custodia matutina vsq; ad noctẽ⌋.i.de mane vsq; ad vesperã,
à principio vsq; ad finẽ,à iuuentute vsq; ad mortis occasum,⌊ speret Israel,⌋ hoc ẽ,homo fi 7
delis,seu populus christianus deum fide pura contemplans ⌊in dño.⌋ ¶Quia apud dñm
misericordia,⌋ hoc est,in deo est pietas magna, quippe cui proprium est misereri & parce-
re,⌊& cop iosa apud eum redemptio,⌋ est. Quoniã ipse valde potens & clemẽs est ad indul-
Exod. 34 gendum,subueniẽdũ,atq; saluandũ, nec deficit eius virtus in redimẽdo. Propter q̃d Moy-
ses ait: Dñator dñe misericors & clemens,patiens & multę misericordię ac verus,q custodis
misericordiã in milia, qui aufers iniqtatẽ ,sceleraat q; peccata. Et iterũ dicit scriptura. Ecce
Esaie. 59 non est abbreuiata manus dñi, vt saluare nequeat, neq; aggrauata est auris eius,vt nõ exaudi- E
at. Est ergo apud dñm in domino,& à domino copiosa redemptio.i.magna virtus ad libe-
randum,quæ est actiua redemptio,causans in nobis redemptionẽ passiuam qua liberamur.
¶Et ipse redimet Israel⌋ in se sperantẽ,de quo iã dictũ ẽ, ⌊ex omnibus iniqtatibus eius.⌋ 8
dimittẽdo ei vniuersa peccata p grãm suã. Vel dicit apud dñm Christũ copiosa redemptio
hoc est, efficacissimũ atq; plenissimũ meritũ redimẽdi. Nã sua passione meruit copiosam re-
dimendi efficaciam,& ipse redemit Israel ex omnibus iniqtatibus eius satisfaciẽdo in cruce
Iohan. 10 pro nostris peccatis,nosq; proprio sanguine redimẽdo, sicut loquitur. Animã meam pono
Esaie. 53. pro ouibus meis. Et scriptũ est. Vere languores nostros ipse tulit,& dolores nostros ipse por
tauit. Ecce hic psalmus q pœnitentialiũ psalmorũ sextus est, pia deuotione plenus existẽs,
tanto attentius, affectuosius q; cantandus est, quãto nobis misericordiam dei peculiarius re-
colit & commendat,& quanto psonæ pœnitentium congruentius competit. Clamemus de
profundo nostræ cæcitatis ad sublimitatem diuinæ lucis. Inuocet abyssus nostræ miseriæ a-
byssum pietatis diuinæ. Cognoscamus nos in iudicio cum deo non posse contendere ,iuxta
Iob. 9. illud. Non iustificabitur homo compositus deo,& si voluerit cum eo contendere, non pote
rit respondere vnum pro mille. Iterum ergo conemur placare deum creatorem, saluatorem
ac iudicem nostrum, orando, meditando, legendo, sacrificium laudis offerendo, & quod su
Iacobi. 5. per omnia est in diuino atq; fraterno amore proficiendo, quoniam charitas operit multitu-
dinem peccatorum.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXX.

¶Argumentum.

¶Titulus. Canticum graduum. In hoc psalmo agitur de humilitate cordis & corporis ad F
quam propheta intendit nos inducere, vnde sui exemplo docet nos eam seruare toto tem-
pore vitæ nostræ, imprecãs sibi mala si ipsam non custodierit, interimq; hortaẽ populum po
nere in dño spem suã, quo facilius aduersa toleret . Diuiditur aũt bipharíã, nẽpe in primis ex
plicat suã humilitatẽ. Post hoc vero hortaẽ humiles ad confidentiã, ibi. Speret Israel in dño.
Author sententiã eius breui commentario explicat, cui & documentũ quoddã cõnectit.

¶Expositio tituli.

¶Præscribit psalmo iam declarando. Canticũ graduũ ipsi Dauid. Loquitur etiã psalmus
iste de duodecimo gradu spũalis ascensus, videlicet de humilitate , sine qua nulla virtus ha-
betur aut conseruat. Nã & pœnitentia sine ea non prodest. Quãuis aũt humilitas sit basis &
fundamentũ spũalis profectus, tamen humilitas talis ac tanta, qualis & quanta in hoc psalmo
1. Cor. 15 describitur, merito ponitur gradus duodecimus. Loquẽs ergo propheta in psona hominis
Iob. 27 virtuosi, q suã psectionẽ nõ iactanter, sed ad gloriã dei, ædificationẽq; Christi, psitetur, secũ-
Esaie. 38. dũ quẽ modũ sancti freq̃uẽter propria bona describũt. Vt Paulus q ait. Plus omibus labora-
ui. Et Iob qui dicit. Neq; reprehendit me cor meũ in omni vita mea, Et Ezechias qui loqui-
tur. Memento domine quomodo ambulauerim coram te corde perfecto. Quod sancti viri
interdum faciunt, quatenus citius exaudiantur, nõ tamen in suis virtutibus principaliter spe-
rant, psertim cum sciant sua merita esse dona diuina. In talis itaq; hominis persona loquens
propheta, ait.

¶Expositio psalmi.

Domi-

A 
Omine(inquit)non est exaltatũ cor meum⌋ tumore superbię, gloriando in
se,aut sibi asscribendo,quod tibi attribuendum est,aut præferendo se alijs. 2. Regũ.6
Vnde Dauid testatur: Vilior fiam plus q̃ factus sum, & ero humilis in oculis
meis,⌊neq; elati sunt oculi mei⌋.i.interior cordis elatio nõ ascendit neq; ap
paruit in oculis corpis,vbi maxime apparere cõsueuit.Sic ergo nec intus nec
foris,nec vere,nec apparenter superbiuit.Hinc quippe scriptum est. Quid te Iob.15
eleuat cor tuum,& quasi magna cogitans,attonitos habes oculos? Quid tumet contra deum
spiritus tuus? Contra deum enim tumet om̃is superbus. Propter quod dicitur: Abominatio Prouer.16
est domino omnis arrogans. ¶Neq; ambulaui in magnis⌋ faciendo opa, meam mẽsuram
transcendentia,seu inter proximos supbe viuendo,aut me inaniter ostendendo,⌊neq; in mi
rabilibus sup me⌋ hoc est,non quæsiui facere opa rara,miranda,nec ea optaui,p quæ homi-
nibus mirabilis apparerem. Sed nec præsumpsi esse scrutator maiestatis,aut supnaturalia fi-
dei testimonia meo ingenio mensurare. Queadmodũ legitur. Altiora te ne quæsieris, & for- Eccles.3.
tiora te ne scrutatus fueris,sed quæ p̃cepit tibi deus illa cogita semp. Et apostolus dicit. Non Roma.12
alta sapientes,sed humilibus consentientes. Hæc tamen atq; similia quædam ignaui & deri-
sores studiosorum multum puerse intelligunt putantes hæc ideo dici,quia nõ debeamus my
steria fidei pscrutari,& conari q̃tum possibile est intelligere alta de fide. Cum tamen aposto Coloss.1.
lus dicat. Crescite in sciẽtia dei. Et Christus: Scrutamini ait scripturas. Deniq; sanctissimi pa
tres nostri Hieronymus, Augustinus, Hilarius, Thomas. Nõne difficillima loca scripturę co
nati sunt explanare,supnaturalia vtrũq; cognoscere. ¶Si nõ hũiliter sentiebã⌋humilian-
do me intus & foris,& corã deo atq; hominibus,⌊sed exaltaui animã meam⌋ reputãdo me Galat.6.
aliqd esse cũ nihil sim. ¶Sicut ablactatus supra matrẽ suã,ita retributio in animã meã.⌋.i.
tunc retribuatur & fiat animæ meæ à te,sicut fit puero ablactato,incumbẽti supra vbera ma-
B tris suæ,quatenus sicut puer talis quęrit vbera sugere,& non potest,sed dolet,plangitq́;,atq;
repellit. Sic ego à te internã consolationẽ non acquirã,nec vbera æternæ sapientiæ sugam,
sed tanq̃ indignus abijciar. Hæc aũt dicit potius p̃nuntiando quid futurum sit,si intumescat,
q̃ sibi ipsi mala imp̃cando. ¶Speret Israel⌋.i.fidelis,⌊in dño ex hoc nũc & vsq; in seculũ⌋
hoc est,indefinenter q̃ diu in isto exilio degit. Nõ em̃ in patria sperat aliqs in deo,quia nec fi
des,nec spes,pmanent in beatis. Ecce dum psalmum hũc canimus de nostra supbia erubes-
camus,quid humilitatis nobis decet pensemus,atq; ad vere humilitatis amorẽ accendamur,
eamq́; adipisci fideliter,iugiterq́; conemur. Nam & Christus inter beatitudines gradum hu-
militatis primũ locauit,dicens: Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnum cœlorũ. Et Matt.5.
iterum ait: Discite à me quia mitis sum,& humilis corde. Et apostolus. Honore inquit inui- Matt.11.
cem præuenientes. Et iterum. Subiecti estote inuicem in timore dei. Ad Philippẽses quoq; Roma.12 Ephe.5.
saluberrime exhortatur. Nihil agite per contentionem,neq; per inanem gloriam,sed p hu- Philip.2.
militatem superiores inuicem arbitrantes.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXXI.

¶Argumentum.

¶Titulus. Cãticum graduum. In isto psalmo differit propheta de ædificatione ecclesiæ in fide & moribus. Intendit equidem nos eo deducere, vt nos simul atq; alios ædificemus per mansuetudinem & alias virtutes in domos spirituales, in quibus arca spũalis, nempe corpus Christi in Eucharistia reponatur. Et hic tertiusdecimus ẽ gradus ascensus in cœlum. Vnde per ordinem hic duo aguntur. Primo nãq; exprimitur desideriũ ędificande domus dei, post hoc asserit huiusmodi suum desiderium expleri,ibi. Iurauit dominus. Author duplici commentatione ipsum perstringit,in primis ad literã de Dauid, deinde iuxta allegoriã de Christo, cuius Dauid typum gessit.

¶Expositio Tituli.

C ¶Titulus psalmi p̃sentis est. Canticum graduũ. Loqtur iam psalmus iste de tertiodecimo gradu spũalis ascensionis,videlicet de spũali ædificatione domus interioris, quæ est aĩa sancta,quæ dũ virtutibus adornatur,domus Christi efficit. Quãuis autẽ quidã doctores magni atq; catholici videantur p̃tendere q̃ psalmus iste non loquatur ad literam de rege Dauid filio Iesse,sed Christo per Dauid significato. Tamen ex verbis Hieronymi elucescit, q̃ psalmus iste ad literam loquatur de Dauid. Ait em̃ in quadã Homelia,quòd ad Abraam & Dauid specialiter facta est de Christo repromissio,ad Dauid: De fructu ventris tui ponam super sedẽ tuam,quæ sunt verba psalmi præsentis. Alij quoque doctores catholici ita exponunt hunc psalmum,quos verum dicere reor. Loquitur autem Dauid in psalmo isto, præcipue de duobus,videlicet de affectu seu deuotione sui,ad ædificandum domino templum,& de promissione sibi facta,de successione suæ posteritatis,quantum ad regnum. Ait ergo, orans pro semetipso.

¶Expositio psalmi literalis.



Emento domine Dauid⌋ Miserendo sibi in omibus, prout ab Esdra dicitur. » 1
Esdrę.vl. Memẽto mei deus meus in bonũ. Nõ ꝙ in deo cadãt obliuio, aut recẽs memo D
ria, sicut vbertim ꝓhabitũ ẽ, ⌊& omis mãsuetudinis eiꝰ⌋.i. mititatẽ eius habe »
acceptã, & propter eã exaudi famulũ tuũ Dauid. Erat nãq; Dauid multũ mã-
2.Reg. 22 suetus, q̃d cõstat ex eo ꝙ aduersarijs suis tã pie pepercit, puta Sauli & Semei,
1.Reg. 24 Pro Absolone q̃q; ꝓcepit ne occideretur, q̃ patet primo & secũdo Regũ. Vñ
Dionysius in ep̃la ad Demophilũ monachũ, asserit Dauid merito suæ mansuetudinis maxi-
mã apud deũ grãm inuenisse. Ad hoc aũt memẽto ei ò dñe, vt ĩpleat. ¶Sicut iurauit dño⌋ » 2
& sicut ⌊votũ vouit deo Iacob⌋patriarchæ. Qualiter autem iurauit & vouit, subiungitur. »
¶Si introiero in tabernaculũ domus meæ⌋.i. nõ ingrediar domũ meã, vt in ea repausem, » 3
& à proposito meo desistã, ⌊si ascẽdero⌋.i. nõ ascẽdã, ⌊in lectũ strati mei⌋ vt in eo dormiã »
Roma 13 quiescẽs & cessans ab exequutiõe voti & iuramẽti. Sicut aũt tabernaculũ domus idẽ sunt, sic
lectus strati idẽ significãt. Iuxta quẽ modũ dicit ap̃lus corpis carnis. ¶Si dedero⌋.i. nõ da » 4
bo, ⌊somnũ oculis meis, & palpebris meis dormitationẽ⌋ nõ dabo, q̃si definẽs à proposito. »
¶Et requiẽ tp̃ibus meis,⌋ nõ dabo.i. nõ quiescã toto tp̃e vitæ meæ, ⌊ donec inueniã locũ » 5
dño⌋. In isto versiculo tangit, quid vouit atq; iurauit, & est sensus: donec inueniã locũ dño, »
hoc est, ad dei honorẽ, in q̃ sibi tẽplũ ædificẽ. Ideo addit, ⌊tabernaculũ deo Iacob⌋.i. donec »
cõstruã templum deo patris nostri sancti Iacob, sicq; illo cõstructo inueniã illud ad libitũ, ad
1.Para.17 colẽdũ deũ in ipso. Sed q̃m Dauid ędificare nõ potuit tẽplũ, eo ꝙ multũ sanguinẽ fudit, nũ-
2.Cor. 8 quid periurus est? Et respõdendũ ꝙ Dauid hæc vouit atq; iurauit, supposita volũtate diuiã. E
Et ergo bona volũtas sibi pro ope reputabat. Filio aũt eius cõcessum est implere q̃d ipse pro-
1.Para.17 posuit. Vnde dñs ait: Quod cogitasti in corde tuo ędificare domũ nomini meo, bene fecisti 6
hoc ip̃m mente ptractans. Veruntñ tu non ædificabis mihi domum, sed filius tuus. ¶Ecce »
audiuimus eũ in Ephrata⌋ secũdũ quosdã in hoc loco ostẽdit deuotio Dauid in translatione »
1.Regũ.4 archæ, q̃ primo stabilẽ habuit mãsionẽ in Sylo, vbi Iosue eã locauit, eratq; ibi donec tp̃e Heli
Ibidẽ. capta est à Philistæis. Extũc autẽ nõ habuit fixum locũ donec in tẽplo Salomonis locata est.
Cũ eñi remisissent eã Philistæi in Iudæã, posita fuit in Cariathiarim, deinde in Masphat, &
postea in Gabaa, in domũ Aminadab, deinde transtulit eam Dauid in domum Obededom
1.Regũ. 6 Ethæi, vt legitur 2. Regũ sexto. Postremo posuit eã Dauid in tabernaculo q̃d ipse ei teten-
2.Reg. 6. derat. Sic ergo literã istam exponunt. Ecce audiuimus eam, hoc est, archam positam fuisse in
Ephrata.i. in Sylo quæ dicitur Ephrata, quoniã erat in sorte Ephraim, ⌊inuenimus eam in »
campis siluæ⌋hoc est, in Gabaa, quæ est in territorio Cariathiarim, quæ dicitur vrbs siluarũ. »
¶Introibimus⌋ ego Dauid & populus meus, ⌊in tabernaculum eius⌋.i. in tabernaculum » 7
quod ego tetendi archæ in ciuitate mea Hierusalem, ⌊adorabimus (deum) in loco vbi stete- »
runt pedes eius.⌋ Deus enim dicebatur sedere super propitiatoriũ quod erat super archam »
tanq̃ operculum eius, & ita pedes dei dicebantur stare in loco vbi ęxtitit archa. Hæc aũt ex-
positio videtur extranea, cum enim nulla mentio facta sit in psalmo ꝓsenti vsq; ad hunc ver
sum de archa. Non apparet cur hoc relatiuum eam referat archam. Item quod per Ephrata
Genes.35 intelligatur Sylo, extraneum esse videtur. Nam in Genesi habetur Bethleem dicta est Ephra
Miche.5 ta. Vnde & Micheas ait: Et tu Bethleem Ephtata paruulus es in milibus Iuda. Si dixisset ꝓ-
pheta: Ecce audiuimus eam in Ephraim, vel in Ephrem apparentiã haberet maiorẽ exposi-
tio ista. Deniq; quòd p campos siluæ intelligatur Gabaa, q̃ erat ciuitas populosa, nõ videtur
cõueniens. Quidam etiam libri qui credũtur correcti nõ habent, Ecce inuenimus eã, sed eũ. F
Aptius ergo puto vt exponant ista de Christo atq; ecclesia, de quibus Dauid hoc loco pro-
phetice loquitur, sicut in sequenti patebit articulo. Deinde Dauid orat dñm vt dignãter des-
cendat, & habitet in templo Salomonis. ¶Surge domine in requiem tuam,⌋.i. in tẽplum » 8
à filio meo Salomone ædificandum, in quo tibi stabilem habitationẽ elegisti. Surge inquàm
⌊tu⌋ ingrediendo non motu locali, sed operatione gratuita, templũ hoc, ⌊& archa sancti- »
ficationis tuæ⌋ hoc est, archa moysi sanctificata à te, & continens sancta, duas videlicet tabu »
las digito dei scriptas, virgamq; Aaron quæ fronduerat, & vrnam auream continentẽ man-
na. Hæc archa surgat.i. transferatur in requiem tuam, id est, in templũ Salomonis. Itaq; orat
3.Regũ 8 Dauid vt archa transferretur in templum Salomonis, quod factum esse tertio Regũ ostendi
tur. ¶Sacerdotes tui⌋ videlicet filij Aaron, ministri altaris ac templi, ⌊induantur iusti- » 9
tiam,⌋.i. taliter adornẽtur & operiãtur iusta vita atq; virtutibus, sicut corpus vestimẽto or »
Exodi.19 natur ac tegit. Propter quod Moyses dixit. Sacerdotes q accedũt ad dñm, sanctificentur, ne
percutiat eos, ⌊& sancti tui exultẽt⌋ spũali iocũditate in te. ¶Propter Dauid seruũ tuũ⌋ » 10
hoc est, propter ꝓces & merita eius, ⌊nõ auertas faciẽ Chr̃i tui⌋.i. nõ differas mittere Chri- »
stum mũdi saluatorem, sed ostende nobis faciem atq; præsentiã eius. Nicolaus de Lyra per
Christum hoc loco intelligit Salomonem. Et dicit ꝙ secũdũ Iudæos portæ tẽpli Salomonis
clauserũt se cõtra sacerdotes atq; leuitas, archã portantes, vt eã trãferrẽt in templum. Cũq;
dñm

dominũ pro apertione portarũ orarent, psalmũq́ præsentem cãtarent, statim dũ istũ versicu
A luum canebãt portæ templi aperuerũt se, quo facto vniuersi qui aderãt, cognouerunt ꝙ Da-
uid erat deo acceptus, cuius oppositum multi tenebant vsq; ad illud tempus propter occa-
11 sionem Vriæ, & adulteriũ Bethsabeæ. ¶Iurauit dñs dauid⌋ seruo tuo ⌊veritatem⌋ hoc ẽ,
quod verũ est, ⌊& nõ frustrabitur eum⌋ .i. non omittet implere q̃d ei iurauit. Quid aũt iura-
uit adiecit, ⌊de fructu vẽtris tui ponã super sedẽ tuam⌋ .i. dabo tibi filiũ, regni successorem. Luc.1
Istud secũdum Hieronymũ intelligendũ est de Christo, qui dicit filius Dauid secũdũ carnẽ,
& in deo perpetuatũ est regnũ Dauid, sicut angelus dixit virgini gloriosæ. Dabit illi dñs de-
us Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternũ. Vnde prędictũ est. Super solium Esaiæ.9.
Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia,
amodo & vsq; in sempiternum. Quidam tamen exponũt de Salomone qui erat filius & suc-
12 cessor Dauid in regno, sicut per Nathan dñs promiserat Dauid. ¶Si custodierint filij tui⌋ 2.Reg.7.
ò Dauid ⌊testamẽtũ meum⌋ hoc est, legem Mosaycam, ⌊& testimonia tua⌋ .i. cætera quæ
in lege cõtenta sunt, ⌊hæcq́ docebo eos⌋ .i. tunc illũinabo corda ipsorũ, vt plenius veriusq́
13 ea cognoscãt. ¶Et filij eorũ vsq; in seculũ⌋ hoc est, q̃ diu durauerit cursus veteris testamen
ti, ⌊sedebunt super sedem tuam⌋ regnãtes in regno tuo, & patribus suis succedẽtes. Sic pla-
ne factũ fuisset, si nõ peccassent adeo grauiter. Vnde propter eorũ grauissima crimina, rega-
14 lis successio desiit tempore captiuitatis Babylonicæ. ¶Quoniam elegit dominus Sion⌊ .i.
montem in quo ædificatum est templum, ⌊elegit eam in habitationem sibi.⌋ Nam in tẽplo
dicebatur deus specialiter esse & habitare, propter euidentem operationem suam in eo. In
templo nãq; dabantur diuina responsa de propitiatorio. Sciendum autem ꝙ mons Sion, qui
B etiam dictus est mons Moria, erat locus in quo Dauid vidit angelum domini percutientem 1.Para.21
populum propter murmurationes populi. Hunc autem locum deus ostẽdit se elegisse, quã-
do misit Gad prophetam ad Dauid præcipiens ei vt in monte seu loco hoc ædificaret altare, 2.Re.24.
hostiasq́ offerret in eo. Quod cum fecisset, exaudiuit eum deus in igne cœlitus descendẽte.
Propter quod Dauid loquutus est dum ista vidisset. Hæc est domus dei, & hoc altare in ho-
15 locaustum in Israel. In hoc itaq; monte præcepit Dauid Salomoni cõstruere tẽplũ. ¶Hæc 1.Par.22.
requies mea in seculum seculi⌋ hoc est, in templo ædificato in mõte requiescam cum filijs Is-
rael, ⌊hic⌋ .i. in monte isto ⌊habitabo⌋ cum populo meo, ⌊quoniam elegi eam⌋ scilicet Si-
on. Vnde dominus dixit Salomoni. Sãctificaui mihi domũ istã, & habitabo cum filijs Israel. 3.Reg.8.
16 ¶Viduam eius benedicens benedicam,⌋ hoc est, in spũalibus & temporalibus dabo suffi-
cientiam viduis Sion, ⌊pauperes eius saturabo panibus⌋ mẽtis & corporis, dũmodo legem
17 meam custodire sategerint. ¶Sacerdotes eius, scilicet templi, ⌊induam salutari⌋ .i. salute
& gratia, ⌊& sancti eius exultatione (spũali) exultabũt⌋ de bonis dñi, eiq́ hilariter ministra-
18 bunt. ¶Illic⌋ videlicet in Sion ⌊producam⌋ .i. procreabo & prolongabo ⌊cornu⌋ .i. re-
giam ptãtẽ ⌊Dauid⌋ dãdo ei regni successores, ⌊paraui lucernã⌋ .i. clarã memoriã ⌊Chri-
sto meo⌋ .i. regi Dauid, nõ penitus auferẽdo regnũ à posteris eius, vsq; ad longum tps. Hinc
enĩ dñs ait Achiæ prophetæ, cui loquebat de diuisione regni Israelitici. Filio aũt eius, videli- 3.Reg.11.
cet Roboam, filio Salomonis dabo tribũ vnã, vt remaneat lucerna Dauid seruo meo. Et si-
mile sæpius dicit de alijs regibus Iuda, qui suis peccatis meruerũt regno atq; successore priua
19 ri. Sed propter Dauid factũ est, vt maneret ei lucerna. ¶Inimicos eius induã cõfusione,⌋
Sæpe enĩ deiecit deus aduersarios Dauid, filiorumq́ eius, & tũc confusione repleuit æmulos
eius, ⌊sup ipm aũt⌋ Dauid & posteritatẽ ipsius ⌊efflorebit sctificatio mea⌋ vnctio sancta,
qua reges vngi solebãt. Veruntñ ista de Chro multo cõueniẽtiꝰ exponunt, sicut iã elucescet.

¶Elucidatio eiusdem psalmi de Christo.

C Conueniẽtissime aũt exponit psalmus iste de Chro, q in scripturis veteris testamẽti
frequenter Dauid vocat. Sicut dũ dñs ait: Saluabo gregẽ meũ, & suscitabo sup eũ Ezec.34.
pastorẽ vnũ, q pascat eũ Dauid seruũ meũ. Et iterũ: Reuertẽtur filij Israel, & q̃rent
dñm deũ suũ, & Dauid regẽ suũ. Dauid enĩ interpretatur manu fortis, seu desidera- Osee.3
bilis aspectu. Et quis adeo fortis vt Chrũs dei virtus? qui fortẽ armatũ alligauit .i. diabolũ vi- Luc.11.
cit, & vasa eius deripuit .i. peccatores redemit? Pręterea quis tã desiderabilis aspectu vt Chri
stus? Speciosus forma præ filijs hominum, qui est cãdor lucis æternæ, in quem desiderãt an-
geli sancti prospicere. De Christo itaq; loquens propheta, ait: Memento domine, pater
æternæ Dauid, hoc est Christi, & omnis mansuetudinis eius. Christus enim mitis imò mitis-
simus erat. Propter quod ait: Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Et ite- Hiere.11.
rum: Discite à me quia mitis sum. De eius quoq; mãsuetudine scriptũ est: Non clamabit, nec Matt.11
audietur foris vox eius, & non erit tristis neq; turbulẽtus. Sed multa sunt quæ circa hoc mo- Esaię.42
uere possunt studiosum lectorem. Primo enim videtur mirabile quod propheta oret pro
Christo & mansuetudine eius. Secundo mirum apparet cur oret vt deus meminerit Chri
stum cum certũ sit ꝙ nunquàm obliuisci potuit filij sui dilecti, aut eius mansuetudinem reprobare

in quo.

in quo sibi bñ cõplacuit. Tertio mirũ est cur oret pro Chřo, cũ Chrũs oĩpotẽs sit, & p̃ seipm̃ D
om̃ia possit. Et respõdendũ ad primũ istorũ ꝙ propheta orat pro Chřo, non tñ pro propria
Christi persona. Orat eñ vt deus meminerit Chři, non q̃tũ ad ipm̃ Chřm, sed q̃tum ad cor
pus suũ mysticũ, q̃d est ecclesia. s. vt per Chřm & merito eius misereat̃ om̃ibus nobis. Et hoc
Exodi. 32 modo Moyses sæpe p̃catus est deũ, vt recordaret̃ Abrahæ, & Isaac, & Iacob, nõ ꝙ pro sc̃tis
illis defunctis orauit, sed hoc dep̃cabat̃ vt de⁹ meritis eorũ misereret̃ filijs Israel. Vel dici p̃t ꝙ
propheta orat pro Christo, non propter Christi indigentiã, sed ad ostendendum cordis sui
affectum quem habebat ad Christum. Sicut eñ Chrũs pro seipso orauit, sic mẽbra eius pro
eo hoc modo poterant exorare, & ex hoc patet responsio ad secundũ. Non eñ sic orat pro-
pheta vt deus pater memor sit Chři & mãsuetudinis eius, quasi obliuisci eorũ potuerit, sed vt
recordando Chři & mansuetudinis eius memor sit, misereaturq́ꝫ nostri, dando nobis p̃ ipm̃
q̃d ipsi non promeremur. Deniqꝫ licet Chrũs secũdũ ꝙ deus omnipotẽs sit. Orat tñ prophe
ta vt pater ei cooperetur, qm̃ Chrũs vt homo indesinẽter adiuuabatur à patre, & quicq̃d fuit
& habuit à patre recepit. Vñ ipse testat̃. Non põt filius à se facere quicq̃. Itaqꝫ dñe memento
Joban. 5. Dauid. i. Chři ad hoc vt impleatur, sicut Chřs iurauit dño deo patri, & sicut votũ vouit deo
Iacob. Sed vbi in scriptura canonica legitur Christus iurasse, vouisseq́ꝫ domino, Ad hoc res-
pondere potest dupliciter. Primo, ꝙ per iuramentũ Christi intelligitur firmũ propositũ
eius. Per votum vero ipsius intelligitur voluntas eius promptissima, & firma assertio qua se
dixit facturum quod sequitur. Secundo (vt arbitror) dici potest ꝙ Chrũs homo vere iura-
uit atqꝫ promisit deo illud quod subditur, q̃uis fortassis hoc alibi non legatur. Cum eñ Chri
stus plenus fuerit omni virtute, plenus vtiqꝫ fuit omni actu ac perfectione virtutum. Cum er
go iuramentũ & votũ sint actus religionis seu latriæ. Quẽadmodum in secũda secũdæ Tho-
mas declarat, probabile est ꝙ in Christo fuerũt, præsertim cum opera ex voto procedentia E
sint perfectiora, magisq́ꝫ meritoria q̃ alia. Vnde & virgo benedicta virginitatẽ credit̃ pro-
misisse. Iurauit autem & vouit Chrũs hoc modo. Si introiero. i. non intrabo in tabernacu-
lum domus meæ, hoc est, in cœlũ vnde descendi, si ascendero. i. non ascendã in lectum strati
mei. i. ad thronum gloriæ, vt requiescam ad dexteram dei patris. De quo throno scriptũ est,
Apoca. 3. Ego vici & sedi cum patre meo in throno eius. Si dedero, hoc est, nõ dabo requiem. i. tridua
næ sepulturæ quietem oculis meis corporeis, qui tunc sine vigilia actionis fuerũt. Et hoc idẽ
repetit alijs verbis dicendo, & palpebris meis dormitationem. Et requiem temporibus meis
nõ dabo, hoc est, q̃ diu in mundo isto conuersor, non quiescam neqꝫ cessabo discurrere, præ-
dicare, miracula facere, iniurias sustinere, donec inueniam locum domino. Hic ponitur q̃d
Christus iurauit & vouit, vt sit sensus: Donec inueniam, hoc est, parem & faciam, locum do-
mino in cordibus electorum, conuertendo eos ad fidem & gratiam dei, & donec hoc modo
inueniam tabernaculum. i. ecclesiam deo Iacob, congregando electos in vnũ. i. in vnã catho
licam fidem atqꝫ indiuiduam charitatem, sicq́ꝫ existant tabernaculũ dei, in q̃ ipse per grãm
1. Cor. 3. habitet, sicut apostolus ait: Templũ dei sanctũ est quod estis vos. Et in Apocalypsi inducit̃:
Ecce tabernaculũ dei cũ hominibus, & habitabit cũ eis. In ijs itaqꝫ verbis pollicetur Chrũs se
Apoca. 21 non esse reuersurũ de mundo ad cœlum, nisi prius construeret deo patri ecclesiã. Prout præ-
Zacha. 6 dictũ est. Ipse ædificabit templũ dño. Et Chrũs testat̃: In die illo suscitabo tabernaclum Da-
Amos. 9. uid, q̃d cecidit, & reædificabo aperturas eius. Quod Iacobus allegat impletũ in vocatiõe gen F
Actorũ. 15 tium ad fidẽ Chři. Ecce audiuimus eũ. s. Chřm in Ephrata, hoc est, in Bethleem Iudæ, in quã
Miche. 5 ortus est Chrũs. Iuxta illud. Et tu Bethleem Ephrata, ex te mihi egredietur q̃ sit dominator
Matth. 2 in Israel. Et ibi inuẽtus est à Magis atqꝫ pastoribus, inuenimus eũ in cãpis siluæ. Ad literã per
Luc. 2. cãpos siluæ, intelligi possunt loca plana, in q̃bus Chrũs frequẽter ambulauit & docuit, ibiq́ꝫ
à Iudæis ac gẽtibus eũ requirẽtibus sæpe repertus ẽ. Secũdũ Hieronymũ p̃ cãpos siluæ intelli-
guntur Gẽtiles, q̃ tanq̃ inculti atqꝫ indocti cãpi siluæ vocãtur. Et in illis inuẽtus est Chřs, q̃
per p̃dicationẽ ap̃lorũ fidẽ catholicã receperũt, & Chřo cõnexi sunt vt capiti. Alij textus ha
bẽt eã, & tũc ẽ sensus. Ecce inuenim⁹ eã puta ecclesiã, quã appellauit tabernaculũ in Ephra-
ta, q̃a in Bethleem audita atqꝫ inuẽta extat ecclesia. i. cõgregatio in Chřm credẽtiũ. s. Maria
& Ioseph, pastores & Magi, inuenimus eã. i. ecclesiã in cãpis siluæ. i. populis gẽtilitatis incul
tæ. Quia Iudæis Chřm negãtibus, ecclesiãqꝫ persequẽtibus, gẽtiles conuersi sunt, & ex ipsis
Esaie. 65 cõstructa est Chři ecclesia, sicut ait: Inuẽtus sum à non q̃rentibus me, palam apparui his qui
Osee. 1 nõ interrogabãt de me. Ad q̃d etiam pertinet illud. Erit in loco vbi d̃r eis, nõ populus meus
vos, dicetur eis filij dei viuẽtis. Introibimus nos in Christũ credentes, in tabernaculũ eius. i.
locũ ecclesiæ, adorabimus deũ cultu latriæ, in loco vbi steterunt pedes eius. i. in gẽtilitate cõ
uersa seu ipsa ecclesia, vbi steterũt sancti apostoli, & eorũ prædicationes auditæ sunt. Qui a-
apostoli sunt pedes ecclesiæ. i. quoniam corpus eius sustentant ac baiulãt. De eis nãqꝫ & eorũ
Esaie. 52 doctrinis Esaias ait: O quàm pulchri super montes pedes euangelizantium pacẽ, annũtiãtiũ
bona. Vel sic: Introibimus in tabernaculũ eius vꝫ Christi, adorabimus in loco vbi steterunt

pedes

A pedes eius. Hoc ad literā cōuenientissime accipit de templo in Hierusalē ædificato, post redi- Lucæ.19
tū à Babylone. In hoc em̄ tabernaculo pedes Christi frequenter steterunt, sicut dū eiecit de eo Malac.3
oēs ementes & vendētes. Vnde dictum erat: Statim veniet ad templū suū dñator, quem vos
quæritis, & angelus testamēti quē vos vultis. Surge dñe Christe in requiē tuam. i. resurge à
mortuis, & assume corpus gloriosum, & redi ad cœlū. Iam em̄ iuramentū tuū implesti, votū
soluisti, inuenisti dño locum, fundasti ecclesiā. Tu & archa sanctificationis tuæ. i. nō solum tu
surge, sed & ecclesia tecū resurgat, ita impletū est. Nā Christo resurgente, multi sanctorum Matt.27
qui dormierant, surrexerunt. Christo quoq; resurgente in re, oēs Christiani surrexerunt in
spe. Capitis em̄ præcessio, spes extat membrorū. Propterea dicit apl'us: Si em̄ credimus q̄ Ie-
sus mortuus est & resurrexit, ita deus eos qui dormierunt, adducet cū eo. Dicit aūt ecclesia ar- 1.Thes.4
cha sanctificationis Christi, qm̄ sicut archa Moysi continebat quædā præcipua sancta in p̄-
cedēti articulo nominata. Ita ecclesia Christi continet electos qui sunt vasa misericordiæ. Di-
cit quoq; archa sanctificationis. i. sanctificata aspersione sanguinis agni immaculati. Quēad- Ephes.5
modū scriptū est: Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt illā sanctifica-
ret, mundans illā lauacro aquæ in verbo vitæ. Lauacrū aūt aquæ, puta baptismus, operat vir-
tute sanguinis Christi. Omnia nāq; sacramēta sunt velut vasa medicinalia, per quæ nobis ap-
plicat virtus seu meritū passionis & sanguinis Christi. Deinde Christus vel p̄pheta pro sa-
cerdotibus noui testamēti deprecans, subdit. Sacerdotes tui induant iustitiam, Maxima em̄
puritas Christianos condecet sacerdotes, qui hostiā illā supmundissimam, supdignissimā q;
conficiunt, tractant, & sumunt. Propter Dauid seruū tuum. i. Christū, qui secundū q̄ formā
serui accepit, seruus vocat, non auertas. i. non repellas à te o deus pater, faciem Chri tui. i. vul-
tum seu mentē hoīs Christiani, qui Ch'rs noīat, tanq̄ spūaliter vnctus spū sancto. Sed merito
B passionis, orationis, conuersationis q; Christi suscipe faciē Christiani, sicut de Iob dicis. Fa- Iob vlt.
ciē eius, videlicet Iob, suscipiā. Vnde Malachias: Deprecamini (inquit) vultū dñi, vt misere- Malac.1.
atur vestri. s. quo modo suscipiat facies vestras. Vel sic, non auertas faciē Chri tui. i. propter
ipm̄ Chrm̄ nō auertas piam p̄sentiā, clarā notitiā, gratiosam inhabitationē Christi à nobis.
Iurauit. i. inuiolabilr affirmauit, immobilr q; promisit dñs pater Dauid. i. Chro, & non fru-
strabitur eum. i. iuramentū suum non faciet irritum. Quid aūt iurauit subiungitur, de fructu
. i. de filijs spūalibus, ventris tui. i. cordis tui, quos. s. per sapiam tuæ mentis spūaliter genera- Iacob.1.
sti. Prout legit: Voluntarie genuit nos verbo veritatis suæ, ponam sup sedem tuā. i. in cathe-
dra ecclesiæ, faciendo ex eis pastores, p̄latos, doctores, sicut supra de Apostolis dictū est. Con- Psal.44
stitues eos principes sup omnem terrā. Hinc em̄ dicit Apl'us: Quosdam posuit deus in eccle- 1.Cor.12
sia, primo apl'os, deinde prophetas, tertio doctores. Sæpe aūt in scriptura diuina ponit ven-
ter pro corde seu mente. Nā supra dictum est: Ex vtero ante luciferū genui te. i. ex corde. Nō Psal.109
em̄ in deo patre est venter corporeus. Salomon quoq; ait: Appone cor tuū ad doctrinā meā,
quæ pulchra erit tibi cum seruaueris eā in vētre tuo. i. in mente tua. Si custodierint o Christe Prouer.22
filij tui. i. Christiani, testamentū meum. i. decalogū, & testimonia mea in euangelio tradita.
Hæc q; docebo eos, vt clarius ea cognoscant & certius cōprehendāt, imò certissime sciant ea
esse à deo. Hanc beatissimā illuminationē meret conuersatio virtuosa. Ideo q; saluator loqu- Iohan.7.
tus est: Si quis voluerit voluntatē dei facere, cognoscet de doctrina an ex deo sit. Et iterum:
Nunq̄d vestrū est scite iudiciū, q̄ odio habetis bonū? Et filij eorū. i. spūaliter enutriti sana do- Mich.3
C ctrina & moribus ab illis q̄ præcesserunt, vsq; in seculū. i. q̄ diu ecclesia steterit. i. vsq; ad termi-
nū mundi sedebunt sup sedē tuā, tanq̄ successores Apostolorū regentes ecclesiā tuā. Hoc au-
tē fiet nō eorū meritis, sed gratia dei, Proter q̄d sequit: Qm̄ elegit dñs Sion. i. ecclesiā militā-
tem, quēadmodū dicit: Nō vos me elegistis, sed ego elegi vos. Et apl'us p̄testat: Deus elegit Iohan.15
nos in Chro ante mūdi constitutionē, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius, ele- Ephes.1.
git eā in habitationē sibi. i. vt in ea p grām habitet, sicut asseruit: Deliciæ meæ esse cū filijs ho-
minū. Vnde Apl'us dicit: Vos estis tēplum dei viui, sicut dicit dñs: Qm̄ inhabitabo in illis, & Prouer.8
inambulabo, & ero illorū deus. Hæc. i. ecclesia seu aīa munda, deuota & studiosa, requies mea 2.Cor.6
in seculū seculi, sicut dixi. Ecce ego vobiscū sum cūctis diebus. Dicit aūt deus immobilē req- Mat.vl.
em habere in nobis, nō q̄ ipse vnq̄ turbet aut moueat, sed qm̄ facit corda nostra in ipso qesce-
re. Hic habitabo p grām, qm̄ elegi eā, mea bonitate, nō eius virtute. Viduā eius. i. ecclesiæ. i.
fœminā viri solatio destitutā, & de cætero propter me continentē, nec in delicijs viuentem
bn̄dicens benedicā, dando ei necessaria vitæ, grām q; in p̄senti, & gloriā in futuro. Vnde de 1.Tim.5
talibus viduis scribens Apl'us: Viduas (inquit) honora, q̄ veræ viduæ sunt. Vel, viduā. i. aīam
fidelem humano solatio destitutam, & vana gaudia contemnentē, benedicens benedicā, pau-
peres eius. i. ægenos ecclesiæ. s. pauperes spū, quorū ēst regnum cœlorū, satutabo panibus, vi- Matt.5
tæ & intellectus, pane sacramentali, pane lachrymarum, pane operum bonorum. Illuc, id est
in ecclesia, producā. i. formabo, cōseruabo, & prolongabo, cornu Dauid. i. dignitatē atq; po-
tentiam Christi, dando ecclesiæ magnam dignitatem ac potestatem in nomine Chri. Vel,

Illuc.i.in futuro iudicio atq; patria,producã.i.proferã & ostendã,cornu Dauid.i.regiã seu D
iudiciariã potestatẽ Christi,quæ illuc ꝓcipue apparebit,vbi videbit in maiestate gloriæ suæ,
paraui lucernã.i.clarã ac sempiternã memoriã,Chr̃o meo,qm̃ nomen Christi vbiq; glorio
sum & notũ est. Vel,lucernã.i.vasa gratiæ.s.hoĩes bonos,in quibus Chr̃us p grãm splendet
Iohan.5 quẽadmodũ in lucerna lucet candela. Vel,lucerna.i.Iohannẽ ꝓcursorẽ,q parauit viam dño.
De quo dicit:Ille erat lucerna ardens & lucens. Inimicos eius.i.aduersarios Chr̃i,induam cõ-
Esaiæ.45 fusione,ꝓsertim in die iudicij,qñ videbũt filiũ hoĩs in maiestate sua,qñ illud Esaiæ implebit:
Ad eum venient & confundent oẽs qui repugnant ei,sup ipsum aũt.i.super Christũ,efflore-
bit.i.effluenter seu copiose florebit,sanctificatio mea,quia & eius naturã humanã præ omni-
bus sanctis sanctificaui, implens eam spũ sancto sine mensura,& oẽs ecclesiæ filios sanctifica
Roma.5 bo p eum. Vnde dicit ap̃lus:Reconciliati sumus deo p mortem,filij eius. Hoc etiã Chr̃s ora-
Iohan.17 uit:Pater sanctifica eos in veritate. Ecce psalmũ gloriosum ac mysterialẽ audiuimus,ĩ quo
Christi incarnatio,ecclesiæ institutio,pulchre signant. Tropologice quoq; monet nos psal.
iste,vt iuremus ac promittamus nõ ingressuros nos tabernaculum domus nostræ &c.donec
in nobsipsis inueniamus locum domino,emundantes cor nostrũ ab occupatione superflua,
ab inordinato affectu,ab omni torpore.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXXII.

### ¶Argumentum.

¶Titulus. Cãticũ graduũ. Psalmus iste est de charitate fraterna q̃ fideles vnit in fide catho E
lica sub vnius dei cultu,q̃tenus illi q sese Christiana religione cõstringũt in vinculo charita-
tis pmaneãt,Propheta itaq; illã cõmẽdans declarat exẽplis & vtilitate inde proueniẽte. Duo
autẽ breuiter perstringit. Primo equidẽ cõmendat fraternæ charitatis vnionẽ. Postea hmõi
commendationem probat,ibi,Sicut vnguentum. Author vnico commentario quidem ex-
pendit,atqui interim tropologice quædam exponũtur.

### ¶Expositio Tituli.

¶Titulus psalmi ꝓsentis est. Canticũ graduũ. Agit nãq; hic psalmus de quartodecimo gra
du spũalis ascensionis,videlicet de charitate,quæ multos connectit,& omnia communia fa-
cit. Ait ergo.

### ¶Expositio psalmi.



Cce q̃ bonũ.⌋ Dũ in scriptura diuina ꝓmittit ecce, insinuat quoddã notabile ” 1
esse dicendũ. Ecce q̃ bonũ ⌊& q̃ iocũdũ⌋.i.pensate q multũ bonũ seu merito ”
riũ,multũq; delectabile sit,⌊habitare fratres⌋ spũales,⌊in vnũ⌋.i.in eadem ”
1.Corin.1 domo,dũmodo idipsum dicant oẽs,& non sint in eis schismata. Socialis igit
Eccles.7 vita cõmendat in isto versiculo,quã Salomon q̃q; collaudat: Melius(inquit)
est duos esse simul,habent eñi emolumentũ societatis suæ,si vnus ceciderit ab
Prouer.18 altero fulciet. Væ soli,quia quũ ceciderit nõ habet subleuantẽ. Et iteꝝ:Frater qui adiuuatur à
fratre,quasi ciuitas firma. Si autẽ quis velit exponere rã extense,vt omnibus in gratia existẽ-
tibus congruat; sensus erit,Ecce q̃ bonũ,&c.in vnũ.i.cõcorditer habitãdo in ecclesia Chri
1.Cor.12 sti sub vna fide,spe,& charitate,vt sint oẽs vnũ in Christo,quẽadmodũ apostolus loquitur:
Etenĩ in vno spũ,in vnũ corpus baptizati sumus,siue Iudæi,siue Gentiles,siue serui, siue libe
ri,& oẽs vno spũ potati sumus. Secundũ primã aũt expositionẽ conuenit psalmus iste pręser
Actor.4 tim claustralibus,quoꝝ esse debet maior concordia q̃ alioꝝ,ita vt multitudinis fratrum sit F
Hiere.32 cor vnũ & anima vna,sicut dñs ait:Dabo eis cor vnũ,& animam vnam. Summa nihilominus
Aris.1.po. est Anachoritarum perfectio,quæ est magis diuina q̃ humana. Nam homo solus est aut deus
aut bestia,non essentialiter,sed participatiue. Deinde ponit exemplum bipartitum seu du-
plex de isto. ¶Sicut vnguentum in capite quod descendit in barbam barbam Aaron ⌋.i.si ” 2
cut vnguentum seu oleum quo in veteri testamento consecrabatur summmus sacerdos, erat
valde pretiosum,dulce & optime redolens,sic vehementer virtuosum,suaue, & deo placitũ
est habitare fratres in vnum per charitatem. Charitas eñi omnium virtutum altissima est,&
Cant.vi. nulla virtus tam dulciter,prompte,ac delectabiliter operatur vt ipsa,secundum quod scribi-
tur:Fortis est vt mors dilectio,& aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem. Ait er-
go,sicut vnguentum in capite summi sacerdotis legalis,quod descendit à capite vncto ĩ bar
bam,nõ cuiuslibet,sed barbã Aaron,primi pontificis legalis,p quẽ alij designãtur. Soli enim
3.Reg.19 summi sacerdotes vngebant hoc oleo,q̃tũ ad sacerdotes,vngebant autem & reges atq; pro-
phetæ eo modo quo dominus dixit Heliæ:Helisæũ vnges prophetam pro te. ¶Quod⌋ ” 3
vnguentũ,⌊descendit⌋ à barba fluendo ⌊in oram⌋ superioꝝ ⌊vestimenti eius,⌋ summi sa ”
cerdotis. Fluxit eñi oleũ istud dũ vngebat summus sacerdos à capite per barbam vsq; ad su-
Exod.39 periorem oram tunicæ hiacinthinæ & superhumeralis, ⌊sicut ros Hermon,qui descen- ”
dit in montem Sion,⌋ Hic ponit secundum exemplum,& est sensus. Sicut ros montis qui ”

dicitur

A dicitur Hermon, est bonus, & causa lætitiæ, q̄m efficit montem illū fructuosum, sic bonum atq; iocundū est habitare fratres in vnū, ⌊qui (ros) descēdit in montē Sion.⌋ i. ros similis est in specie rori montis Hermon, descendit in montē Sion, in quo fuerat tēplū. Moralr ita exponitur. Bonū & iocundū est fratres habitare in vnū, sicut vnguentum in capite. i. sicut bona est gratia existens in Chro, q est caput ecclesiæ, q̄d descēdit in barbā barbā Aaron. i. q̄ gratia descēdit à Chro in ap̄los eius, q significant p barbā, eo q barba sit signū virilitatis, & ipsi in bello pro fide fortissimi p̄titerūt. Per Aaron ergo intelligit Chrūs summus sacerdos ecclesiæ, q per spm̄ sanctū semetipsum obtulit immaculatū deo. Quod descendit in orā vestimenti ei⁹. i. q̄ gratia spūs sancti descendit à Chro per ap̄los in ecclesiā, q̄ significat per orā vestimēti Christi. Q̄m sicut vestimentū est ornamentū vestiti, ita ecclesia est decor quodāmodo Christi, tanq̄ sponsa ipsius. Insuper bonū & itē iocundū est fratres habitare in vnū. Sicut bonus est ros Hermon. i. sp̄ualis fœcundatio Christi. Hermon nāq; interpretatur lumē exaltatū, sic q; significat Christū qui est lumen ve⁊ sup oēs cœlos exaltatū, qui descendit in montē Sion. i. quę fœcundatio diffusa est in animā speculatiuā, bonis opibus plenā. ¶Q̄m illic, ⌊i. ad concordē fratrū cohabitationē, ⌊mandauit⌋ i. misit ⌊dñs benedictionē⌋ i. gratia⁊ cœlestiū collationē, ⌊& vitā⌋ sp̄ualem, ⌊vsq; in seculū,⌋ q̄m taliter cohabitantes, nūc viuunt p grām, in æternū victuri in cœlo p gloriam. Vel, q̄m illic mandauit. i. præcepit dñs benedictionem. i. in tali congregatione præcepit se benedici, qui à discordibus non dignat laudari. Hortatur nos diuinus sermo psalmi p̄sentis ad inuiolabilem fraternæ charitatis tenorē, ad pacificā cohabitationē, ad mutuā cōmunicationē. Sine charitate nanq; nulla virtus

B meritoria est. Ipsa est omnis sp̄ualis profectus principiū, mediū, & finis. Ipsa de claustro efficit paradisum, de monachis angelos. Odiū vero de claustro facit infernū, de religiosis diabolos. Qui in charitate nō proficit, nil proficit, sine charitatis profectu corporalis exercitatio sterilis est. Solitudo, silentiū, abstinentia, disciplina, ciliciū, clausura, vigilia, duritia strati, nil prosunt ad vitam æternā sine p̄sentia charitatis. Idcirco Ap̄lus: Excellentiorē vobis viā demonstro. Si linguis angelo⁊ loquar & hominū, charitatē aūt non habeam, factus sum velut æs sonans aut cymbalū tinniens. Vnde scriptū est: Oēs vnanimes fraternitatis amatores, cōpatientes, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malū pro malo, sed econtrario, benedicentes, quia in hoc vocati estis. 1. Cor. 13

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXXIII

### ¶Argumentum.

¶Titulus. Canticū graduū. In hoc psalmo inuitamur ad diuinam laudē. Porrò propheta hortat nos, vt ex charitate deū diligentes, ip̄m laudemus ac gratia⁊ actiones psoluamus, in tribulationibus & aduersitatibus nostris. Duo itaq; facit. Primo nanq; inuitat cūctos quosq; ad diuinæ laudis benedictionē. Deinde optat his qui eū benedicūt cœlestis gloriæ benedictionem retribui, ibi, Benedicat te dñs ex Sion. Author hunc psalmum, vt est breuis, etiam non longo explicat commentario.

### ¶Expositio Tituli.

C ¶Insuper titulus psalmi nūc exponēdi talis est. Canticū graduū. Nā sicut psalmus p̄cedēs loquutus est de charitate fraterna, sic iste de charitate diuina eloquit, quæ est quintusdecimus summus & vltimus gradus sp̄ualis ascensionis. Realiter tñ idem sunt charitas dei & proximi, qa virtutes distinguunt p rationes formales. Ratio aūt amādi proximū deus est. Porrò psalmus iste ad literā est inuitatio sacerdotū ac leuita⁊ veteris testamenti ad laudē diuinā, & sic p domū dñi designat templū Hierusalē, in quo stabant sacerdotes & leuitæ ad orandū & imolandū. Sp̄ualiter vero exponit de vniuersis fidelibus, & est sensus.

### ¶Expositio psalmi.



Cce nunc, ⌊i. tpe isto, de quo dicit ap̄lus: Ecce nunc tēpus acceptabile, ecce nūc dies salutis. De quo in Esaia habet: Quærite dñm dū inueniri potest, inuocate eum dū prope est. Vel, nunc. i. ascensis gradibus prænductis, ⌊benedicite dño⌋ i. deum laudate ex charitate ardente, ⌊omnes serui dñi⌋ qui fide & opere Christiani estis. Qui em̄ prædictos virtutū gradus ascenderunt, atq; fortiti sunt, digni habent benedicere dño benedictiōe laudis & gratia⁊ actionis, quæ vtiq; benedictio nō est speciosa in ore peccatoris. ¶Qui statis in domo domini ⌋ i. q stabilr estis ecclesiæ filij, pseuerantes constanter in ecclesiastica vnitate. i. in vera fide & charitate. & qui statis ⌊in atrijs domus dei nostri⌋ i. in primis seu amplioribus locis ecclesiæ, quæ sunt materialia atria eius. Vel, in atrijs. i. in latitudine charitatis, domus dei nostri. i. fideles animæ, quæ est domus & sedes sapientiæ increatæ. ¶In noctibus ⌋ i. tempore nocturno, iuxta illud: Consurge, lauda in nocte. Vel, in noctibus. i. tpe aduersitatis. Vel, in noctibus. i. toto tpe vitæ p̄sentis, quod innumerabilibus vitio⁊ tenebris, tribulationūq;

D
Lucæ .1. præssuris obtenebrat. Propter quod in tenebris & vmbra mortis sedere perhibemur, ⌊ ex-
tollite manus vestras, ⌋ corporales ac spūales, quæ sunt desideria ad supna tendētia, ⌊ in san-
Hebr. 9 cta ⌋ .i. in cœlestia, quatenus ea adipisci & ingredi valeatis. De qbus ait apłus: Christus per
proprium sanguinē introiuit semel in sancta. Debemus aūt vtrasq; manus cū feruentissimo
1. Tim. 2 semp affectu extollere, iuxta illud: Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus, ⌊ &
benedicite dño ⌋ indesinenter. Et vt hoc queas perficere, o serue atq; ecclesia dei. ¶ Bene- 4
dicat te dñs ⌋ .i. gratiæ dona tibi infundat, ⌊ ex Sion ⌋ .i. ex cœlesti Hierusalē, vbi ipse specia
Sapię. 12 liter habitat, ⌊ qui fecit cœlū & terrā, ⌋ ex nihilo tanq̃ creator omnipotens, cui subest cū vo-
luerit posse, cui non est difficile omne verbū, qui in infinitū plura atq; maiora potest efficere
q̃ possit mens humana concipere. Sed quid est, q̄ in principio psalmi hortatur nos sanctus ꝓ
Hebr. 7 pheta benedicere domino. Nunc vero precatur, vt dominus nos benedicat. Et responden-
dū q̄ duplex est benedictio. s. consecrationis & laudis. De benedictione consecrationis dicit
apostolus. Sine vlla cōtradictione, quod minus est à maiore benedicitur. Hac ergo benedi-
ctione benedicit nos deus. Benedictione vero laudis minor benedicit maiori, & creatura cre
atori. Postremo psalmū istum affectuosum ac dulcem decet nos hora completorij cum spe-
ciali deuotione cantare, dirigendo mentem ad creatorem, atq; in eius præconijs diem con-
cludere obdormiendo in meditationibus diuinorum.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXXIIII.

¶ Argumentum.

¶ Titulus. Haleluia. In hoc psalmo hortał propheta oēs fideles ad laudandū deū propter
multiplicia ipsius bñficia, & magnalia q̃ fecit, q̄rū hic meminit, & destruēs falsitatē idolorum
redarguit eorundū cultores. In tres diuidił partes. In prima ponił frequēs ad laudē dei inuita
tio. In secūda, falsorū deorū, q hmōi laude indigni sunt, irrisio, ibi, Simulachra gētiū. In tertia E
denicq; repetił distincta inuitationis ad laudē veri dei inuitatio, iuxta gradus & ordines eorū
qui deo seruiūt, ibi, Domus Israel bñdicite. Author quidē secundū sensum literalem exponit
hunc psalmum, atq; mystica quædam interserit cōmentationi suæ.

¶ Expositio Tituli.

¶ Præterea psalmi ꝑsentis titulus est. Alleluia, cuius interpretatio est, laudate dñm. Meri-
to aūt post psalmos graduales ponił psalmus, Alleluia pro titulo habēs. Qm̄ gradus spūalis
ascēsionis perambulans, sicq; ad verā ꝑfectionē ꝑtingens, dignus est deū laudare. Psalm⁹ ve
ro iste hortał nos ad laudē diuinā propter multiplicem rationem, & ait.

¶ Expositio psalmi. 1



Audate ⌋ o vniuersi fideles, ⌊ nomen dñi ⌋ .i. dñm noīe laudatū seu rem signi- 2
ficatā per nomē, ⌊ laudate serui ⌋ iustitiæ, nō serui peccati ⌊ dñm. ⌋ ¶ Qui
statis, ⌋ fide cōstanti, & ope efficaci, ⌊ in domo dñi, ⌋ .i. in ecclesia materiali, q̄
est domus orationis & laudis. Vel, in domo dñi .i. in ecclesia militāti, & spūali,
seu cōgregatiōe fideliū, qui oēs sunt vnū mysticū corpus Christi, recipiētes ab
eo motū virtutū & vitā gratiæ. Et q statis ⌊ in atrijs domus dei nostri. ⌋ Versi 3
culus iste in ꝑcedenti psalmo expositus est. ¶ Laudate dñm, qm̄ bonus dñs, ⌋ Deus em̄ san-
Lucæ .18 ctus & benedictus essentialiter, incircūscriptibiliter, & quomodolibet bonus est, & ipse est
omnis boni principium, quē omnia naturaliter appetunt tanq̃ vltimū finem, sine cuius incel F
sabili cōseruatione, nec in momento subsistere possent, ideo ait saluator: Quid me dicis bo-
num? Nemo bonus, nisi solus deus, ⌊ psallite nomini eius, qm̄ suaue. ⌋ Propriū nomen do-
mini creatoris est deus, & quid dulcius deo? imò quid vel in minimo comparari poterit dul-
cissimū dei? Cuius est tanta dulcedo q̃ta bonitas, qui in seipso infinita dulcedine æternaliter
fruitur, omnesq; beatos in patria inexcogitabili suauitate ꝑfundit, nos quoq; in hac valle la-
chrymarū vicissim dulciter visitat, pie lætificat, excessiue exhilarat, supernaturaliter reficit. 4
Psallendum est etiā dño propter beneficia eius, videlicet ¶ Qm̄ Iacob elegit sibi dñs Israel
in possessionē sibi, ⌋ Iacob qui interpretatur supplantator alio nomine dictus est Israel, q̄d 1
interpretał vir videns deum. Siue aūt per Iacob & Israel intelligatur persona Iacob, siue po-
Deute. 10 pulus ab eo descendens, certū est quod deus eū elegit. Quemadmodū Moyses profitel popu
lo huic. Patribus tuis cōglutinatus est dominus & elegit eos, amauitq; semen eorū post eos.
Deuter. 7 Et iterū: Te elegit dominus vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis qui sunt super ter-
rā. Et ideo dicit elegisse Israel in possessionē .i. in hæreditatē seu hæreditarium populū, sicut
Esaię. 19 per Esaiam loquitur: Hæreditas mea Israel. Et Samuel dixit ad Saul: Ecce vnxit te dominus
1. Reg. 10 super hæreditatem suam in principē. Spiritualiter vero per Iacob intelligitur quilibet cōtra
vitia luctans. Per Israel vero omnis deū fideliter speculans, quod maxime cōpetit veris chri
Ephes. 1. stianis, seu ecclesiæ Christi, & hos deus elegit in possessionem æternam, possidens eos in via
per gratiam, in patria autem per gloriam, propter quod dicit Apostolus: Deus prædestina-
uit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum, secundum propositum volūtatis suæ.

¶ Quia

A ¶Quia ego cognoui,⌋ per fidem, per rationem naturalem, per experientiam, per diuinæ
5 dulcedinis gustũ,⌊ φ magnus est dñs,⌋ non magnitudine molis, sed dignitatis, imò vere infi Psal. 144
nitus est dñs, & perfectionis eius nullus est terminus, ⌊& deus noster,⌋ videlicet trinitas su-
perbenedicta, quæ est deitas simplex, & adoranda, ⌊præ omnibus dijs,⌋ magnus est, quia in
infinitũ omnes excedit. Siue per deos intelligant excellentes creaturæ, videlicet angeli san-
cti, & hoĩes summi, qui dij vocant, siue per deos intelligant dij seu idola gentiũ, q mendaci-
ter dij dicuntur. Hoc modo Ietro cognatus Moysi nouit magnitudinẽ domini, dicens: Nũc Exodi. 18
cognoui, qm̃ magnus dñs super omnes deos. Hinc etiam scriptum est: Excelsior cœlo est, & Iob. 11.
quid facies, profundior inferno, & vnde cognosces: longior terra mensura eius & latior ma
6 ri. ¶Omnia quæcunq; dñs voluit fecit in cœlo & in terra,⌋ tam in operibus naturæ, q̃ in Hiere. 32
operibus gratiæ. Deo eñi nihil difficile est. Et ipse testatur, dicẽs: Consiliũ meũ stabit, & om Esaiæ. 46
nis volũtas mea fiet. In cœlo nanq; condidit angelos atq; angelicos ordines tot, quando & q̃
modo voluit. Deniq; quos voluit, præseruauit à ruina, & quos voluit permisit peccare. Simi
liter fecit in terra in hominibus, ⌊in mari,⌋ oceano, ⌊& omnibus abyssis,⌋ particularibus.
In his eñi magna fecit opa, tam in nauigantibus, quoꝝ quosdã mirabiliter liberauit, vt Ionã,
7 q̃ in piscibus, quoꝝ diuersa, mirandaq; genera inueniunt in abyssis. ¶Educens,⌋ ipse do-
minus motu & calore solis, vel supnaturalr ⌊nubes ab extremo terræ,⌋ eleuando videlicet
vapores, ex qbus nubes causant à mari oceano, vnde (vt sæpius) nubes ascendũt. Propter q̃d
dñs ait: Cum ponerẽ nubem vestimentũ eius. s. maris, ⌊fulgura in pluuiã fecit,⌋ .i. termina- Iob. 38
uit. In nubibus eñi fieri solent tonitrua, ex qbus coruscationes & fulgura prodeũt, terminan
turq; fulgura ista p hoc φ nubes resoluunt in pluuiã. Vnde dicitur: Qui vocat aquas & effun
B dit eas sup faciem terræ, in quo apparet infinita sapientia dei. Cur eñi in nubes condensat a- Amos. 5
quas, ostendit apud Iob: Qui ligat aquas in nubibus, vt non erumpãt pariter deorsum. Si eñi
simul erũperent, omnia subuerterent, sicut idem fatet: Si continuerit aquas, omnia siccabun Iob. 26
tur, si emiserit eas, subuertent terram. Producit igit nubes, & ordinatissime irrigat mundum.
8 ¶Qui producit ventos de thesauris suis.⌋ Thesauri appellant diuitiæ occultatæ. Per the Iob. 12
sauros ergo intelligunt diuitiæ bonitatis diuinæ. i. omnipotentia dei, qua sufficit oĩa agere
prout vult. Vel causæ creatæ, ex qbus virtus diuina ventos producit, sicut ex thesauro profe
runt denarij. Ait itaq; qui producit ventos de thesauris suis. i. de plenitudine propriæ volun
tatis. Vel, de thesauris suis. i. de causis creatis, videlicet de materia copiosa ac diuiti ad hoc vt
ex ea producant venti. Alij sic exponũt, de thesauris suis. i. de locis ignotis. Sicut thesauri po
nunt in loco occulto. Sunt ergo thesauri venti. Sunt quoq; thesauri niuis & grandinis. De q-
bus dñs ait ad Iob: Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti? Iob. 38
⌊qui percussit primogenita Aegypti ab hoĩe vsq; ad pecus⌋ inclusiue, quẽadmodũ scriptum
est: Decima plaga terræ Aegypti erat, φ deus percussit in ea omne primogenitũ, tam in ho- Exodi. 12
9 minibus q̃ in pecoribꝰ. Et ista percussio facta est media nocte ab angelo dei. ¶Emisit,⌋ de
us ⌊signa & prodigia,⌋ .s. decem horribiles plagas ⌊in medio tui Aegypte,⌋ .i. nõ solum in Exod. 14
terra, sed & in habitatoribus eius, sicut subiungitur, ⌊In Pharaonem,⌋ regem Aegypti, ⌊&
10 in omnes seruos eius, quoꝝ multos tandẽ submersit in mari rubro. ¶Qui percussit gentes Exodi. 17
multas⌋ in cõspectu filioꝝ Israel. s. Amalachitas, & alias multas. Nã cũ eleuaret Moyses ma
nus, vincebat Israel. Si aũt paululum remisisset, vincebat Amelech. ⌊& occidit reges fortes⌋
11 quia virtute diuina occiderunt eos filij Israel, videlicet ¶Seon regẽ Amorræoꝝ, & Og re- Nume. 21
gem Basan⌋ Quoꝝ terrã possiderũt filij Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasses, ⌊& om
nia regna Chanaan⌋ .s. trans Iordanem, vbi Iosue & filij Israel deo auxiliante interfecerunt
12 triginta unum reges. ¶Et dedit terrã eoꝝ hæreditatem,⌋ nõ quibuscũq;, sed ⌊hæreditatẽ Iosue. 14
Israel populo suo⌋ videlicet nouem tribubus, & dimidiæ tribui Manasse, quibus Iosue diui-
C sit terram p sortem, prout in diuersis capitulis Iosue recitat. Deniq; ista quæ ad literã pla-
na sunt, mystice intelligi possunt, hoc modo. Educens deus nubes ab extremo terræ. i. p̃dica Mystice.
tores sanctos à finibus mundi. Nã in omnibus terris gentiliũ ad fidẽ cõuersoꝝ, fecit deus ex
gentilibus aliquos eximios p̃dicatores, qui nubes dicunt, qm̃ pluunt docendo, tonant cõmi-
nãdo, choruscant miracula peragendo. Ideo quoq; nubes dicũtur, qm̃ supra cæteros pennæ
cõtemplationis volãt, terrena transiliunt, lumen veritatis à fonte sapiẽtiæ prius, copiosiusq;
participãt. Vnde de talibus scriptũ est: Qui sunt isti qui vt nubes volãt, & quasi columbæ ad Esaiæ. 60
fenestras suas. Fulgura in pluuiã fecit. i. terribiles cõminationes de futuro iudicio & pœnis in
ferni in dulces cõsolationes de futura felicitate sanctoꝝ mutauit. Prædicatores eteñi terrent
cõminando supplicia, & refrigerant promittẽdo gaudia sempiterna. Qui producit vẽtos. i.
inspirationes seu motiones ad bona, de thesauris suis. i. de diuitijs suæ liberalissimæ deitatis, q
percussit primogenita Aegyti. i. capitalia vitia hominum terrenoꝝ destruxit, cõuertẽdo eos
ad gratiam, ab homine vsq; ad pecus. i. à philosopho seu doctore vsq; ad laicũ seu indoctum
Emisit signa & prodigia in medio tui Aegypte. i. per vniuersum mundum. Quemadmodũ

dicitur: Illi profecti prædicauerũt vbiq; dño cooperante & sermonẽ confirmãte, sequẽtibus D
Mar. vl. signis. Et: Misit Iesus discipulos, dicens: Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mũda-
Matt. 10 te, dæmones eiicite, in Pharaonẽ & in omnes seruos eius. i. principes huius mundi, & eorum
satellites. Qui percussit gentes multas, & occidit reges fortes, hoc accipi potest in bono atq;
Prouer. 11 in malo. Gentes enĩ & reges ad æternã vitam pordinatos percussit & occidit deus, nõ quan-
tũ ad esse naturæ, sed quantum ad esse culpæ. De qua occisione Christus testatur: Qui volue-
rit animam suam saluam facere, perdet eam. Sicq; gẽtes & reges desierunt esse eo modo quo
dicitur: Verte impios, & non erunt, desierunt enĩ esse, non quod fuerunt, sed quales fuerunt.
Secundo accipit in malo, videlicet de gentibus & regibus reprobis, quos deus percussit & oc
cidit spiritualiter, deserendo eos in morte infidelitatis & culpæ, qualiter etiam dicitur indu-
Exodi. 10 rasse Pharaonem. Seon regem Amorræorũ. Seon interpretatur tentatio oculorum. Vnde si
11. 14 gnificat luxuriosum. Og vero interpretatur congregans, & designat auarum. Talibus autẽ
vitijs implicatos deus occidit secundum modum prædictũ, & omnia regna Chanaan. i. sup-
borum. Chanaan enĩ interpretatur possidens, significatq; superbos, quia supbi alios posside-
re præsidendo & dominãdo nituntur. Et dedit terram eorũ. i. regnum cœlorũ, quæ est terra
viuentiũ, in qua dæmones supbi creati sunt, & ad quã possidendam vniuersi hoĩes facti sunt,
Luc. 12 sed multi peccando seipsos impediunt. Hanc autem terram dedit deus in hæreditatem po-
pulo suo Christiano electo & pauco, cui ait: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit pa
tri vestro dare vobis regnũ. ¶Domine nomẽ tuũ in æternũ⌋ pmanebit. i. æternalr nomi- 13
naberis ab adorantibus atq; laudãtibus te, pcipue i patria, ⌊domine memoriale tuum⌋ id ẽ E
gloriosa & memorabilis operatio tua, videlicet magna miseratio tua recoletur & perseuera
bit, ⌊in generationem & generationem, ⌋. i. p omnium generationum successionem vsq;
ad mundi cõsummationem. Hoc enĩ memoriale dei in euangelio Christi conscriptum est,
nec tradetur obliuioni q̃diu euãgeliũ legitur, & ecclesia durat ¶Quia iudicabit dñs populũ 14
Deute. 32 suũ, & in seruis suis deprecabitur. ⌋ Istũ versiculũ q̃tũ ad verba & sensum ponit Moyses, nisi
q ibi dicitur in fine versiculi, miserebitur. Itaq; iudicabit dñs populum suum, in præsenti vi-
Psal. 42 ta, iudicio piæ discretionis, discernẽdo eos ab impijs voto, cõuersatione & merito. Vnde de
Johan. 12 hoc iudicio ait: Nunc iudicium est mũdi. In die vero nouissimo, vel in hora mortis eorũ iu-
dicaturus est eos iudicio beatæ remunerationis, dando sententiam iudicialẽ pro eis, sicut le-
Apoca. 18 gitur: Exultate cœli & sancti apostoli, & pphetæ, qm̃ iudicauit deus iudicium vestrum, &
Johan. 9 in seruis suis, qui sibi fide & opere parent, deprecabitur exaudiendo preces eorum, iuxta illd;
Peccatores deus nõ audit, sed si quis cultor est dei, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. Et
Job. 8. Iob: Si omnipotentem fueris deprecatus, si mundus & rectus incesseris, statim euigilabit ad
te. ¶Simulachra gentium, ⌋ quantum ad materiam, imò quo ad totam substantiam, sunt 15
⌊argentum & aurum, ⌋ seu simile aliquid. Nam quædam ex ære, quædã ex stanno conflan-
tur. Tota autẽ substantia artificialiũ est eorũ materia, secundum philosophũ. Sũt vero simu-
lachra hæc ⌊opa manuũ hoĩm⌋ q̃tũ ad formã accidentalẽ, nã artifices ea formant & faciũt.
¶Os habẽt⌋. i. non verũ, sed similitudinarium, ⌊& nõ loquentur, ⌋ quãuis interdũ dæmo 16
nes p ipsa loquuntur. Simili modo, ⌊oculos habẽt & nõ videbũt. ¶Aures habẽt & nõ au- 17
dient, ⌋ cuius ratio est, ⌊neq; enĩ est spũs⌋. i. forma vitalis, anima rationalis, aut certe anhe-
litus, ⌊in ore ipsorũ. ⌋ Idcirco habere non valẽt opera vitæ, qualia sunt, loqui, videre, audi-
re, &c. ¶Similes illis⌋ simulachris ⌊fiant qui faciũt ea, ⌋ puta artifices, ⌊& oẽs qui confi- 18
dunt in eis, ⌋ videlicet hoĩes vani, & maxime illi q faciũt talia fieri, quatenus sicut simulachra
illa nõ loquunt, nec vident, nec audiunt, nec spm̃ habent, sic isti nec vera neq; salubria profe F
rant, intelligant, audiant, sed nec spiritum gratiæ sortiantur, quod nõ imprecando, sed pro-
nuntiando dici putemus. De horũ autẽ versuũ literali ac mystica explanatione plenius dictũ
Psalm. 113 est in expositione psalmi, cuius exordium est, In exitu Israel de Aegypto. ¶Domus Israel 19
benedicite dño, ⌋ Ad literam Dauid hortatur Iudæos ad laudem diuinam, dicendo, domus,
id est, populus Israel, benedicite domino, ipsum laudando, quod referẽdum est ad vndecim
tribus. Nã de Leui fit mentio specialis, dũ subditur, ⌊domus Aaron, ⌋. i. sacerdotes legales,
ex Aaron nati, ⌊benedicite domino, ⌋ ¶Domus Leui⌋. i. familia, populus, seu congrega 20
tio Leuitarũ, ⌊benedicite domino. ⌋ Tamẽ domus Aaron etiã ex Leui descendit. Qm̃ (sicut
Exodi. 6 scriptũ est) Leui genuit, Gerson, Chaath, & Merari. Chaath vero genuit Amrã, de quo na-
ti sunt Moyses, Aaron, & Maria. Sed nũc accipiunt Leuitæ prout à sacerdotibus distinguũ-
tur, vtpote pro inferioribus tẽpli ministris. Spũaliter p domũ Israel intelligẽda est ecclesia
Christi, p domũ Leui, ministri altaris, p domũ Aaron, sacerdotes atq; plati ecclesiæ militãtis
⌊qui timetis dominum, ⌋ timore filiali, vel saltem initiali, qui timores non differũt realiter,
sed gradualiter, scilicet secundũ pfectũ & imperfectum, ⌊benedicite dño⌋ tales qppe digni
Psalmo. 2 sunt deũ laudare, iplẽtq; q̃d dictũ est supra. Seruite dño in timore, & exultate ei cũ tremore.
¶Benedictus dominus ex Sion, ⌋ id est, ex templo constructo in mõte Sion benedicatur 21
deus

A deus,seu benedictus esse noscatur per hoc q in templo illo solenniter celebrant laudes diuinæ
⌊qui habitat in Hierusalem⌋ ciuitate Metropoli in Iudæa,hanc eñ deus elegit vt in ea tem-
plum ædificaret,ad quod omes Iudæi certis temporibus confluebant,atq; in eo sacrificia offe
rebant,quę non licuit eis offerre,nisi in vno loco templo constructo. Vnde in libro Regũ sæ- 3. Regũ. 1
pe redarguunt,quoniam immolabant in excelsis.i.in locis sublimibus. Hinc Moyses loquens Deuter. 12
populo huic. Caue(inquit)ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris,sed in eo quẽ
elegerit dominus in vna tribuum tuaℽ. Hic autem locus fuit Hierusalem, prout dominus lo-
quit: Elegi Hierusalem vt sit nomen meum ibi. Tropologicè vero: Benedictus sit dominus 2. Para. 6
ex Syon,hoc est,ab ecclesia militante,diuina contemplante,laudet deus omnium dominus,q
habitat in Hierusalem,cœlesti.s.in ecclesia triumphante, diuinæ pacis dulcedine perfruente.
Ecce Psalmum decorum atq; iocundum audiuimus,in cuius principio inuitamur ad bene-
dicendum domino deo nostro,eo quòd ipse bonus & dulcis existat & nos gratis elegerit,atq;
vniuersa potenter & liberè condidit. Igitur bono domino,mente ab omni malitia purificata
reuerenter ministremus,suauiq; domino sine zelo amaro,sine ira & disceptatione, sine omni
perturbatione & amaritudine psallamus,benedicamus, obsequamur,ac vniamur,pensantes
illud Iacobi: Si zelum amarum habetis,& contentiones sunt inter eos,nolite gloriari,& men Iaco. 3
daces esse aduersus veritatem. Vnde dicitur: Non sit inter vos radix germinans fel,& amari- Deute. 29
tudinem. Hinc quoq; Apostolus exhortat: Pacem sequimini cum omnibus,& sanctimoniam Hebræ. 12
sine qua nemo deum videbit,contemplantes,ne qua radix amaritudinis sursum germinans
impediat,& per illam inquinentur multi.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM CXXXV.

### ¶Argumentum.

B ¶Titulus Haleluia. Hic psalmus totus de laude diuina,ad quã Propheta intendens omnes
adhortari,recenset diuersa eius magnalia & beneficia, quæ pluribus præstitit, potissimum in
Aegypto,& populo Idumæorum. Interim autem mirum in modum studet nobis misericor
diam dei commendare,adeoq; omnes versus in fine reciprocant de misericordia eius. Habet
in summa(vt Nicolaus de Gorra ipsum diuidit)duas partes. In prima quippe inuitat omnes
ad confessionem diuinę laudis. In secunda assignat eiusdem duas causas, nempe diuinam bo-
nitatem,ibi: quoniam bonus: Et ipsius bonitatis excellentiam,ibi: quoniam in seculum. Au-
thor expositioni literali mystica etiam nonnulla interponit.

### ¶Expositio Tituli.

¶Est quoq; titulus psalmi præsentis, Haleluia. Nam ad laudem diuinã psalmus nos iste in-
uitat,& in materia plurimũ conuenit cum psalmo immediate pręhabito. Merito etiam addit Psal. 144
in fine cuiuslibet versus ista particula. Quoniam in ęternum misericordia eius. Nam misera-
tiones dei sunt super omnia opera sua,imò quicqd boni in nobis est,ex misericordia dei pro-
fluxit,incessabiliterq; egemus misericordia creatoris. Ait igitur.

### ¶Expositio Psalmi.

1 C Onfitemini domino quoniam bonus,quoniam in æternum misericordia eius⌋
Versiculus iste in hac tertia quinquagena frequẽter expositus est. Plures etẽm
2 psalmi ab hoc versu(vt patuit)inchoant. ¶Confitemini⌋ Laudãdo ac bene-
dicendo ⌊deo deorum⌋.i.deo sancto & benedicto, vero, viuo,atque æterno,
qui est deus deorum.i.vniuersorum,qui vel participatiuę vt angeli sancti, ho- Psal. 49.
minesq; præcipui,vel mẽdaciter vt dij gentilium Idololatraℽ appellati sunt dij
Omnium enim horum deus immensus & adorandus creator est,& eos qui participatiuę dij di
cuntur,saluauit per gratiam. Eos vero qui mendaciter dij vocant, & intellectuales creaturæ
sunt,ęternaliter condemnauit per æquitatis censuram,sicut sunt Iupiter, Mercurius, Satur-
3 nus,Mars,Hercules,atq; consimiles. ¶Confitemini domino dominorum⌋ Hoc est,deo q
omnibus vniuersaliter dominatur,qui est rex regum & dominus dominantium,ad quem cõ-
paratur omnis creatura, sicut minister ad dominum. De quo scriptum est: Deus cœloℽ,crea Apo. 19
tor aquarum, & dominus totius creaturæ. Et iterum: Domine rex omnipotens in ditione Judith. 9.
4 tua cuncta posita sunt,& non est qui tuæ possit resistere voluntati. ¶Qui facit mirablia ma Hester. 13
gna solus.⌋ Superius dictum est. Benedictus dominus deus Israel,q facit mirabilia solus. Nunc Psalm. 71
vero de eo asserit. Qui facit mirabilia magna solus. Sed vtiq; dicto obuiare videt,quod Aplus
de Antichristo ait: Reuelabit(inqt)ille iniquus,cuius erit aduẽtus scdm opationem satanæ in 2. Thess. 2
omni virtute,& signis,& prodigijs mẽdacibus. Vbi doctores adserunt,q licet miracula Anti-
christi erũt mẽdacia quantũ ad finẽ,qm ordinabunt ad hoim seductionẽ,erũt tñ realiter ve-
ra miracula. Vnde scriptum est: Habebat bestia.s. Antichrus cornua duo similia agni,& fe-
cit signa magna,vt etiam ignem faceret de cœlo descendere in conspectu hoim, & seducit ha Apo. 13
bitantes in terra propter signa quæ data sunt illi. Et respondendum quòd aliquid dicitur esse

mirabile dupliciter scilicet, respectiuè seu quantum ad aliquē, sicut eclypsis solis illi mirabilis D
est q causam eius ignorat, non est tamen absolute mirabilis. Taliter vero mirabilia asserunt,
quęcūq; excedūt cognitionē alicuius, seu modū, virtutē, ac ordinē causalitatis quarūdā causarum na-
turaliū creatarum. Talia tamen fieri possunt arte magica, atq; à dæmone: & maximè fient tem-
pore Antichristi. Alia vero dicunt mirabilia simpliciter & absolute, vez quę totius creaturæ
facultatē, & omniū causarum naturaliū potestatem transcendunt, sicut sunt statio solis illumina-
tio cęci nati, resurrectio mortui, penetratio dimensionū, trāssubstātiatio naturarum. Et de istis
loquit Propheta: fiūtq; à deo dūtaxat, nam & si homo fidelis talia facere perhibeatur, non fa-
cit ea nisi instrumētaliter, vel potius dispositiuè seu occasionaliter. ¶[Qui fecit coelos in in- „ 5
tellectu.] Hoc est, intellectualiter. s. secundum ordinem suæ æternæ sapientiæ, secundū idea- „
lem rōnem mentis diuinæ, secundū dictamen intellectus & liberè non ex necessitate naturæ,
Prouer.3 vt qdā philosophorum opinati sunt. Vñ dr: Dñs sapia fundauit terram, stabiliuit coelos prude-
tia. ¶[Qui firmauit.] Hoc est, firmiter collocauit, [terram super aquas.] maris oceani, seu „ 6
cæterorum fluuiorum. Non q terra operiat aquas, vel oībus partibus earum superior sit, sed quoniā
ripæ terræ supereminent aquis. Vel dicit terra firmata super aquas, hoc est, iuxta aquas, quē-
Iohā.4 admodū dicimus: Colonia sita est super Rhenū. Sicq; (vt ait Cassiodorus) Iesus fatigatus ex
itinere sedit sup puteū. Porrò in oībus versibus istis subintelligendū est: Confitemini dño, vt
Gene.1 sit sensus: Qui firmauit terrā super aquas. i. confitemini dño qui firmauit terram super aquas.
Et ita in alqs. ¶[Qui fecit luminaria magna.] Quemadmodum dicitur. Fecit deus duo lu- „ 7
minaria magna. Luminare maius vt præesset diei, & luminare minus vt præesset nocti. Et
hoc est, quod modo subiūgit. ¶[Solem in potestatem diei.] Hoc ē, vt suo splendore ac mo- „ 8
tu diē causaret. ¶[Lunā & stellas (fecit) in ptātem noctis.] Hoc ē, vt nocti præessent, aerem „ 9
Exo.10 aliqualiter illustrādo, ne sint omnimodę atq; palpabiles tenebrę tpe noctis. Oīa hęc fecit de E
Mystice. us in intellectu. Deniq; iuxta intelligentiā spūalem fecit deus coelos. i. ciues coelestes & ho-
mines spūales, cōuersationē in coelo habētes, in intellectu, dādo eis cognitionē supernaturalē
ac mysticā. Qui firmauit terrā. i. ecclesiā, sup aquas. i. fidē lauachrumq; baptismi in quo pctā
donant, & virtutū firmitas baptismo infundit. Qui fecit luminaria magna. s. solem. i. Christū
secundum q homo est, in ptātem diei. i. vt homines virtuosos, perfectos, atq; præclaros illu-
Malac.3. stret, sine aduocato intercedente ac mediante. Propter quod dñs ait: Orie vobis timentibus
nomen meum sol iustitiæ. s. Chrus. Lunam. i. virginem gloriosam, sanctā Mariā, de qua dr:
Cantic.6 Quæ est ista quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, & stellas, hoc est, Apostolos atq; docto-
Danie.12 res, de qbus dictū est: Qui multos erudiūt ad iustitiā, quasi stellæ fulgebūt in ppetuas ęternita-
tes, in ptātem noctis. i. ad intercedendū pro pctōribus, vt sint intercessores & aduocati mise-
rorum, quod maximè cōpetit virgini benedictę, reginę, ac matri misericordię. Vel sic: Qui fecit
solem in potestatem diei hoc est, qui donum sapientiæ dedit perfectis. Lunam & stellas, id est
inferiora dona spiritus sancti, in potestatem noctis, hoc est, imperfectioribus ea infudit, non
quòd dona spiritus sancti sint diuersa, imò qui vnum sortitus est, omnia septem adeptus est. F
Sed quia in viris perfectis donum sapientiæ magis abundat. Qui percussit Aegyptū.] Hoc „ 10
est, habitatores Aegypti, [cum primogenitis eorum.] occidendo omne primogenitū in ho- „
minibus atq; pecoribus. ¶[Qui eduxit Israel de medio eorum.] Videlicet Aegyptiorum, „ 11
cuius eductionis forma subiungit. ¶[In manu potenti.] Hoc est, operatione virtuosa, quan- „ 12
tum ad minora miracula, quę Magi quoq; Pharaonis fecerūt, [& brachio excelso.] i. operatio- „
ne supernaturali atq; terribili, quātum ad maiora miracula quę illi facere non valebāt, quę oīa
in libro Exodi plenius continent. Spūaliter aūt educit deus Israel. i. electos de medio eorum, id ē
de hoc mūdo fallaci & societate, ac vita hoīm mundanorum. Sicut superius dictū est: Protexisti
Psalm.63 me à conuētu malignātiū. Ad quā eductionē hortat nos Apłus: Deponite vos scdm pristinā
Ephe.4 cōuersationē, veterē hoiem, q corrūpit scdm desideria erroris, & renouamini spū mentis ve-
2.Cor.6. strę. Vnde iterum ait: Exite de medio eorum, & immundū ne tetigeritis. s. p cōsensum. Sic āt deus
educit electos in manu potēti & brachio excelso. Nā & qsdā cōpellit itrare, & qsdā cōuertit p
miracula, qsdā p ispirationē occultā, qsdā p alias supnaturales ac admirabiles vias, put multi
nrm verè experti sunt. ¶[Qui diuisit mare rubrū in diuisiões.] i. in ptes à seinuicē distātes atq; „ 13
Exo.4 partitas. Sicut legit: Dixit dñs ad Moysen: Tolle virgā tuā & extēde manū tuā sup mare & di-
uide illud. Et post pauca abstulit de° illud flāte vēto vehemētissimo. Quidā āt eo q nūc dictū
est pluralr in diuisiões asseūt mare rubrū fuisse diuisum in duodecim partes scdm nūerum tribuū
Isrł, ita q qlibet trib° iuit p viā specialē, sed hoc alijs nō videt, pter qd dicūt sic eē itelligēdū,
qd nūc dr mare diuisum fuisse in diuisiões. i. in ptes duas, ita q aq à se diuisę & cōsolidatę erāt
filijs Israel pro muro à dextris, & à sinistris. ¶[Et eduxit Israel.] Hoc est, populū Iudæorum, „ 14
[per mediū eius.] vez maris rubri. Nō q ibāt p ipsam aquā, sed p locū arentē, in quo paulo- „
Exo.14 ante aqua maris currebat. Vnde legitur: Filij Israel ambulauerunt per medium sicci maris.
Dicitur autē mare hoc rubrū, non quòd aqua sit rubra, sed quoniam rubræ apparent propter.

A
terram rubram super quam fluunt. ¶Et excussit⌋ Hoc est, submersit & interfecit, ⌊Pha-
15 raonem⌋ regem Aegypti, ⌊& virtutem⌋.i. exercitum ⌊eius in mari rubro⌋ dum perseque- Exo.14
bant filios Israel, prout scriptum est: Inuoluit eos dominus in medijs fluctibus, & subuertit ro
16 tas curruum, ferebanturq; in profundum. ¶Qui traduxit populum suum⌋ Israeliticum, Exo.14.32.
⌊per desertum⌋ annis quadraginta, quoadusq; consumeretur omnis generatio quę murmura- Deute.29
uit contra dominum. Spiritualiter diuidit deus, hoc est seculum istud amaritudine vitiorum Mystice.
& fluxu luxuriæ plenum, in diuisiones, dum per varias vias electos suos educit ad vitam reli
giosam, seu patriā beatorum. Excutitq; Pharaonem.i. diabolum, & virtutē eius videlicet an-
gelos satanæ, in mari rubro, hoc est, in fonte baptismatis, Christi sanguine rubricati, quia vir
tute baptismi superatur potestas diaboli, & vasa sua sibi tolluntur, Christo quoq; incorporantur.
Traducit etiā deus populum suum fidelem per desertum.i. mundum istum virtutibus destitu
17 18 tū, illuminādo corda eorum ne errent in via. ¶Qui percussit reges magnos, hic locus vsq; ad id. Psal. 134.
19 20 21 ¶Quia in humilitate nostra memor fuit nostri⌋ In præcedenti psalmo literaliter ac spiritua-
22 23 liter expositus est. In persona itaq; Israeliticæ plebis loquens Propheta, adiecit. ¶Quia in hu
militate nostra⌋ Hoc est, in afflictione qua ab Aegyptijs opprimebamur, & in humili prece
qua ad deum pro liberatione clamauimus, ⌊memor fuit nostri, id est, per effectum misericor
24 diæ suæ ostendit se memorem nostri fuisse, erudiendo nos, sicut subiungit. ¶Et redemit
nos ab inimicis nostris⌋ Aegyptijs. Moraliter quoq; memor fuit, & est deus ecclesiæ suæ,
omnisq; Christiani in sua humilitate. Siue per humilitatem intelligatur oppressio tribulationis
B siue interior humiliatio mentis. De qua Petrus nos admonet: Humiliamini sub potenti ma- 1. Petri.5.
nu dei. Et redemit nos ab inimicis nostris, inuisibilibus (puta dæmonibus) precio proprij san
guinis. Sicut ait Apostolus: In fide viuo filij dei, q dilexit me & tradidit semetipsum pro me. Gala.2.
Et iterum inducit: Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis, sed pretioso sangui- 1. Pet.1
25 ne Christi. ¶Qui dat escam omni carni⌋ Hoc est, omni animali. Ponit em̄ partem pro to-
to. Omnibus autem viuentibus vita sensitiua prouidit deus per seipsum, vel causas secundas
de necessarijs ad viuendum. Quemadmodum dicit Saluator: Respicite volatilia cœli, quia nō
serunt, neq; metunt, & pater vester cœlestis pascit ea. Et iterum: Nonnē quinq; passeres væ- Matth.6
neunt dipondio & vnus ex illis non ē in obliuione coram deo. Maledictus est ergo error eorum Luce.4 Matt.10
26 qui omni scientiam aut prouidentiam dei negauerunt aut negant. ¶Confitemini deo cœ-
li⌋ Specialiter deus vocatus est deus cœli: Primo quoniam inter corporales creaturas cœlū
excellit. Secundo, quoniam dominus testatus est. Cœlum mihi sedes est. Tertio, quoniam in
27 cœlo deus excellentius operatur, clarius conspicitur. ¶Confitemini domino dominorum, quo- Esai.66
niam in æternum misericordia eius⌋ Ecce psalmū incomparabili iocunditate plenum audiui
mus, qui vtiq; deum amantibus, eiusq; misericordiam cognoscentibus, & expertis dulciter sa
pit, & quid miseris nobis esse aut dici potest suauius, nisi quoniam in æternum misericordia
eius, propter quod decet nos totiens spiritualiter exhilarari, atq; diuino amore succendi,
quotiens canimus, quoniam in æternum misericordia eius. Inuitat autem nos psalmus iste ad
C reuerentiam creatoris dum eum appellat deum deorum, & dominum dominorum, dum in-
super magnalia eius describit, & ipsius iustitiam tam euidenter commendat. Misericordiæ
igitur dei semper memores simus, & deo altissimo grati ac reuerenter subiecti esse curemus.
Et quicquid boni in nobis est, quicquid mali euasimus, quicquid boni peregimus, totum mi-
sericordiæ dei cordialissimè ascribamus, dicentes ex animo illud Hieremię: Misericordię do Threno.3
mini, quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius. Illud quoq;. Misera Esa.63
tionum domini recordabor, laudem domini super omnibus quæ reddidit nobis dominus, &
quæ largitus est nobis secundum indulgentiam suam.

## COMMEMTARIVS IN PSALMVM CXXXVI.

### ¶Argumentum.

¶Titulus Hieremiæ (aliàs) Psalmus Dauid propter Hieremiam, propheta docet nos hic flere tum propter incolatū huius vitæ, tum propter dilationē regni cœlestis. Vnde sub typo populi Israel in captiuitate Babylonica lamentantis, instruit nos qui captiui tenemur peccatis vt defleamus miseriam nostram, donec liberati exultemus in cœlesti Hierusalem. Diuiditur in duas pręcipuas partes, nam in prima agit de captiuitate iustorum sub miserijs huius seculi. In altera vero eorum imprecatio pro se captiuātibus, ibi: Memor esto dn̄e. Author biphariā interp̄tatur hunc psalmū, in primis equidem literaliter: deinde iuxta tropologiam.

### ¶Expositio Tituli.

¶Assignatur autem psalmo huic pro titulo, psalmus Dauid propter Hieremiā, quia in psalmo præsenti tractat Dauid de his de quibus Hieremias copiosius prophetauit & scripsit. Loquitur em̄ de tēpli destructiōe atq; Iudaica populi captiuitate, q̄s Hieremias in Threnis abundāter describit ac plangit. In persona itaq; populi Iudæorum captiui loquitur Propheta. Thren.5.

### ¶Expositio Psalmi.

Super



Vper flumina (inquit) Babylonis⌋ Hoc est, iuxta aquas Caldææ, in qua flumi- 1
na multa decurrunt, ⌊illic sedimus⌋ id ē, habitauimus septuaginta annis, sicut
Hieremias prædixit. Vnde cõmuniter dicimus. Ille sedit ibi ann[illegible]res, hoc est
Deuter.1 habitauit. Et iuxta talem modũ loquendi ait Moyses: Sedistis in Cades Bar-
næ multo tempore, ⌊& fleuimus⌋ propter nostram captiuitatem. Magis ta-
4.Reg.25 men propter templi destructionẽ, sicut subiungit: ⌊dum recordaremur (tui ó)
Syon⌋ .i. templi à Salomone constructi, à Babyloniis vero destructi in monte Syon. ¶In 2
salicibus⌋ Hoc est, inter arbores infructuosas & aridas, ⌊in medio eius⌋ .i. quæ fuerunt in me
dio Babylonis, ⌊suspendimus organa nostra⌋ .i. ab omi cantico iocunditatis cessauimus. Nõ
solũ propter recordationẽ Syon, sed etiam ¶Quia illic interrogauerunt nos q captiuos du- 3
xerunt nos verba cantionum.⌋ Scilicet Babylonii, seu Caldæi. ¶Et qui abduxerunt nos⌋ 4
A terra p̃rm nostrorum in Babylonẽ, dicentes: ⌊hymnũ cantate nobis de cãticis Syon⌋ quæ ca
nere solebatis in templo Hierl̃m. Hoc dixerunt irridendo & nostro planctu cõgaudendo, no
stramq; tristitiã exaggerando. Nos aũt respondimus eis. ¶Quomodo cãtabimus cãticum 5
domini⌋ Hoc est, laudes diuinas, ⌊in terra aliena?⌋ .i. in Caldæa Idololatriæ dedita. Hoc nẽ
pe nõ decet ne videamur non curãtes de nostra trãslatione templiq; destructõe. Idcirco cum
iuramento affirmo. ¶Si oblitus fuero tui Hierl̃m⌋ Ego populus inde translatus .i. si desiero 6
tuã deuastationẽ deflere, vel pro tua reparatõe orare, ⌊obliuioni det dextera mea⌋ .i. ego ipse
seu tota virtus mea obliuioni tradat à deo, ita q pereat. ¶Adhæreat lingua mea faucibus 7
meis⌋ In tm̃ q loqui non possim, ⌊si non meminero tui.⌋ orãtes vt reædificeris. ¶Si non 8
proposuero Hierl̃m in principio lætitiæ meæ⌋ Hoc est, ipsi ipsa Hierl̃m fuerit mihi prima cau
sa seu principiũ quoddã lætitiæ, non inquãtũ destructa est, sed prout cõcipio eã vt reædifican
dã ita q in spe reparatõis ei⁹ pri⁹ lętor q̃ in aliis iferioribus rebus. Vel sic: Si nõ ꝓposuero &c. E
id est, si eueniẽte mihi causa lætãdi, nõ prius meminero Hierl̃m, dolendo de eius destructione,
atq; orãdo pro ipsius restauratõe: tunc prędicta mala quę imprecatus sum, mihi contingant.
¶Memor esto dñe (ad vlciscendũ) filiorum Edom⌋ Hoc ē, Idumæorum descendetiũ ab Esau 9
Genes.25 fratre Iacob: q Esau alio noĩe dictus est Edom, ⌊in die Hierusalẽ⌋ .i. memor esto ó dñe iniqta
tis eorum quã fecerũt in die, hoc ē, tpe destructionis Hierusalem, q̃d fuit tẽpus vindictæ ipsius.
¶Qui (filii Edom) dicũt⌋ Hoc ē, locuti sunt Babyloniis ⌊exinanite, exinanite⌋ .i. humilia- 10
Gene.27. te atq; destruite Hierusalẽ, ⌊vsq; ad fundamentũ in ea⌋ .i. funditus eã deiicite. Sicut em̃ Esau
persecutus est Iacob, Idumæi penè semp molesti fuerunt Iudæis, Vnde Abdias ait ad populũ
Idumęorum. Propter iniquitatẽ in frẽm tuum Iacob operiet te confusio, peribis in æternum. In
his ergo versiculis orauit Propheta pro iusta vltione Idumęorum, qui consilio auxilioq; fuerũt
Caldæis contra Iudæos. Nunc prophetat de Caldæorum deiectione. ¶Filia Babylonis mi- 11
sera⌋ Hoc ē, ó infelix gens Babylonis, ⌊beatus (est ipse deus) q retribuet tibi⌋ per Cyrũ regẽ
Medorum, & Dariũ regẽ Persarum ⌊retributionẽ tuã⌋ .i. iustã vindictã pro tuis sceleribus ⌊quã
4.Reg.25 (.i. cui similem) retribuisti nobis⌋ exigentibus nostris peccatis. Sicut em̃ Caldæi destruxerũt
Hierusalẽ & populũ eius interfecerũt, sic per se ac Mœdi euerterũt funditus Babylonẽ, & ha-
bitatores eius peremerunt. ¶Beatus q tenebit & allidet paruulos suos ad petrã.⌋ Hoc ē, ve 12
re felix est deus, q per Mœdos ac Persas tenebit p pedes, & allidet .i. cõfringet, occidet, & con F
teret, paruulos suos .i. pueros & infantes Babyloniorum, q dicunt paruuli dei, q a ab eo creati, ad
petrã .i. parietẽ saxeum. Persi em̃ & Mœdi ex nimia crudelitate tenuerũt & alliserũt hoc mo-
Esai.13 Ibidẽ. do paruulos Babylonis, q̃d dñs ita p̃dixit. Suscitabo sup vos Mœdos, q argentũ nõ quærant,
nec aurum, & lactãtibus nõ miserebunt. Rursusq;: Infantes eorum allident in oculis eorum. Hãc aũt
vltionẽ petit Propheta zelo iustitię, cõformãdo cor suũ æquitati diuinę, petitq; vt in p̃nti pu
niant ne pluribus noceãt, grauius peccent, & damnabilius pereant.

¶Explanatio tropologica eiusdem Psalmi.

MYsticè vero per Babylonem significat seculum præsens confusione vitiorum reple-
1.Petri.5. tum. Babylon nãq; interpretat confusio. Vnde Petrus in fine primę suę Canoni-
cæ, Romã nominat Babylonem, dicendo: Salutat vos Ecclesia quę ē in Babylone
coelecta. Sancti itaq; q in hoc mundo tanq̃ exilio quodã viunt, non habentes hic
Hebrę.13. manentẽ ciuitatẽ, sed futurã inquirẽtes. Huius miserrimę vitę incolatũ deplangũt, & dicunt:
Sup flumina Babylonis, hoc ē, iuxta diuitias atq; delitias huius mundi, quę tanq̃ flumina cur-
runt ac defluunt, illic sedimus, tanq̃ exules in humilitate præcipua, & fleuimus, præ desiderio
patriæ cœlestis, dum recordaremur Syon, hoc ē, dum contemplaremur gaudia triumphan-
Philip.3. tis ecclesiæ, deum facie ad faciem speculantis. Hoc conuenit his q cum Apostolo cupiũt dissol
ui, & esse cum Christo, q promissiones cœlestes à longè aspiciunt & salutãt, cõfitentes, quo-
niam peregrini & hospites sunt super terram. Possunt quoq; per flumina Babylonis intelligi
Threno.3 tentationes, persequutionesq; mundi. De quibus fluminibus dicitur: Inundauerunt aquæ su-
per caput meum. Super hæc flumina sedent electi, dum in seculo isto plurimas sustinent ad-
uersita

A uersitates, persecutiones, pœnas, ac tentationes, & flent dum recordantur paradisi vnde eie-
cti sunt, & patriæ ad quam tendunt, dicentes illud: Infelix ego quis me liberabit de corpore Roma.7.
mortis huius. In salicibus, hoc est, inter homines infructuosos, vitiosos, & seculares, qui signi-
ficant per salices, qui sunt arbores infructuosæ & aridę, in medio eius. i. in medio huius mun-
di conuersantes ac positi, suspendimus organa nostra, hoc est, à prædicatione regni cœlestis,
& documentis sacrę scripturæ, quę est organum nostrum, cessauimus, quoniam spes nulla fuit
proficiendi. Vnde scriptum est: Vbi non est auditus, non effundas sermonem. Et alibi: In au- Ecci.32
ribus insipientium ne loquaris, ne forte despiciant doctrinam eloquij tui. Hinc dominus ait:
Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & non eris quasi vir obiurgans, quia domus ex- Ezechi.3.
asperans est. Vel: Suspendimus organa nostra. i. interdum ad tempus cessauimus à laude dei
iocunda, & contemplatione cœlestium propter dolorem propriorum defectuum, compassio- Roma.12
nemque proximorum, quos ire conspeximus per abrupta & deuia vitiorum. Nam & Apostolus ait: Matt.5.
Flere cum flentibus. Et beati qui lugent. Quia illic, hoc est, in Babylonia. s. in mundi vanitate,
interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos. i. homines pestilentes q suo exemplo pesti-
fero conati sunt nos inducere in seruitutem peccati, & captiuitatem diaboli, verba cantionū
spūalium ex derisione, vel cantionum secularium, quatenus cum ipsis cantaremus, gaudere-
mus, & epularemur. Et qui abduxerunt nos, affectu vel effectu à deo, à iustitia, à recta rōne,
hymnū cantate nobis de canticis Syon. i. ostendite nobis vera esse quę prędicatis de inuisibili
bus bonis. Rationē reddite nobis quid sit aīa, quid vita futura, quid infernus, quid paradisus.
Hoc dicunt illi de qbus dictū est. Non est qui agnitus sit reuersus ab inferis, quia ex nihilo nati Sapiæ.2.
sumus, & post hæc erimus tanq̄ non fuerimus. Venite ergo & fruamur bonis quę sunt, & vta-
mur creatura tanq̄ in iuuentute celeriter. Et illud: Comedamus & bibamus, cras enim morie Esa.22
mur. Istis igit respondent electi: Quomodo cantabimus canticum domini &c. qualiter loqui
poterimus verbū dei, hominibus vanis, illud spernentibus, q sunt terra aliena, qm̄ non colunt Matth.7
B à deo per grām, sed à dæmōibus per suggestionē indignā. Hinc nāque ait Saluator: Nolite san-
ctū dare canibus, neque margaritas vestras ponatis ante porcos, ne conculcent eas pedibus suis
Deniq; licet hō fidelis, ita organa sua suspendat, fortiter tamen semetipsum astringit & obli-
gat, q nequaquàm velit obliuisci cœlestis Hierusalem. Dicit enim: Si oblitus fuero tui Hieru-
salem, ciuitas dei summi non manufacta, sed æterna in cœlo parata, non quærendo te cogita-
tu verbo & ope, obliuioni det dextera mea, hoc est, salus mea dispereat, & virtus mea deficiat.
Adhæreat lingua mea faucibus meis, vt sim spiritualiter mutus, non loquendo verba vtilia, si
non meminero tui, sed rebus terrenis inhæsero. Si non proposuero Hierusalem cœlestem in Roma.12.
principio lætitiæ meæ, ita q ipsa sit mihi præcipua causa gaudendi in hoc mundo, quemad- Romañ.5.
modum ait Apostolus: Spe gaudentes. Et itē: Gloriamur in spe gloriæ filiorum dei. Vel in prin
cipio lętitię meę, itaque propter nullam carnalem aut secularem delectationem mihi occurrē-
tem, omittā plorare desideria huius Hierusalem. Vel de eius expectatione spūaliter exultare.
Hæc autem dicuntur non imprecando malum, sed prænūtiando quale malū futurum sit ei q obli
uiscit supernę Hierusalē. Deinde loquit contra hostes ecclesię. Memor esto dn̄e filiorum Edom
hoc est, hominū terrenorum, in die Hierusalem. i. tpe quo persequunt ecclesiā militantē. Edom
em̄ interptat sanguinea seu terrena. Vel in die Hierusalem. i. tempore generalis iudicij quādo Matt.25
electi separabunt à reprobis, separatiōe ęterna atque perfecta. Orat itaque vt impiorum malignitas
reprimat, & ecclesia liberetur. Qui dicunt exinanite exinanite, hoc ē, ecclesiā deijcite, fideles
C subuertite, vsque ad fundamentū. i. fidem existentē, in ea, hoc ē, in ecclesia. Conant em̄ nōnulli
nō solum opera bona, sed etiam fidē electorum euacuare ac dissipare. Filia Babylonis. i. gēs mū-
dana, ciuitas impiorum, vrbs synagogaque satanæ misera, beatus est iustus iudex deus oipotēs
q retribuet tibi retributionem tuā, hoc ē, iustā pœnā, quam retribuisti. i. inflixisti nobis iniu-
stè, persequendo populum dei. Eadem em̄ mensura qua mensi fueritis, remetiet vobis. Vnde Matth.7
apud Iohelem ait: Citò velociter reddam vicissitudinem super caput vestrum. Solet autē scri- Luce.6
ptura per filiā, totum populum designare, sicut dicitur: Descende, sede in puluere filia Baby Iohel.3
lon. Beatus, est deus iudex, q tenebit. i. comprehēdet, & allidet paruulos suos, hoc ē, inuidos, Esa.47
ecclesię inuidētes, & cęteros impios, q sunt paruuli sensibus atque virtutibus. Sunt etiam paruu
li, viles, & indigni diuino iudicio, quāuis propria æstimatione magni existant. Propriè vero
inuidi dicti sunt paruuli. Iuxta illud: Paruulum occidit inuidia. Hi autē sunt paruuli dei quā- Iob.5.
tum ad esse naturæ, seu ratione creationis. Sunt tamen paruuli dæmonum quantum ad culpā
& operationem. A quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Allidet itaque. i. destruet & 2. Petri. 2
damnabit, paruulos istos, hoc est, vagos fluctuantes, spirituali magnitudine carētes, ad petrā
hoc est, Chr̄m, qui (teste scriptura) est reprobis lapis offensionis, & petra scandali. Vel ad pe- Esaię.8
tram. i. ad fundum inferni: quando dicturus est eis: Ite maledicti in ignem æternum. Hortat 1. Petri.2.
nos spiritus sanctus in psalmo præsenti hunc mundum despicere, omnem florem ac prospe- Romañ.8
ritatem ipsius, vanitatem, fallaciamque putare secularē lętitiā, consolationē carnalē, & omnem Matt.25

munda

mundanum amorem funditus extirpare. Ad cœlestia quoq; cum ardenti affectu ac lachrymis D
suspirare, ęterna diuinaq; bona incessabilr contemplari, gaudiorum cœlestiũ & inuisibiliũ pro-
missorum nullatenus obliuisci. Qm̃ deum amare & ista appetere est ad p̃riam tendere, & tanto
amplius festinamus tanto celerius ad supernã Hierusalem imus, quãto ista feruentius desidera
1.Johan.2 mus, quæ vtiq; nequeũt feruidè diligi, nisi mundus spernat. Ideo nãq; admonemur. Nolite di
ligere mundũ, neq; ea quæ in mũdo sunt. Si quis aũt diligit mundũ, non est charitas p̃ris in eo.
Ecce quid clarius dici potuit à beato Apostolo.

## COMMEMTARIVS IN PSALMVM CXXXVII.

¶Argumentum.

¶Titulus: Ipsi Dauid, in hoc psalmo intẽdit Propheta nos om̃es hortari verbo & exemplo
ad diuinã laudẽ & grãrum actões. Vnde collaudãs varia & multiplicia dei beneficia, quæ tum
priuatim tum cõiter toti humano generi p Chr̃m cõtulit. In p̃sona viri iusti vel etiam totius
ecclesiæ explicat adfectũ suũ & desideriũ augendę laudis diuinę, monens interim vt reges terrę
agnoscãt deũ excelsum: orat quoq; ne deus benedictus despiciat creaturas quas condidit. Par
tit bipharia. Primo nãq; Propheta exhibet semetip̃m in laudis formã & exemplũ. Et tũ mox
quoq; exprimit suum dilatãdæ laudis desideriũ, ibi: Confiteant tibi dñe omnes reges terræ.
Author exponit ipsum de quolibet fideli vnico commentario.

¶Expositio Tituli.

¶Habet autem psalmus iste nunc declarãdus hunc titulũ, psalmus ipsi Dauid. i. psalmus iste E
à Dauid conscriptus, conuenit ipsi Dauid, hoc est, omni fideli ac deuoto, vel toti ecclesiæ, in
cuius persona loquens beatus Propheta, ait.

¶Expositio Psalmi.



COnfitebor tibi domine⌋ Confessione laudis & grãrum actionis, ⌊in toto cor- 1
de meo⌋. i. cunctis viribus animæ meæ. Loquẽdo de viribus eius superioribus
ac diuinis, vz intellectu & voluntate. i. attentè & affectuose, fidelr & ardenter
te laudabo. Vel: In toto corde meo. i. corde omnino conuerso ad te, adhæren-
teq; tibi, ita quòd pro nulla parte erat conuersum ad terrena, vana, atq; carna-
lia. Sz amor tu⁹ illud totalr possidebit, sicq; affectu puro, ingẽti ac ĩtegro tibi ó
Luc.10 domine confitebor, ⌊quoniã audisti verba oris mei⌋ hoc est, preces meas implesti. Beati qui
taliter domino confitent, qui in illo summo vno, quod solum necessarium est omne desideri-
um cordis sui stabiliunt, q omnem affectionem circa creata ad dei amorem perordinãt, quo
rum animas nulla turpis affectio maculat. ¶In conspectu angelorum psallam tibi, ⌋ Hoc est, 2
dum psallo tibi, considerabo angelorum venerandã præsentiam, qua vel tibi assistunt, vel mihi
præsentes sunt, & ita in eorum conspectu meipsum constituendo psallam tibi cum reuerentia
magna: quippe cui angeli sancti cum tremore assistunt, ⌊adorabo ad templũ sanctũ tuũ⌋. i.
te adorãdo dirigã oculum mentis meę ad templum illud altissimũ. i. cœlum empyreum, seu
Deuter 33 triumphãtem ecclesiã, in qua per gloriã habitas. De quo templo Moyses ait: Habitaculũ eius
Apocal.21 sursum. Sed obuiare videt quod dicit Iohannes: Templum non vidi in ea, videlicet in ciuita
te superna Hierusalem illa cœlesti. Dominus enim deus omnipotens templum illius est &
agnus. Et respondendum quòd in ea non est templum, prout templum est domus orationis,
pro propria salute. Non enim beati pro sua salute precant. Vnde Saluator ait: In die illo non
Johan.16 rogabitis quicquàm in nomine meo. Dicit autem deus & agnus, scilicet Christus templum il- F
lius, quia triumphãs ecclesia habitat in deo & Christo per beatificam fruitionem. Nihilomi-
nus cœlum empyreum templum dei dici potest, quoniam incessanter offert sibi in eo sacrifi-
cium laudis. Similiter ecclesia triumphans, quia in ea habitat deus per gratiam cõsummatam,
⌊& confitebor nomini tuo⌋ id est, tibi. ¶Super misericordia tua⌋ Hoc est, de gratia & be- 3
neficiis mihi & aliis à te clementer collatis, ⌊& veritate tua⌋ hoc est, vera impletione qua no
Amos.7 bis misertus es, sicut dixisti ac promisisti. Vel, veritate tua, hoc est, de tua iustitia, qua impios
dereliquisti & condemnasti. Bonos autem coronasti, & tibi feliciter coniunxisti, ⌊quoniã ma
gnificasti super omne⌋. i. oĩbus rebus maius & excellentius ostendi ⌊nomen sanctũ tuũ⌋. i.
teip̃m, faciendo mirabilia quę nulla valeat agere creaturæ. Vel, magnificasti. i. exaltasti super
omne nomen cœlestium, terrestrium, & infernorum, sanctum tuum, hoc est, Christum. De
Psalm.15. quo dictum est ante. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. De quo habetur: Vn-
Dani.9 gatur sanctus sanctorum. De quo ipse quoq; diabolus à veritate conuictus compulsus est di-
Mar.1 cere. Scio quia sis sanctus dei. Sicut enim dicit Apostolus: Deus exaltauit illum, & dedit ei no-
Luce.4
Phil.2 men quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur. ¶In quacunq; 4
die, naturali, quę noctem includit, hoc est, quacunq; hora, imò quocunq; momento huius di-
ei inuocauero te, ⌊exaudi me⌋ quod si exaudieris me, ⌊multiplicabo in anima mea virtutẽ,⌋
hoc est, spiritualem perfectionem. Nam & virtutes connexæ sunt, & dum deus vnam infun-
dit, omnes largitur. Dum autem existentem in gratia exaudit, virtutem gratiæ quæ habetur,
multi-

A
5 multiplicat,eã cõfortando atq; augẽdo. ¶Cõfiteanť tibi dñe⌋ cõfessione duplici.s.laudis
& culpæ,videlicet te laudãdo,& se accusando,⌊oẽs reges(.i.principes)terræ,⌋seu,oẽs re-
ges.i.vniuersi qui ꝑ rationis imperiũ regũt seipsos,subijciẽdo carnẽ spũi, sensualitatẽ ratio-
ni,rationẽq; deo,⌊qa audierunt⌋ ex ore ꝑdicatoꝝ,⌊oia verba oris tui⌋q̃ in sacra cõtinenť
scriptura.Distributio aũt hoꝝ noim,oẽs & oia intelligẽda est hic pro generibus singulorũ,
nõ pro singulis geneꝝ.Quia nec absolute oẽs reges ad fidẽ cõuersi sunt,nec oẽs conuersi oia
verba dei simpliciter audierũt.Sed quidã de omni genere regũ cõuersi sunt,& oẽs quædam
6 de omni genere verboꝝ dei audierũt. ¶Et cantent in vijs dñi⌋.i.in obseruationibus præ-
ceptoꝝ diuinoꝝ,cantandoq; dicãt,⌊qm̃ magna,⌋imò immẽsa est ⌊gloria dñi,⌋.i.excellẽ
tia,beatitudo,lætitia dei.Plena nãq; est oĩs terra gloria dei.Vbi ꝑ gloriã intelligere possum⁹ Esaiæ.6
gloriosa opera creatoris.Vnde in libris Moysi sæpius legiť:Apparuit filijs Israel gloria dñi Ex.16.24
7 & implebiť oĩs terra gloria dñi. ¶Qm̃ excelsus dñs.⌋ Est em̃ laudabilis,& sugloriosus & Esaię.40
supexaltatus in oĩbus seculis.Et ait scriptura:Dñs excelsus & sublimis, habitãs æternitatem Daniel.3.
& sanctũ nomen eius.Est aũt deus excelsus,nõ loco,sed dignitate.Nihilominus est sup oia, Esaiæ.5
nõ elatus,sicut est infra oia nõ oppressus,⌊& humilia(corda)respicit,⌋ oculo pietatis ꝑ ap-
probationẽ.Quẽadmodũ dicit:Ad quẽ respiciã,nisi ad pauperculũ & cõtritũ spũ?⌊& alta⌋ Psal.109
.i.corda supba,⌊à longe⌋.i.ꝑ reprobationẽ,⌊cognoscit.⌋Non em̃ adest eis ꝑ grãm.Pro- Esaię.66
pter q̃d Salomon:Lõge(inquit)est dñs à peccatoribus.Cognoscit itaq; alta,iuxta illud: Co Proue.15
B gnoui multa scelera vestra.Et alibi scriptũ est:In omni loco oculi dñi contemplanť bonos & Amos 5
8 malos.Sed hoc interest,q humiles respicit de prope,supbos aũt à lõge. ¶Si ambulauero⌋ Proue.15
.i.cõuersatus fuero & afflictus,⌊in medio tribulationis⌋ à mũdo seu dæmone mihi inflictæ
⌊viuificabis me⌋ ꝑ grãm,ne spũaliter moriar aut succũbam.Hoc est verbũ bonę spei ex ma
gna ad deũ charitate,fiduciaq; procedens,⌊& sup⌋.i.cõtra ⌊iram inimicoꝝ meoꝝ⌋visibi-
liũ ac inuisibiliũ,⌊exten disti⌋&(vt spero)extendes ⌊manũ tuã⌋.i.potentiã tuã diuinã,re-
primẽdo eoꝝ malignitatẽ,⌊& saluũ me fecit,⌋à tẽtationibus atq; periculis,⌊dextera tua,⌋
.i.gratiosa tua ꝑsentia,seu potestas diuina,nõ desinens me vltra vires tentari,sed faciens cũ 1.Cor.10
tentatione prouentũ,videlicet præstans requiẽ pro labore,coronã pro pugna,gratiam pro
9 mercede. ¶Dñs retribuet pro me⌋oia æquanimiter patiente, dando aduersarijs debitam
pœnã dãni ac sensus,pro pctõ cõmisso in me,sicut & alibi ait,apostolisq; allegat:Mihi vin-
dictã,& ego retribuã.Et ne hoc videatur dictũ ex crudelitate seu zelo vindictæ,sed potius
ex pura intentione,subiũgit. ⌊Dñe misericordia tua in seculũ⌋.i. æternaľr permanet, nec
deficere ꝑt in miserẽdo,iuxta illud:Nõ est abbreuiata manus dñi,vt saluare nequeat.Ideo do Esaię.59
mine ⌊opera manuum tuaꝝ⌋.i.creaturas rationales,à tua sapiẽtia atq; potẽtia cõditas,⌊ne
despicias⌋ iuste,sed salua benigne.In hoc igiť verbo etiã pro aduersarijs deprecať,ne à deo
spernãtur.Quoniam quem ille despexerit,nullus corrigere potest. Eccle.7

Ecce psalmus iste spũali lætitia plenus,laudibus dei redundat,& vt eũ digne at-
q; deuote mereamur cantare,conandũ est nobis vt oẽs affectiones nostræ ordinẽtur ad deũ,
ita q amor dei totaliter cor nostrũ possideat,sicq; dño angeloꝝ reuerenter psallamus,me-
mores semp dei ac angeloꝝ ꝑsentiæ.

C

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXXVIIII.

### ¶Argumentum.

¶Titulus.In finẽ psalmus Dauid,aliàs victori Dauid canticũ.In hoc psalmo agiť de cõfes-
sione diuinæ laudis.Porrò propheta volẽs nos ad hoc inducere,proponit nobis eminẽtiam
dei,vbiq; ꝑsentis,& cũcta rimãtis,cui nihil nõ peruiũ,quatenus hoc ipsum cõsiderantes assur
gamus ad exoluendas laudes.Asserit quoq; sanctoꝝ principatũ valde exaltatũ esse,quare &
nobis merito venerãdi,& in rem nostrã inuocãdi,interimq; detestať oẽs iniquos.Habet aũt
in summa quatuor partes.In prima agitur de mirabili dei sentẽtia,quæ omnia scrutatur. In
secunda,de insuperabili potentia,ibi,Quo ibo à spũ tuo.In tertia,de infinita ipsius misericor
dia,ibi,Confitebor tibi,quia terribiliter magnificatus es.In quarto,de districta illius iustitia
ibi,Si occideris deus.Et hæc quatuor adsignat quare non velit à deo discedere.Author pri-
mo exponit ipsum de Christo,post hoc vero de membris eius.

### ¶Expositio Tituli.

¶Reponitur insuper in psalmo nunc elucidando titulus talis.In finem psalmus Dauid.i.
psalmus iste in finem, qui Christus est,nos dirigens,conuenit prophetæ Dauid, sicut & cæ
teris iustis,& asscribitur ei tanquam actori.Sed Christo significato per Dauid vere & pro-
prie congruit.Sancti enim doctores, Hilarius, Augustinus, & viri catholici,Cassiodorus,
Hugo,exponunt hunc psalmum de Christo,partim de ipso ratione suæ personæ,partim ve
ro ratione corporis sui mystici.Laborandum tamen videtur,vt quantum fieri potest,to-
tus exponatur de Christo,& totus de membris ipsius.In persona igitur Christi hominis lo-
quens propheta,ita exorsus est.

¶ Expoſitio pſalmi literalis. D



Matt. 6 Omine⌋ pater ſeu deus trinitas,⌊probaſti me⌋.i.probatū,fidelē,& cōſtātem » 1
Mat. 27 me alijs oſtēdiſti,ꝑ hoc ꝙ ꝑmiſiſti me à diabolo tentari, à Iudęis irrideri, tan-
dē q́; turpiſſima morte occidi,in q̄bus oībus firmus & ſtabilis ꝑmāſi, propter
Hebr. 4 q̄d oībus probatus innotui. Vñ ait de Chr̄o apl'us: Nō habemus pōtificē q̄ nō
poſſit cōpati infirmitatib⁹ nr̄is,tētatū aūt ꝑ oīa,⌊& cognouiſti me⌋ ꝑ appro »
Matt. 3. bationē,dicēdo tp̄e baptizatiōis,trāſfiguratiōis q́; meæ: Hic ē filius meus dile
Marc. 17 ctus,in q̄ mihi cōplacui,ip̄m audite. Sicut Euāgeliſtæ teſtant̄,⌊tu cognouiſti⌋.i.approbaſti »
Marci. 1. ⌊ſeſſionē meā⌋.i.humiliationē meā,q̄ factus ſum opprobriū hoīm & abiectio plebis, pro- »
Luc. 3 ut ap'lus dicit: Chr̄s nos redemit de maledicto,factus pro nobis maledictū,⌊& reſurrectionē »
Pſalm. 23 meā⌋ factā tertio die poſt paſſionē, ſeu glorificationē,ac exaltationē meā. Hor̄ eñ vtrunq́; »
Gala. 3 ſumme cōplacuit deo. ¶ Intellexiſti cogitatiōes meas⌋ hūanas ⌊de lōge,⌋.i.de cœlo,ſeu » 2
ab æterno ⌊ſemitā meā⌋.i.euāgelicā ꝑ̄dicationē,ſeu cōuerſationē meā ⌊& funiculū meū,⌋ »
.i.partē ſeu ſortē hæreditatis meę,ſeu terminū opis mei,⌊inueſtigaſti⌋.i.tā diligēter ac inti- »
me attēdiſti,ſicut ea q̄ inueſtigant̄. Inueſtigatio aūt ꝓprie ſumpta,prout īportat diſcurſum
à noto ad ignotū,deo nō cōpetit. Quòd aūt deus taliter inueſtigauit ſemitā & funiculū Chr̄i
cōſtat ex eo ꝙ tā frequēter ac euidēter ꝑ ſigna & verba cōfirmauit eius doctrinā. ¶ Et oēs » 3
vias meas⌋ quas ambulaui,& alios docui.ſ.p̄cepta atq́; cōſilia,⌊ꝓuidiſti⌋ ab æterno,⌊ quia »
nō ē ſermo in lingua mea⌋.i respectu tuę infinitę ſapię & p̄cognitiōis æternę,ſum,tā q̄ nō va »
lens eā plene exprimere. ¶ Ecce dn̄e,tu cognouiſti omnia nouiſſima,⌋.i.vniuerſa q̄ mihi » 4
in hac vltima mundi ætate acciderunt, videlicet incarnationē,p̄dicationē,perſequutionem, E
paſſionem,ac cætera humanitatis meæ myſteria,⌊& antiqua⌋.i.oīa quæ à principio mūdi »
de me dicta,ſcripta,& p̄ſignata ſunt,⌊tu formaſti me⌋ in vtero virginis,quo ad formā ſer- »
Zacha. 3. uilē,ſeu corporis formationē,q̄d à ſpū ſancto ſupnatural'r & inſtantanee organizatū eſt, &
formatū. V nde legitur: Ego celabo ſculpturā eius ait dn̄s,⌊& poſuiſti ſup me manū tuā,⌋.i. »
Eſaię 43 potentiā tuā,confirmādo me in te,mihi q́; in omnibus cooperādo. Hor̄ aūt vtrunq́; inſinua
tur, vbi Chriſtus ait: Dn̄s in vmbra manus ſuæ protexit me,formans me ex vtero ſeruum ſibi
¶ Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me⌋.i.increata tua ſcientia,in anima mea facta eſt mi- » 5
rabilis mihi,& per me.i.ex prædicatione mea,& Apoſtolorum meorum mirabilis facta eſt
per mundum vniuerſum,ita ꝙ omnes fideles eam mirantur, cum ſit infinita, dicentes illud
Roma. 11. Apoſtoli: O altitudo diuitiar̄ ſapientiæ & ſcientiæ dei. Maxime vero apparet & facta eſt ſci
entia dei mirabilis ex Chriſto,id eſt,ex ijs quæ de eo ſcribuntur, videlicet ex hoc ꝙ ipſe vni-
genitus filius dei incarnatus,paſſus,& mortuus eſt,ꝙ deus per talem modum genus humanū
redimere voluit,ꝙ Chriſtus tanta pro noſtra ſalute aſſumpſit,ſecit,ac pertulit. De hac mira-
Eſaię 40 bili ſcientia dei ſcriptum eſt: Cum quo inijt conſilium,& inſtruxit eum, & docuit eum ſemi
tam iuſtitiæ, & erudiuit eum ſcientia:⌊confortata eſt,⌋.i.capacitatem meam tranſcendit, »
⌊& non potero ad eā,⌋ vt ipſam perfecte comprehendam . Quāuis eñ anima Chriſti deū »
præ omnibus ſanctis pene & incōparabil'r clarius videat,tamen in infinitū diſtat à perfectio-
ne intellectus diuini,qui ſolus diuinam ſcientiam plene cognoſcit. Nullus vero intellectus fi
nitus ſeu creatus,infinitā eſſentiā ſeu ſcientiam dei cōprehendere valeat comprehenſione ꝓ-
prie dicta,qua aliquid ſignificatur,quo ad ſe totū tam perfecte ſicut ex ſua natura cognoſci- F
bile eſt. ¶ Quo ibo à ſpū tuo,& quo à facie tua fugiā.⌋ Hæc ait Chriſtus,nō ꝙ vnq̄ deū ſer » 6
uili timore timuerit,ex quo procedit fugiendi affectus. Quēadmodū mulier adultera vir̄ ſer
uil'r timēs cū fornicata fuerit,& hoc viro cōſtiterit,appetit fugere. Sed hoc dicit Chr̄s primo
vt inſtruat nos deū ſemp timere,eo ꝙ eius p̄ſentiā nequeamus effugere. Secundo, vt oſtēdat
Epheſ. 2. ſe omnino paratū ad omnia patris mandata implenda vſq́; ad crucis patibulum,prout habe
tur: Humiliauit ſemetipſum,factus obediens vſq́; ad mortem. Tanquam dicat: O deus quo
Joban. 4 ibo à ſpū tuo: id eſt,à teipſo qui ſpūs es. Et quo à facie,id eſt,præſentia ſeu cognitione tua fu
giam, quaſi dicat. Fugere nequeo,& ſi poſſem,tamen non vellem. Ideo dico. Ecce venio vt
faciam voluntatē tuam deus. Et paſſione inſtante loqutus ſum: Pater fiat volūtas tua. Quod
Pſal. 39. autem fugere nequeo,patet. Nā ¶ Si aſcendero in cœlū tu illic es,⌋ quoniam illic facie ad fa » 7
Matt. 26 ciem videris,& ibi es dn̄e in templo tuo per reſplendentiam gloriæ tuæ,⌊ſi deſcendero ad in »
fernum,ades⌋ non ſolum per eſſentiam,præſentiam,ſicut in cæteris,ſed per vltionis effectū »
Marc. 16 ſeu iuſtitiæ executionem. ¶ Si ſumpſero pennas meas,⌋ id eſt, vires diuinæ poteſta- » 8
tis ad refugiendum,⌊diluculo,⌋ hoc eſt, valde mane in die paſchæ,⌊& habitauero⌋ poſt re »
ſurrectionem,⌊in extremis maris⌋ id eſt,in paradiſo terreſtri,iuxta finē mundi ſito. Ibi eñ »
Chr̄s ꝑ dies quadraginta cū electis de lymbo eductis moratus eſt.ſ.à die paſchæ vſq́; ad diē
aſcenſionis. Interdū vero diſcipulis ſuis apparuit,mox q́; ad paradiſum reuerſus eſt. Ideo ſub
dit. ¶ Etenī illuc⌋.ſ.ad paradiſum,⌊deducet me⌋ ſcd̄m ꝙ hō ſum ⌊man⁹ tua⌋.i. virt⁹ di » 9
uina,ꝑ dotē agilitatis corpi meo cōceſſam ī die reſurrect. qa tūc corpus glorificatū reſumpſi,
⌊& te-

A ⌊& tenebit me⌋.i.in bono immobiliter cõſeruabit,⌊dextera tua⌋.i.fauorabilis,glorioſa,atq; oĩpotens tua pſentia.ſ.tumetipſe. Vel,tenebit me inſeparabiliter in vnione perſonali ac
naturali,dextera tua.i.vnicũ verbum tuum,ſeu filius tuus exiſtens verus deus. Chriſti eñ hu
manitatem tenuit verbũ ſeu filius dei,vel ipſemet Chriſtus ſecundũ q deus eſt. Sicut eñ ſu-
ſcitauit ſemetipſum,ſic tenuit naturam aſſumptã. Porrò ante paſſionẽ tenuit verbũ,huma-
nam Chriſti naturam inſeparabilr q̃tum ad ſe. Quoniã nunq̃ ſeparata eſt anima Chriſti aũt
corpus ipſius à verbo,ex quo primo aſſumpta ſunt. Non aũt q̃tũ ad eſſentiales partes ipſius
adinuicem. Nã in triduo mortis anima,caroq; Chriſti à ſe erant diſiunctæ. Poſt reſurrectio-
nem vero tenuit verbũ naturam humanã Chriſti tam inſeparabilr, q nec partes eius à ſeinui Roma.6.
cem poterant ſeparari. Propter quod dicit Apoſtolus: Chriſtus reſurgens ex mortuis,iam Eſaie.52.
nõ moritur. Dicitur aũt filius dei,dextera,& brachiũ dei,iuxta illud Eſaiæ: Parauit dominus
brachiũ ſanctum ſuum,in oculis omnium gentium,ipſe eñ eſt virtus dei,& per ipſum facta Joh.1.
10 ſunt omnia. ¶Et dixi,⌋ nõ aſſertiue aut dubitatiue,ſed ironice,ad deriſionẽ eorum qui me
putabant detinendum in morte & igne gehennæ,vt ſeductorẽ vrendũ,⌊forſitan tenebræ⌋
mortis,ſepulturæ,ac inferni ⌊cõculcabũt me⌋ hoc aũt cõtinuo remouet,ſubdẽs,⌊& nox,⌋
.i.mors corporalis,vel ſepultura,ſeu lymbus patrũ,eſt ⌊illuminatio mea⌋.i.cauſa & porta
glorificationis meæ. Vel,illuminatio mea.i.res illuminata à me,⌊in delicijs meis⌋ ſpũalibus
Chriſtus eñ ſua paſſione meruit tertia die reſuſcitari & glorificari,quæ reſuſcitatio ſeu glo-
B rificatio apte vocaſ illuminatio Chriſti. Non interior ſeu mentalis,ſed corporalis. Anima
eñ Chriſti ſemp æque clare deũ cõſpexit. Corpus vero ipſius illuminatũ eſt,animã reſumẽ-
do,& dotem claritatis adipiſcendo. Sic igitur nox.i.mors,fuit Chriſto homini cauſa.i. me-
ritũ,& porta.i.ingreſſus ad illuminationẽ pdictã,& hoc in delicijs Chriſti,qm̃ iſta illumina-
tio delitioſa fuerat ei,tanq̃ accidẽtale pmium eius. Lymbus vero inferni,ſeu ſancti in eo con
tenti,qui dicti ſunt nox propter carentiã gloriæ,& quia in tenbris erant,facti ſunt illumina-
tio Chriſti.i.res illuminata à Chriſto. Statim eñ vt anima eius à corpore ſuo receſſit,lym-
bũ patrũ ingreſſa eſt,& ſuo aduẽtu oẽs illic ſpũalr illuſtrauit, imò Chriſtus tũc eos viſiõe dei
p ſpeciem beatificauit,qm̃ pro originali pctõ pœna fuit ſoluta,& totum iſtud fuit in delitijs
Chriſti,qm̃ de plenitudine ſuaꝝ deliciaꝝ alios lętificauit. Vel, nox iſta fuit illuminatio Chri
ſti in delicijs eius.i.recipiendo illuminationem prædictã à Chriſto,poſitæ ſunt in delicijs ei9
11 perfruẽdo gaudijs ſaluatoris. Hæc autem omnia vera eſſe,hinc liquet. ¶Quoniã tenebrę⌋
de quibus iam dictũ eſt. Forſitan tenebræ cõculcabũt me.i.caligo mortis & tenebræ corru-
ptõis,⌊nõ obſcurabũtur à te⌋.i.lumine tuę reuificatiõis,& claritate tuæ viſitatiõis nõ priua
bũtur,ſed me occiſum reſuſcitabis,& de tenebris ſepulturæ reduces,⌊& nox,⌋ de qua dixi,
Nox illuminatio mea,⌊ſicut dies illuminabiſ⌋.i.mors corporis mei p reſuſcitationẽ ad lu-
mẽ vitæ redibit. Nox etiã ſepulturæ ad diẽ manifeſte apparitiõis duceſ. Et nox.i.caligo lym
bi,ſicut dies illuminabiſ,me ad inferos deſcẽdente,⌊ſicut tenebræ eius,ita & lumẽ eius⌋ Hęc
ſunt verba prophetæ,quodãmodo rationẽ reddẽtis prædictoꝝ,vt ſit ſenſus. Sicut tenebræ
12 eius.i.ſicut mors Chriſti,ita & lumẽ.i.vita eius.i.vtrũq; æqualr in diuina poteſtate conſtitu
tum ẽ. Poteſt etiã accipi de tenebris lymbi,& lumine eius,quod à Chriſto recepit. ¶Quia
C tu⌋ domine pater,⌊poſſediſti renes meos⌋.i.carnem meam,ſeu corporalem naturã,vel in-
teriorem ſenſitiuũ appetitũ ab omni macula culpæ præſeruaſti,faciendo cõceptionem meã
ac natiuitatẽ ab oñi peccato originali,actualiq; liberam,nec permittendo vt vnq̃ inordina
tus aliquis motus in anima mea,ſeu renibus eſſet, ⌊ſuſcepiſti me de vtero matris meæ⌋.i.à
puncto ſeu hora qua vteꝝ virginis ſum egreſſus,tu indeſinẽter cõſeruaſti & protexiſti me,
prout teſtatus es: Ecce ſeruus meus,ſuſcipiã eũ. Vel,ſuſcepiſti me de vtero matris meæ.i.mi
raculoſe eduxiſti me de clauſo vtero matris meæ benedictæ. ¶Cõfitebor tibi⌋ cõfeſſione Eſaie.42.
13 laudis deuotæ,⌊q a terrabilr magnificatus es,⌋.i.per horribilia opera tuã magnitudinẽ de-
monſtraſti,te magnum eſſe probaſti. In cordibus fidelium magnus & honorandus effectus
es. Quamuis hæc opera horribilia,quibus deus magnificauit ſeipſum intelligi poſſint deſtru Geneſ.7.
ctio mundi per aquas diluuij,ſubmerſio Pharaonis,deuoratio Dathan & Abyron, ac ſimilia Exod.14.
tamen hoc loco ſpecialr deſignãtur ea quæ circa Chriſtũ cõtigerunt. Terribilr eñ magni- Nume.16.
ficatus eſt deus quãdo in vltionem ſanguinis Chriſti Iudæos tam horribilr deuaſtauit,occi-
dit,& nũc vſq; affligit per Romanos. Deniq; terribilr magnificatus eſt in paſſione Chriſti, Matt.27.
quãdo à ſexta hora vſq; ad nonam tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram,& petræ ſciſ
ſæ ſunt,& terra mota eſt, & monumenta aperta ſunt,multiq; ſanctoꝝ reſurrexerunt à mor
tuis,⌊mirabilia (ſunt) opera tua,⌋ iam prædicta,& cætera quæ feciſti circa me. Vel, quæ e- Luce.1.
go feci in nomine tuo,ſicut ſunt incarnatio,reſurrectio de clauſo ſepulchro ingreſſus ad diſ- Marc.16.
cipulos ianuis clauſis,aſcenſio quoq; ad cœlos,& reliqua in ſacro euangelio copioſe deſcrip- Joh.20.
ta,⌊& anima mea cognoſcet⌋ opera iſta ⌊nimis⌋.i. valde,eminẽter & clare præ omnibus
angelis atq; hominibus. Neq; enim angeli ſancti prædicta dei opera comprehendere valẽt,

præsertim incarnationem. Anima aũt Christi valde excedit oẽs beatos in cognitione istoꝝ, D
imò de istis illuminat summos ordines supernoꝝ spirituum, secundum Dionysiũ.
¶ Non est occultatũ os meũ à te.⌋.i. ori meo non occultasti, neqꝫ ab intellectu meo abscon » 14
disti, ⌊quod fecisti in occulto⌋.i. opera quę in abscondito ꝑpetrasti, imò occultissima queqꝫ »
quæ alijs abscondisti, mihi clarissime reuelasti. Omnia eñ ꝑterita, ꝑsentia, & futura, vniuersa
quoqꝫ mysteria gratiæ, anima Chr̃i cognouit. Potest autẽ per os intelligi intellectus animæ
Christi, quo verbũ cordis profertur. Vel, os eius corporale, qm̃ Christus ore proprio prędi
Psal. 68 cauit occulta opera dei, ⌊& substantia mea in inferioribus terræ.⌋ Hoc est quod dixit supra. »
Baruch.3 Infixus sum in limo profundi. Est igiť sensus, Substantia mea.i. humana natura à me assum-
pta, in inferioribus terræ.i. in mundo isto apparuit, vixit & fuit. Vel, substantia mea.i. diui-
nitas mea, seu ego ipse, in inferioribus terræ.i. in hoc mũdo cõuersatus sum, & diuinitas mea
1. Cor. 12 ad hæc infima se inclinauit per incarnationem. Hinc apostolus loquẽs de Christo, ait: Quod
autem ascendit, quid est nisi quia primum descendit in inferiores partes terræ? Vnde legitur
Baruch.3 Post hęc super terram visus est, & cum hominibus conuersatus est. Vel sic, substantia mea.i.
corpus & anima fuerunt in inferioribus terræ. Nã anima fuit in lymbo, & corpus in monu-
mento. ¶ Imperfectum meum⌋.i. naturales defectus quos assumpsi, ⌊viderunt oculi tui⌋ » 15
.i. sapientia tua cognouit cur eos assumpsi. Non eñ habuit Christus imperfectum aliquod
virtutis aut vitæ, sed indetrahibiles assumpsit defectus seu mala pœnæ, vt nos ab eis erueret,
⌊& in libro tuo omnes scribentur⌋.i. boni ac mali à te cognoscentur. Per librum nanqꝫ in- »
telligitur dei cognitio, in qua omnes firmiter continentur, sicut scriptura in libro. Quamuis E
autem in libro seu notitia prædestinationis diuinæ soli electi conscripti sunt, tamen in libro
diuinæ cognitionis vniuersi scribuntur, imò & opera singulorum. Sicut dicitur: Scribis eñ
Job. 13 contra me amaritudines. Et Salomon: Oculi domini multo plus lucidiores super solem, cir-
Eccl. 23 cumspicientes omnes vias hominum, ⌊dies⌋.i. homines spirituales, præsertim apostoli, de »
quibus præhabitum est: Dies diei eructat verbum, ⌊formabũtur⌋ per gratiam spiritus san- »
Psalm.18 cti. Exuendo veterem hominem cum actibus suis, & deserendo opera tenebraꝝ, vt sint filij
Colo.3 lucis. Talibus nanqꝫ diebus Paulus: Eratis (inquit) aliquando tenebræ, nunc autem lux in do
mino, ⌊& nemo in eis⌋ id est, nullus homo in istis diebus sistere aut confidere debet, ita ꝙ ne »
Ephes. 5 mo in eis formabitur, vt perfectionem aut nomen ab eis sortiatur. Hoc est quod dicit Apo-
1. Corin. 3 stolus: Ego plantaui, Apollo rigauit, deus autem incrementum dedit. Neqꝫ ergo qui plan-
tat est aliquid, neqꝫ qui rigat, sed qui incrementum dat, deus. Et item: Cum alius dicit, ego q-
1. Corin.1. dem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cæphæ, Nonne homines estis? Nunquid ĩ no
mine Pauli baptizati estis? Hinc quoqꝫ vt legitur: Cum quidã voluissent sacrificare Paulo &
Actor. 14 Barnabę tanq̃ dijs, eo ꝙ Paulus à natiuitate claudum sanasset. Apostoli scissis vestibus suis re
ponderunt. Viri quid facitis, & nos mortales sumus similes vobis homines? Nemo ergo for-
matur in eis. Nam maledictus homo qui confidit in homine. Deinde Christus ad deum pa-
Hiere. 17 trem, seu totam superbeatissimam trinitatem, vnum verum simplicissimum deum ait.
¶ Mihi autem⌋.i. ad honorem meum, ⌊nimis honorati sunt amici tui deus,⌋.i. apostoli, » 16
& apostolici viri, qui omnia relinquentes, mea sunt assequuti vestigia, propter quod digni
Matt. 10 facti sunt amicitia tua. Hos eñ deus multipliciter honorauit, dãdo eis varias gratias spũs san
cti, videlicet sapientiã, omniũ linguaꝝ notitiam, grãm curationũ, spm̃ prophetiæ, sanctimo F
Psal. 44 niam vitæ, ⌊nimis confortatus est principatus eoꝝ.⌋ Nã cõstituti sunt principes sup omnẽ »
terrã, ꝑualuerũtqꝫ mũdo, carni, ac dęmõi, & adeo cõfortati sunt in gr̃a dei, vt occidi possent,
Roma. 8. flecti nõ possent, sicut & Paulus ex eoꝝ ꝑsona testať: Quis nos separabit à charitate Chr̃i? tri
bulatio, an fames, an angustia, an ꝑsequutio, an gladius? Et iteꝝ ait de principatu antiquoꝝ
Hebr.11. dei sanctoꝝ & amicoꝝ. Per fidem vicerũt regna, opati sunt iustitiã, adepti sunt repromissio
nes. Obturauerũt ora leonũ, extinxerũt impetũ ignis, &c. ¶ Dinumerabo eos,⌋ Christus » 17
Exodi 33 cuius noĩa ꝑdestinatoꝝ determinate cognoscit. Vnde Moysi dñs ait: Teipm̃ noui ex nomine,
⌊& sup arenã multiplicabunť,⌋ ꝑdicti amici tui, videlicet viri spũales & sancti. Vel, qa exce »
dũt numeꝝ harenæ maris, vel qa eoꝝ multitudo aptius exprimi nequit, nisi vt dicanť plures
Apocal.7 harena maris. Vnde de electis & dei amicis ait Iohannes: Vidi turbã magnã quã nemo dinu
merare poterat, ex oĩbus tribubus & linguis, & populis, stantes ante thronũ dei. Præterea q
dam exponũt hos duos versiculos de angelis sanctis, q appellãtur amici dei, q vtiqꝫ valde ho
norati sunt, & nimis cõfortatus est principatus eoꝝ, qa ab eis regiť corporalis creatura, atqꝫ
Job.25 ecclesiastica hierarchia, q etiã sup harenã multiplicanť, prout de eis inducitur: Nunquid ẽ nu
Daniel.7 merus militum eius. Et iteꝝ: Millia milliũ ministrabant ei, & decies millies centena millia as-
sistebant ei. Hæ vero expositiones q̃tum ad numeꝝ amicoꝝ dei in idem redeunt, dummo-
do oẽs hoĩes prædestinati dicantur amici dei. Quia secundũ Gregoriũ, tot homines saluabũ
tur quot angeli permanserunt stantes, ⌊exurrexi,⌋ ego Christus à mortuis, sicut prædixi, »
⌊& adhuc sum tecum⌋.i. vsqꝫ ad secundũ meum aduentũ tecum inuisibiliť ero, quantum ad »
viatores

A viatores. Interim eñ ſedebo ad dexterã tuã in cœlo, nec hoĩbus generaliter, viſibiliʳq; appa
rebo donec adueniat dies iudicij, in quo oĩbus manifeſtus oſtendam. Vnde dicit apl'us: Serua 1. Timo. 3
mandatũ ſine macula vſq; ad aduentũ dñi noſtri Ieſu Chriſti, quẽ ſuis tẽporibus oſtendet be
18 “ atus & ſolus potens, rex regũ. ¶Si occideris deus ⌋.i. qa æternal'r cõdẽnabis, & nũc ſpũal'r
“ occides p gr̃æ ſubtractionẽ, ⌊pctõres⌋ impœnitẽtes & reprobos, ⌊viri ſanguinũ⌋.i. odio- Matt. 25
“ ſi, carnales, & vitioſi, ⌊declinate à me⌋ in die iudicij, qñ dicturus ſum vobis: Ite maledicti in
ignẽ æternũ. Hoc eſt q̃d Chr̃s ait: Multi dicẽt mihi in die illo: Dñe dñe, & tũc cõfitebor illis. Matt. 7
19 “ Neſcio vos vnde ſitis: Diſcedite à me oẽs operarij iniquitatis ¶Quia dicitis ⌋intra vos⌊ in
“ cogitatiõe⌋ pueſa & peſſima, ⌊accipiãt in vanitate ciuitates ſuas⌋.i. iniuſti in ſua vanitate
ac malignitate p̃ualeant, & ciuitates ſuas.i. bona & loca, ſeu habitacula quæ deſiderant, quã-
uis ad iuſtos pertineant, ipſi acquirant. Vel ſic, quia dicitis o viri ſanguinũ in cogitatione cõ
tra iuſtos, accipiant iuſti ſeu religioſi, & ⌊in vanitate⌋.i. fruſtra atq; inuanũ, ciuitates ſuas.i.
20 “ particulares eccleſias, congregationes, ſeu clauſtra, ita q̃ nihil proficiat eoꝝ ſaluti q̃ ſe à no-
bis ſeparant, & elongant. ¶Nõne qui oderũt te dñe oderã? ⌋ quaſi dicat, imò, Oderat eñ
Chr̃s homo inimicos dei, nõ q̃tũ ad naturã, ſed p reſpectũ ad culpã. Amare nãq;, ſecũdũ phi-
loſophũ, eſt alicui bonũ velle. Odire vero eſt alicui malũ optare. Queadmodũ aũt iuſto debe
tur gloria, & bono dilectio (obiectũ eñ appetitus eſt bonũ) ſic iniuſto debet miſeria, & odiũ
malo. Peccatorẽ ergo inquantũ peccator eſt, debemus odire.i. pœnã atq; miſeriã eius velle,
vt ſcilicet corrigat in præſenti, ne pereat in æternũ ſicut iuſtitia exigit. In quantũ vero eſt ho
B mo & creatura ſeu cõuerſionis & beatitudinis capax, amandus eſt. Quemadmodũ præcepit
Chriſtus: Diligite inimicos veſtros. Hæc aũt agendo cõformamus nos deo, qui omnia amat Matt. 5
q̃tũ ad id quod ſunt, & à creatore receperunt, iuxta illud: Diligis omnia q̃ ſunt, & nihil odiſti
eoꝝ quæ feciſti. Veruntamen rationales creaturas in vitijs deordinatas à rectitudine obliq̃- Sapiẽ. 11
“ tas, à deo auerſas odit deus ſecũdũ q̃ tales ſunt, iuxta illud: Odio ſunt deo impius & impietas Sapiẽ. 14
eius. Sic aũt Chr̃s p̃cipue oderat impios, de quo ſubdit, ⌊& ſup inimicos tuos tabeſcebã,⌋.i.
21 “ magno zelo cõtra eoꝝ prauitatẽ zelatus ſum. Sicut patebat dũ emẽtes & vendẽtes de tẽplo Marc. 11
“ eieci. Tunc eñ zelus domus dei comedit me. ¶Perfecto odio⌋.i. odio virtuoſo & iuſto Mat. 25
⌊oderam illos, inimici facti ſunt mihi,⌋ propter eoꝝ malitiã. Eſt itaq; quoddã odiũ malũ vi Luc. 19
tioſum, & imperfectũ, q̃d eſt mortale peccatũ, q̃d natura alterius odit, vel gratiæ fraternę in- Psal. 68
uidetur. Hoc odiũ Chr̃o & mẽbris eius nõ cõuenit. Odiũ vero pfectũ quo oditur culpa, & a-
22 “ ctor culpæ inquantũ hm̃õi eſt, de quo loquit nunc pſalmus. Deinde Chr̃s ait. ¶Proba me
“ deus⌋ per tormẽta paſſionis probatũ oſtẽde me, ſicut in principio pſalmi inductũ eſt. Domi
“ ne pbaſti me, ⌊& ſcito cor meũ⌋ p approbationem. Hoc Chr̃s nõ dicit orãdo, qm̃ à princi
“ pio ſuæ cõceptionis in virgine cõfirmatũ erat cor eius in deo, ſed potius cõgratulãdo, ⌊in-
terroga me⌋ p flagella ⌊& cognoſce ſemitas meas⌋.i. opa mea attẽde. Hoc Chr̃s orat non
pro ſe, ſed pro nobis. Nõ eñ orauit vt deo placerẽt opa ſua, qm̃ ſciuit ſe non poſſe peccare.
Orauit aũt vt deus attenderet opa ſua, indulgẽdo propter meritũ eoꝝ, vniuerſæ eccleſię. Sic Roma. 8
eñ interpellat pro nobis, ſecũdũ apl'm, oſtẽdens patri latus & vulnera, ſecũdũ Bernhardum. Hebr. 7
23 “ ¶Et vide ſi via iniquitatis in me eſt⌋.i. falſa doctrina, ſeu ſimile aliquod in me exiſtat. Hoc
Chr̃s dicit, nõ dubitãdo an aliq̃d mali in ſe habeat locũ, ſed ex magna ſecuritate, vt oſtendat
ſe ab omni culpa penitus alienũ, nec aduerſarioꝝ ſuoꝝ ſibi multa ſcelera imponẽtiũ ſe timere
“ calumniã, ⌊& deduc me in via æterna⌋.i. in via ad æternã gloriã pducente, videlicet in aſcẽ
C ſione, p quã iui ad felicitatẽ æternã. Erat igit Chr̃us vt deus in aſcenſione ipſum perducat ad
cœlũ. Nõ eñ hũana & pure naturali, ſed diuina virtute aſcẽdit. Et ſicut orauit pro gloria re-
ſurrectionis, ſic q̃q; orauit pro deductione aſcẽſionis. Pro ijs eñ q̃ ad accidẽtale p̃miũ ptinẽt
Chr̃us orauit etiã pro ſeipſo. Pro p̃mio aũt eſſentiali p̃catus non eſt niſi pro nobis.

¶Expoſitio eiuſdẽ pſalmi de mẽbris Chriſti, ſeu quocũq; fideli.

DEniq; pſalmus iſte exponi p̃t de homine iuſto, qui ait. Dñe probaſti me.i. p pro-
ſpera & aduerſa inquiſiſti & examinaſti me qualis eſſem, & cognouiſti me.i. fide-
lem atq; conſtantem me inueniſti, & ex tali probatione, eo quod nec in proſperis
nec in aduerſis à recta via abierim. Dicit autem deus probare & tentare, non vt ip
ſe cognitionẽ recipiat, ſed vt homo ſeip̃m cognoſcat, & ab alijs cognoſcatur qualis ſit. Vel,
quia per modum probationis ſe habet. Sic eñ ait ad Abrahã quem tentauit: Nunc cognoui, Geneſ. 22
q̃ timeas deum, & non peperceris filio tuo vnigenito propter me. Vtrunq; eñ cognouit an
tequàm eum tentaret. Sed dicitur tunc cognouiſſe, quia tunc fecit alios illud cognoſcere per
tam ſolennem obedientiam Abrahæ. Sic quoq; dominus loquitur filijs Iſrael qui vitulum au Exodi. 32
reum adorauerunt. Iam nunc depone ornatum tuũ, vt ſciam q̃d faciam tibi. Nunquid ante Exodi. 33
non ſciuit quid fecerit eis? Dicitur itaq; deus probare & tentare, ſicq; cognoſcere homines,
quoniam probando fecit homines cognoſci, oſtendendo eos ex probatione fideles aut in-
conſtantes, quod euidenter patet ex eo quod Moyſes ait populo Iudæorum: Recordaberis

Deute.8. cuncti itineris, p quod adduxit te dñs deus tuus, vt affligeret te atq; tētaret, & nota fient quæ D
Iob.23 versabant in corde tuo, vtrū custodires mādata illius an non. Ita à deo probatus est Iob, & p
Sapiē.3. bus inuictus est, q ait: Probauit me dñs quasi aurū quod p ignē transit. Et legit apud Salomo-
nē: Tanq aurū in fornace probauit electos dñs. Nequaq ergo deficiam' dū à deo corripimur,
dum p aduersa probamur, dū iniurias patimur, sed nec prosperis extollamur, imò pdicta ma
Zacha.13 la patienda lætemur, sperātes nos pertinere ad numerū electorū, de quibus dñs ait: Ducā eos
p ignē, & vrã eos sicut vritur argētū, & probabo eos sicut probat aurū, & exaudiam eos, &
dicā, pplus meus es tu, tu cognouisti sessionē. i. humiliationē, cōtritionē, seu deiectionē meā
Roma.13 & resurrectionē meā, qua à somno peccati resurgo, & iustus de iniusto (te operante) efficior.
Ephes.5 Vnde aplus clamat: Hora est nos iam de somno surgere. Et iterū: Surge qui dormis, & exur
ge à mortuis. Intellexisti cogitationes meas de longe. i. in teipso ab æterno eas vidisti, qm in
Apocal.2 diuina essentia vniuersa resplendēt, sicut in prima causa & exemplari principio. Propter qd
Psalm.7 testatur: Scient omnes ecclesiæ, quia ego sum scrutans renes & corda, semitā meā. i. actionē
seu cōuersationē meā, & funiculū meum. i. vitæ meæ mēsurā, modū seu limitem, inuestigasti
Iob.13 . i. diligenter pensasti, cōsiderando quousq peruenero, quid ve profecero. Vnde dr: Obser-
uasti oēs semitas meas, & vestigia pedū meorū considerasti. Et oēs vias meas. i. cogitationes
Eccl.23 verba, & opera, q viæ dicunt, quia per ea tendo ad vltimū finē, præuidisti ab æterno, anteq
fint, iuxta illud: Domino deo anteq crearent oīa sunt cognita, quia non est sermo in lingua
Iob.9 mea, quo tibi respondere sufficiā, rationē reddendo pro singulis quæ cōmisi aut omisi. Secū-
dum quod scriptū est: Nō iustificatur homo cōpositus deo, & si voluerit cū eo contendere, E
Ibidem nō poterit respondere vnū pro mille. Hinc rursus sanctus Iob ait: Deus cuius iræ nemo resi-
stere potest, sub quo curuant qui portāt orbē. Quantus ergo ego sum, vt respondeam ei, &
Hebr.4 loquar verbis meis cum eo? Ecce dñe tu cognouisti omnia nouissima. i. vltima, & antiqua, id
est, prima, videlicet oīa q sunt, erunt, vel fuerunt, tu formasti me in vtero, corpus organizan
do, & animā infundendo. Vel, formasti. i. pfecisti me, grām tribuendo, secūdū qd protesta-
Esaie.43 ris: Omnē qui inuocat nomen meū, in gloriā meā formaui eū. Hic quoq; dr: Pater noster tu
Esaie.63 es, nos vero lutū, & fictor noster tu, & opera manuum tuarū oēs nos, & posuisti sup me ma-
num tuā. i. potentiā tuā, cōseruando me in esse. Vel, posuisti sup me manū tuā, castigādo me
Apocal.3 quādo peccaui. Quemadmodū dicis: Ego quos amo, arguo & castigo. Vel, posuisti sup me
manum tuam. i. pie & gratiose sustentasti & cōfortasti me in spūalis cōuersationis processu.
Mirabilis facta est, omni menti creatæ, scientia tua ò deus ex me. i. ex cōsideratiōe mea. Sci-
entia em creatoris in creaturis relucet, & ex earū cōsideratione mirabilis apparet cōsideran-
ti tanto amplius qto creaturæ fuerint digniores, seu mirabilius institutæ. Cum igitur homo
sit creatura excellens, & valde mirabilr instituta. s. ex corruptibili carne, & immortali spiri-
tu cōstans. Mirabilis facta est scientia creatoris ex cōsideratiōe hominis, ita q cōsiderāti mi-
Iob.36 randa apparet, cōfortata est & nō potero ad eā, Hoc est qd dicitur: Ecce deus magnus, vin-
1.Corin.2 cens scientiam nostrā. Quo ibo à spū tuo, qui omnia perscrutat, secūdum aplm, de quo scri-
Sapien.1 ptum est: Spūs dñi repleuit orbē terrarū, & quo à facie tua fugiā, tanq dicat, tuum cōspectum
Sapie.16 cōfugere nequeo. Vnde dicitur: Effugere manum tuam dñe impossibile est. Si ascendero in
cœlum. i. si p mentis elationem meipsum erexero, iustū putauero, cæteris q; prætulero, tu il- F
lic es, vt superbū humilies, sicut Abdias propheta testat: Si exaltatus fueris vt aquila, & si in-
ter sydera posueris nidum tuū, inde te detrahā, dicit dñs. Vel, si ascendero in cœlū per cōtem
Hiere.23 platiōnē & desideriū bonorū cœlestiū, tu illic es. Qui dicis: Nunquid nō cœlū & terram ego
impleo? si descēdero in infernū. i. in profundū vitiorū, ita vt vel desperem, vel diuinā proui-
dentiā negem, ades, tanq inspector ac vltor. Vel, si descendero in infernū, cōsiderando ipsi-
us tormēta, ades. Si sumpsero pennas meas. i. alas cōtēplationū, diluculo. i. in principio diei
sensibilis seu spūalis, & habitauero in extremis maris. i. in vltimis finibus pelagi in quocunq
termino mūdi. Etenī illuc manus tua deducet me, quocūq tibi placuerit, nec potero illic eua
dere, sed cōprehendar à te, sicut subiungitur, & tenebit me dextera tua. i. omnipotens virtus
tua. Et dixi forsitan tenebræ cōculcabunt me. i. operient atq; abscondēt me sicut abscondi-
Ibidem tur quod cōculcatur. Hoc dicit derisorie secundū opinionē eorū qui æstimant deum illa cō
spicere quæ fiunt in die seu luce, nō autem quæ fiunt in nocte seu tenebris. Contra quos do-
minus loquitur: Putasne deus è vicino ego sum, & nō deus de longe, si occultabitur vir i ab-
sconditis suis, & ego nō videbo eū? Dixi etiam forsitan & nox illuminatio mea. i. tempus no-
cturnum & tenebrosum erit exultatio mea, quia tunc libere faciam quæ delectāt, tanq à deo
videri nō potens, in delicijs meis. i. delectationibus vitiorū. Sæpe autem accipitur illumina-
tio pro exultatione. Deinde reprobatur opinio talis. Quia tenebræ nō obscurabuntur à te,
id est, opera tenebrosa, seu tēpus nocturnū te nequaq latebūt, & nox sicut dies illuminabitur
. i. tam euidēter à diuina luce videbitur opus noctis, & nox sicut opus diei & dies sicut tene-
bræ eius. i. sicut tenebræ noctis cognoscunt à deo, ita & lumen eius. i. sic lumē diei videbitur
ab eo

A ab eo. Oĩa nãq; æque clare deo patescũt. Quia tu possedisti renes meos.i.appetitũ sensitiuũ aiæ meæ p grãm possedisti, extinguẽdo in me inordinatos cõcupiscẽtiæ motus. In renibus Hebre.4
eñi viget luxuria, q̃s deus dicit possidere dũ eos dignat p grãm gubernare, suscepisti me de vtero matris meæ.i.ab hora natiuitatis meæ vsq; in p̃sens cõseruasti me, & à diuersis periculis protexisti me, & tanq̃ pius pater custodisti me. Mirabilia opera tua, & aĩa mea cognoscet ea nimis.i.multũ præclare secundũ q eã illuminare redignaberis. Nõ est occultatũ os meum Psal.50
à te q̃d fecisti in occulto. Hoc secundũ expositionẽ in præcedenti articulo positã cõuenit eis qui dicere possunt deo. Incerta & occulta sapiẽtiæ tuæ manifestasti mi. Quibus deus ostẽdit opera sua occulta tanq̃ filijs & amicis, ac familiaribus suis. Sicut saluator ait discipulis suis: Iã non dicam vos seruos, sed amicos meos, quia omnia quæcũq; audiui à patre meo nota feci vobis. Et iterum legitur: Non faciet dominus verbum nisi reuelauerit secretum suum ad seruos Amos.3.
suos prophetas. Quidam vero exponunt de osse corporis, quod non est occultatum à deo, sed notum est ei, quod dicitur factum in occulto, quia latet sub carne. Alij autem de osse spũali, videlicet de firmitate seu fortitudine aiæ quæ nota est deo, & dicit facta in occulto, qm̃ deus facit eam p creationẽ in interioribus animæ viribus. Et substãtia.i.natura mea, quæ ex anima rationali & corpe constat, in inferioribus terræ.i.in hoc inferiori mundo versat, terrenis inquietudinibus occupatur, multisq; modis distrahitur, vnde tibi confiteri & dicere cogor. Imperfectũ meum.i.nõ solum excessum vitiorũ, etiam defectum operũ meorũ bonorũ, viderunt oculi tui. Mala etenim mea omnino & pure mala sunt. Bona aũt q̃ facio non sunt pure bona, sed imperfectionibus multis admixta. Sicut legitur: V t immũdi omnes nos, & qua- Esaie.64
B si pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. Semp ergo cũ omni humilitate confiteamur domino, & cognoscam ex corde imperfectum nostrũ, scientes qm̃ quicquid boni in nobis & actibus nostris inuenitur, diuinitus nobis præstat, & deo ascribendum est. Quicquid vero mali in nobis & nostris operibus reperitur, ex nobis oritur, nobisq; attribuendũ est, dies formabuntur.i.dies futuri à te producentur, & nemo in eis.i.nullus eorũ qui nunc est, in eis erit, sed interim morientur qui nunc sunt. Hoc certius dici poterat tempore veteris testamenti, q̃ modo. Tunc nãq; certum erat mundum diutissime duraturũ quod modo incertum ẽ, imò nescimus an p tempus naturalis periodi vnius hominis, mundus durabit. Exurrexi, per gratiam tuã à morte peccati, à cõsuetudine praua, à somno pigritiæ, & adhuc sum tecũ per charitatem tibi fideliter adhærendo, hoc est verbũ bonæ spei. Non eñi hoc scire possumus certitudinaliter, sed coniecturaliter, nisi ex speciali instinctu. Si occideris.i. quia occides occisione æternæ mortis o deus peccatores, idcirco viri sanguinũ declinate à me, loco vel opere, ne vobis cõmunicem, & vobiscũ occidar ac peream. Qui eñi tetigerit picẽ, inquinabit ab ea. Apostolus quoq;: Nolite cõmunicare infructuosis operibus eorũ, nã morte digni sunt, nõ solũ q Eccl.13 Ephes.5
faciunt ea, sed etiã q cõsentiũt facientibus. V itanda est ergo impiorũ societas, familiaritas, atq; cõmunio. Appetẽda vero familiaritas virtuosi ac docti. Quemadmodũ inducitur: Cũ videris sensatum, euigila ad illum. Et alibi: Cũ viro sancto assiduus esto, & quẽcũq; cognoueris obseruantem timorem dei, cuius aĩa est secundum animam tuam. Proba me deus, adhuc Eccl.6 Eccl.37
C ea probatione de qua in exordio psalmi p̃sentis loquutus sum. Dñe probasti me. Itaq; proba me, sicut probant electi q̃s corrigis & emẽdas, nõ vt tu cognoscas, sed vt illi salubriter seipsos noscãt. Ne eis dicat illud apli: An nõ cognoscitis vosipsos, nisi forte reprobi sitis, & scito cor Sap.4
meũ cognitiõe approbatiõis, de q̃ dicit aplus: Si qs diligit deũ, hic cognitus est ab eo, interroga me.i.p aduersa inquire & vide an vere te diligã, an tibi cõstãter fidelis sim. Sic velle à deo 1.Cor.8.
probari & interrogari, nõ ptinet ad imp̃fectos, sed fortes, q pro cõsuetudine exercitatos habẽt sensus. Qui cũ aplo dicere p̃nt illud: Ego didici in qbus sum sufficiẽs esse scio humiliari & Philip.4
abũdare, vbiq; & in oĩbus institutus sum, & cognosce, p acceptationẽ, approbationẽ, seu cõplacẽtiã, semitas meas.i.desideria, cogitatiões, verba & actus, & vide, more pij, diligẽtis, expertiq; medici, si via iniquitatis.i.malũ propositũ, seu latẽs peccatũ in me est, q̃tenus ab occultis meis mũdes me dñe, & à vulneribus animæ salues me, sicut Hieremias ait: Sana me dñe Psalm.18
& sanabor, saluũ me fac, & saluus ero. Deniq; cum ignoremus qualiter interiora nostra cum Hiere.17
deo se habeant, an pura existant, indigemus semp clamare ad deũ. Vide si via iniquitatis in me est, mihi quoq; cõcede, vt interiora mea diligẽter discutiã, caute custodiã, & deduc me in via æterna.i.in in fide catholica, in lege diuina, in obseruatione p̃ceptorũ, quorũ vnũquodq; dicit via æterna, q a ad vitam p̃ducit æternã, seu patriã supcœlestẽ, nunq̃ electis auferendam

Ecce psalmũ mirabilẽ, difficilẽ, & omni laude dignũ, diuinis p̃conijs plenũ, sacris mysterijs altum audiuimus, in quo de Christi mysterijs copiose tractatur, ex cuius doctrina admonemur diuinã prouidẽtiam cõsiderare, diuinam præsentiam honorare, immensam creatoris maiestatẽ timere. Estq; psalmus iste cum ingẽti attentione cantandus, quia pene in singulis versibus dirigit sermo ad deũ, & vbiq; est sensus sublimis. Ostẽdit eñi hic psalmus incõprehẽsibilẽ eẽ dei sciẽtiam, infinitam eius existere essentiã, metuẽdã q̃q; esse ipsius magnificentiam

## COMMEMTARIVS IN PSALMVM CXXXIX. D

### ¶Argumentum.

¶Titulus: In finem. Psalmus (aliàs victori canticum) Dauid. Hoc Psalmo instruit nos Propheta orare deum, vt à malis huius seculi liberet. Ipse namq; in persona ecclesiæ seu cuiuslibet iusti deprecatur dominum contra mala mundi huius, & dæmonum tentamina, addens quoque vindictam hisce qui nunc pauperes persequuntur. Sunt autem in summa duæ partes huius psalmi. In prima ponitur iusti petitio. In secunda additur eius quædam persuasio, ostendens diuersam iustorum atq; iniquorum vitam, ibi: Caput circuitus eorum. Anthor in primis, interpretatur ipsum ad literam de Christo passo. Et nihilominus iuxta tropologiam de Ecclesia seu quolibet fideli.

### ¶Expositio Tituli.

¶Assignatur insuper psalmo nunc declarando titulus talis. In finem psalmus Dauid, hoc ẽ,
Psalmus iste à sancto Dauid conscriptus ac æditus, dirigit nos in finem qui Christus est, qui
Apoc.1 testatur: Ego sum Alpha & ω, principium & finis. De quo etiam dicit Apostolus: Fons legis
Roma.1. est Christus omni credenti. Doctores autem catholici exponunt hunc psalmum de ecclesia,
in tribulationibus constituta, ad deum clamantem: Quidam tamen exponũt eum ad literam
de Dauid, quæ expositio insipida est, imò cum multi psalmi ad literam exponantur de Christo,
eò quòd in scriptura canonica nouæ legis allegentur de Christo, qui tamen minus conue-
Psalm.39 Hebr.10 niunt Christo, q̃ psalmus iste, vt patet de psalmo tricesimonono, qui incipit: Expectans ex-
pectaui dominum. Cuius scripturam de Christo prædictam allegat Apostolus. In quo tamẽ E
Psalmo inter cætera dicitur: Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt vide-
rem, quod certum est Christo non conuenire ratione propriæ personæ aut naturæ, suæ diui-
Psal.40. nitati vnitæ. Idem patet de psalmo immediate sequenti, qui incipit: Beatus qui intelligit. Cu-
ius scripturam allegat Christus de se prædictam, videlicet illum versiculum: Etenim homo
Johan.18. pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos. Hoc enim inducit de Iuda proditore vati-
cinatum & tamen in psalmo illo inter alia scribitur: Sana aĩam meã q̃a peccaui tibi, q̃d Chri-
Psalm.68 sto non conuenit. Idem etiam patet de psalmo.58. cuius exordium est Saluum me fac deus, q̃-
niam intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam. Cuius scripturam allegant Iohannes & Pau-
Acto.1. lus de Christo loquentem, & tamen in psalmo hoc scriptum est: Delicta mea à te non sunt
absconditæ. Cum ergo singula verba huius psalmi proprie congruant Christo, sicut patebit
in prosequendo. Videtur quòd de ipso proprie debeat explanari, quod etiam inde probatur,
quia Ecclesia in die Parasceues in officio missæ canit hunc psalmum pro tractu. De Christo
igitur passo conscriptus est psalmus præsens. Vnde Christus vt homo passibilis, passioniq;
proximus ait ad patrem.

### ¶Expositio Psalmi literalis. 1



Ripe me domine ab homine malo⌋ Non ita orauit Christus ab iniquis homi-
Marci.8 nibus eripi vt nõ traderet in manus eorũ. Imò cum Petrus ei dixisset: Nõ erit F
hoc tibi: Respondit ei: Vade retro me satana: nõ sapis ea quæ dei sunt, nec sic
orauit ab eis eripi ne per eos induceret ad malũ culpæ, quia sciebat se nõ posse
peccare, sed orauit eripi, ne detineretur in morte, & vt tertia die resurgeret &
glorificaretur in corpore. Sic igitur ait: Eripe me dñe pater æternæ ab homi-
Matt.27 ne malo me psequente (puta Iudæo quocũq;) qui me lingua crucifixit, dicendo: Tolle, crucifi
Marci.15 ge eum, ⌊à viro iniquo⌋ me actualiter crucifigente, q̃ Iudæi clamorem ad opus perduxit, vel 2
Lucæ.23. Johan.19. à gẽtili quocũq; Pilati ministro ⌊eripe me. ¶Qui⌋ Homo malus & vir iniquus, ⌊cogitaue
runt iniquitates in corde, proponẽtes me psequi atq; occidere. Vnde dicit: Ab illo die cogita
Johan.12 uerũt interficere eum, ⌊tota die⌋ nõ solum in die Parasceues, sed multis diebus p̃cedentibus,
⌊cõstituebãt prælia⌋.i. inter se ordinabãt qualiter mihi resisterẽt, repugnarẽt, & p̃ualerent,
scd̃m quod habet: Congregati sunt principes sacerdotũ, & seniores vt Iesum dolo tenerẽt & 3
Matt.26 occiderẽt. ¶Acuerunt linguas suas sicut serpẽtes⌋ Verba acuta, pungitiua, & aspera, cõtra
me protulerunt, conantes mihi nocere sicut nocent serpentes. Acuerunt plane Iudæi linguas.
suas, quando Pilato (tot occasiones liberandi Iesum quærent) dixerunt: Si hunc dimittis, non
Johan.19 Matt.29 es amicus Cæsaris. Et sanguis eius super nos & super filios nostros, ⌊venenum aspidum⌋ hoc
est, sermo lætalis, venenosus, inuidiosus, & pestifer, ⌊sub labijs eorũ⌋.i. paratus est in ore ipso
rum, vt illum effundant. Hoc venenum aspidum effuderunt Iudæi in Christum, dicẽtes: Nos
Johan.19 legẽ habemus, & scd̃m legẽ debet mori, q̃a filiũ dei se fecit. Vnde Chr̃us ait: Ego redemi eos,
Osee.7 Hiere.12. & ipsi cõtra me locuti sunt mendacium. Et iterũ: Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in syl- 4
ua dedit contra me vocem suam, ideo odiui eam. ¶Custodi me domine de manu peccato
ris⌋.i. de potestate principis sacerdotũ, ⌊& ab hoĩbus iniquis⌋.i. ei⁹ fautorib⁹ ⌊eripe me⌋ ne
mihi eueniat quod ipsi conati sunt facere. Docentes illud Hieremiæ: Eradamus eum de ter ra
Hieremi.11 viuentium: & nomen eius non memoretur vltra. Idcirco namq; fecerunt custodiri sepulchrum:

vt cor-

A vt corpus Christi in eo teneretur & corrumperetur, sicq; memoria eius omnino periret, nul- Matt. 28
5 lo in ipsum credente. Nunc igitur orat Christus homo custodiri & eripi ne hoc fiat.
¶Qui cogitauerunt supplantare⌋ Hoc est, à via iustitiæ retrahere, ⌊gressus meos⌋ id est,
opera mea. Nitebant enim Iudæi Christum à veritate abducere: nunc terrẽdo, nunc blandien-
do. Propter quod dixerunt: Magister, scimus quia verax, & viam dei in veritate doces, & nõ Matt. 22
est tibi cura de aliquo. Dic ergo nobis: Licet tributũ dare Cæsari, an non? Vel, cogitauerunt
supplantare .i. reprobare, & malos ostẽdere, gressus meos, dicẽtes: Tu de teipso testimonium Iohan. 8.
perhibes, testimonium tuum nõ est verum. Et iterũ: Non est hic homo à deo, qui sabbatũ, nõ Ioh. 9.
custodit. In passione quoq; coram Pilato. Si nõ esset hic malefactor nõ tibi tradidissemus eũ. Ioh. 18
⌊Absconderunt superbi⌋ hoc est, principes Iudæorũ, & Pharisæi de generis nobilitate, & fal-
sa iustitia præsumẽtes, ⌊laqueum⌋ .i. fraudulentas insidias ⌊mihi⌋ hoc ẽ, contra me, & ad in-
iuriam meam. Multipliciter enim studuerunt aliquam occasionẽ inuenire qua Christum re- Luc. 20
prehẽdere & accusare valerent, sicut dicit: Obseruabant Iudæi si sabbatis curaret, vt accusa- Marci. 3.
rent eum. Ideo etiam obtulerunt ei mulierẽ in adulterio deprehensam. Vnde dicit Saluator:
6 Tu dñe scis omẽ consiliũ eorũ aduersum me. ¶Et funes⌋ Hoc ẽ, multas & longas astutias, Hiere. 18
fallẽdiq; machinas, ⌊extẽderunt in laqueum⌋ .i. ad hoc vt me funibus suarũ insidiarũ capere,
& reprehẽdere possent. Longo enim tẽpore sequebant perfidi pharisęi ac scribæ dñm saluato
rẽ, vt aliqd rephẽsionis inuenire possent in eius doctrina aut vita. Hinc quippe Christus loquit Osee. 9
Exosos habui eos propter malitiam adinuentionũ ipsorũ, ⌊iuxta iter⌋ .i. iuxta conuersatio-
nem huius viæ, vel iuxta legẽ seu obseruationẽ pręceptorũ, ⌊posuerunt scandalũ mihi⌋ id ẽ,
7 verba & opa quibus me scandalizare quærebãt, quãuis nõ profecerũt. ¶Dixi domino de
us meus es tu⌋ Certũ est q Christus frequẽter vocauit deũ oim, deum suũ. Singulariter etenim
B erat deus suus scdm q hõ: qa prȩelectus ab eo, & qa ipe prȩcipue deum amauit & coluit, sicut Iohã. 8
ipe restat: Ego quȩ placita sunt ei, facio semper. Hinc etiam post resurrectionẽ dicebat: Ascen Iohan. 20
do ad deum meum & deũ vestrum ⌊exaudi dñe vocẽ deprecatõis meæ⌋ quam nũc coram te
8 fudi. ¶Domine domine virtus⌋ Hoc est, causa & conseruator, ⌊salutis meæ⌋ creatæ. Beati
tudo enim creata aĩę Christi à deo manauit & depẽdebat, ⌊obumbrasti sup caput meũ⌋ .i. sup
cor meum, vel super me tuam defensionẽ, cooperationẽ, seu opem extẽdisti, ⌊in die belli⌋ .i.
tempore passionis, quando dȩmones expugnaui, & expoliaui, Contulit enim deus Christo in Mat. t
passione inconcussam constantiã. Propter quod factus est potẽs in prælio. Vnde p Hieremi- Psalm. 4
am prȩdixit: Dominus mecum est quasi bellator fortis. Idcirco qui me persequunt, cadent. Hiere. 20
9 ¶Non tradas me dñe à desiderio meo⌋ Hoc ẽ, contra seu extra desideriũ meũ ⌊pctõri⌋
vcʒ populo Iudæorũ. Aliquo enim modo desiderauit Chrus eis tradi, vcʒ vt pro mundo more-
ret, & aliquo mõ desiderauit eis nõ tradi, vcʒ ne in morte detineret. Et ideò nũc orat ne extra
tale desiderium eis tradat, ⌊cogitauerũt cõtra me⌋ sicut dicit: Supra me cogitauerunt cõsilia Hieremi. 11
dicentes: Mittamus lignum in panẽ eius, ⌊ne derelinquas me⌋ quantum ad animam in lym-
bo, & qtũ ad corp9 in tumulo, sed statim me suscita, ⌊ne forte exaltent⌋ .i. pualuisse videant,
10 atq; inaniter glorient. Deinde describit Iudæorũ deiectio. ¶Caput⌋ Hoc est, princeps sa- Iohã. 18
cerdotum, qui erat caput seu princeps ⌊circuitus eorum⌋ .i. exercitus Iudæorum, me tẽpore
C passionis circumdantium. Quid autem huic capiti & subditis suis futurum fuerit subditur:
⌊labor labiorum ipsorum⌋ hoc ẽ, laboriosus & grauis sermo, quam contra me loquebant, di
centes: Blasphemauit, & reus est mortis, & non habemus regem nisi Cęsarem, ⌊operiet eos⌋ Matt. 26
hoc ẽ, faciet eos debita pœna operiri atq; torqueri. Hoc in Iudęis impletum videmus. Volue Marc. 14
runt enim Christum regno & fama omnino priuari, & ecce ipsi priuati sunt regno & fama ho- Matt. 27
nesta. Christo autem data est oĩs ptãs in cœlo & in terra. Ipsi quoq; nitebant conculcare atq; Matt. 28
conterere Christum. Et Christus eos conculcauit, & contriuit, sicut asserit. Calcaui eos in fu- Esaie. 63.
rore meo, & cõculcaui eos in ira mea. Itaq; in prȩsenti vita operuit Iudæos labor labiorũ ipso
rum, quando per Titum & exercitum Romanorũ tam horribilr vastabant. Idcirco scriptum
11 est: Circundederũt eos adinuẽtiones suæ. ¶Cadent sup eos carbones⌋ Hoc ẽ, materia flã- Osee. 7
mæ infernalis ⌊in ignẽ (gehẽnȩ) deijcies eos⌋ quãtum ad animã statim dũ moriunt. Quãtũ ve
ro ad corpus & animã in die iudicij, qñ dictur9 est: Ite maledicti in ignem ȩternum ⌊in mise-
rijs,⌋ .i. pœnis inferni, ⌊nõ subsistẽt,⌋ nõ q illic eẽ cessabũt, sed qa de vno tormẽto trãsibũt Matt. 25
12 ad aliud, vel qa intolerabiles pœnas tolerare cogẽtur. ¶Vir linguosus⌋ Hoc ẽ, Iudas pdi- Matt. 27
tor, ⌊nõ diriget in terra⌋ nã abiẽs laqueo se suspẽdit. Vel, vir linguosus .i. Iudȩus Chro detra Acto. 1
hẽs, eũq; blasphemãs, & multis vanis rõnibus demõstrare laborãs Iesum Nazarenum nõ esse
Chrm in lege pmissum, nõ diriget à deo in terra .i. in vita p sti, vt salubriter viuat, sed excȩca
tus manebit, & periet ⌊virũ iniustũ⌋ Chro repugnãte ⌊mala⌋ pȩnȩ & culpȩ ⌊capiẽt⌋ .i. cõ
prehẽdẽt, ⌊in interitu⌋ .i. dũ morit. Tunc enim opa eius eum sequent, & de morte tpali tibit ad
13 mortẽ æternã. ¶Cognoui qa faciet dñs⌋ Iustus iudex, q affirmat: Ego sum iudex & testis, Apo. 14
⌊iudiciũ inopis⌋ .i. iustũ iudiciũ pro Chro paupere cõtra aduersarios ei9 ipos iuste dãnando. Hiere. 29 Luc. 9.

Recte

Lucæ 9. Recte equidem nomine inops Christum designat, qui de seipso loquitur: Filius hominis nō ha D
Zach. 9. bet vbi caput reclinet. De quo etiam inducit: Ipse pauper, & ascendens super asinam, ⌞& vin-
dictam pauperum⌟, hoc est, Apostoloꝝ ac primitiuæ ecclesiæ, qbus Iudæi multas intulerunt
iniurias, vt in actibus Apostoloꝝ. Sed deus fecit vindictā eoꝝ .i. debitā vltionem inflixit Iu-
dæis propter pctā commissa in Christi discipulos, q valde pauperes erant. Postquàm exposi
ta erant bona illa quę vendiderunt primo ad fidem conuersi. Illis nāq; bonis durantibus non
Acto. 4 erat quisq̃ egens inter eos, vt scribit in actis: Hoc autem iudicium inopis Christi, & vindicta
pauperꝝ eius erat illa deuastatio Iudæoꝝ à Romanis, quādo dirissimè occisi sunt, in vltionem
Lucæ 19. sanguinis Christi, & discipuloꝝ ipsius quā Chr̄us p̄dixisse cognoscit. ¶Veruntamē iusti⌟ 14
Videlicet in Christum credentes, ⌞confitebunt nomini tuo⌟ te laudando, Christiani nanq;
in Iudæa existentes, instante aduentu Romanoꝝ, admoniti sunt ab angelo sancto egredi Iu-
dæam, & introire regnum Agrippæ, qui erat confœderatus Romanis, quod & fecerunt, & il-
lic saluati sunt, propter quod deum laudabāt, ⌞& habitabunt recti⌟ hoc est iusti, Christū se-
quentes fide & opere, ⌞cum vultu tuo⌟ .i. tecum in tua præsentia. Nunc eqdem per gratiam,
postmodū vero per gloriā. Ecce psalmus iste q̃ verè & proprie cōpetit Chr̄o, q̃ euidēter Iu-
dæoꝝ malitiā exprimit, q̃ veraciter eorundem punitionem describit.

¶Expositio eiusdem psalmi de Ecclesia seu quolibet fideli.

Ecclesia itaq; seu anima religiosa aduersitatibus, tentatōibusq; pulsata, proclamet ad
Psalm. 17. dominū, dicens: Eripe me domine ab homine malo, ne cum puerso puertar, ne vltra
quàm ferre possum, molester, ne per impatientiā vincar, martyres sancti, hominesq;
perfecti, qui in aduersis exultant, in tribulationibus gaudent. Non sic petunt ab ho- E
mine malo eripi, ne persecutionē eius sustineāt: sed ne in aduersis deficiāt. Vel ne plus q̃ expe
2. Thess. 3 dit eoꝝ saluti, seu bono cōmuni grauent. Propter quod dicit Apostolus: Orate vt liberemur à
malis & importunis hominibus, à viro iniquo eripe me, quod prędixit, resumit. Vel per ho-
minem malum intelligit eum cuius malitia non est adeò magna. Per viꝝ vero iniquū eum, q
omnino induratus atq; subuersus est. Qui aūt se impatientē & ad mala procliuem cognoscit,
orare potest ne psecutionē maloꝝ patiat, ne per impatientiā grauius prolabat. Ego dum ver
sum hunc dico, per hominem malum & virum iniquum meipsum intelligo. Neminem enim
tam secure, certe, atq; salubriter malum & iniquum voco ac iudico, sicut meipsum. Præser-
1. Cor. 2. tim cum dicat Apostolus: Quis scit quid agat in homine nisi spiritus eius. Peto igitur eripi à
meipso, vt desinam esse malus, & impius, sicq; abnegem & relinquam meipsum non quan-
tum ad id quod sum per naturam & gratiam, sed quo ad id quod sum per propriam vo-
luntatem, & culpā. Qui cogitauerunt iniquitates in corde, qualiter mihi possint nocere, & ex
cogitationibus talibus, tota die, hoc est, indefinenter, & quasi continue, constituebāt prælia,
id est, contētiones & rixas, seu impugnationē à manu. Acuerunt linguā suam sicut serpentes,
proferendo verba adulatoria & fraudulenta, more serpētum, qui blandiuntur lingua vt mor
deant. Sic iniusti interdum amicitiam ostendunt in verbis, sed venenum abscondunt interius
Hiere. 9. de quibus inducit. Sagitta vulnerans est lingua eorum. In ore pacem loquit, occulte ponit in
2. Thess. 2 sidias. Vel acuerunt linguas suas sicut serpentes, loquendo verba subtilia, acuta, mordacia, & F
nociua. Sicut de quibusdam dicit Apostolus: Sermo eorum vt cancer serpit. Venenum aspi-
dum sub labijs eorum. Hoc & cætera quæ nunc transiliunt, in præcedēti articulo satis ex posi-
ta sunt. Custodi me dn̄e de manu .i. potestate pctōris .i. diaboli, q (sicut Iohānis habet) à prin
Joban. 8. cipio peccat, ab eius tentatōibus me tuere, quoniam naturali virtute nullo modo valeo ei resi-
stere, cum sit inuisibilis hostis me incomparabilr astutior experiētior, agilior, atq; robustior.
Job. 42 Nō est em̄ potestas sup terram quę comparet ei. Ideò dn̄e custodi me per teipm̄, & angelum
sanctum meæ custodiæ deputatū. Etem̄ nisi tu dn̄e custodieris ciuitatem, hoc ē, animā virtu-
tum cōcordia circumuallatā, munitā, & plenam, frustra vigilat q custodit eam, & ab hoībus
Psal. 126. iniqs, q sunt instrumētū & corpus, atq; ministri diaboli eripe me, ne illis cōformer & dæmōis
ditioni subijciar. Qui cogitauerunt supplantare, hoc ē, impedire, conterere, annihilare gres-
sus meos .i. opa bona, qbus ad te proficiscit anima mea, absconderūt supbi laqueum mihi .i. dę
mones dei similitudinē inordinate appetentes, & hoīes excęcati, q eoꝝ pompā sequunt, non
solum aperte, sed & occulte ac insidiose mihi nocere disposuerūt, ꝓponendo mala sub specie
Eccl. 37 boni, loquēdo sophistice, agēdo pestilenter. Et funes, hoc ē, mala exempla seu vitia qbus ani-
ma dire ligat, ne deum prompte ac libere imitet, extēderunt, id est, prolongauerunt trahēdo
pctā, velut longam restē, in laqueum hoc ē in deceptionē, vel ad hoc vt funibus istis aīa mea
capiat, & vitijs substernat, iuxta iter, quo ambulo, .i. iuxta viam dei, seu obseruantiam præce-
ptoꝝ, scādalum actiuū .i. occasionem ruinæ, seu offendiculū posuerūt mihi. Maligni eqdem
spūs iter nostrū velut qdā latrūculi obsidēt, teste Greg. Qm̄ ergo virib' meis euadere aut ꝑua
Psalm. 25 lere nō potui, ad mīam opemq; creatoris confugi. Dixi dn̄o deus meus es tu, nō alius aliquis:
nā tu solus potes me liberare atq; saluare. Propterea in te solo cōfido, ad te cōfidēter recurro.

Domi-

A Domine domine virtus salutis meæ, hoc est, fons, origo, & conseruator totius perfectionis,
felicitatis, & grãæ meę, sine cuius manutenentia nec ad momẽtum subsistere, aut saluus existe-
re queo, obumbrasti super caput meum, id est, protexisti, cõfortasti, & cõsolatus es me in die Exo.13
belli, hoc est, tẽpore aduersitatis & tentatõis, alitet succubuissem. Non tradas me dñe à desi-
derio meo, id est, contra desiderium meum rationale & ordinatum quo cupio tibi semp sub-
esse & adhærere, peccatori, dæmoni seu homini impio, ne ei assimiler, cui desidero dispar eẽ.
Vel sic: Non tradas me domine, hoc est, nõ me tradi permittas, à desiderio meo, id ẽ, ab hoste
intrinseco, à concupiscentia carnis, ab inordinato affectu seu fomite, peccatori, videlicet, ne
à meipso seducar & vincar, & potestati dæmonis subdar. Qemadmodum de quibusdam ait
Apostolus: Tradidit illos deus in desideria cordis eorum, in immunditiam & reprobum sen- Roman.1.
sum, cogitauerunt contra me, dæmon & mundus, vt à tuo me obsequio retrahant, ne derelin
quas me, vinci ab eis, ne forte exaltẽtur, hoc est, triumphent & gaudeãt. Nempè qui tribulant Psalm.12.
me, exultabunt si motus fuero. Derisores enim patimur à quibus ad illicita instigamur. Vnde Ecci.23
dicitur: Domine pater & dominator vitæ meæ ne derelinquas me in cogitatu & consilio eo- Iobã.18
rum, & incidam in conspectu aduersariorum meorum, & gaudeat inimicus meus. Caput vi-
delicet dæmon qui est princeps huius mundi, hoc est reproborum, circuitus. i. exercitus, seu
turba eorum, vcз iniquorũ. Istud non regit sed pręmittit propter relationẽ sequentem. Huic
itaq; capiti & circuitui continget, quod subditur: Labor labiorum ipsorũ, hoc est, sermo eorũ
iniquus quo laborauerunt subuertere innocentes, operiet eos .i. in eos redundabit, eis noce-
bit, & tormentis æternis eos inuoluet. Quemadmodum scribitur: Facienti nequissimum cõ- Ecci.27
B silium super ipsum deuoluet: & non cognoscet vnde illi adueniat illusio. Vniuscuiusq; etenim
malum in proprium redundat authorem, & qui alteri quærit nocere, primo propria iniquita
te occidit aut lædit seipsum, secundum quòd Salomon profitet. In impietate sua corruet im- Prouer.11
pius: & in insidijs suis capient iniqui. Vir linguosus, hoc ẽ, verbosus & garrulus procax ad fa-
bulandum, nõ diriget, ad debitum finem à grã dei in terra habitatõis vitæ præsentis. Non eñ Proue.28
tẽdit ad vltimũ finem q est deus & vita ęterna: sed inferno quotidie appropinquat. Vnde ha Ecci.10
bet. Vidisti aliquẽ velocem ad loquendũ: stultitia magis sperãda est q̃ illius correctio. Et ite- Iaco 1.
rum: Qui multis vtit verbis, lædit animam suam. Faciamus ergo quod Iacobi primo consu- Proue.29
litur. Sit omnis homo velox ad audiendũ, tardus aũt ad loquendũ. Alibi eñ scriptũ est: Totũ
spũm suũ profert stultus, sapiens aũt differt in posterũ. Maximè vero oportet nos solitarios eẽ
in verbis cautos & circũspectos, si volumus deo in stabili puritate & pace seruire. Cognoui,
ex sacra scriptura, ex reuelatione diuina, imò ex ratione naturali, quia faciet dominus iudiciũ
inopis. Qui verè & spontè inops ac humilis est, huius iudicium dominus faciet, iusto iudicio
eum saluando, eiusq; persecutores damnãdo. Ideò addit: & vindictam pauperum, sicut & ali- Roma.12,
bi ait: Mihi vindictam & ego retribuam. Quamuis enim omniũ iniuriam dominus vlciscat, Psalm.9,
atq; pro omnibus electis iudiciũ faciat, maximè tamẽ vlciscit iniuriam paupeꝝ spũ, atq; pro Esa.12.
inopibus iudicat. Ei eñ derelictus est pauper. Propter quod Esaias ait: Egenum (inquit) &
pauperẽ nõ derelinquam. Verũtamẽ iusti cõfitebunt, in prosperis & aduersis, nomini tuo, du
C plici confessione, vcз confessione laudis diuinæ, ac propriæ culpæ. Bona enim tibi, mala vero Iob.1.
sibijpsis asscribent, & quicquid eis acciderit, te in omnibus iustificabunt, dicentes: Sicut domi Psalm.112
no placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum, & habitabunt recti cum vultu tuo, Exo.33
hoc est, tibi vnient, teq; fruent, te facie ad faciem in patria contemplabuntur. Porrò in isto
exilio iusti confitent dño duplici confessione: sed confessio laudis eorũ est imperfecta. In pa- Miche.6
tria vero non nisi confessione laudis domino confitent, sed illa confessio perfecta est atq; per- Hebræ.13
petua. Nunc eñ habitant cum vultu diuino, conuersando syncerè coram deo, eumq; fideli
contemplando. Hæc tamen habitatio non est fixa & proprie dicta. Non enim habemus hic
manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. In pãria autem vere, fixe, & proprie habitare di
cunt cum vultu diuino. Ecce psalmũ feruidis orationibus plenum, & morali instructione or
natũ audiuimus, quẽ docet nos ardẽti affectu proferre, atq; ex eius doctrina discere q̃ incessan
ter ad deũ recurrere indigemus, eò quòd ipse sit virtus nostrę salutis. Propterea semper ex cor Gene.42.
de ei dicamus. Salus nostra in manu tua est, respiciat nos dominus noster, & lęti seruiemus re-
gi. Hæc enim fuerunt verba Aegyptiorum ad Ioseph. Per Aegyptios autem signantur pec-
catores: Per Ioseph, Christus.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM CXL.

¶Argumentum.

¶Titulus: Psalm⁹ siue cãticũ Dauid. In hoc psalmo docet iustus afflictõibus circũdat⁹ clama
re ad dñm ꝓ sui liberatõe à periculis hui⁹ mũdi, & potissimũ vt à vitio linguę ꝓseruet. & à pœna
debita liberet. Diuidit in duas ꝓcipuas partes. Primo eq̃dẽ captat bñuolentiã q̃ facili⁹ exaudiat
deinde addit suã orõnẽ quã petit exaudiẽdã, ibi: Pone dñe custodiã. Author de hoĩe studioso
intelligendũ censet in suis commentarijs quæ strictim absoluit.

¶Expo-

¶Expositio Tituli. D

¶Titulus psalmi est, Psalmus Dauid, ipse enim beatus Dauid author est psalmi præsentis.
Loquens in eo in persona hominis studiosi perfectionem attingere laborantis, quàm (quia si-
ne custodia linguæ adipisci non valet) precatur sibi à domino gratiam condonari, qua lin-
guam refrenet ac regat, & ait.

¶Expositio Psalmi.



Omine clamaui ad te⌋ Non tam alta voce q̃ vehementi ac præcordiali affe- 1
ctu. Non enim remissę aut pigrę inuocandus est deus, sed animo timorato, af-
Eccl.18 fectuoso, atq; peruigili, imò & incessanti. Quemadmodum inducit: Non im-
pediaris semper orare, & ante orationem præpara animam tuam, & noli esse
quasi homo tentans deũ. Idcirco cum dixisset: Domine clamaui ad te .s. tem-
pore præterito, profitet se in præsenti clamare, & in futuro clamaturũ esse, vt
pandat se nunquàm à prece velle cessare. Sequit enim ⌊exaudi me⌋ nunc in præsenti, ⌊intē
de voci meæ, dum clamauero ad te.⌋ Hoc est, quocunq; tēpore futuro te inuocauero, osten
de te mihi intendere, ita vt vocem meam, id est, orōnem meam diligenter consideres, & piè
exaudias. ¶Dirigat oratio mea⌋ Hoc est, cœlos penetret, tibi perfecte complaceat, ⌊sicut 2
Exo.30 incensum⌋ in lege dirigebat ad te, & fumando ascendit, ac tibi prę cæteris sacrificijs placu-
it: non propter seipsum sed ex deuotione offerentis. Quod autem subiungit: ⌊in conspectu
tuo⌋ referri potest ad vtrunq; horum, videlicet vt oratio dirigat in conspectu dei, sicut incen
sum. Vel vt oratio dirigat ad deum sicut incensum dirigebat in conspectu diuino. Dicebatur
autem incensum oblatio quę tota incendebat, & comburebat ad dei honorem: per quod desi E
gnat obsequium perfectorum, qui se totos mancipāt deo, seq; totalr abnegant & relinquunt
Petit ergo vt sicut incensum corā deo ascendit, & placuit propter deuotionem feruidā offe-
Eccl.35 rentis, sic oratio nostra coram deo ascendat atq; complaceat. Vnde habet: Oratio humiliātis
se penetrabit nubes. Et alibi: Oratio iusti penetrat cœlos, ⌊eleuatio manuum mearũ⌋ id est,
exaltatio desideriorũ meorũ ad superna, directio operum meorũ ad diuina, erectio manuum
mearũ corporalium ex cordis eleuatione procedens, seu ordinata ad illam virtualiter fit corā
te domine, ⌊sacrificium vespertinum⌋ quatenus ita placeat tibi sicut placebat sacrificiũ ve-
spertinum seu vltimũ quodlibet die, quando videlicet offerebat agnus ad vesperam, cuius im
molatio erat figura immolationis agni dei .s. Christi in cruce. Vnde Christus in cruce pen-
dens dicere poterat: Eleuatio manuum mearũ sacrificium vespertinum. ¶Pone domine cu 3
stodiam ori meo⌋ Hoc est, da mihi grām custodiendi os meum, ne loquar vel taceam inordi
nate. Sed dum tempus est loquendi prudenter atq; vtiliter loquar. Dum vero tps tacēdi affue
rit, moderate ac laudibiliter taceam. Pone quoq; ⌊& ostium circumstātiæ⌋ .i. clausurā discre
tam ⌊labijs meis⌋ vz vt tunc vbi & taliter labia mea ad loquendum aperiā, & ad tacendũ re-
cludam quādo, quo loco, & qualiter oportet, aut expedit: vt sim in vtroq; discretus & fructuo
Eccl 22 sus. Hoc est quod inducit. Quis dabit ori meo custodiā & sup labia mea signaculũ certũ vt nō
cadā ab ipsis, & lingua mea me perdat. ¶Non declines⌋ Hoc ē, non inclinari seu moueri p- 4
mittas ⌊cor meum in verba malitiæ⌋ vt verba maligna effundat, vz ⌊ad excusandas⌋ id est
excusatoriæ proferendas ⌊excusationes in peccatis.⌋ mihi obiectis, & à me perpetratis.
¶Cum hominibus operantibus iniquitatem,⌋ Hoc est, sicut agunt homines assueti; seu ha 5
bituati in malo, ⌊& non communicabo,⌋ per consensum seu imitationem huiuscemodi ex-
cusationes, ⌊cum electis⌋ .i. prępcipuis ⌊eorum⌋ qui se excusant. Electi eñ eorũ sunt, q in mo
Job.36 do & arte excusandi propria vitia alijs eminent, quales sunt simulatores & callidi, qui (sicut F
asserit) prouocāt irā dei, hoc est, miserandissimũ genus prauorũ, qui propria delicta excusant.
Hi enim obicem ponunt remedio, vulnus suum abscondũt, manus diuini iudicij incidunt, in-
sanabilesq; consistunt. Multipliciter vero excusat quis sua pctā, primo dicendo id quod ma-
lum est non esse malũ. Contra quos dicit: Væ q dicitis malum bonũ, & bonũ malum. Et iterũ:
Esai.5 Væ q conuertistis in amaritudinē iudiciũ, & fructũ iustitiæ in absynthiũ. Secundo negādo se
Amos.6 peccasse cum tñ peccauerit, quod quā dānabile sit dominus manifestat dum ait: Ecce ego iu-
Amos.5 dicio contendā tecũ, eò q dixeris non peccaui. Tertio alleuiādo propriā culpā, dicēdo: Non
aduerto, nō pondero, habeo à natura. Quarto, imputādo alteri propriũ malũ, dicēdo, ille me
Prouer.12 induxit, ille est causa peccati mei. Hinc eñ dr: Qui odit increpatōes insipiēs est. Et alibi: Nō
Prouer.15 amat pestilēs q se corripit. Et Salomō quoq; loquit: Qui abijcit disciplinā despicit animā suā,
Ibidem. qui āt acquiescit increpatōibus, possessor est cordis. Propterea quātũ distat cœlũ à terra, & or
tus ab occidēte, tā remote abijciamus semp à nobis tā pessimũ viciũ. ¶Corripiet me iustus⌋ 6
Qui neminem palpat, nulli blādit, ⌊in mia⌋ .i. pie & charitatiue, nō crudelr & inuidiose ⌊&
increpabit me⌋ propter meos excessus, sicut dilectio fraterna expostulat, ⌊oleũ aũt⌋ .i. adula
tio, simulata dilectio, falsa laudatio, ⌊pctōris nō ipinguet caput meũ⌋ .i. non delectet mentē
suū terræ, dicendo apostolis: Euntes in mundū vniuersum, pdicate euāgeliū omni creaturæ
Mar. 16 Velociter vero cucurrit sermo eius, qñ Apostoli exequebant, & impleuerūt q̄d Chrs eis pdi F
Actorū. 1. xit: Eritis mihi testes in Hierusalē, & in omni Iudæa & Samaria, & vsq; ad vltimū terræ.
¶Qui dat niuē sicut lanā, nebulā sicut cinerē spargit. ⌋ Impressiones em̄ metheorologicæ 5
principal'r fiunt à deo, tanq̄ à prima cā, & sic ipse dat niuē sicut lanā, qm̄ cadit per modū par-
uarū partiū lanæ, Nebulā sicut cinerē spargit, videlicet p partes minutas, & p modū cineris 6
coloratas. ¶Mittit chrystallū suā ⌋ quæ est glacies fortissime indurata, ⌊ sicut bucellas ⌋ .i.
per modū frustorū candidi panis, ⌊ ante faciē frigoris eius quis sustinebit ⌋ .i. quis ferre pote
rit psentiā frigoris à deo causati, si vellet deus illud intēdere, quasi dicat, nemo. Quædā enim
loca inhabitabilia sunt propter frigiditatis excessum. ¶Emittet ⌋ deus ⌊ verbū suū ⌋ .i. pce- 7
ptū seu volūtatis suæ effectū, puta calorē seu sile aliqd, ⌊ & liquefaciet ea ⌋ .i. chrystallum, seu
glaciē mollificabit, ⌋ flabit spūs eius & fluēt aquæ ⌋ q̄ prius stabāt cōgelatæ. Potest aūt p spi
ritū intelligi ventus glaciē resoluēs, vel ipsa dei volūtas, seu spūs sanctus, quo flāte .i. virtutē
suā exercēte, fluūt aquæ q̄ erāt solidatæ p frigus, hæc ad literā plana sunt. Porrò spūalē in-
telligentiā assequēdo, dat deus niuē sicut lanā, dū peccatorē vitiorū frigore induratū ad pieta
tē, pœnitētiāq; cōuertit, vt sit mollis & capax grǣ dei, q fuerat durus & frigidus, nebulā .i. vi
tiosam cōsuetudinē, seu vitiorū accumulationē, sicut cinerē spargit .i. p grām dissipat, dādo
cōpunctionē & cōfessionē, oīa mala expellentē. Mittit ad obedientiā & incorporationē ec-
clesiæ, chystallū suā .i. pctōres quosdā obstinatos, q̄s interdū clemētissime respicit, sicut buc-
cellas .i. sic mittit eos vt incorporent ecclesiæ p fidē & charitatē, atq; vt alios nutriāt verbo
doctrinæ cœlestis, ante faciē frigoris eius qs sustinebit .i. quis pati valebit vltionē diuinæ iu-
stitiæ

A ſtitiæ,qua in p̃ſenti & futura pc̃tã vlciſcit,nõ ſolũ inſligendo pœnã ſenſus,ſed etiã pœnam
dãni,indurãdo,vcʒ ſeu infrigidãdo corda reproboꝝ ſaltẽ pmiſſiue p grãæ abſtractionem.
8 “ ¶Qui annũtiat verbũ ſuũ Iacob.⌋ Multa em̃ futura reuelauit deus p ſpm̃ prophetiæ Ia-
cob patriarchæ,vt patet vbi ait:Cõgregamini vt annũtiẽ vobis q̃ vẽtura ſunt nouiſſimis di Gene. 49
“ ebus,illicꝙ de Chr̃o copioſe & euidẽter prophetat. Annũtiat etiã ⌊iuſtitias⌋.i.decẽ p̃cepta
9 “ moralia,⌊& iudicia ſua⌋.i.p̃cepta iudicialia,⌊Iſrael⌋.i.pplo Iſraelitico. ¶Nõ fecit(deus)
“ taliter⌋.i.tã gratioſe & pie,⌊omni natiõi⌋.i.cæteris gẽtibus,⌊& iudicia ſua,⌋.i.veteris le- Luc. 1.
“ gis p̃cepta,⌊nõ manifeſtauit eis⌋ ſicut pplo Iudæoꝝ. Qm̃ em̃ deus incarnari elegit ex ſemi-
ne Iacob,idcirco tã ipſi q̃ filiis eius,& maxĩe tribui Iudę ſpecialẽ grãm p̃ſtitit,cõuertẽdo eos
ad vnius veri dei cultũ,& Chr̃i expectationem. Decuit nãꝙ pplm̃ illũ,de q̃ naſciturus fuerat
Chr̃s,ab aliis pplis diuidi,& ſingulari ſanctitate ornari,Propter q̃d Moſes: Te(inq̃t)elegit Deu. 7. 14
dñs,vt ſis ei pplus peculiaris de cũctis pplis q ſunt ſup terrã. Et aplš:Quid amplius eſt Iudęo Roma. 3.
multũ p omnẽ modũ,Primo quidẽ qm̃ credita ſunt illis eloquia dei. Nũc vero qm̃ Chriſtum
quẽ expectabãt p̃ſentẽ,ſpreuerũt,nec in eũ hucuſꝙ credere voluerũt,propterea iſta nũc nõ
eis,ſed pplo Chr̃iano cõueniũt,vt ſit ſenſus,Qui annũtiat verbũ ſuũ.i.p̃dicationẽ euangelii,
ſeu Chr̃m filiũ ſuũ,Iacob.i.pplo Chr̃iano,vitia ſupplãtãti,iuſtitias & iudicia ſua.i.p̃cepta,
atꝙ cõſilia in noua lege cõteta,Iſrael.i.eidẽ pplo cœleſtia cõtẽplãti. Nõ fecit taliter om̃i na-
tioni,vcʒ Sarracęnis,Tartaris,Iudęis nunc excæcatis,& iudicia ſua.i.ea q̃ ipſe iudicat eſſe iu-
ſta,nõ manifeſtauit eis,illuminãdo corda eoꝝ interius,q̃uis forte exterius audierũt. Tẽpora Actoꝝ. 17
prioris ignorãtiæ deſpiciẽs deus,nũc annũtiat vt pœnitẽtiã agãt. Deniꝙ quidã exponunt
hũc pſalmũ de eccleſia militãti,q̃ dicit Hierl'm & Sion,propter cauſas vbertim præhabitas.
B Hanc ergo in primo verſiculo excitat vt dñm laudet,cuius rationẽ annectit. Quoniã con-
fortauit ſeras portaꝝ tuaꝝ: Portæ eccleſiæ ſunt virtutes,p̃ſertim fides,ſpes,charitas,quibus
intrat ad deũ. Seræ aũt portaꝝ iſtaꝝ dici poſſunt ſacramenta ſeu dona ſpũs,per quæ virtutes
muniunt. Has igitur ſeras confortauit dominus,dando ſacramentis efficaciam ſanctificandi,
virtute dominicæ paſſionis vſꝙ ad finem mundi. Poſſumus q̃ꝙ p portas eccleſiæ intelligere
ſacramenta,per ſeras vero portaꝝ,virtutes ſacramentoꝝ,Benedixit filiis tuis.i.fidelibus,in
te.i.in eccleſiaſtica vnitate perſeuerãtibus,dãdo eis munera gratiarũ. Qui poſuit fines tuos
pacem.i.particulares eccleſias fecit pacificas. Chriſtus em̃ annũtiauit,annũtiariꝙ iuſſit pacẽ
hominibus. Vñ in Michęa habet. Pax erit in terra nr̃a cũ venerit. Et Chr̃o nato angeli ceci Miche. 5
nerũt. Gloria in altiſſimis deo,& in terra pax hoĩbus bonę volũtatis. Et adipe frumẽti.i.cor Luc. 2
pore Chr̃i,q̃d ĩ pane de frumẽto facto cõſecrat,ſatiat te,ſpũali ſacietate. Quẽadmodũ Chr̃s Iohan. 6.
teſtat. Caro mea vere eſt cibus,q mãducat meã carnẽ in me manet & ego in eo. Itemꝙ. Qui Mat. 20.
mãducat hũc panẽ viuet in æternũ. Cętera exponunt ſicut nũc patuit. Quidã vero exponũt
pſalmũ iſtũ de illa terrena vrbe Hieruſalẽ & Sion,ſed expoſitio hęc non videt fructuoſa neꝙ
cõueniẽs,Propter q̃d eã nõ proſeq̃r. Verũtñ ſi in Hebræo,vel trãſlatione Hieronymi iuxta
Hebræũ, haberet hic pſalmus titulũ illũ,quem habet in aliq̃bus bibliis nr̃is, videlicet alleluia
C Aggęi & Zacharię,tũc literalr̃ pſalmus p̃ſens loq̃ret de Hieruſalẽ illa terrena,de cuiꝰ reædifi
catiõe vaticinabãtur p̃dicti ꝓphetę. Sed in Hebręo pſalmus iſte ſine titulo ẽ. Ecce pſalmũ
oĩno iocũdũ ac eleuatũ audiuimus,q mẽtes nr̃as ad cęleſtia dirigit,in q̃ eccleſia militãs ſeu q̃-
libet fidelis eccleſiã triũphãtem ad creatoris ac beatificatoris ſui laudẽ inuitat,non ꝙ illa nr̃a
indigeat admonitiõe,ſed vt nos ei cõgratulemur,eius beatitudinẽ contẽplemur, & adipiſci
conemur. Dũ igit pſalmi huius primum verſum proferimus,cor nr̃m ad ſupcœleſtis palatii
gaudia erigamꝰ,cœleſtẽ Hieruſalẽ oculis fidei circũſpiciamus,ad eiꝰ beatitudinẽ ſuſpiremꝰ,
ob cuius amorẽ vniuerſa ſenſibilia atꝙ carnalia aſpnari debemꝰ. Cogitemus vt poſſimꝰ q̃ta
ſit btõꝝ fœlicitas,q̃ꝝ ciuitas ita munita ẽ,vt nihil aduerſi in eã poſſit incurrere,nullũ pericu
lum propinquare,cuius ciues æterna bñdictione replentur,cuius fines ſunt pax,ita vt inæſti-
mabili ſecuritate de ſua perpetua cõfirmatione lætentur omnes beati qui ſummi boni beatifi
ca fruitione æternaliter ſatiantur,æternæ pacis ſuauiſſimo guſtu paſcuntur, atꝙ in ſui crea-
toris amplexibus,inuariabiliter requieſcunt.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXLVIII.

¶Argumentum.

¶Titulus. Haleluia,Aggæi & Zachariæ. Hic pſalmus eſt inuitatio q̃dã oĩm creaturaꝝ ad diuinas laudes,nẽpe intellectualiũ p ſe,cęteraꝝ aũt q̃ rõnis exortes ſunt p alia, puta rõnales, quarum gratia etiam condite ſunt. Vnde propheta perpaucas enumerãs creaturarum ſub illis & reliquas omnes,intendit inuitare ad laudem dei, hoc eſt,oſtẽdit omnẽ creaturã ſola diuina voluntate procreatam,vt in ea deus laudetur. Habet vero duas partes,nam inuitat creaturas ad dei laudem. Primo quidẽ ſigillatim,poſt hoc vero coniunctim,ibi. Confeſſio eius ſuper cœlũ & terrã. Author ſuccinctè & breuiter,cõmẽtario tñ deuoto,explanat ipſum.

¶Expositio Tituli. D

¶Titulus demũ psalmi iam exponendus est, Haleluia. In aliquibus tamen bibliis additur, Aggæi & Zachariæ, propter causam in pcedenti articulo introductã. Est aũt hic psalmus cœlesti dulcedine atq; deifica iocunditate repletus, in quo ardẽtissimus dei amator zelo diuini honoris succensus, vniuersa creata ad oĩpotentis exhortaĩ prçconium creatoris, & ait.

¶Expositio Psalmi.

Laudate dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Iste versiculus dupliciter ,, 1
explanatur. Primo, vt sit inuitatio omnium creaturarum ad laudem diuinam, eritq; sensus: Laudate dñm de cœlis, hoc est, dominũ cœlestem in cœlis habitantem, ô cuncta creata: Laudate eum in excelsis .i. in altis, existentẽ, in sublimibus demorantem, vcʒ in mẽtibus contẽplatiuis ac puris, in thronis cœlestibus, summisq; cœlis. Secundo exponiĩ, vt sit inuitatio excellentiũ creaturaȝ ad laudãdum deum, vt sit sensus: Laudate dominũ de cœlis, hoc est, vos qui estis in cœlis, vcʒ creaturæ superiores atq; cœlestes, laudate eum in excelsis .i. vos q estis in magnis dignitatibus, in excelsis ordinibus constituti. Vel: Laudate eum in excelsis, hoc est, magnis perfectõibus, summisq; laudibus, asscribendo ei pdicata nõ parua aut mediocriter magna, sed oĩno excelsa. Dupľr ãt laudaĩ deus sublimis & benedictus ab intellectu creato. Primo in seipso, attribuẽdo, vcʒ, ei sublimia attributa eius increatam perfectionẽ designantia, sicut dũ dicimus, deus ęternus, immensus, oĩpotens, felix, iustus, misericors. Secũdo, commemorãdo opa eius, & in illis ipm opificem collaudãdo

Gene.1 sicut dum dicimus: Tu creasti cœlũ & terrã, & oẽm ornatũ eoȝ. ¶Laudate eum oẽs angeli ,, 2

Neemię.9 eius, laudate eũ oẽs virtutes eius. Nomen angeloȝ, & nomen virtutum interdũ ponunĩ pro specialibus choris siue ordinibus spũalibus substãtiaȝ, quas Dionysius cõiter nominat supmundanos animos, deiformes intellectus, cœlestes essentias, quaȝ sunt tres hierarchiæ, & ordines nouẽ. Sed hoc loco angeli & virtutes nõ accipiunĩ p specialibus ordinibus, imò vtrũq; ipoȝ E

Hebræ.1 significat oẽs prędictas spũales substãtias. Oẽs eẽm appellatę sunt angeli, qm oẽs sunt aliquo modo administratorij spũs, in ministeriũ missi propter electos eo modo quo Dionysius docet. Oẽs quoq; dicunt virtutes, eo q sint fortes & viriles atq; idoneç ad æquãdas omnes operationes diuinas eis diuinitus præstitas. Hos ergo angelos & virtutes, custodes & dominos nostros alloquimur, inuitantes eos ad dei præconium, non quasi indigeant, aut torpentes seu lassi fieri queant in laude altissimi: sed quasi congratulantes eis, vt dictum est plenius in pręcedenti articulo. Sic eẽm loquimur operanti, quod nobis placet, age, age. Porro nequaq̃ debemus ista sinẽ attentiõe diligenti proferre, sed triumphãtis ecclesiæ ciues ac regẽ corde sereno aspicere, cogitando q̃ hilariter, indesinenter, ac speciosè deũ collaudent oẽs sancti angeli. Quẽ

Esa.6 admodum inducitur: Clamabat alter ad alteȝ, sanctus, sanctus, sanctus dñs deus exercituum,

Iob.38 plena est omnis terra gloria eius. Vnde dominus ait ad sanctum Iob: Vbi eras cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij dei? ¶Laudate eum sol & luna, laudate eum ,, 3
oẽs stellæ. Videlicet astra fixa, & planetæ, & lumen. sensibile & insensibile, naturale & supernaturale. Si autem poneremus corpora cœlestia animata sicut posuerunt summi philosophi .s. Aristoteles, Plato, Socrates, Auicenna, & sequaces eoȝ, quos etiam Iudæorũ præcipui theologi atq; philosophi .s. Rabi moyses, & Dauid author libri de causis, multiq; alij sunt secuti, F quibus Christianoȝ quoq; doctoȝ aliqui consenserunt, vcʒ Origenes, & sicut beatus Thomas in prima parte testatur. Ipse quoq; sanctus, sublimis, & gloriosus, Hieronymus idem sen

Eccle.1 tire videtur, exponens illud Ecclesiastes: Lustrãs vniuersa in circuitu pergit spũs. Si (inqt) taliter poneremus, possumus corpa cœlestia, vcʒ orbes & astra, solem ac lunã inuitare ad laudem dei, quemadmodũ angelos. Quãuis Augustinus sup Genesim, & in Enchiridion sub dubio relinquat, an corpa ista sint animata. Nõ aũt relinquit sub dubio, quin si aĩata essent, ptinerent vsq; ad societatẽ angeloȝ. Si vero amplius cõplacet opinio sancti Basilij & Damasceni, dicentiũ, q corpa cœlestia sunt inaĩata, q̃d etiã communius æstimaĩ, tũc inuitant ad laudẽ dei eo modo quo cętera inaĩata & irrõnabilia. Generalis etẽm modus quo oĩs creatura deũ laudat est q eius bonitatẽ, sapiam, atq; potentiã repsentat, eiusq; volũtati obedit, agẽdo & patiẽdo quod ipse pfixit. Laudãt igiĩ sol & luna, stellæ & lumẽ dñm, qm suo decore, dignitate, atq; potestate inducũt intellectuales creaturas ad laudẽ ac admirationẽ creatoris. Et item quia à suo officio atq; obsequio nõ recedũt, ipsoȝ metus & seruitiũ laus dei est. ¶Laudate eũ cœli cœ ,, 4
lorum. Hoc est. cœli maiores & principaliores, vcʒ cœli q sunt supra septem cœlos planeta- ,,
rum. Vel, per cœlos cœloȝ designat cœlum empyreum, ponitq; plurale pro singulari, qa secundum Chrysostomũ hoc nomen cœlum in Hebræo caret numero singulari, Vnde & alibi

Neemię.9 scriptura singulariter exprimit cœli cœloȝ, iuxta illud Neemiæ: Tu dñe fecisti cœlũ cœloȝ, & oẽm exercitũ eoȝ. Et aq̃ q̃ sup cœlos sunt laudẽt nomẽ dñi. Quid p aq̃s has intelligendũ ,,
sit, diuersimodè assignãt doctores. Antiqui eẽm doctores præter Augustinũ dicũt supra firmamentum seu cęlum stellaȝ esse veras aquas, quas Beda asserit glaciali soliditate, supra firma-

mẽtum

A mentũ per modum chryſtalli eſſe ſuſpenſas, & ita eſſent eiuſdem naturæ cum aqua elemen-
tari. Moderni vero doctores, Auguſtinum ſequentes, communiter dicũt, nequaq̃ eſſe aquas
veras ſupra cœlos, ſed per aquas has intelligendam eſſe nonã ſphæram mobilem, quæ dicit
cœlum chryſtallinum ſeu aquæum, non ꝙ ſit de natura aquæ, ſed quia cum aqua conuenit in
diaphoneitate, quemadmodũ cœlum empyreum dicitur igneum, non quaſi de natura ignis
exiſtens, ſed tanq̃ cum igne in luciditate ſeu claritate conueniens. Veruntamen, ſecundum
Thomam ſuper ſecundum Sententiarum, cœlum empyreum nõ dicitur ideo lucidũ ꝙ ſenſi
biles radios fundat, cũ non ſit compactũ. Talis nanq; luciditatis cauſa eſt cõgregatio ſeu com
pactio partiũ diaphoni, vt dicunt, Auicenna & Auerrois, propter q̃d ignis in propria ſphæ-
ra nõ lucet, ſed dicit lucidũ, qm̃ naturam lucis habet in ſe cum ſit maxime formale. Ad nonã
ſphæram ſeu cœlum aquæum reducunt aſtrologi motum cœli ſtellati ab occidente in orien
tem. Ponunt autem quidam eoꝝ & decimam ſphæram mobilem, quam dicunt eſſe cauſam
“ diurni motus firmamenti ſeu cœli ſtellati ab oriente in occidentẽ. Conſequẽter ponitur ra-
5 “ tio cur oĩa deum teneãtur laudare. ¶Quia ipſe dixit⌋.i. intellectualr̃ intra ſe protulit, pra Pſal. 32.
“ ctico intellectu vt crearentur, ⌊& facta ſunt⌋ ex nihilo, ⌊ipſe mandauit⌋.i. per voluntatem
imperialiter iuſſit, ⌊& creata ſunt.⌋ Vocat em̃ ea quæ non ſunt tanq̃ ſint. Vnde in Gene. ha
betur: Dixit deus, fiat lux, fiat firmamentum, & ita omnia dicendo creata ſunt. Deus quippe Geñ. 1.
“ eſt cauſa rerum ꝑ intellectũ, iuxta illud: Oĩa in ſapĩa feciſti. Et ꝑ volũtatẽ, queadmodũ dictũ Pſal. 103.
6 “ eſt: Oĩa q̃cũq; voluit dñs fecit. ¶Statuit⌋.i. firmiter collocauit, ⌊ea,⌋ iã p̃dicta, videlicet Pſal. 134
“ angelos, virutes, ſolẽ, lunã, ſtellas, lumẽ, cœlos cœloꝝ, & aquas q̃ ſuꝑ cœlos ſunt, ⌊in ſeculũ
“ ſeculi,⌋.i. ꝑpetuo. Dedit em̃ eis incorruptibile eſſe, q̃uis cœli & luminaria q̃tũ ad formã ac-
B cedentalẽ mutanda atq; in melius cõmutanda credant, ⌊p̃ceptũ poſuit⌋.i. certã legẽ operã-
“ di eis p̃fixit, ⌊& nõ p̃teribit⌋.i. p̃ceptũ iſtud nõ deſinet. Vnde Hieronymus ait: Præceptum
poſuit ſoli vt luceret per diem, & ecce ꝑ tantos annos nunq̃ p̃ceptũ eius p̃teriuit. Lunæ præ-
ceptum poſuit, vt ꝑ triginta dies creſcat & decreſcat, nunq̃ curſus eius mutatur. Mari præce
ptũ poſuit vt littora ſua nõ egrediatur. Venit oceanus tumens fluctibus, & ipſe redit & præ-
ceptũ obſeruat. Grandis hoĩs honor, & grandis miſeria, ſol tibi currit, & elemẽta tibi ſerui-
unt, & tu ignoras creatorẽ tuũ? Totus mũdus deo ſeruit, & præcepti eius meminit, ſolus ho-
mo illud cõtemnit aut negligit. O infelix hominũ genus, deſcendit ad te deus, qm̃ tu ad cœ-
lum non vis aſcendere, non tibi ſufficit ꝙ ipſum non ſuſcipis, ſed crucifigis, blaſphemas, fla-
7 “ gellas, nec tñ pœnitentiã agis. ¶Laudate dñm⌋ vniuerſoꝝ ⌊de terra⌋.i. o terrena & in-
“ feriora, videlicet ⌊dracones⌋.i. ſerpentes ſquamoſi & magni, qui habitãt in cauernis ſeu ſpe
luncis aquoſis, intemperamentum ſui naturalis caloris, q non repeunt in terra, ſed volant in
aere, & cætera animantia terræ in quantitate excedunt. Aliqui per dracones intelligunt cete
grandia. Quoniam Geneſi primo, vbi nos habemus: Creauit deus cete grandia, In Hebræo
“ dicitur, dracones magnos, ⌊& omnes abyſſi,⌋ id eſt, particularia, profundaq; maria, ſeu pro Gene. 1
8 “ funda loca oceani, in quibus habitant cete. ¶Ignis,⌋ id eſt, elementum ſupremum, ⌊gran
“ do, nix, glacies, ſpiritus procellarum,⌋ id eſt, ventus tempeſtuoſi, concitantes procellas in
“ mari, ⌊quæ faciunt verbum eius,⌋ id eſt, diuino præcepto obediunt, idq; operant, ad quod
9 “ diuinitus ordinant. ¶Montes & oẽs colles⌋.i. magni & parui montes, ⌊ligna fructifera⌋
10 “ habentia ſementẽ generis ſui in ſeipſis, ⌊& oẽs Cedri,⌋ quæ ſunt arbores altæ. ¶Beſtiæ⌋
“ ſylueſtres atq; indomitæ, ⌊& vniuerſa pecora,⌋ domeſtica, ſerpentes.i. animalia repentia,
“ ⌊& volucres pennatæ,⌋ omnia hæc laudent deũ, vnũquodq; ſecundũ modũ ſuũ. Sed q̃d eſt
C ꝙ inanimata & irrationalia & bruta alloquimur? Et rñdendũ ꝙ ea allo q̃mur, nõ vt ipſa itelli
gant verba noſtra, ſed vt noſipſi ea nominãdo & cõſiderãdo inducamur ad creatoris admi-
rationẽ ac laudẽ. Nã ſicut dicit: A magnitudine ſpeciei creaturæ poterit creator hoꝝ cogno Sapiẽ. 13
ſcibilr̃ videri. Inuiſibilia q̃q; dei ꝑ ea q̃ facta ſunt, cognoſcunt, teſtãte apl̃o: Deinceps inuitat, Roma. 1.
11 “ excitat ad laudẽ dei ipſe homo, propter quẽ facta ſunt oĩa iſta terrena. ¶Reges terræ,⌋.i.
“ regnoꝝ & inſulaꝝ, ⌊& oẽs populi,⌋ eis ſubiecti, ⌊principes,⌋ regibus inferiores, ⌊& oẽs iu
12 “ dices terræ⌋.i. habitãtes in terra, ſeu hoĩm in terre manẽtiũ. ¶Iuuenes & virgines, ſenes,
“ cũ iunioribus⌋.i. oĩs cõditio, oĩs ſexus, ætas & ſtatus hũanæ creaturæ, ⌊laudẽt nomẽ dñi⌋.i.
“ dñm noĩe deſignatũ, ⌊q a exaltatũ⌋.i. cũctis p̃latũ ⌊eſt nomẽ eius ſolius⌋.i. ipſe ſolus vniuer
ſis ſublimior eſt, imò oĩa in infinitũ excedit in omni nobilitate & ꝑfectiõe, propter q̃d indu-
cit. Vnus eſt altiſſimus creator oĩm, oĩpotẽs rex, & metuẽdus nimis. Et iteꝝ: Nõ eſt alius de- Eccl. 13
13 “ us in cœlo vel in terra, q poſſit facere opa tua, & cõparari fortitudini tuæ. ¶Cõfeſſio ei⁹,⌋ Deute. 3.
“ .i. laus dei eſt ⌊ſuꝑ cœlum & terrã⌋.i. in eccleſia triũphãti ac militãti in patria atq; in via. Vn
“ de legitur: Operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena eſt terra, ⌊& exaltabit⌋ in præſen- Abacuc. 3
“ ti vita per gratiam, & in futura per gloriã, ⌊cornu populi ſui⌋.i. virtutẽ & dignitatem fide-
lium atq; humilium. Humiles enim exaltat quotidie, dando eis ſpiritualẽ profectum. In die
autem iudicij collocabit eos ad dexteram ſuam, deinde ponet eos cũ corpore & aĩa in regno
maieſtatis

Iohan.17. maiestatis paternæ, quatenus vbi ipse fuerit & illi sint secũ. De q̃ exaltatõe electorũ impij mira D
Ephes.5. buntur in die iudicij dicẽtes: Nos insensati vitã illorũ putabamus insaniã, & finẽ sine honore,
Psal.68. quõ ergo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorũ est. ¶Hymnus ⌋.i. laus 14
dei cũ cantico est atq; debet, ⌊omnibus sanctis eius⌋ in cœlo & terra. Nã & ipsi laude digni
sunt, & deũ incessabiliter laudãt. Qui aũt sint sancti eius, exẽplificat, ⌊filijs Israel populo ap-
propinquãti sibi.⌋ Ad literã psalmista vocauit filios Israel seu Iacob patriarchæ sanctos dei,
Deute.7. qm̃ tpe illo pene totus mũdus declinauit ad idololatriam præter eos. Vñ Moyses sæpe ait ad
eos. Populus sanctus es dño deo tuo. Et hi filij Israel erãt popul⁹ appropinquãs deo, bene vi
uẽdo. Sicut enim à deo receditur p peccatũ, sic ei appropinquat per virtutes. Fides nãq; ostẽ
dit viã & finẽ, seu terminũ. Spes vero incipit tẽdere. Charitas vero vnit nos deo, & cæteræ
virtutes inq̃tum p charitatẽ informãtur, deo nos copulãt. Spũaliter vero p filios Israel intel
Coloss.3. ligũtur oẽs fideles seu christiani deũ p fidẽ cõtẽplãtes, & istis est hymnus, queadmodũ dicit
apl'us: Loquimini vobismetipsis in psalmis & hymnis, & cãticis spũalibus, cantantes & psal-
lentes in cordibus vestris dño. Ecce psalmũ cœlice amœnitatis decore fulcitũ, & sancti amo
ris zelo refertũ audiuimus, in quo deuotissimus dei cultor totã vniuersitatis machinã, paucis
creaturis nominatim expressis ad summę trinitatis laudẽ hortat, quatenus q̃d ipse p se imple-
re nõ valet, ab illis impleat. Dum ergo psalmũ hunc canimus, mentẽ nostrã ab omi custodia
præseruemus. Cõtemplemur insup in vniuersis creaturis, p̃sertim in cœlestibus excellẽtiam
creatoris, in eius cõtemplatione epulemur, in eius p̃conio delectemur, eius beatitudini affe- E
ctuosissime cõgratulemur. Deniq; id psonaliter ĩpleamus ad q̃d p cætera oĩa exhortamur,
vcȝ deũ laudãtes & glorificãtes, ad cui⁹ laudẽ & gloriã oĩa facta sunt. Vere etenĩ possibili⁹ es-
set cœlũ & terrã annihilari q̃ hoĩem in laudibus dei gloriantem non saluari.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXLIX.

### ¶Argumentum.

¶Titulus. Haleluia. Hortãtur per hũc psalmũ oẽs fideles, toto corde & opere laudent deũ cantãtes ei canticũ nouũ pro beneficio incarnationis, q̃ renouati sunt de vetustate peccati in filios gratiæ, & pro victoria quã habituri sunt in aduẽtu Christi ad iudiciũ, vel eo potissimũ q tum electi dei cũ Christo regnaturi sint in gloria, contra vero oppressores innocẽtum in pœnas gehennæ detrudendos, ppetuisq; cruciatibus affligendos. Vñ in summa hic psalmus in duo partit. Primo equidẽ cõplectit inuitationẽ ad dei laudem. Secũdo vero assignat hmõi inuitatiõis causam & rationẽ, ibi. Quia beneplacitũ est deo. Author nõ nisi simplici commentatione interpretatur ipm pro hac sentẽtia.

### ¶Expositio Tituli.

¶Porrò titulus huic psalmo p̃scriptus est alleluia. Est nãq; hic psalmus laus dñi saluatoris, atq; totius supgloriosissimæ trinitatis, p̃sertim pro beneficio perfectæ victoriæ, atq; finalis triumphi, quẽ per Chr̃i virtutẽ adepturi sunt fideles, in secũdo eius aduẽtu, qñ oẽs aduersarij electorum æternaliter damnabuntur, & ipsi electi ab omni malo pœnæ & culpæ liberabuntur, resumẽtes corpora glorificata. Ait ergo sanctus propheta.

### ¶Expositio psalmi.



Antate dño canticũ nouũ, ⌋.i. recẽs carmẽ, & nouã laudẽ deo offerte, in q̃ no- 1
ua eius bñficia cõtineant. Dicit aũt cãticũ nouũ, nõ propter tpis nouitatẽ, sed
propter materiæ atq; deuotiõis spũalem innouationẽ. Itaq; monemur deum F
laudare pro bñficijs eius nobis in fine seculorum p Chr̃m collatis, videlicet de
Philip.3. Chr̃i incarnatione, p̃dicatione, passione, spũs sancti missione, de eius q̃q; futu
ris beneficijs, qbus reformabit corpus humilitatis nostræ configuratũ corpori
claritatis suæ, & vindicabit perfecte iniuriã seruorũ suorũ humiliũ, ⌊laus eius⌋.s. dei, est, ⌊in
ecclesia sctõrũ⌋.i. in congregatõibus deuotorũ, in ecclesia militãti ac triũphãti, queadmodũ
Esaiæ.51 apud Esaiã recolitur. Gaudiũ & lætitia inuenietur in ea, gratiarũ actio, & vox laudis. ¶Læ 2
tetur Israel⌋ hoc est, populus fidelis seu christianus, q per fidẽ & vitã reputatur in semine pa
Roma.2. triarcharũ, multo amplius q̃ filij carnis, prout apostolus memorat. Non qui in manifesto Iu-
dæus, neq; qui in manifesto in carne est circũcisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circũ-
cisio cordis in spiritu, non litera. Vnde de filijs carnalibus carnaliter circuncisis, sed Christũ
Apoca.3. negantibus ait Iohannes. Dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed mẽtiunt. Vnde rursus Pau-
Galat.3. lus testatur: Qui ex fide sunt, hi filij sunt Abrahæ. Itaq; iste verus Israel lætetur spirituali læti
tia, ⌊in eo qui fecit eum⌋ hoc est, in suo creatore ac saluatore, in eius contemplatione, di-
1.Cor.1. lectione & cultu cordialiter gloriãdo, sicut apostolus monet. Qui gloriatur in domino glo
2.Cor.10 rietur, ⌊& filiæ Sion⌋ hoc est, particulares ecclesiæ cœlestia speculantes, vel animæ deuo-
tæ, quæ sunt filiæ Ecclesiæ per Sion designatæ, ⌊exultent in rege suo⌋ sponso cœlesti, de
Cantic.3. quo in Cãticis Canticorum habetur. Egredimini filiæ Syon, & videte regem Salomonem.

Et iterum

A Et itẽ: Introduxit me rex in cellam vinariam. Iste rex noster est Chrũs, de quo scriptũ est: Can. 2
Dominus iudex noster, dominus legifer noster, dñs rex noster, ipse veniet & saluabit nos. In Esaiæ. 33
3 " hoc rege animæ piæ modo gaudent spũaliter. ¶ ⌊Laudent nomen eius in choro⌋ corpora-
li, videlicet in societate per charitatem cõcordi, & item in choro spirituali .i. in concordia
" mo, in consonantia ope bono, in connexione virtutũ, ⌊in tympano & psalterio psal-
" lant ei.⌋ Vtitur eñ interdũ ecclesia in laude diuina his musicis instrumentis. Spiritualr vero
per tympanum carnis mortificatio significatur, quia in tympano corium extenditur. Per
psalterium vero in quo chordæ extenduntur, bona operatio figuratur. Itaq; filiæ Sion ĩ tym
pano .i. in carnis castigatione, in concupiscentia refrenatione, in propria mortificatione,
& psalterio .i. vita laudabili, psallant .i. laudem annuntient, ei .i. regi, suo domino, saluatori,
quatenus vita & mores consonent verbis, & talis sit vita quæ reddat animam ad laudandum
4 " deũ idoneam. ¶ Quia beneplacitum est dño⌋ Christo ⌊in populo suo,⌋ Christiano æter
naliter prælecto. Quemadmodũ fatetur: Deliciæ meæ esse cũ filijs hoĩm. Et itẽ: Sicut di- Prouer. 8
" lexit me pater, & ego dilexi vos, ⌊& exaltabit⌋ in die iudicij, ⌊mãsuetos⌋ .i. veraciter Chri Iohan. 15
stianos, qui didicerunt ab eo illam lectionem quã oĩbus nobis proponit. Discite (inquiens) à Matt. 11.
" me, quia mitis sum & humilis corde. Hos ergo mansuetos exaltabit ⌊in salutem,⌋ mentis &
5 " corporis, dando eis duplicẽ stolã, beatitudinẽ plenã, vitam æternam. ¶ Exultabunt sancti Esaię. 65
" in gloria,⌋ beatificæ visionis in patria, prout dominus ait: Exultabitis & gaudebitis vsq; in
" æternum, ⌊lætabuntur in cubilibus suis⌋ .i. in cœlestibus mansionibus, in quibus dulciter re
quiescunt, atq; in deo feliciter somno syncerissimæ cõtemplationis obdormiũt. De his cubi Iohã. 14
B libus ait saluator: Vado parare vobis locum Et rursus: In domo patris mei mãsiones multæ Ibidem
6 " sunt. ¶ Exultationes dei⌋ .i. exultationes spirituales, atq; diuinæ, laudes perpetuæ, erunt
" ⌊in gutture eo.⌋ Si hoc de gutture corporali intelligaẽ, sequi videẽ q in patria erit laus vo-
calis, qd ego probabilius reor q̃ aliud. Potest tñ exponi de gutture spũali, de quo spõsa ait in
Canticis: Fructus eius dulcis gutturi meo. Et Salomõ: Veritatẽ meditabiẽ guttur meũ. Hoc Can. 2
est guttur per quod verbũ cordis profertur, quo spũalis dulcedo gustatur. Itaq; exultationes Prouer 8
dei .i. diuina, & ad deũ ordinatæ erunt in gutture beatorum, ita q in eorum gutture spirituali
erunt exultationes internæ & spirituales. In gutture autem eorum corporali erunt exultatio
nes seu laudes exteriores atq; sensibiles: Qualiter vero voces & soni laudum vocalium in cœ
" lo empyreo formabuntur, difficultatem habet, quæ hoc loco discutienda non est, ⌊& gla- Apocal. 1
" dij ancipites in manibus eorum.⌋ In Apocalypsi de Christo inducitur: De ore eius gladius
ex vtraq; parte acutus exibat. Et palam q ibi per gladium intelligatur districta sententia iu- Matt. 19
dicis contra iniustos. Similiter nunc ait scriptura de sanctis cum Christo iudicaturis, quibus
ipse loquitur: Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos iudicantes
duodecim tribus Israel. Gladij ancipites, id est, sententia iudicis contra iniquos, in manibus 1. Cor. 6
7 " .i. in potestate eo. Simul eñ cum Christo iudicabunt. ¶ Ad faciendam vindictam in na
" tionibus⌋ .i. vt simul cum Christo vlciscãtur in nationibus peruerso, peccata atq; iniurias
" deo & sibi illatas, & ad faciendas ⌊increpationes⌋ .i. iustas reprobationes & pœnas, ⌊in po-
" pulis⌋ reprobis. Dicuntur aũt sancti ista facturi, quoniã Christo ista agẽti cõsentiẽt & asta
8 " bunt. ¶ Ad alligandos reges⌋ iniustos, ⌊eo⌋ .s. impio, ⌊in compedibus⌋ .i. in vincu-
" lis æternæ damnatiõis, à quibus nunq̃ erui poterũt, ⌊& nobiles eo⌋ supbos ⌊in manicis,⌋ Mat. 25
" .i. ligaminibus ⌊ferreis⌋ Per hoc eñ q sancti impios cum Chr̃o dãnabunt, reges, nobilesq;
C eo, puta tyrãnos, iniustosq; pfides ligabũt in cõpedibus & manicis ferreis, secundũ qd Chri
9 " stus loquutus ẽ: Ligatis manibus & pedibus, projicite eũ in tenebras exteriores. ¶ Vt faci-
" ant ĩ eis iudiciũ cõscriptũ⌋ .i. vt sic iudicẽt ĩpios, sicut ĩ diuĩa pscia scriptũ, atq; in sacris scrip-
turis digestũ est. Vñ dñs iustis promittit, Egrediemini & salietis q̃si vituli de armẽto, & cal- Malac. 4
" cabitis ĩpios, in die quo ego facio, dicit dñs, ⌊gloria hæc est oĩbus sctĩs eius⌋ .i. vniuersis ele- Psal. 57
ctis cedet ad gloriã pinducta vltio beato. Queadmodũ scriptũ est: Lætabitur iustus cum vi
derit vindictam. Vel, gloria hæc est oĩbus sanctis eius .i. oẽs electi tunc vindicabũt in natio-
nibus, sicut iam patuit. Omnes eñ cũ Christo per approbationẽ iudicabũt, & fortiter, imper
territe, & cõstantissime cõtra reprobos stabũt, & maxime martyres cõtra tyrãnos, iuxta il-
lud: Tunc stabũt iusti ĩ magna cõstantia aduersus eos, q se angustiauerũt, & q abstulerunt la- Sapię. 5
bores eo. Videntes impij, turbabũtur timore horribili, gementes præ angustia spũs dicen
tes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. In lib. q̃q;
sapientiæ legitur: Iudicabũt iusti nationes, & dominabuntur populis. Hæc sunt incompre- Sapię. 3
hensibilia iusti dei iudicia, vt taliter exaltentur in die iudicij, q nunc propter iustitiã patiun- Matt. 5
tur, veraciter humiliantur, & deo humiliter obsequuntur. Sic quoq; tũc humilientur, q mo-
do iustos affligunt, contra iustitiam tument, & temporaliter præualent. Deniq; mouere
non debet, quòd primo dicit sanctos exultaturos in gloria, & lætaturos in cubilibus suis, &
postea subdit, gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictã in nationibus, &c.
quod

quod tamē pręcedet. Sacra nāq; scriptura nō semp enumerat dona dei eo ordine quo præstā D
tur. Sed & Chrs talē ordinē ponit in verbis, sicut nūc psalmus ꝑsens. Ait nāq; discipulis: Ego
Lucæ.22. dispono vobis regnū, vt edatis & bibatis sup mēsam meā in regno, & sedeatis sup thronos iu
dicātes duodecim tribus Israel. Ecce hic psalmus ad laudē diuinā & spūalem lętitiā hilariter
nos inuitat, beatitudinē electoꝝ iocūdē describit: reproboꝝq; pœnas salubriter pādit, q̄ten⁹
ad sctōꝝ societatē ꝑtingere satagamus, ipiaq; opa atq; tormēta abhorere & fugere laborem⁹

# COMMENTARIVS IN PSALMVM CL.

¶Argumentum.

¶Titul: Haleluia, In hoc psalmo disserit ꝓpheta de laude dei, quā faciūt sancti iā btītudinē
assecuti, vt hoc ipo nos ꝓmoueat illuc aspirare, vbi iugiter dn̄m laudare possimus. Vn̄ inuitat
oēs btōs, vt iā gloriā adepti laudēt deū in seipsis aīo & ore ꝓ gloria cœlestis btītudinis, qua nūc
plena pace potiunt. Qd̄ & nobis deus olim largiat. Habet āt psalmus iste tres partes. In prima
ponit diuinę laudis cā motiua. In scd̄a vero modus oportunus, ibi: Laudate eū in sono tubæ.
In tertia minister idone⁹, ibi: Oīs spūs laudet dn̄m. Author q̄q; breui ipm̄ absoluit cōmētario
Et cui subiūgit lucidissimā cōclusionē ad laudē dei q est benedictus in secula, Amen.

¶Expositio Tituli.

¶Titulus hui⁹ nouissimi psalmi est: Haleluia. Pręsens em̄ psalm⁹ ecclesiā triūphantē inuitat
ad laudādū suę fontē btītudīs, suę salutis authorē. Quia em̄ psalm⁹ immediate ꝑcedēs trāslatio
nē sanctoꝝ ad pr̄iam reserauit, merito nūc Psalmista hortat eandē sanctoꝝ societatē, vt dn̄o
deo pro tātis beneficijs laudes & grās referat. Itaq; dicit.

¶Expositio Psalmi. E

Laudate⌋ O vos ciues cęlestes ⌊dn̄m⌋ vestrę felicitatis obiectū & causam ⌊in san 1
ctis eius⌋.i. in vniuersis cōprehensoribus & beatis, grās ei agēdo ꝓ oībus bonis q̄
Psalm.67 largitus ē eis, & qcq̄d felicitatis & glīę in ipsis est ei principalr̄ ascribēdo. Vere em̄
mirabilis est deus in sanctis illis, ⌊laudate eū in firmamēto virtutis eius⌋.i. in sta-
bilitate fortitudinis quā dedit btīs, cōfirmādo eos in bono. Hanc ergo bn̄ficentiā
deo ascribite, atq; pro ea ipm̄ laudate. Vel: In firmamēto virtutis eius .i. in cœlo empyreo à
diuina virtute causato. Sicut em̄ deus in hoc cœlo esse cēset ita in eo laudādus phibet. De hoc
Deute.26 enim firmamento scriptum est: Respice dn̄e de sanctuario tuo, de excelso cœloꝝ habitaculo.
¶Laudate eū in virtutibus ei⁹⌋.i. in angelis sanctis q virtutes dicunt, vt in ꝑcedētibus dictū 2
est. Vel, in virtutibus eius.i. magnis atq; potētibus ei⁹ effectib⁹. s. ꝙ tāta ꝓ hoībus fecit & pas
sus ē, ꝙ sanctos suos tā mirabilr̄ exaltauit in iudicio, in pr̄ia, in corpe & aīa, ⌊laudate eū scd̄m
Psalm̄.47 multitudinē magnitudinis eius⌋.i. scd̄m ꝙ ipe deus multiplr̄ magn⁹ est in seipo, & suis opib⁹
Psalm̄.14 Est em̄ magn⁹ in sapia, qa sapiæ ei⁹ nō ē numerus. Magn⁹ in potētia, qa nō est difficile ei oīe
Lucę.1 verbū, Magn⁹ in mia, magn⁹ in iustitia magn⁹ imò immēsus in oīni pfectōe. Sed cū deus in in-
Hiere.32 finitū maior & dignior sit oīni laude, quā sibi offerre p̄t creatura, qūo aliqs p̄t deū laudare secū
Ecci.43 dum multitudinē magnitudinis eius? Et r̄ndendū, ꝙ hoc ē deū laudare scd̄m multitudinē ma-
gnitudinis eius, laudare eū totis virib⁹, & tn̄ profiteri se nil dignū agere, neq; sufficere ad eius
ꝑconia ꝓsoluēda, & nihilomi⁹ reuerēter atq; humilr̄ facere ad gloriā dei, qcq̄d possibile fuerit
¶Laudate eū in sono tubę⌋ Per hęc septē musica instrumēta q̄ hic nominant, designat in- 3
effabilis & multiformis, seu multiplex beatoꝝ iocūditas in dei laudatōe cōsistēs. Sūtq; instru- F
mēta hęc spūaliter intelligēda. Itaq; laudate eū in sono tubę.i. laude magnifica, & summo ꝑco
nio, tanq̄ regē regū, & oīs triūphi datorē, ⌊laudate eū in psalterio⌋.i. grāꝝ actione, de hoc ꝙ
ꝑstitit vobis grām custodiēdi mādata, quoꝝ obseruatio ꝑ psalteriū designat, vt dictū ē sæpe,
⌊& cithara⌋.i. in grāꝝ actōe de hoc ꝙ cōtulit vobis carnis mortificationē in seculo isto, q̄ si-
gnificat ꝑ citharā. ¶Laudate eū in tympano⌋.i. pro dono immortalitatis vr̄æ carni olim 4
mortali collato. De spūali aūt significatōe tympani dictū ē in psalmo ꝑcedēti, ⌊& choro⌋.i.
in choro seu ordine angeloꝝ, cui adunati estis, deū laudate q vos fecit angelos pares, ⌊lauda-
te eū in chordis⌋.i. virtutum cōsonātijs, in lōgitudine q̄q;, latitudīe, & ꝓfunditate charitatis,
⌊& organo⌋.i. dulci modulamine oīm ad diuinā laudē spectātiū. Per organa em̄ quoꝝ vsus
manet in Chr̄i militāti ecclesia generalitas laudis diuinę exprimit. ¶Laudate eū in cym- 5
balis benesonātibus⌋ Cymbala bn̄ sonātia sunt labia oris & cordis, deum deuotè laudātia. In
istis laudāt deū beati. Vnde q̄d de istis cymbalis aīatis loquat Propheta, seq̄ntia verba ōndūt
⌊laudate eum in cymbalis iubilatōis⌋.i. in cymbalis talibus, de qbus iubilatio.i. iocumdissi-
ma atq; inenarrabilis q̄dā dei laudatio orit. s. in labijs cordis seu oris. Labia vero cordis aliud
prorsus nō sunt nisi intellectus, q̄ verbū mētale ꝓfert, vel habit⁹ intellectualis, & vis intellecti-
ua. Cupit ergo ꝓpheta vt sctī in pr̄ia deū tota mēte collaudēt, & oris q̄q; ꝑconijs eū (vt decet)
Esa.65 attollāt, q̄d vtiq; incessabilr̄ agūt, sicut dn̄s ꝓtestat: Ecce serui mei laudabūt ꝑ exultatōe cordis
Neq; em̄ idcirco inuitant & admonent à nobis ad laudē diuinā, quasi nr̄a exhortatōe indigeāt
sed vt nos eis cōgratulemur, & ꝓpria inuitatōe accēdamur. Deniq; qm̄ nr̄a pfectio ab opatōe
morali

A
" morali inchoetur, & in laude diuina finitur. Idcirco sicut exordiū libri p̄sentis admonet ad
" bene agēdū, sic finis eius hortat̄ ad dei p̄coniū, dū subdit, ⌊omnis spūs⌋ intellectualis bñ dis-
positus, vtpote angelus & aīa rōnalis, ⌊laudet dñm⌋ oīpotētē, ęternū, immēsum, in substā-
tia vnū ac simplicē, in personis trinū à q̄ tanq̄ à patre luminū descēdit oēm donū optimū, & Iacob. 1.
omne datū perfectū. Ecce ad laudē, honorē & gloriam superbenedictæ & supessentialis,
& supergloriosissimę trinitatis, vnius simplicissimę atq; purissimę deitatis, vtcūq; finita ē ex-
positio libri psalmoꝝ prout dñs dare dignatus est, iuxta formā à principio p̄cōceptā, vide-
licet simplici, planoq; stilo, imò & sensu p̄facili, sed tñ freq̄nter multiplici, vtpote literali, alle
gorico, tropologico & anagogico, Saluberrima demū sciētia est intelligere librū psalmoꝝ.
Quoniā (cōtestaute magno, itēq; diuino Dionysio) quicq̄d in sacra scriptura describit̄, cōti
netur & clauditur, hoc liber psalmoꝝ per modū laudis diuinæ cōplectit̄. Incessabiliter ergo
& insatigabiliter in psalmoꝝ cātibus occupemur, iugiter fluant ex corde p̄ ora sacratissima
verba psalmoꝝ. In hoc exercitio habituetur anima nr̄a, donec perfecte habituata sine labo-
re delectabilissime psallat, & oēm occupationē, statū, & curā ab hoc exercitio cęliformi atq;
angelico impediētē, fastidiat, vitet, & q̄tū licet seu expedit, deserat. Hoc ē in terra angelicam Philip. 3.
vitā ducere, cōuersationē in cęlis hr̄e, ad futurā btitudinē disponi & appropinq̄re. Tāto eq-
dē deū in patria iocūdius, beatiusq; laudabimus, q̄to nunc eū deuotius frequētius, delectabi-
liusq; laudamus. Qui est sup oīa deus fortis, & gloriosus, cui gloria, magnificētia, imperiū, &
potestas, q̄m ipse est vniuersoꝝ superfelix creator, oīpotēs, gubernator, misericordissim⁹
quoq; saluator, deus sublimis & benedictus. Amen.

¶Commentariorum in Psalterium conclusio.



B
N omni opere Dauid dedit cōfessionē deo excelso & sancto in ver-
bo gloriæ, & de omni corde suo laudauit deū, & dilexit dñm qui fe
cit illū, stare fecit cātores circa altare, & in sono eoꝝ dulces fecit mo
dulos, dedit in celebratōibus decus, & ornauit tp̄a vsq; in consum-
mationē, vt laudēt nomē dñi sanctū, & amplificēt dei sanctitatē. In Eccle. 47
his verbis electus Dauid, admirabile vas misericordiæ dei, multipli
citer atq; magnifice cōmēdat̄. Primo ex deuotissimis actib⁹ latriæ,
quæ est virtus moralis p̄cipua, summo oīpotētiq; deo cultū ac cæ-
rimoniā exhibēs, q̄a in oīni ope suo dedit deo cōfessionē, deo īquā
excelso, imò altissimo & superaltissimo, vtpote prorsus infinitæ, &
incōparabilis excellētiæ regi, oīm creatori essentialiter sancto, q solus ex sua natura inpecca
bilis est. Huic dedit Dauid cōfessionē in oīni ope suo, hoc ē, in cūctis opibus dei, siue in oībus
creaturis, de q̄bus tres pueri cecinerūt. Bñdicite oīa op̄a dñi dño. In oībus q̄q; opibus suis pu Daniel. 3.
ta ipsius Dauid, q quicq̄d boni effecit, deo asscripsit humiliter, & de omni ope suo malo pœ 2. Reg. 12
nituit vehemēter, & ita cōfessus est deo cōfessione laudis diuinæ, & cōfessione proprię culpæ
& hoc in verbo gloriæ. i. in gloriosis verbis psalmoꝝ, & itē in verbo æterno, de q̄ fertur in
Ecclesiastico. Fons sapiētiæ verbū dei in excelsis, & de oīni corde suo. i. toto intellectu & af- Eccle. 1
fectu. Cōfitebor inq̄ens tibi dñe in toto corde meo. Laudauit deū cū oīni attētione, reueren Psalm. 9.
tia ex charitate, sine qua nihil deo acceptū meritoriumve cōsistit, sic q̄ppe psallēdū est, psal- Psal. 110.
lam spū, psallam & mēte. Qualiter aūt Dauid rex ordinault & stare fecit cātores in tēplo cir- Psal. 137.
ca altare seu cōtra altare. i. ex opposito altaris primo Paralypo. recitatur, in q̄ꝝ sono. i. psal- 1. Cor. 14
modia & laude vocali modulos fecit dulces, q̄m ita disposuit, q̄ cōsonāter, cōcorditer & de- 2. Reg. 19
C
uote psallebāt. Dedit q̄q; in celebratiōibus decus. i. in diuinis officijs & sacris solēnijs pulchri 1. Para. 6
tudinē magnā, p̄ hoc q̄ cātica sua p̄clara in illis tūc cātabant̄, & nūc vsq; cātant̄ in domibus
dei, ecclesiisq; sctōꝝ, p̄ q̄d ornauit tp̄a vsq; in finē, q̄a sic canētur quādiu durabit ecclesia, in q̄
psalmi p̄ scripturis cæteris frequētant̄, ac solēniter decātant̄, vt fideles laudēt nomē dei san- Psal. 150
ctum. i. ip̄mmet deū noīe nomināte significatū, & amplificēt. i. diuulgēt sanctitatē ipsius ad
eiusdē notitiā, cultū & honorificētiā, alios inducendo. Hinc innotescit sentētia, virt⁹, feruor
p̄claritasq; psalmoꝝ, ex q̄bus totus cultus creatoris, officiū oēm diuinū, & tp̄s duratiōis vitę
p̄ntis sic decorant̄. Etenī quāta sentētiositas sit psalmoꝝ, q̄ igniti affectus eoꝝ, quàm ingens
eoꝝ suauitas, q̄ mira iocūditas, q̄ profunda contritio, q̄ affectuosa oratio, q̄ pulchra varietas
personaꝝ, ex quaꝝ parte proferūtur, q̄ alta cōtēplatio, q̄ frequēs inflāmatio, q̄ cōpēdiosa de-
scriptio mysterioꝝ Chr̄i atq; ecclesiæ, q̄ta humiliatio suijpsius, q̄ salubris cōsideratio muta-
bilitatis & defectuositatis reꝝ inferiaꝝ ac humanaꝝ, q̄ moralis instructio, q̄ cōpēdiosa cōti-
nētia scripturaꝝ, q̄s eloq̄ queat? Hinc iā libro psalmoꝝ quadrupliciter. i. literaliter, tropolo
gice, allegorice ac anagogice, p̄ut dño cōcedēte quiui exposito, nihilomin⁹ à deuotis ac stu
diosis cōfratribus, in Chr̄o charissimis, rogatus sum addere pro cōclusiōe psalterij, & instru-
ctione deuote psallendi, etiā ista sequentia. Occasionē istud rogandi (ni fallor) sumpserūt ex
verbis venerabilis magistri Hugonis de sancto Victore in tractatu suo de oratione dicētis.

Quoniam in affectibus pietatis est omnis virtus orandi. Enumeremus aliquot ex ipsis,& ex- D
emplis demonstremus, vt quia oẽs enumerare nequimus (infinitæ sunt eñ) attamen quod in
oĩbus laudabile est,& deo acceptũ, ex quibusdam conijciamus. Est affectus dilectiõis, dum 1
mens intuens aut reminiscẽs quod amor repẽte amore ignis accẽdit. Est quoq; admirationis 2
affectus dum quis aliqd nouũ atq; mirabile contemplans in stuporẽ mox excitat. Est etiã affe 3
ctus congratulatõis, cũ acceptabile quid beneplacitumq; cõspiciẽs hilaritate pfundit. Est itẽ 4
affectus humilitatis, qñ ex cõsideratõe propriæ infirmitatis & defectuositatis ab oĩni elatiõe
se reprimit. Est demũ mœroris affectus, dũ ex consideratõe culpaꝶ aduersitatũ suaꝶ intra se 5
cõtrahit ac tabescit. Est affectus timoris, dum ex cõsideratõe imminentiũ periculoꝶ cõcutit. 6
Est insup affectus indignatiõis, cũ in odiũ aut detestationẽ aduersarioꝶ ex attentõe maligni- 7
tatis eoꝶ mouet. Est rursus affectus zeli, dũ amore iustitię ad desideriũ vltionis prouocat. Est 8
preterea affectus bonę prẽsumptõis, dum ex noua & singulari fiducia ad vẽdicandũ aut appre 9
hẽdendũ aliqd plus solito quispiã animat. Hæc Hugo: In qbus verbis q̃d asserit infinitos esse
affectus, verificari pt, loquẽdo de affectibus in particulari, & ex parte subiecti: nõ aũt loquẽdo
de speciebus affectuũ,& ex parte obiecti, oĩmq; affectionum origo & radix sit amor. At vero
preter p̃tactos affectus alij qdã poterũt assignari. Est affectus cõcupiscẽtię tã intellectualis, de 10
Sapiæ. 6 qua legit: Cõcupiscẽtia sapiæ deducit ad regnũ ppetuũ q̃ sensitiuẽ ac fœde, de qua iubet. Post
Esaiæ. 18. cõcupiscẽtias tuas nõ eas. Amplius ẽ affectus pusillanimitatis, de quo Esaias: Qui pusillo aĩo
Esa. 35 inqt estis, cõualescite, & Psalmographus. Expectabã ait eum q saluũ me fecit à pusillanimita
Psal. 54. te spũs & tẽpestate. Est & affectus magnanimitate, de quo in libro iudicũ Delbora cecinit. Di 11
Judith. 5. uisio cõtra se Ruben, magnanimoꝶ cõtentio reperta ẽ. Iteꝶ ẽ affectus deuotõis, q est prõpti 12
Psalm. 118 tudo animi ad diuina. Iuxta illud psalmi: Paratus sum & nõ sum turbatus, vt custodiã mãdata
Psalm. 65 tua. Itẽq;: Paratũ cor meũ deus paratũ cor meũ. Sic etiã est affectus obduratõis ac ferreę insi- E
Psal. 107, piditatis atq; internæ sterilitatis, scd̃m illud: Noluit Seon rex Esebon filijs Israel dare trãsitũ,
Deut. 2 qa indurauit dñs deus spm̃ eius,& obfirmauerat cor illꝰ. Et iuxta illud: Indurasti dñe cor nr̃m
Numer. 21 Esaiæ. 63 ne timeremꝰte. Amplius ẽ affectꝰ spei & bonę fiducię, affectꝰ spei, affectꝰ audacię, affectꝰ q̃relæ 15
affectus iræ & impatiẽtiæ, affectus pigritiæ & repausatõis carnalis, affectus honoris & laudis
humanę. Queadmodũ etiã multę sunt spẽs amoris, & timoris, ac mœroris, alioꝶq; p̃tactoꝶ,
ita & multæ sunt spẽs affectuũ p̃dictoꝶ. Postremo cũ dicit, affectus dilectõis, affectus timo-
ris &c. põt intelligi intransitiue. i. affectus q est dilectio, atq; causalr̃. i. affectus q ex dilectiõe
procedit, prout ex virtute & habitu procedit & orit actus. Est ergo intẽtio in conclusione ista
breuiter tangere affectus pios & charitatiuos, deuotionales, ignitos, contemplatiuos ac vari-
os. Proferunt, & proferẽda sunt verba psalmoꝶ, & qualiter in his ipse psallens, & chorus psal
lentiũ formare debent suos affectus seq; conformare sensibus, atq; affectibus, verbis, ac versi-
bus ipsoꝶ psalmoꝶ. Nempe in psalmis imò nonnunq̃ in psalmo eodem quædã dicunt in p-
sona hoĩs pfecti & innocentis, quædã in persona pctõris ac pœnitẽtis, quædã in psona pro-
ficientis, aliqua in persona Chr̃i, aliqua in persona Ecclesiæ, aliqua in persona psallentis, quę-
dã per modũ historiæ, quædã in spũ prophetiæ, nõnulla p modũ doctrinæ, sed & aliqua com
minãdo, auisando, terrẽdo ac alijs modis. Estq; putile scire, qualr̃ in oĩbus his psallẽs debeat se
habere, & suos affectus, cõceptus, intẽtões, cõsideratões, repẽte ac multiformiter variare, vt sit
vere, salubriter, fructuoseq; psallẽs, & psallẽdo seipm̃ cõpungẽs, exhortãs, instruẽs, eleuãs, di-
rigens, terrens, humilians, roborans, lætificans, & inflammans.

¶Quid sit compunctio, & de multiplici specie compunctõis, in psalmodia.

SIcut cõtritio in spũalibus metaphorice dr̃ à contritõe quæ in corpalibus inuenit, ita F
cõpunctio. Queadmodũ eñ in corpalibus res conteri phibet, dum sic in minutissimas
frangit partes, q nihil in eo integrum permanere videt, sic cõtritio in spũalibus, quæ
pœniæ pars est, appellat, dum peccãdi voluntas prorsus abijcit, deflet, annihilat, & be
ne agẽdi, satisfaciẽdi, & perseuerãdi, firmũ succedit propositũ, ita cõpunctio in exterioribus
primo vocata est stimulatio quędã, aut cõstimulatio, siqdem pũgere, stimulare exponit. Hinc
spiritalr̃ cõpunctio noĩat quædã trãsfixio cordis, q̃ primo & maxime fieri videt per pœnales
affectões vt sunt dolor internus, mœror, formido. Vnde cõpunctio p cõtritõe frequẽter acci
Psalm. 4. pit, iuxta illud in psalmo: Quæ dicitis in cordibus vestris. i. de his q̃ in mẽtibus vr̃is culpabilr̃
cogitastis & pposuistis, in cubilibus vestris cõpungimini. i. in secretis aĩoꝶ vestroꝶ cõtritio
nem habete. Cũq; amor rõne absentiæ & offensæ amati tristitiã pariat & dolorẽ, in tm̃ vt spõ
Cantic. 2, se testat: Quia amore langueo. Hinc & amor gignit cõpunctionẽ, p̃sertim cũ & amor vsq; ad
intima dilecti sit penetratiuus, ppter q̃d amor fert intrare vbi notitia remanet foris. Ideo spõ
Cantic. 8 sus hortat: Pone me vt signaculũ sup cor tuũ, qa fortis est vt mors dilectio, dura sicut ĩfernus,
æmulatio. Deniq; istæ cõpunctões interdũ ex inspiratõe superna, interdũ ex admonitõe fra-
Psalm. 118 Eccl. 12 terna causant in nobis. Vnde orauit Psalmista: Cõfige timore tuo carnes meas. Scriptũ q̃q; ẽ
Verba sapiẽtũ quasi stimuli & quasi claui in altũ defixit. i. pfunde iucussi. Ex his ĩnotescit ĩtelle

ctus ver

A ctus verbo℞ sancti Gregorij asserẽtis. Quatuor sunt cõsideratões & modi, qbus anima hoĩs boni in cõpunctõe vehemẽter afficit. Primus est, dũ suo℞ reminiscit vitio℞, cõsiderãs vbi.i. in qbus erroribus, negligẽtijs, culpis, atq̃ periculis fuit. Secũdus est, dũ iudicio℞ dei districtio nẽ & retributionẽ perpẽdens, metuit & scrutat vbi erit, & in æternũ manebit. Tertius, dum mala & dura vitæ p̃sentis attendẽs, solerter cõsiderat vbi est, vtpotè in p̃senti exilio. Quartus, dũ supernæ p̃riæ gaudia contẽplat, deplorãs q̃ ibi nõ sit: sicq̃ cũ Apl̃o clamat: Infelix ego hõ quis me liberabit de corpe mortis huius? Preterea sup Cãtica sanctus Bernardus. Sẽsum ex integro te recuperasse scias, si conscia m tuã quadruplici sentis compunctõe morderi, pudore ge mino ac gemitu & metu, pudeat te offendisse p̃rem cœlestẽ, erubesce q̃ summũ illũ bñfactorẽ tã frequẽter, tã q̃ enomiter inhonorasti, ingratus, & mala reddidisti p bonis, imò tot & tanta mala p innumerabilibus bñficijs eius dignissimis. Cõformiter time eò q̃ tuũ offenderis creatorẽ, & denuo qm̃ deo ac iudici tuo inobediẽs totiẽs extitisti & ei ac ips̃ vicarijs supioribus (rebellis. Romañ.7

¶De psalmis versibusq̃ psalmo℞, in qbus affectus diuini amoris specialiter fragrat ac flagrat.

IN Psalmis non est semp continuatio eiusdẽ materiæ, sed frequẽs mutatio, ac variatio numeri & tpis & psonæ, de vnoquoq̃ affectu mutatio ad aliũ repẽtina. Deniq̃ multæ sunt causæ inflãmatõis diuini amoris in nobis: prima & maxima, principalis & effectiua est ipsemet dñs deus, q̃ solus infusor, cõseruator, augmẽtator, & pfector ẽ charitatis, & eã interdũ gratiosa p̃uentõe infundit, interdũ pcib⁹ & opibus bonis ex gñe ei⁹ cui infundit eã, seu pcib⁹ & meritis alio℞. V ñ angeli scti, & hoies boni freqũter sunt causę dispositiuæ, meritoriæ ac strumẽtales grẽ ac virtutũ in nobis. Insup cõsideratio bonitatis, amabilitatis, pulchritudis

rum: in bono enim perſeuerandum eſt uſq; in finem,⌊in domo domini⌋i.in tẽplo.

¶ Expoſitio moralis cantici eiuſdem.

Eccl. 11. CVm dicat ſcriptura,in die bonorũ ne immemor ſis malorũ, pœnitens q ſpũaliter ſanatus eſt,cũ gratiarũ actione prętetita mala recolere debet, deũ collaudãs pro bñficio cõuerſionis aĩæ ſuæ. Talis igit̃ dicat. Ego dixi.i. multitudinẽ & enormitatem pctõrũ meorũ ppẽdẽs cogitaui ſeu ore loquutus ſum,in dimidio dierũ meorũ.i.anteq̃ ad plenã ętatẽ perueniã,uadã ad portas inferi.i.à deo occidi atq; dãnari promerui. Peccator em̃ non eſt dignus pane quo ueſcit̃,ſed mortẽ,tartaraq; meret̃. Porrò uiri iuſti cõplent dies ſuos, qm̃ uita eorũ bonis abundat operibus. Inanes uero ſunt dies malorũ,de quibus ſcriptum eſt: Viri ſanguinũ & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Qui uero iam ad pœnitentiã cõuerſus uitia deflet, dies ſuos implere incipit: ſed cõſideratione pctõrũ ſuorũ perterritus,timet ne à dño relinquat̃, atq; ad portas inferi progrediat̃,uel peccando mortaliter, uel moriendo corporaliter,ante ſatiſfactionẽ cõdignã,uel in infernũ cadẽdo. Pctã aũt mortalia quæ homo timoratus timet incidere,ſunt portæ quibus itur ad inferos. De qbus Chriſtus ait ad Petrũ: Super hanc petrã ædificabo eccleſiã meã,& portæ inferi nõ pręualebũt aduerſus eã. Quæſiui reſiduũ annorũ meorũ .i. dñm deprecatus ſum, ne ſic tempeſtiue uadam ad portas inferi, ſed tempus uitæ mihi concedat ad pœnitentiam peragẽdam: Vel quæſiui reſiduum annorum meorũ.i. tempus uitæ mihi adhuc reſtans quæſiui & ſtudui fructuoſe deducere. Primo ſenſui conuenit illud Pſalmiſtæ: Ne reuoces me in dimidio dierũ meorũ,dixi,non ſimpliciter aſſerendo, ſed ſapientialiter formidando,non uidebo dominum deum in terra uiuẽtium. Hoc enim promeruiſſe me ſcio,ut ſummæ diuinitatis beatifica fruitione deſtituar. Vnde & timeo,ne ſecundum peccata mea antiqua ſeu alia in quæ incidere poſſum,mihi reddatur,tollarq; impius ego,ne uideam gloriam dei. Et ex timore loquutus ſum: Non aſpiciam hominem ultra, ſcilicet in terra uiuentium, & habitatorem quietis.i. electos dei beata requie perfruentes non uidebo in regno cœlorum. Generatio mea,id eſt,operatio bona, uel regeneratio mea in Chriſto in baptiſmate facta, uel ſanctorum communio,ablata eſt à me, quia mortaliter peccãdo omnia bona iſta amiſi, & ita ſum canis reuerſus ad uomitũ. Præciſa eſt uelut à texente uita mea, dũ adhuc ordirer ſuccidit me.

Hoc

A Hoc ſecundū ſenſum in literali expoſitione poſitū, intelligatur de breui duratione atq; celerri
ma conſumptione uitæ naturæ, & uitæ gratiæ, quantū ad recidiuantes. Vnde canit Pſalmiſta: Pſal.101.
Quia defecerunt ſicut fumus dies mei, quod de tēpore naturalis uitæ accipit. Quod uero adie
cit: percuſſus ſum ut fœnum & aruit cor meū, de ſpiritualis uitæ defectu accipiendū cenſetur.
De mane uſq; ad ueſperam.i.tota die ſeu aſſidue, uel ab ortu uitæ meæ uſq; ad eius occaſum, fi
nies me, uitam meam paulatim, imò continuo abbreuiando, uel in diuerſos defectus me cade
re permittendo. Eſt autem & finis perficiens, de quo dominus ait in Apocalypſi: Ego ſum α. & Apoc.1.
ω. principiū & finis. Sic eñ de⁹ eſt finis noſter, & ita de mane uſq; ad ueſperā à deo finiri, eſt in
omnibus actibus ad ipſum conuerti, cunctaq; opera & deſideria in eo terminare, quod eſt ue-
ra perfectio noſtra, quam ſemper à domino poſtulare debemus. Sperabam in nocte aduerſita
tis & tēpore tētationis pietatis tuæ auxilium uſq; ad mane, ſpiritualis diei uidelicet ad gratiæ
tuæ infuſionē, nec ceſſaui ſperādo in te. Quaſi leo ſic contriuit omnia oſſa mea.i.dęmon qui cō
paratur leoni, uel ipſa perſecutio aduerſitatis, ſiue moleſtia uirtutes animæ meæ diſſipauit, de-
bilitauit, ſeu prorſus extinxit. Vnde de quibuſdam Chriſtus ait: Facta tribulatione & perſecuti Mat.13.
one propter uerbū, continuo ſcandalizant. De mane uſq; ad ueſperā finies me, ut ſupra, ſicut
pullus hirundinis ſic clamabo magno affectu pro peccatorū indulgentia & beatitudine ſempi
terna. Meditabor in lege die ac nocte ut colūba, gemendo ex dolore culpę & deſiderio patrię, Pſal.1.
ut audire merear à ſpōſo cœleſti, illud in Canticis: Aperi mihi colūba mea. Attenuati ſunt ocu
li mei ſuſpiciētes in excelſo. Quidā ex charitatis feruore orant oculis in cœlū erectis, Chriſtū Cant.5.
B ſequentes. De quo apud Ioannē legit: Subleuatis Ieſus oculis in cœlū dixit: Pater uenit hora, Ioan.17.
clarifica filiū tuū. Quidam uero ex humilitatis uigore orāt oculis depreſſis, uel in terrā defixis,
exēplo publicani, q nec oculos ad cœlū tollere auſus erat. Deniq; attenuatio interdū pro ſubti Luc.18.
liatione, interdū uero pro hebetatione accipit. Qui aūt in cordis ſui eleuatione ad deū, ſpiritua
liter illuſtrat, huius interiores oculi ſubtiliant, omnē carnalē uilitatē deſerēdo. Quō aūt oculi at
tenuent ſecundo modo in literali dixi expoſitione. Dñe uim.i.impugnationē moleſtā præſer-
tim à tribus aduerſarijs, mundo, carne, diabolo patior. Sed quia licet uim ui repellere, uis quā
patimur repellenda eſt ui, quatenus uiriliter reſiſtamus atq; cū forti pugnatore dicamus: Per- Pſal.17.
ſequar inimicos meos & cōprehendā illos, cōſtringā illos. Sic eñ regnū cœlorū uim patit & ui- Mat.11.
olenti rapiūt illud. Reſpōde pro me.i.aduerſarijs meis: oppone te pro me, daq; reale reſpōſum
pro me: quia non eſt uolentis neq; currentis, ſed tui ò dñe miſericorditer auxiliantis. Quid dicā Rom.9.
in tantis tribulationibus conſtitutus? Quaſi dicat: Nō poſſum aſſerere qđ deus permittat aut
faciat iſta iniuſte, aut quid reſpondebit mihi, deus, cū ipſe fecerit? Aliud eñ mihi reſpōdere nō
indiget, niſi quod in Euangelio ſcriptū eſt: An non licet mihi quod uolo facere? Et in Iob: Nun Mach 20.
quid condēnabis me ut tu iuſtificeris? Recogitabo omnes annos meos quos infructuoſe dedu Iob.40.
xi, & bona in eis omiſſa & mala cōmiſſa deplangā. In amaritudine animæ meæ.i.cū cordiali cō
punctione. Per hanc nanq; cōpunctionē & recogitationē tēpus amiſſum quodāmodo recupe
rat. Dñe ſic uiuit, ſcilicet in cōtinuis afflictionibus, quia militia eſt uita hominis ſuper terrā. Vn Iob.7.
de Eccleſiaſtes habet: Cuncti dies hominis doloribus & ærūnis pleni ſunt, nec per noctē men Eccl.2.
te quieſcit, & in talibus uita ſpiritus mei. Nam oēs qui deo placuerunt, per multas tribulatiōes Iudith.8.
trāſierūt fideles. Corripies me, per flagella, & uiuificabis me, per gratiam, quod utiq; opto, qa
ſcriptū eſt: Beatus homo qui corripit à dño. Et in Machabæorū libro: Etenī multo tēpore non Iob.5.
C ſinere peccatoribus ex ſentētia agere, ſed ſtatim ultiones adhibere, magni bñficij eſt indicium. 2.Mac.6.
Ecce in pace amaritudo mea amariſſima.i.ſumma cordis mei afflictio in pace eſt, quia per eā ti-
bi pacificor. Debet aūt amaritudo pœnitentialis eſſe ordinata, nō turbulēta, ut ſit pacifica. Vel
dicit amaritudo pœnitētię eſſe in pace.i.in conſolatione interna, quæ ei pœnæ ſemper coniun-
git, iuxta illud: Beati qui lugent, qm̄ ipſi conſolabunt. Tu aūt eruiſti animā meā à periculis mul Mat.5.
tis, à tentationibus & peccatis, imò per tuā beatiſſimā ò Chriſte incarnationē ac paſſionē rede-
miſti eam, ut non periret, proiecisti poſt tergū tuū omnia pctā mea, in ſacramento baptiſmatis
& confeſſionis, in profeſſioneq; ordinis. Et quacunq; hora ingemiſco pro peccatis meis tu cle-
menter indulges. Dñe ſaluū me fac, ſicut Hieremias precat: Sana me dñe & ſanabor, ſaluum me
fac & ſaluus ero, qm̄ laus mea tu es, & pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus uitæ noſtrę Hie.17.
in domo dñi. In diebus eñ tēporalitatis qbus in iſto exilio peregrinamur laudabimus te pſe-
ueranter in domo eccleſiæ militantis, quæ domus ſumus nos ſicut Apl'us ait: Vos eſtis tēplum 2.Corin.6.
dei uiui. Vnde & ſcriptū eſt: Confitebor tibi dñe in toto corde meo, in conſilio iuſtorū & cōgre Pſal.110.
gatione. Non ergo in cōuenticulis hæreticorū, nō in cōuentibus ſchiſmaticorū, ſed in domo do
mini.i.in eccleſiaſtica unitate laudandus eſt deus. Porro in diebus æternitatis quibus in patria
uiuemus, laudabimus te ſine fine in domo eccleſiæ triūphantis, quēadmodū legit: Beati qui ha Pſal.83.
bitāt in domo tua domine, in ſecula ſeculorū laudabūt te. Multa eorū quæ dicta ſunt in hoc can
tico facile applicari poſſent defunctis & in perſona animæ in purgatorio exiſtētis pronūtiari
pſertim ab eo loco q dictū eſt: Generatio mea ablata eſt, uſq; ad id: Tu aūt eruiſti aīam meā.

COMMENTARIVS IN CANTICVM ANNAE IIII. FERIAE

¶ Argumentum authoris.

¶ Proprium est sanctorum de acceptis beneficijs dei non inaniter erigi, sed magis humiliari, & deo piissimo ac liberalissimo grates referre. Et quędã utriusq; sexus psonæ speciale atq; præcipuum quodcunq; beneficiũ dei sortitę, speciale etiam super hoc canticum cecinerunt ac ediderunt, & illud reliquerunt in scriptis, ut non solum proprijs in personis, sed insuper corde & ore posterorum deũ laudarent, atq; ex consideratione diuinorũ effectuum, ipsum omnium fontem bonorũ deum excelsum & omnipotentẽ in seipso extollerent, contẽplarẽtur, & honorarent. Queadmodum in libro Iudicum: Delbora, & hoc loco Anna, In Euangelio quoq; gloriosissima uirgo deifera fecisse leguntur. Itaq; hoc spiritu prophetiæ illustrata, non solũ circa se facta, & sibi iam exhibita intuens: sed & quædam sibi alijsq; futura prospiciens, grata & hilari uoce prorumpit in laudẽ dei, quæ laus seu gratiarũ actio hic uocatur oratio: præsertim quia & gratiarũ actio pars ac species orationis existit, secundũ illud: Obsecro primo omniũ fieri obsecrationes, orationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus. Ait ergo.

Iudic 5. 1 Reg. 2. Luc. 1. 1. Timo. 2.

¶ Expositio cantici iuxta sensum literalem.



Exultauit cor meum in domino. I. i. tam uehementi iocunditate impletũ est spirituali, quod redundauit in partẽ sensitiuam atq; in corpus. Iuxta illud: Cor meũ & caro mea, exultauerunt in deum uiuum. Deniq; omnis delectatio ordinata & bona, est in deo. Delectatio quippe consistit in actu, & ei annectitur, eũq; concomitatur & perficit, dummodo actus conueniens sit & placens, uel saltem conueniens reputetur. Delectatio autem ordinata & bona, non nisi in actu cõsistit uirtutis, cuius actus ad debitum finem refertur, & congruenter exequitur. Dupliciter itaq; contingit gaudere seu delectari, aut exultare in deo. Primo tanq̃ in proprio & immediato obiecto: sicq; delectamur in deo per fidem, spem charitatem, & contemplationem, hoc est in ipsum credendo, in ipsum sperando, eum amando & contemplando. Propter quod dixit Apostolus: Deus spei uos repleat omni gaudio & pace in credendo. Et rursus: Spe gaudentes. Sic quoq; lętamur in deo, ipsum orando, laudando, psallendo. Secundo delectamur in deo tanq̃ in obiecto mediato, seu tanq̃ in fine: in quãtum operationes uirtutum circa obiecta creata uersantium ordinamus ad dei honorem, & eas secundum deum exequimur. Præterea quamuis gaudium seu delectatio magis ad uires appetitiuas, uidelicet ad appetitum sensitiuum ac uoluntatem pertineat, nihilominus experientia docet, quod etiam in aliarum potentiarũ actibus delectatio uera existat, sicut in intelligendo, recordando, gustando, tangendo & aliorũ exteriorum interiorumq; sensuum actione. Delectatio etenim oritur ex unione potẽtiæ cognoscitiuæ aut appetitiuæ, cum obiecto sibi conueniente, ipsaq; delectatio est quasi quædam quietatio, tranquillatio, ac diffusio potentiæ in suo obiecto sibi conuenienti. Anna igitur ex contẽplatione delectationeq; dei, & ex speculatione beneficiorum ac operũ eius toto corde, hoc est intellectu ac uoluntate exhilarata: Exultauit (inquit) cor meum in domino, id est, intellectus seu ratio & uoluntas animæ meæ in deo sunt gloriatæ. Et gloriatio illa intellectualis, solet gaudium appellari: & proprie exultatio quasi extra se saltatio nuncupatur, quando ex plenitudine sua redundat in inferiores animæ uires, atq; per signa relucet in corpore, præsertim in uisu & uultu, imo aliquando resultat intãtum, quod facit hominem tripudiare, saltare ac plaudere. Quemadmodum Dauid ante arcam uiribus totis saltauit. Et claudus ex utero matris, à principe Apostolorum curatus ambulauit, exiliens ac dominum laudans. Nempe (ut ait Philosophus) ut sphæra superior suo impetu rapit & post se trahit sphęras inferiores quas quotidie circumuoluit ab Oriente in Occidentẽ, illis econtrario motu proprio ab Occidentẽ in Oriente tendentibus: sic superior pars animæ præsertim uoluntas inferiores uires appetitumq; sensitiuũ sua in eas redundantia post se trahit ac rapit. Quod in sublimiter contemplantibus clarissime demõstratur, quorũ corpus & corporeæ uires ex uehementi occupatione intellectualium uirium, circa diuina obiecta sopiuntur, & à suis actibus suspenduntur. L & exaltatum est cor meum in deo meo. J cum dicit Psalmista: Dixi iniquis: nolite inique agere, & delinquẽtibus: nolite exaltare cornu. Et Amos: Væ qui dicitis: Nũqd nõ in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Quid est quod sancta hæc fœmina protestatur, exaltatum est cornu meum? Sed aduertendum quod cornu in scripturis multipliciter sumitur: Vno modo pro regia potestate, sicut in Daniele & Apocalypsi frequenter. Vt cum in Daniele legitur: Considerabam cornua, & ecce cornu aliud paruum ortum est de medio eorum, & tria de cornibus primis euulsa sunt. Secundo accipitur cornu pro euidenti manifestatione, iuxta illud: Erexit cornu salutis nobis. Tertio pro fortitudine corporali, seu spirituali, ut cum in benedictione Ioseph asseritur: Cornua eius, cornua rhinocerotis, in ipsis uentilabit gentes. Quarto pro inordinata & præsumptuosa erectione suipsius, & hoc uocatur cornu superbiæ, sic que frequentius in scripturis

Psal. 83. Rom 15. Rom. 12. 1. Reg. 6. Actu 3. Psal. 74. Amos 6. Dan. 7. Apoc. 5. Luc. 1. Deu. 33.

A scripturis & in communi modo loquendi accipitur. Quinto pro forti & uirtuosa tendentia in
aliquod magnum, quod uocatur cornu magnanimitatis. Hinc aliqui recte dicunt, ꝙ cornu in
scripturis sumitur pro motu seu conatu mentis se extendentis in aliquid arduū. Quod si fiat se
cundum rationis dictamen & diuinæ legis doctrinam, uocatur cornu uirtutis: sin autē, uoca-
tur cornu elationis. Itaq; Anna ait: Exaltatū est cornu meum in deo meo, id est motus & actus
spei meæ, per dei auxilium consequutus est optatū effectū. Quoniā quod orando obtinere spe
raui, obtinui. Rursus exaltatū est cornu meū in deo meo, id est fortitudo mihi gratiosa præua-
2 luit. ¶ Dilatatū est os meum super inimicos meos⌋ id est aduersarios meos iuste irrisi, puta 1. Reg. 2.
Phenennā & liberos eius, qui me oderunt & afflixerunt, quamuis ego diligerē eos. Inuisibiles
quoq; animæ meæ hostes, qui me ad pusillanimitatem & immoderatā tristitiam trahere nite-
bantur, derisi & uici. Vel dilatatū est os meū, id est late apertum ad laudandum & glorificandū
dominum deum, super inimicos meos, id est de iusta eorū deiectione, uel super eos, id est plus q̄
os eorū, ⌊quia lætata sum in salutari tuo⌋ id est in salubri tuo auxilio, uel in teipso omniū sum-
mo salutari: de quo beatissima cecinit uirgo: Exultauit spiritus meus in deo salutari meo: uel in Lucæ 1.
salutari tuo, id est in expectatione & fide saluatoris futuri, scilicet regis Messiæ, de quo Iacob
ait: Salutare tuū expectabo domine. Et Symeon iustus: Viderūt ait oculi mei salutare tuū. De- Gene. 49. Lucæ 2.
niq; merito huic fidei atque lætitiæ spiritalis præualuit Anna, & ex ipsa lætitia dilatauit modo
præfato os suū, ex ijs consolationibus & donis sibi concessis Anna se eleuat, ad contemplandū
3 & laudandū deū in semetipso. ¶ Non est sanctus ut est dominus⌋ quoniā ipse solus essentia-
B liter & independenter sanctus est, & sanctitas infinita, cuius essentia est puritas prorsus inter-
minata. De quo legitur: Deus lux est, & tenebræ non sunt in eo ullę. Cæteri sancti sunt, per par 1. Iohan. 1.
ticipationē & gratiā, ac certā mensurā ⌊neq; enī est alius extra te⌋ id est pręter te non est alius
uerus deus, aut tibi æqualiter sanctus. Hinc dominus contestatur: Ante me non est formatus Esa. 43. Esa. 44.
deus, & post me non erit. Et iterū: Nunquid est deus absq; me? ⌊& non est fortis sicut deus no-
ster⌋ uidelicet deus Israël, qui solus est uerus atq; omnipotens deus, cuius fortitudo est inde-
pendens, imparticipata, & penitus infinita. Quæ non potest in tot & tanta, quin possit in infini
ties plura atq; maiora. Cui omnia non solum sunt possibilia, sed & facilia: imò facillime & æque
facilia. Consequenter inuehitur contra præsumptuosos & arrogantes. Ad literam quoq; loq-
4 tur contra Phenennā & sobolē eius, quæ contra Annā intumuerunt. ¶ Nolite multiplicare 1. Reg. 2.
loqui sublimia⌋ id est uerba iactantiæ & præsumptionis, ⌊gloriantes⌋ inaniter, non in domi-
no, sed in uobis quasi à uobis aliquid habeatis, nisi deficere & peccare. Ideo ait propheta: Dis- Psal. 11.
5 perdat dominus uniuersa labia dolosa & linguam magniloquam. ¶ Recedant uetera de ore
uestro⌋ id est à uerbis iniquis ac solitis, pungitiuis, derisorijs contra me sæpe prolatis, cessate,
⌊quia deus sciētiarum dominus est⌋ id est ipse in seipso sapiētissimus est, & dator ac dominus
omnis scientiæ. Ideo omnia ei constant, & superborum uerba detestatur, ac punit. ⌊ipsi præ-
parantur cogitationes⌋ id est ei ostenduntur ac innotescunt ad iudicandum, quasi dicat: Non
6 solum uerborum, sed cogitationum quoq; inspector & iudex est dominus. ¶ Arcus fortiū
superatus est⌋ id est armatura & impugnatio præsumentium de proprijs uiribus succubue-
runt. Sicut & iacula Phenennæ & prolis eius, amplius mihi inferri non poterunt, ⌊& infir-
C mi⌋ id est propriam fragilitatem et infirmitatem, seu defectuositatem humiliter recognoscē-
tes, ⌊accincti sunt robore⌋ id est gratia ac uirtutibus desuper confortati. Iuxta quod scriptum
7 est: Qui dat uirtutem, et robur his qui non sunt multiplicat. ¶ Repleti prius pro panibus se Esa. 40.
locauerunt⌋ id est qui aliquando erant abundantes ac diuites, ob suam ingratitudinem atque
superbiam, ad tantam sunt deuoluti inopiam, ꝙ pro necessarijs uitæ se locauerunt et seruierūt,
⌊et famelici saturati sunt⌋ id est, qui pauperes erant sua humilitate meruerunt ditari, sufficien-
terq; refici. In quibus uerbis Anna tangit Phenennam et pueros eius, à sua præsumptione de-
8 iectos, et pristina fœcunditate ac ubertate priuatos. ¶ Donec sterilis peperit plurimos⌋ id
est ipsa hæc Anna, quæ diu extiterat infœcunda, procurauit sobolem copiosam, uidelicet tres
filios, et filias duas, ⌊et quæ multos habebat filios⌋ puta Phenenna ⌊infirmata est⌋ quia na- 1. Reg. 2.
scentibus filijs filiabus ue Annæ, filij Phenennæ moriebantur, ut fertur. Circa hoc in Schola-
stica narratur historia, quod in Cantico legitur: donec sterilis peperit plurimos etc. Hebræus
pro plurimos habet septē, et pro infirmata est, habet secta est, id est separata. Et tradit ꝙ singu-
lis filiis Annæ nascentibus, singuli Phenennæ filij moriebantur. Et quinq; filiis Annæ, duos fi-
lios Samuelis connumerat, ut sint septem. Hæc ibi. In quibus uerbis per quinq; filios Annæ, in-
telliguntur tres filij eius, et filię duę. Ita ut filius notet prolem, non sexum, uel indifferenter, seu
indistincte sexum utrunque. Sicut cum dicimus: pater et filius sunt correlatiua. His addit Ly-
ra: Quidam Hebręi dicunt quòd quando Anna peperit puerum unum, Phenenna sepeliebat
duos de pueris suis. Ideo nato quarto puero Annę octo filii Phenennę erant mortui. Ideo
Anna propinquante ad partum quintum, timens Phenenna de morte duorum filiorum

ſuoꝝ ſuperſtitū humiliter Annā rogauit, ut oraret pro uita & conſeruatiōe filioꝝ ſuoꝝ ſuper- D
ſtitū. Quod Anna fecit. Ideo duo filij illi Phenēnæ de cætero reputati ſunt filij Annæ: quoniā
eius precibus ſunt conſeruati in uita. Sicq; dicitur ſeptē peperiſſe. Et iſti Hebræi dicunt Phenē
nam decē filios habuiſſe. His adijcit Lyra: Iſtæ expoſitiones non habentur de textu, ſed ab He
bræis ponūtur, ad uerificandū hoc dictū: Peperit ſeptē. Ideo uerius uidetur dicendū ꝙ tranſ-
שבע latio noſtra eſt melior, dicens: peperit plurimos. Nam dictio Hebraica puta ſibea hic poſita,
æquiuoca eſt ad ſignificandum ſeptem. Quam ſignificationem ſequuntur hic Hebræi moder
ni. Et ad deſignandum ſatietatem, & hanc ſignificationem ſequutus eſt noſter translator. Et
forſitan tunc Hebræi hanc ſequebantur. Secundum hoc ergo Anna peperit ſatietatem, id eſt
habuit pueros ad ſufficientiam, quod expreſſit Hieronymus dicendo plurimos. Et hoc con-
uenientius fuit dicere, quàm ſi dixiſſet ſatietatem uel ſatis. Iuxta quod idem dicit Hieronymus
in epiſtola ad Pammachium de optimo genere interpretandi: Quòd melior interpretatio non
ſemper transfert uerbū ex uerbo, ſed interdū ſenſum ex ſenſu. Verꝝ contra hæc ſcribit Rabbi
Paulus dicendo: ꝙ dictio iſta ſibea in Hebræo nō eſt proprie æquiuoca prout hic ponitur. So
lum enim ſignificat ſeptē in propria ſignificatione, licet ſaturitatē deſignet ſecundū etymolo-
giā. Sed translatio noſtra quæ dicit plurimos, obtinet ueritatē ex alia ratione. Nam in Hebræo
ſeptē quandoq; ſignificat plurimos, ut intelligatur numerus determinatus pro indetermina-
Eſa.4. to, ut in Eſaia: Apprehendēt ſeptē mulieres uirū unū. Sicq; translator noſter hic tranſtulit, nō
ſolū ſenſum ex ſenſu, ſed etiā uerbū è uerbo. Hæc Rabbi Paulus, cuius uerba longū eſt diſcute-
re, tamen quod Lyra ait, uerius reor: præſertim cū multa æquiuoca ſint, quāuis proprie non ſi- E
gnificent niſi unū, hoc dēpto, quòd dicit modernos Hebræos hic dicere ſeptē, quaſi antiq He
bræi ita non dixerint, ꝙ tamen dicit opinatiue magis q̃ aſſertiue. Sciendū ergo, ꝙ etiā antiq He
bræi ita dixerunt: ſiquidē LXX. ſic tranſtulerunt: Sterilis peperit ſeptē, & fœtoſa in filijs infir
mata eſt. Textus quoq; quo utitur Origenes ſic cōtinet: Quoadusq; ſterilis peperit plurimos.
Prætactas aūt Hebræoꝝ narrationes ſeu expoſitiones, Origenes reputat fabulas. Hoc tamen
facit ad innuendū ꝙ uerſiculus iſte ad literā exponi non queat de Anna, quę nō peperit ſeptē,
ſed quinq;. ¶ Dominus mortificat & uiuificat: ⌋ hoc ad literā uidetur Anna dixiſſe. Quia fi- 9
lios Phenennæ uidit in ſpiritu occidendos à domino, filijs ſuis in uitam progredientibus: ſicq;
⌊ deducit ad inferos ⌋ animas defunctoꝝ, ſumendo infernū ſiue pro loco damnatoꝝ, ſiue pro
limbo pueroꝝ, ſiue pro limbo patrū, ſiue pro purgatorio. ⌊ & reducit ⌋ mortuos ſuſcitādo, uel
eos qui lætaliter infirmātur, curando. Tales enim erant quaſi in uia ad inferos. ¶ Dominus 10
pauperē facit & ditat. ⌋ Quoſdā enim iuſto iudicio priuat terrenis diuitijs, quoſdā ſpiritalibus
opibus, quos à uirtutum faſtigio ruere ſinit. Alios contrario modo ditat, ⌊ humiliat ⌋ ſuperbos
⌊ & ſubleuat ⌋ humiles. Literaliter quoq; inſinuat Phenennā ſobole diuitē, eſſe depauperatam
per filioꝝ interitū, & ſibi oppoſitū cōtigiſſe. ¶ Suſcitat de puluere egenū, & de ſtercore eri- 11
git pauperē. ⌋ ¶ Vt ſedeat cū principibus, & ſoliū glorię teneat: ⌋ quia frequenter pauperes 12
atq; ignobiles, promouet ad principatū & regimen alioꝝ. Quēadmodū Moſen oues paſcentē,
Exo.3. Eccle.10. toto Iſraëlitico prætulit populo. Hinc ſcriptū eſt: Sedes ducū ſuperboꝝ deſtruxit deus, & ſe-
Dan.4. dere fecit mites pro eis. Hæc in ſeipſo Nabugodonoſor expertus, fatetur. Poſt finē dieꝝ altiſſi
mo benedixi, quia poteſtas eius poteſtas ſempiterna, & omnes habitatores terræ apud ipſum F
in nihilū reputantur. Iuxta uoluntatē ſuā fecit tam in uirtutibus cœli q̃ in habitatoribus terrę,
& gradientes in ſuperbia, potens eſt humiliare. Hinc rurſus ſe in ſomno audiſſe fatetur: In ſen-
tentia uigilū decretū eſt, & ſermo ſanctoꝝ eſt donec cognoſcant uiuentes, quoniā dominatur
excelſus in regno hominū, & cuicunq; uoluerit dabit illud, & humillimū hominū cōſtituet ſu
Gen.41. per eo. Deniq; ſic deus Ioſeph è ſqualore ergaſtuli præfecit Aegypto. Et tres pueros ex cami-
Dan.3. no ignis, fecit principes in prouincia Babylonis. Hinc ſubditur: ¶ Domini enim ſunt cardi- 13
nes terræ. ⌋ Cardines terræ dicuntur eius extremitates quæ ſunt dei, ſicut & totū terræ elemē
tū, poteſtate & iure creatiōis, conſeruatiōis, ac gubernatiōis. ⌊ & poſuit ſup eos orbē ⌋ Hoc ait,
qm̄ terra eſt quaſi & fundamentū & infimū elementoꝝ, & ſecundū apparentiā uidet cœlū ſeu
orbis ſuper extrema terræ locatus, iuxta æſtimationē illoꝝ qui putabāt cœlū eſſe uelut came-
Iob 9. rā & ſemicirculū. Iuxta quē modū legitur: Qui expandit cœlos ſicut tabernaculū ad inhabitā-
dum. Vbi LXX. trāſtulerunt uelut camerā. Vel ſenſus eſt: Poſuit ſuper eos orbē. i. polū fecit car
dinibus terræ eminentiorē. ¶ Pedes ſanctoꝝ ſuoꝝ ſeruabit, ⌋ id eſt affectus & proceſſus eo 14
Luc.1. rū manu tenebit & diriget. Iuxta illud: Ad dirigendos pedes noſtros in uiā pacis. ⌊ & impij in
tenebris conticeſcent, ⌋ id eſt ſuo tēpore confuſi ſilebūt, nec euidenti ueritati contradicere po-
terunt, præſertim in die iudicii. Sicq; obmuteſcent in tenebris culpæ, ac infernalis miſeriæ, quā
uis in inferis eiulabunt. ⌊ quia non in fortitudine ſua roborabitur uir ⌋ id eſt proprijs uiribus
nemo poterit deo reſiſtere, imò nec boni quid agere, aut uirtuoſus cenſeri. ¶ Dn̄m formida 15
bunt aduerſarii eius, ⌋ deus enim omnipotēs ad libitū ſuū perterret, deiicit & cōdemnat omnē
impioꝝ cateruā, pręſumptionē, animoſitatē, audaciā. Et iſtud generaliter potiſſime fiet in die
iudicii.

A iudicij. Sicut Esaias prædixit: Ad eum uenient & confundentur omnes qui repugnant ei, ⌊& Esa.45.
» sup ipsos in cœlis tonabit, ⌋ quod & instante extremo iudicio fiet ineffabiliter & acrius quàm
super Aegyptios olim intonuit, quod fiet in cęlo aëreo. Tonabit quoq;, super eos sententiam
horribiliter proferendo. Hinc scriptum est: Tonabit deus uoce magnitudinis suæ: post eum Iob 37.
16 » rugiet sonitus. Tonabit uoce sua mirabiliter, qui facit magna & inscrutabilia. ¶ Dominus iu
» dicabit fines terrę. ⌋ id est omne genus humanũ, quod fit particulariter in mortibus singulorũ, Psal.9.
& uniuersaliter fiet in die nouissimo. Ideo ait propheta: Parauit in iudicio thronũ suũ, & ipse
» iudicabit orbẽ terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia, ⌊& dabit imperium regi suo, &
» sublimabit cornu Christi sui. ⌋ Tempore Annæ nondũ prefuit aliquis rex Israëli. Ideo istud de
Christo uerissime explanatur, cui pater dedit omne iudiciũ, id est iudiciariã potestatẽ, & exe- Ioan.5.
quutionem particularis ac generalis iudicij. Iuxta illud: Dedit ei potestatem & iudicium face- Ibidem.
re, quia filius hominis est. Itẽq;: Pater omne iudicium dedit filio. Hanc etenim iudicii exequu-
tionem Christus sua humilitate, diiudicatione & passione promeruit. Exinaniuit nempe sei- Phil.2.
psum, factus obediens usq; ad mortem: propter quod & deus exaltauit illũ. Porrò cornu Chri
sti, id est potestatẽ & magnificentiã Christi filii sui, deus pater multipliciter exaltauit ab exor-
dio mundi, per mysteria & figuras, atq; oracula ac uaticinia prophetarum ac patriarcharum,
per quos primo in lege naturæ, deinde in lege scripta aduentũ, excellentiã & efficientiã regis
Messiæ prædixit. Deinde instante temporis plenitudine, in ipsa salutifera & incomprehensibi
li uerbi æterni incarnatione, deus trinitas contulit Christo secundum naturã assumptã autho-
ritatem, potestatẽ atq; dominiũ, non solũ super totũ genus humanũ, sed & super omnẽ naturã
creatam uniuersamq; creaturã: Sicq; in ipsa incarnatione exaltauit cornu Christi sui secundum
B rei ueritatẽ, non tamen secundum manifestationẽ & exequutionẽ. Hinc Christus ante suã pas-
sionẽ dixit: Pater diligit filiũ, & omnia dedit in manu eius. Statim uero in ipsa Christi ex uirgi- Ioan.3.
ne natiuitate ad ipsius declarationem signa fiebant. Quia tunc stella apparuit Magis, angelus Mat.2.
quoq; pastoribus, quibus & Christi ortũ ac magnificentiã patefecit. Multitudo etiã cœlestis Luc.2.
exercitus eadẽ cecinit hora: Templũ æternitatis collapsum est, olei fons erupit. Deinde Chri-
stus inter homines conuersando ac prędicando, per uerba atq; miracula suã cœpit excellentiã
declarare & exequi: Non tamen plenarie: quia adhuc fuit passibilis, & paulopost crucifixus.
Post resurrectionẽ uero & ascensionẽ misso desuper spiritu sancto, exorsus est eam sublimius
exequi, & monstrare per sanctos apostolos, primitus in Iudæa, deinceps ubiq; terrarum: quod
& interim per diuersos sanctos est prosequutus. Porrò in generali & extremo iudicio omnes
aduersarii Christi subiicientur plenissime eidem. Hæc de literali huius cantici expositione sint
dicta. Præterea sicut hic refert Lyra, quidam magnus apud Hebræos uidelicet Ioathan filius
Oziel in translatione sua Chaldaica, aliter canticum istud exponit ad literam. Quam exposi-
tionem Lyra satis prolixe prosequitur. Sed eam breuius quo potero tangam. Itaq; ait Ioathan
ille, ꝙ propter mirabilia quæ Anna præuidit in spiritu à filio suo Samuele fienda, quæ ibidẽ ha- 1.Reg.2.
bẽtur in textu, dixit: Exultauit cor meum in domino. Et quia præuidit ꝙ Eman cum filiis suis 1.Par.6.
natus ex Samuele, futurus erat cantor in templo, adiecit: Exultatum est cor meum, id est glo- 1.Reg.5.
ria mea in deo meo. Insuper quia præuidit Philistæos propter arcam dei plangendos & com- 4.Reg.19.
pellendos ad remittendum hanc, addidit: Dilatatum est os meum super inimicos meos. Et q̃a
præuidit regem Assyriorum Sennacherib cum suis deiiciendum propter blasphemias suas in 1.Mach.6.
C deum, ait: Non est sanctus ut est dominus &c. Præuidit quoq; qualiter Chaldæi erant regnũ
Iuda & templum uastaturi, atq; ob hoc à Persis atq; Medis uastandi, ideo loquuta est: Nolite
multiplicare loqui sublimia, scilicet uos Chaldæi, quasi dicat, quia & uos in breui estis perden-
di. Præcognouit etiam qualiter tempore Antiochi erant Græci Iudæos oppressuri, & per Ma- 2.Mach.8.
chabæos uincendi, propter quod addit: Arcus fortium, puta Græcorum, superatus est, & infir
mi, scilicet Machabæi cum suis qui primo fugerunt, accincti sunt robore. Præuidit item quali
ter Iudæi erant sub Assuero rege per Annã affligendi, atq; per Hester ac Mardocheũ eruendi, Hester 7.
iccirco apposuit: Repleti prius, scilicet Anna & sui, primo ditissimi, pro panibus se locauerunt.
Quia per Hester sunt penitus suppeditati, & famelici saturati sunt, quia tunc filii Israel liberati, Hester 9.
fuerunt ditati & copiose refecti. Ad istam quoq; expositionem sequentia applicat, de qua expo
sitione pertranseo, quoniam falso innititur fundamento, uidelicet Messiam nondum uenisse.
Est itaq; satis incertum an Anna præcognouerit omnia ista. Quæ si præcognouisset, probabile
reor, ꝙ de eis clarius ac latius prophetasset.

¶ Spiritualis explanatio Cantici huius,
siue Allegorica.

PEr Annam, quæ interpretatur gratia, designatur ecclesia, & quæcunq; fidelis perso-
na. Itaque Christi ecclesia uidens omnem plenitudinem gratiæ sibi à deo collatam, &
quicquid diuinorũ charismatũ olim fuit in synagoga, in se præclarissime esse translatũ;
cũ gratiarũ actiõe fatetur: Exultauit cor meũ in domino: & quia regia potestas, sacer-
dotiũq;

dotiumq́ꝫ regale. Iudæis ablata sunt, & ecclesiæ sublimiori modo concessa, subiungit: & exal D
tatū est cornu meū: uidelicet regnū & sacerdotiū in deo meo. Vnde sacratissim⁹ princeps apo-
1.Pet.2. stolici agminis scribit fidelibus: Vos genus electū, regale sacerdotiū, gens sancta, populus acq-
sitionis. Dilatatū est os meū super inimicos meos, id est Iudæos fidei aduersarios iuste irrideo,
potenter deuici: ratione, miraculis, & allegationibus scripturarꝫ ueteris testamenti, multiplici
ter confutaui. Similiter hæreticos utriusqꝫ testamenti scripturis contriui, tyrannos quoqꝫ & p-
sequutores diuino auxilio superaui. Et hoc quia lætata sum o dn̄e pater æterne in salutari tuo,
Luc.21. id est in fide & gratia Christi, per quē tot bona sum consequuta, quæ mihi promisit: Dabo, in-
quiens, uobis os & sapientiā, cui non poterunt resistere & cōtradicere omnes aduersarij uestri.
Ideo o Iudæi cęteriqꝫ increduli, Nolite multiplicare loqui sublimia, id est uerba præsumptuo
1.Cor.5. sa & uana, contra ecclesiā gloriantes insipienter. Sed recedāt uetera de ore uestro. i. pristina in-
fidelitatis uerba relinquite, literalē occidentē legis ac prophetarꝫ sensum abijcite, doctrinā &
expositionē infideliū magistrorꝫ uestrorꝫ calcate: quia deus scientiarꝫ dn̄s est, qui per spiritum
sanctū sanctos apostolos docuit plenissime ac uerissime intelligentiā legis ac prophetarꝫ. Quē
Ioan.16. admodū ante passionē suā Christus eis promisit dicendo: Cū uenerit ille spūs ueritatis, docebit
uos omnē ueritatē. Arcus fortiū superatus est. i. omnis armatura seu argumentatio Iudæorꝫ &
philosophorꝫ, cæterorꝫqꝫ perfidorꝫ, qui olim uidebant potentes, & ecclesiā diuersis modis in-
Luc.24. uaserūt, soluta & uicta est. Et infirmi accincti sunt robore. i. apostoli & primi discipuli Christi,
inducti sunt omni uirtute ex alto, & per eos gentiles olim omni spiritali fortitudine gratię de-
Ephe.6. stituti, effecti sunt uirtuosi ac uictoriosi. Quēadmodū Paulus apostolus scripsit eisdē: Confor- E
tamini in dn̄o, & in potentia uirtutis eius accipite armaturā dei. Repleti prius puta Iudæi, qui
olim multiplici opulentia sapientiæ ac uirtutū, ac spiritalibus ferculis abundabant, pro pani-
bus se locauerunt, quia priuati sunt omnibus bonis illis. Et quidē ex eis conuersi à doctrina ue-
ræ salutis, mendicauerunt. Donec sterilis peperit plurimos. i. conuersa gentilitas, olim infœcū-
da Christianis, innumerabiles regenerauit ex aqua & spiritu sancto, atqꝫ per euangelicę legis
1.Cor 4. prædicationē parturiit, sicut ait Apostolus: In Christo Iesu per euangeliū ego uos genui. Et
quæ multos habebat filios, scilicet synagoga, in qua frequenter fuerunt multi electi, infirmata
est. Quia iamdudū omnino succubuit, & in extremā hanc captiuitatē redacta est. Dn̄s mortifi
cat, qui per Titū & Vespasianū corporaliter trucidauit Iudæos incredulos, quos & per inuisi-
biles hostes excæcari & indurari iuste permisit, & uiuificat per gratiā in præsenti, & per gloriā
in futuro, uasa misericordiæ suæ electos ex gentibus. Dn̄s pauperē facit synagogā, & ditat ec-
clesiā, humiliat Iudæos incredulos, & subleuat Christi fideles. Suscitat de puluere egenū, & de
stercore eleuat pauperē. Vt sedeat cū principibus, & soliū gloriæ teneat. Multos eñ gentiles
uitiis obtenebratos, & sordibus carnalitatū inuolutos, ad tantā diuinorꝫ charismatū exuberā-
tiā erexit atqꝫ prouexit, ut inter apostolicos uiros digne sint connumerati, & aliorꝫ prælati ef-
Luc 22. fecti, sessuriqꝫ sint inter eos, quibus saluator spopondit: Vos qui sequuti estis me, sedebitis sup
thronos, iudicantes XII. tribus Israēl. Ad istā expositionē sequētia queūt faciliter applicari.

¶ Expositio cantici eiusdem moralis.

PRęterea exponi potest hoc canticū in persona cuiuslibet Christiani deuoti, pręsertim
religiosi. Vnusquisqꝫ ergo fidelis dicere potest: Exultauit cor meū in dn̄o. i. considerā- F
do seu contēplando infinitā bonitatē, omnipotentiā & sapientiā dei, uniuersamqꝫ per-
fectionē, excellentiā & beatitudinē eius, gauisus sum uehementer, & toto corde cogra
tulatus sum tam incircūscriptibili perfectioni & gloriæ creatoris, præsertim contēplando su-
perbeatissimæ trinitatis patris & filii & spiritus sancti cōmunicationē & emanationē adintra.
Mutuam quoqꝫ triū supernaturaliū personarꝫ contēplationē, dilectionē, cōplacentiā, fruitio-
nem, consistentiāqꝫ superfelicissimā & æternā. Exultauit demū cor meū in dn̄o, intuendo bene
ficia eius generalia ac specialia, naturalia & supernaturalia, corporalia ac spiritalia. Præsertim
quæ quāta & qualia unigenitus patris æterni pro nostra salute assumpsit, fecit ac pertulit. Cō-
siderando etiā diuina promissa, & qualiter superoptimus & superpiissimus, & supermunificen
tissimus deus trinitas seipsum & suiipsius clarā, immediatā, facialē, deliciosissimā uisionē æter-
nā ac beatificam fruitionē inęstimabiliter prorsus dulcissimam nobis præparauit in præmiū.
His igitur modis exultemus in dn̄o, imò & in omni actu uirtuoso ad dei honorē exhibito glo-
Psal 99. riemur: iuxta illud: Seruite dn̄o in lætitia. Et rursus: Gaudete in dn̄o semper. Nec solū in actib⁹
Phil.4. bonis, sed itē in persequutionibus, aduersitatibus, correptionibus & tentatiōibus, sicut ait apo
Iaco.1. stolus Iacobus: Omne gaudiū existimate fratres, cū in tētationes uarias incideritis. Et saluator:
Luc 6. Gaudete, inquit, in illa hora & exultate: qm̄ merces uestra copiosa est in cœlis. Qui autē lætat
Prou.2. cū malefecerit, aut quia laudatur & honorat ab aliis, aut qm̄ tēporaliter prosperat, aut quia ui-
det alios inter se discordare, contendere aut turbari non iam in dn̄o, sed potius in diabolo glo-
riatur, & uanus & excors est. Et exaltatū est cornu meū in deo meo. i. uirtus seu fortitudo ani-
mæ meæ in adiutorio altissimi, hostibus meæ salutis restitit atqꝫ præualuit ac profecit. Hoc di-
cit ad

A cit ad gloriam omnipotentis, qui in quacunq; tentatione cernit se triumphasse aut profecisse
in bonis ut gratus sit deo, nequaquã extollens seipsum, & semper sit cautus & timoratus ne ca
dat. Absint semper à nobis diabolica cornua crudelitatis, animositatis, ambitionis. Circa hoc lo
quitur Origenes: Sunt cornua quædã iustorũ, quibus utuntur bona agendo, aut recte loquen
do, sicut cum dicunt ad dñm: In te inimicos nostros uentilabimus cornu. Vnde & alibi dicitur: Psal. 43.
Exaltabuntur cornua iusti. Oportet ergo nos habere cornua ista, quæ iustis de crucis Christi
apicibus conferuntur, ut in his destruamus & eijciamus aduersarias potestates de anima no-
stra, quibus expulsis, planteur in nobis uinea, quæ facta est dilecto in cornu in loco uberi. Di-
latatum est os meũ super inimicos meos: hoc dicat ad dei honorẽ, qui recordatione & allega-
tione scripturæ aduersarios ueritatis, præsertim inuisibiles æmulos, superauit. Qui hostibus
boni communis efficaciter fuerit reluctatus, quia lætata sum o domine ego creatura tua in sa-
lutari tuo. De quo cecinit Esaias: Viderunt omnes fines terrę salutare dei nostri. In quo qui syn Esa. 52.
ceriter delectatur, exaudiri ac triumphare meretur. Sicut ait scriptura: Qui orat dominum in Eccl. 35.
oblectatione, exaudietur. Et rursus: Delectare in dño, & dabit tibi petitiones cordis tui. Nõ est Psal. 36.
sanctus ut est dñs, ideo oportet ei in sanctitate & iustitia iugiter deseruire, maledictusq; est qui Hiere. 48.
opus dei efficit negligenter. neq; enim est alius extra te. Nam pater in filio, & filius in patre: pa Ioan. 14.
ter quoq; ac filius in spiritu sancto, & spiritus sanctus in patre ac filio. Nam singulæ personæ
in singulis uere & imperscrutabiliter ac circumincessibiliter sunt. Et non est fortis sicut deus
noster, qui solus potest humanæ ac fragili creaturæ tantum conferre gratiæ robur, ut spi-
B ritibus illis callidissimis atq; nequissimis & concupiscentiis proprijs ac uitiis uniuersis præua-
leat, & in deo sit stabilita: imo & si pro fidei conseruatione exegerit ratio, etiam miracula ope-
retur, Sicut prædixit saluator: Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet. Nolite mul- Eodem.
tiplicare loqui sublimia gloriãtes. Hoc præsumptuosis, superbis, uaniloquis, ex charitate est op
ponendũ, ut cessent à uerbis iactantiæ, nec laudent, neq; extollãt seipsos, cum & Apostolus di-
cat: Noli altũ sapere, sed time. Salomon quoq;: Laudet te alienus & non os tuum: extraneus & Roma. 11.
non labia tua. Deniq; unusquisq; dicat uiribus animæ suæ, intellectui uidelicet cogitatiuæ & Prouer. 27.
imaginatiuæ: Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes. i. ab omni cogitatione superba, ab
adinuentionibus uanis, ab apprehensionibus phantasticis, à magnificatiõe proprij subiecti ca
uete, nec intra uos corã deo proferte seu loqui audete, quod corã hominibus loqui est reprehẽ
sibile. Ab altis quoq; materijs, & ab incõprehensibiliũ perscrutatione est temperandũ, ut non
audeamus de supersubstãtiali deo aliquid fari, præter tradita nobis in diuinis scripturis, ut di-
uinus Dionysius & Damascenus scripserunt, nẽpe ut Salomon protestatur: Sicut qui comedit
mel multũ non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis opprimit à gloria. Hinc Origenes
disseruit, non dixit: Nolite loqui excelsa. Ergo licet mihi loqui aliqua excelsa. Multiplicare au Pro. 25.
tem loqui excelsa & ardua, mihi non licet, cũ scriptũ sit: Altiora te ne quæsieris, & fortiora te Eccl. 3.
ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi deus intellige semper. Quæ sunt ergo in quibus ex-
celsa me loqui oportet? Quando de omnipotentia dei, de inuisibilitate & sempiternitate eius
loquor, excelsa loquor. Quando de unigeniti eius coæternitate cæterisq; mysterijs pronũtio,
C excelsa loquor. Quando de spiritus sancti magnificentia dissero, excelsa loquor. Post hanc tri-
nitatem omnia sunt humilia & deiecta cõparatione celsitudinis eius. Hęc Origenes. Recedant
uetera de ore uestro. i. omnia uerba inordinata, uitiosa, illicita deinceps uitate. Si quis loquitur
quasi sermones dei: Sermo uester semper in gratia sit sale conditus. Hinc ad Ephesios docetur: Col. 4.
Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat, sed qui bonus est ad ædificationẽ, ut det gra Eph. 4.
tiã audienti. Arcus fortiũ superatus est. Hi qui fortes & magnos se arbitrãtur, iusto dei iudicio
permittuntur faciliter uinci omni uento tentationũ ac impetu passionũ & multipliciter labi, si-
ue dum ab alijs patiuntur aduersa, siue dũ laudant & honorant à proximis, quia radices humi
litatis & fundamentũ timoris dei non habẽt. Interdũ quoq; cõtingit deuotos & uirtuosos ex sua
negligẽtia periculosa ue securitate, aut tentationũ impulsu paulatim euacuari & cadere. Et in-
firmi accincti sunt robore Humiles scilicet, q se iugiter infirmos, defectuosos uilesq; iudicant.
Nã & infirma ac stulta mũdi elegit deus. Repleti prius. i. q donis gratiæ abũdabãt, pro panibus 1. Cor. 1.
se locauerũt, quãdo (ut tactũ est) ad ruinã sunt deuoluti, & rursus per pœnitentiã conant ad pri
stinã redire mensurã, seq; humiliãt, & illorũ orationibus, meritis ac doctrinis quęrũt refici ac iu
uari, quibus aliqñ in spiritualibus fuerãt ditiores, & famelici saturati sunt. Bene famelici sunt q
esuriũt sitiuntq; iustitiã, & famẽ habẽt audiẽdi uerbũ dei, q saturari merentur & refici à spiritu Mat. 5.
sancto. Hi sunt, quæ retro sunt obliuiscentes, & ad anteriora extendũt seipsos, nõ arbitrãtes se
apprehendisse, sed assidue propriũ imperfectũ pensantes, toto affectu student in omni uirtute
proficere, quotidianas suas defectuositates & culpas uberrime deplorãtes. Hæc itaq; contige-
rũt. Donec sterilis, anima prius infructuosa, peperit plurimos, fructus uirtutum, & quæ mul-
tos habebat filios, id est, quæ antea erat in bonis actibus fœcunda, infirmata est, gratiam amit-
tendo. Ideo nullus alium quamuis iniquum aut negligẽtem incaute dijudicet aut contemnat.

Quia etsi hodie ille fortassis est melior, cras forsan erit deterior, ideo ait saluator: Nolite iudica D
.14. re. Et Paulus: Tu quis es qui iudicas alienũ seruũ: suo dño stat aut cadit. Stabit autẽ, Potens est
e:ñ deus statuere illũ. Dñs mortificat, impios occidendo & condemnando, seu uitã gratiæ non
præstando, aut gratiã delinquentẽ iuste tollendo: & uiuificat, quia ab ipso est uita naturæ, uita
gratiæ & uita gloriæ. qui & impiũ per pœnitentiã pie uiuificat. Mortificat quoque salubriter,
Col.3. dando mortificationẽ uiuificã, de qua ait Apostolus: Mortificate mẽbra uestra quę sunt super
Eodem. terrã. Et itẽ: Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cũ Christo in deo. Hæc mortifica-
tio est uitiorũ extinctio, suiipsius à uitijs refrenatio, membrorũ scandalizantiũ abscisio, id est eo-
rum ab omni usu prauo coërtio, & maxime priuati amoris extirpatio integra, ita ut quis dicere
Gal.2. queat: Viuo aũt iam non ego, uiuit uero in me Chr̃s. Deducit ad inferos, sicut expositum est, &
etiã inspirando homini considerationẽ infernalis damnationis, ac pœnæ æternæ salubrẽ: & re-
ducit, dando uitæ correctionẽ, atque leuando mentẽ ad cœlestiũ intuitũ gaudiorũ. Dñs paupe-
rem facit & ditat, humiliat: dando homini uerã & humilẽ suiipsius recognitionẽ, & infundẽdo
humilitatis uirtutẽ. & subleuat mentẽ de uitiorũ profundo, de lacu miseriæ, de pusillanimitate
per spei fiduciã & confessionẽ remediantẽ. Suscitat de puluere egenũ &c. id est in infimis cogi
tationibus inquinamentisq; carnis detentos, paulatim perducit ad uitã spiritalẽ & sanctã con-
templationisq; apicẽ, ita ut tales inter uiros heroicos reputentur, & digni sint alijs præsidere.
Pedes sanctorũ suorũ seruabit ut perseuerent ac progrediantur in uia regia, nec deflectant ad
dexterã aut sinistrã. Incessabiliter equidẽ indigent conseruatiõe diuina, qua sibi paulisper sub
tracta, mox corruunt. & impij in tenebris conticescent. Obnubilati etenim tenebris ignoran- E
tiæ & errorũ passionũ ac uitiorũ, tacent & obmutescunt à laudibus dei deuotis, ab orationibus
feruidis, ab exhortatiõe idonea, à correptione fraterna, & ab utilibus uerbis. Et iuxta Aposto-
2 Timo.4. lum: à ueritate auertunt auditum, atq; ad fabulas conuertuntur.

## COMMENTARIVS IN CANTICVM MOYSI, V. FERIAE.

### ¶ Argumentum authoris.

Consuetudo fuit sanctis uiris, imò & fœminis uirtuosis, spiritalia cantica deo offerre atque
compõere pro spiritalibus beneficijs dei, & de magnificis ac supernaturalibus eius operibus,
quod in ueteri testamẽto potissime seruabatur, atq; à Moyse initiũ sumpsisse uidet. Non enim
legitur hoc factũ ab aliq ante eũ. Hinc loqtur Origenes: Multa legimus cãtica facta in diuinis
scripturis. Horũ tñ omniũ primũ est istud. Moris quippe sanctorũ est, ubi aduersarius uincitur
hymnũ gratulationis deo offerre. In Scholastica qq; fertur historia: Moyses cõposuit canticũ
dño hexametro carmine, quod quia à cæteris prius legitur factũ, dicitur canticũ canticorũ, qd
intelligendũ est propter prærogatiuã antiquitatis. Veruntamen ob mysticorũ sensuũ profun-
ditatẽ & elegantiã, dialogus ille amoris à Salomone cõpositus, Canticorũ Canticũ appellatur.
Exo.15. Tunc uidelicet Pharaone Aegyptijsq; submersis, cecinit Moyses & filij Israël carmen hoc do
mino, & dixerunt. Moyses uero spiritu sancto illuminante ac dirigente edidit carmen, deinde
docuit hoc filios Israël, sicq; pariter cecinerunt, & seinuicem ad regratiandum deo, & ad eius
decantanda præconia hortabantur ac inuitabant, dicentes:

### ¶ Expositio literalis.



Ibidem. Antemus dño ⌋ id est ad eius honorẽ depromamus laudes ipsius ⌊ gloriose ẽm F 1
magnificatus est ⌋ id est excellentiã, omnipotentiã atq; iustitiã suã præclare mõ »
strauit, & famã magnificã sibi fecit per signa & mirabilia quę contra Aegyptios
egit. Et nunc præcipue in maris rubri diuisione, Aegyptiorũ submersione, & no
Exo.14. stra eductione ac liberatiõe. In quibus omnibus suã quoq; pietatẽ & fidelissimã
ueritatẽ declarauit in nobis, ⌊ equũ & ascensore deiecit in mare ⌋ id est equites Pharaõis simul »
cum ipso eorũ rege & toto eius exercitu, ac quadrigis eorũ præcipitauit ac mersit in mari ru-
bro. ¶ Fortitudo mea & laus mea dñs ⌋ id est ipse deus, actor horũ mirabiliũ, est causa totius » 2
fortitudinis meæ, in naturalibus atq; fortuitis. Cuius auxilio contra Pharaonẽ præualui. Ipse
quoq; est laus mea. i. obiectũ ac materia laudũ mearũ, quibus eũ in seipso & in suis operibus lau
do, nõ meipsum. Ex eius quoq; indicijs, signis effectibusq; præclaris materiã habeo copiosam
laudis diuinæ: imò & si in me est aliquid laude dignũ, huius causa est ipse. Vnde circa hæc for-
titudo mea & laus mea dñs, ait glossa: Quia per ipsum fortis sum & laudabilis. Itaq; Moses cũ
tot & tanta per eũ dñs perpetrasset, & uir eximius esset corã omni frequẽtia populi, noluit tñ
in seipso laudari, nec uoluit commendare seipsum, sed dñm cui ascribendũ nouerat omne bo-
num Sic & sacratissima uirgo Maria, cũ mater esset altissimi facta, non seipsam, sed dñm glori-
Lucæ 1. ficauit, dicendo: Magnificat anima mea dñm, Et psalmista: In dño, inquit, laudabit anima mea,
Psal 33. ⌊ & factus est mihi in salutẽ ⌋ .i. potenter & gratiose saluauit me de manu Pharaonis aliisq; pe »
riculis, Mosi aũt tanq̃ duci populi instabat speciale periculũ ex Pharaonis tyrannide, nisi deus
eum eripuisset. Iccirco hæc singulariter loquitur & decantat, cũ tñ fuerint communia bñficia
dei

A dei ſibi ac Hebræis collata. Nam & hoc ad ſeruum deo ſpecialiter gratum, deuotum fidelemq;
pertinet, ut de generalibus beneficiis creatoris ſpeciales laudes & grates referat domino, qua-
ſi ſint ſibi ſoli condonata ab illo. Itaque deus in ſeipſo inuariabilis, æternus & non factus, dici-
tur nobis fieri in ſalutem ſeu refugium ac ſaluator, abſque ſuæ deitatis mutatione, quando
per gratiarum ſuarum chariſmata & effectus ſubſidium & ſalutem nobis impendit. ¶ Iſte ⌋
3 » qui ita pugnauit pro filiis Iſrael. ⌊ eſt deus meus ⌋ qui cum ſit uniuerſorum deus iure crea-
tionis, gubernationis & conſeruationis, ſpecialiter tamen eſt deus eorum à quibus præcipue
colitur & ardenter amatur, & quibus ipſe præcipua gratiæ dona largitur. Sicq; fuit deuo-
tiſſimi ac ſanctiſſimi Moyſi deus. Hinc & Helias orando loquutus eſt: Deus meus reuertatur 3.Reg.17.
obſecro anima pueri huius in uiſcera eius. Et Paulus: Deus meus impleat omne deſiderium Phil.4.
» meũ in uobis. ⌊ & glorificabo eum ⌋ id eſt glorioſum, famoſum, ſanctũ & omni honore ac glo-
ria dignum eum eſſe fatebor, deſcribam & opere demonſtrabo, ei cum omni reuerentia obſe-
» quendo. ⌊ deus patris mei ⌋ quaſi Moyſes dicat: Non ſolum ego per dona gratiæ dei fidelis
ſum, ſed etiam natione. Quoniam deus uerus, qui eſt deus meus, fuit & eſt deus patris mei.
Quod tam de immediato Moyſi patre quàm de quolibet ſanctorum patriarcharũ, ex quibus
» duxit originem, accipi poteſt. ⌊ & exaltabo eum ⌋ id eſt corde, ore & opere, & per ſcripta teſta
bor eum ſolum eſſe adorandum, & omnibus incomparabiliter digniorem ac altiorem. Qui ſo-
lus in ſeipſo perfectionaliter infinitus incircũſcriptibilisq; conſiſtit, & uniuerſa infinite in omni
perfectione ac claritate excedit, & omnis creati intellectus capacitatem interminabiliter ſupe
rat. Itaq; pronomen hoc, iſte, notat hic demonſtrationem ad intellectum. Recitat tamen Lyra
B ꝙ ſecundum Hebræos facit demonſtrationem ad ſenſum: nam dicunt ꝙ filii Iſraël tranſeun-
do per fundum maris ſenſibiliter deum uidebant, atq; digito demonſtrabant: in quadam ta-
men ſimilitudine ſenſibili aſſumpta ſeu repreſentante, quia deitas ſenſibiliter nequit uideri. Di
cunt quoq; ꝙ populus ille tũc clarius uidit deum, quàm poſtea ſancti prophetæ. Sed iſtud nec
probationem nec apparẽtiam habet, præſertim cum populus ille fuerit tam duræ ceruicis. Exo.32.
4 » ¶ Dominus quaſi uir pugnator ⌋ id eſt ſimilis uiro pugnatori, non niſi iuſta ac fortia prælia ex-
ercenti. Alibi autem dicit Lyra ꝙ in Hebræo non habetur quaſi, ſed translator hoc addidit ad
inſinuandum ꝙ deus dicitur uir pugnator, non ꝙ in eo ſit ſexus, aut corporeum aliquid ſecũ-
dum deitatis naturam: Vnde ſic dicitur uir pugnator quomodo ait ſaluator: Ego ſum uitis ue- Ioan.15.
ra, & pater meus agricola eſt. Quod ſecundum Auguſtinum intelligendum eſt per ſimilitudi-
» nem, non per proprietatem. ⌊ omnipotens nomen eius. ⌋ Hoc intelligi poteſt tam de nomine
nominante, quàm de nomine nominato. Siquidem ipſe deus altiſſimus deſignatur & appella-
tur nomine iſto nominante omnipotens. Sicq; omnipotens eſt nominans nomen dei. Nomen
quoq; dei nominatum, id eſt ipſe deus hoc nomine omnipotens deſignatus, eſt realiter pror-
ſus omnipotens: nam quicquid contradictionem non implicat, & cuicunq; ratio entis compe-
tere ualet, hoc ipſe poteſt, cui dicitur: Subeſt tibi cum uolueris poſſe. Et iterum: Domine deus Sap.12.
» non erit tibi difficile omne uerbum. ⌊ Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare. ⌋ Hiere.32.
Quemadmodum alibi dictum eſt: Reſpiciens dominus ſuper caſtra Aegyptiorum per colu- Exo.14.
mnam ignis & nubis, ſubuertit rotas curruum, ferebanturq; in profundum. Siquidem (ut ex
Ioſepho atque Scholaſtica hiſtoria circa hoc tactum eſt) dominus proiecit ſuper Aegyptios,
C fundum maris ſiccatum ingreſſos intolerabiles imbres grauesq; tonitrus, choruſcationes ac
lampades. Erant ibi currus ſexcenti, & quinquaginta milia equitum, ducentaq; milia peditum.
5 » ¶ Electi principes eius ⌋ quos ipſe præ cæteris elegit in duces bellorum. ⌊ ſubmerſi ſunt in
» mari rubro, abyſſi operuerunt eos. ⌋ Abyſſus & mare ac pelagus pro eodem accipi ſolent: un-
de & Ionas: Abyſſus, inquit, uallauit me, pelagus operuit caput meũ. Sed nunc de aquis eiuſdẽ Ionæ 2.
maris pluraliter dicitur abyſſi propter multitudinem partium aquæ profundarum. Vel po-
» tius propter duas partes maris diuiſi, quæ ex utroq; latere ſuper Aegyptios irruerunt. ⌊ de-
» ſcenderunt in profundum quaſi lapis ⌋ quia & corda habuerunt lapidea omni iniquitate gra-
uata. Iniquitas autem grauat mentem: Propter quod in Zacharia fertur prophetia: Iniquitas
ſedet ſuper talentum plumbi. Et Eſaias dicit: Væ populo graui iniquitate. Hinc monet Apo- Zacha.5. Eſa.1.
6 » ſtolus: Deponamus omne pondus, & circũſtans nos peccatum. ¶ Dextera tua domine ma- Heb.12.
gnificata eſt in fortitudine, dextera tua domine percuſſit inimicũ. ⌋ Solet in ſcripturis per dex
teram dei eius benignitas ſeu gratioſa protectio, aut ſuccurſus intelligi: iuxta illud Sapientiæ:
Dextera ſua teget eos. Et in Iob: Operi manuum tuarum porriges dexteram. Interdum per Sap.5.
dexteram deſignatur poteſtas: iuxta illud Iob: Confitebor ꝙ ſaluare te poſſit dextera tua. Ali Iob 14.
quando uero per dexteram dei ſignificatur eius æqualitas, ſeu potior bonitatis eius fruitio: Iob 40.
ut in pſalmo: Sede à dexteris meis. Quandoq; per dexteram dei exprimitur rigor diuinæ iuſti- Pſal.109.
tiæ & diſtricta ultio eius qua deus durius percutit. Quemadmodum homo per dexteram for-
tius uerberat quàm per ſiniſtrã: ſicq; in pſalmo accipitur: Dextera tua inueniat eos qui te ode- Pſal.20.
runt. Pones eos ut clibanum ignis &c. Sic quoque accipitur modo cum dicitur: Dextera tua

domine magnificata est in fortitudine, id est rigor seu uis tuæ iustitiæ magnifice se ostendit in D
forti Aegyptiorum punitione, per quam magnificata est, id est magna esse innotuit & magna,
imò immensa à multis est reputata. Quæ etiam percussit inimicum, id est Pharaonem princi-
pem hostium populi tui in mari extinxit, imò & ante per decem plagas dire multipliciterq; af-
flixit. Quidam tamen per dexteram dei intelligunt unigenitum filium eius. De qua expositio-
ne in sequentibus erit sermo. ⌊ & in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios meos. ⌋ Glo
ria dei hoc loco uocatur eius maiestas, quæ quamuis in seipsa sit una simplexq;, tamen propter
suorum diuersitatem efficientem multiplex nũcupatur. Quemadmodum & misericordia dei
Psal. 88. secundum illud: Misericordias domini in æternum cantabo. Et denuo: Reminiscere misericor
Psal. 24. diarum tuarum quæ à seculo sunt. Itaq; ait: In multitudine gloriæ tuæ, id est in maiestate tua
multiplici per effectum, seu in multis eius præclaris ac miris effectibus: hoc est per diuersa pro-
digia contriuisti Aegyptios, tam in terra eorum primogenitos eorum occidendo, quàm in ma
ri rubro tot milia submergendo. ¶ Misisti iram tuam quæ deuorauit eos sicut stipulam, ⌋ id 7
est iustitiæ tuæ uindictam effudisti quæ consumpsit Aegyptios sicut ignis stipulam, ualde ue-
Psal. 82. lociter, prout fertur de aliis in psalmo: Sicut ignis qui comburit syluã, & sicut flamma combu-
Esa. 5. rens montes, ita persequeris illos in tempestate tua. Et in Esaia: Sicut deuorat stipulam lingua
ignis, sic radix eorũ quasi fauilla erit. ⌊ & in spiritu furoris tui ⌋ id est in impetuoso effectu tuæ
iustitiæ. ⌊ congregatæ sunt aquæ ⌋ id est partes aquæ diuisæ se recollegerũt super Aegyptios,
pariter irruendo. Vel congregatæ sunt, id est partes seorsum quasi consolidatæ. Quod quam-
uis fuerit pie factum pro Hebræorum euasione, fuit tamen Aegyptiis submersionis occasio.
¶ Stetit unda fluens ⌋ id est gurges aquæ ex sua natura mollis ac fluidus, diuina uirtute stetit E 8
fixus ut tellus, atq; ut loquitur Origenes, soliditatẽ liquor recepit, & coactus est fluctus in cu-
Iob 38. mulum ac unda in seipsam repressa. Nempe si (ut in libro Iob legitur) superficies abyssi con-
stringitur frigore, quanto magis creatore iubente undæ eius figuntur. Quemadmodum enim
in exordio seculorum deus præfixit Oceano terminum sui fluxus, ne terram operiat, secundũ
Ibidem. quod rursus Iob testatur: Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de uulua proce
dens? Circundedi illud terminis meis, & posui uectes & ostia, & dixi: Hucusq; uenies, & non
procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Sic ex dei præcepto diuisum est ma
re rubrum, & partes diuisæ steterunt in altum fixæ ut muri. ⌊ cõgregatæ sunt abyssi ⌋ id est co-
piosæ & profundæ partes aquarum seorsum sunt solidatæ, & iterum adunatæ ex creatoris im-
perio. ⌊ in medio mari ⌋ id est intra ripas rubri maris. Atq; in tali diuisione & consolidatione
undarũ, fuit magna eleuatio earundem. Non tamen egressæ sunt ripam. Præterea, sicut ait sal-
Luc. 6. uator: Ex abundantia cordis os loquitur, Ideo Moyses ex suæ deuotionis feruore, & insoliti
miraculi admiratione, diuinorumq; operum nouitate & congratulation, eandem sententiam
Psal. 6. multoties repetit sub aliis uerbis, quemadmodum & psalmista, dicendo: Quoniam exaudiuit
dominus uocem fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationem meam, dominus orationem
meã suscepit. ¶ Dixit inimicus ⌋ uidelicet Pharao, seu quicũq; de eius exercitu. ⌊ persequar ⌋ 9
Hebræos. ⌊ comprehendam ⌋ eos. ⌊ diuidam spolia ⌋ bona eorum diripiendo. ⌊ implebitur
anima mea ⌋ id est iuxta desiderium uoluntatis meæ eos tractabo ac spoliabo. ¶ Euaginabo 10
Exo. 14. gladium meũ, interficiet eos manus mea ⌋ sicut Pharao & eius ministri dixisse leguntur: Quid
uoluimus facere, ut dimitteremus Israel ne seruiret nobis? Circa quod dictum est, quòd F
Pharao & Aegyptii intendebant filios Israel uiolenter reducere ad seruiendum sibi ut an-
tea in Aegypto. Iccirco non reor ꝙ nunc uoluerint eos omnes occidere, sed quosdam, præ-
sertim principaliores ac ditiores. ¶ Flauit spiritus tuus ⌋ id est uentus à te productus, 11
& grandis imbrium fulgurum'que tempestas diffusa sunt super aquas. Vel, spiritus tuus
flauit, id est ex tua indignatione motæ sunt aquæ. Sicut ex flatu puluis mouetur. ⌊ & operuit
eos mare, submersi sunt quasi plumbum in aquis uehementibus. ¶ Quis similis tui in for- 12
tibus domine, quis similis tui? ⌋ quasi dicat nullus omnino. Quoniam omnis potestas creata de
ficit infinite ab increata uirtute. Alia translatio habet: Quis similis tui in diis domine? quasi di-
Hiere. 10. cat: In his apparet infirmitas falsitasq; deorum gentilium, qui suos non potuerunt iuuare cul-
Hiere. 50. tores. Hinc scriptum est: Non est similis tui domine, magnus es tu, & magnum nomen tuum in
fortitudine. Quis non timebit te o rex gentiũ? Et rursus loquitur deus: Quis similis mei, & quis
sustinebit me? Et quis est iste pastor qui resistat uultui meo? Veruntamen creaturæ ratio-
1. Ioan. 4. nales & intellectuales dicuntur deo assimilari. Ioannes quoque apostolus in prima sua fate-
1. Ioan. 3. tur Canonica: Sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Et rursus: Nondum inquit apparuit
quid erimus: Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum
sicuti est. Verum in his uerbis: Quis similis tui in fortibus domine? sumitur simile pro
æquali. Nil autem deo æquale est, imo finiti ad infinitum nulla est comparatio. ⌊ magnifi-
cus in sanctitate ⌋ id est magna & mira efficiens sancte ac uirtuose. Quemadmodum enim
deus

A deus dicitur magna facere in sapientia, ita & in sanctitate, quoniã sanctus est in omnibus operi- Psal.144.
bus suis, Hercules aũt, Alexãder magnus, Hector Troiæ & consimiles, fecerunt aliqua magna
» non in sanctitate, sed magis in uanitate. terribilis propter imperscrutabilia tua iudicia, & ob
tuæ rigorem iustitiæ ac metuendos effectus. De quo ait propheta: Venite & uidete opera dei, Psal.65.
terribilis in consilijs super filios hominum. Ideo sanctus Iob ait: Deus cuius iræ resistere ne- Iob 9.
mo potest, sub quo curuantur qui portant orbem. Cogitationem eius nemo auertere potest, ic
circo à facie eius turbatus sum, & considerans eum timore solicitor. In euangelio quoq; Chri-
stus ait: Eum timete qui habet potestatem & corpus & animam perdere in gehennam ignis. Mat.10.
» atq; laudabilis quia uirtuose, sapienter & irreprehensibiliter omnia agens & faciens mirabi-
lia, iuxta illud: Qui facit magna & inscrutabilia & mirabilia quorum non est numerus. Nec Iob 5.
solum in supernaturalibus, sed item in naturalibus, & præsertim in operibus gratiæ & gloriæ,
13 » deus mirabilia & incõprehensibilia operatur. ¶ Extendisti manũ tuã id est potestatem &
» æquitatẽ tuam duxisti in actum. & deuorauit eos terra id est Aegyptij, ita in profundo ma-
ris obruti erant gurgitibus, quasi fuissent absorpti à terra. Veruntamen mox fuerunt ad littus
proiecti. Dicitur autem manus dei extendi, quando pœnam infligit, quia scriptura fatur de deo
more humano, condescendens nostræ infirmitatis capacitati: unde in Esaia habetur: In omni- Esa.5.9.10.
bus his non est auersus furor domini, sed adhuc manus eius extenta. Hinc sathan dixit ad do-
» minum de Iob: Extende paululũ manum tuam & tange carnes eius & ossa. Dux fuisti in mi- Iob 1.
sericordia tua populo quem redemisti. Deus enim non solum per gratiæ suæ infusionem, sed
& per angelum sanctum, & per columnam ignis & nubis, atque per Moysen præcessor & du-
B ctor Israeliticæ plebis fuit quam ex Aegypto redemit. Deinde sanctus Moyses prophetali spi-
ritu plenus de futuris uaticinans, de eisdem quasi de præteritis propter prophetiæ certitudi-
14 » nem, loquens subiungit: ¶ Et portasti eũ, id est populũ istũ gratiose deduces in fortitudi
» ne tua, hoc est in omnipotentia tua, cui nihil difficile est. Per magna quoque prodigia, & per
protectionem magnificam qua eos in uia defendes. ad habitaculum sanctum tuũ, id est ad
montem Sion seu Moria & ad urbem Hierusalem, ubi elegit deus sibi templum ædificari, in
quo habitare dignatus est. Prout secundo & tertio Regum, secundo quoque Paralipomenon 2.Reg.7.
patet. Porrò per hoc quod ait: portasti eum, insinuatur quòd deus instar pijssimi patris ac pa- 3.Reg.6.
terni prouisoris, deduxit ac supportauit in multis filios Israël in deserto. Ideo Moyses huic po 2.Par.36.
pulo loquutus est: Portauit te dominus deus tuus, sicut portare solet homo paruulum filium Deute.1.
suum. Veruntamen isti quibus Moyses dixit hæc circa mare rubrum, propter eorum pecca-
ta non introierunt terram promissionis, nisi perpauci ex eis, sed loco eorum ingressi sunt po-
15 » steri eorundem. ¶ Ascenderunt populi & irati sunt. Amalechitæ & eis adiuncti in deser-
to. Contra hos Hebræos ascendent ad præliandum. Timebant enim quòd filij Israël eis noce- Exo.17.
rent Quod etiam exponi potest de Seon rege Amorræorum, & Og rege Basan, qui contra fi-
lios Israël consurrexerunt in uia. De rege quoque Edom in libro Numerorum describitur, q;
» cum infinita multitudine egressus est contra filios Israël. dolores obtinuerunt habitatores
» Philistiim, quia percepto qualiter deus plagasset Aegyptios, & pugnasset pro Israel, inuide-
runt Hebræis, & timuerunt propriæ pelli: præsertim cum cognouissent qualiter filii Israel ex- Nume 20.21.
C pugnauerunt Seon & Og, ac Madianitas. Circa hæc Rabbi Paulus reprehendit Nicolaum
de Lyra dicentem, quod Amalechitæ irati sunt propter timorem, ne filii Israel inuaderent
terram eorum: & addit Rabbi Paulus: Ira enim non consurgit ex timore, sed ex aliis passioni-
bus, scilicet ex tristitia illata cum desiderio & spe ulciscendi secundum Philosophum secun-
do Rhetoricę. Quocirca dico in primis q; Lyra non dicit sicut recitat Rabbi Paulus. Sed ista
sunt uerba eius in forma: Amalechitæ irati sunt, timentes ne inuaderent terram eorum. Dein-
de adiicio, q; quamuis Lyra diceret, quod sibi imponit Rabbi Paulus reprehendendum non
esset. Quoniam ira non solum ex tristitia, sed etiam ex timore causatur, imo ex desperatione po
test oriri. Sunt enim diuersæ ac uariæ causæ iræ secundum Aristotelem, Gregorium q; Nice-
num, ac Damascenum, prout Thomas in prima secundæ, quæstione quadragesimaseptima
pulchre declarat, inter cætera dicens: Motiuum seu causa iræ est aliquid contra placitum ira-
scentis commissum siue omissum. Ideo quicquid uergit in grauamẽ alterius, potest in eo iram
causare. Qui autem est alteri causa timoris, grauat eum. Sic q; ille ex tali timore potest iram cõ-
cipere contra grauantem. Nihilominus uerum est, q; ira magis directe ac immediatius ex tri-
stitia quàm ex timore nascatur. Denique qui alium ad tantam impellit angustiam, ut quasi de-
speret se posse euadere, frequenter fit illi occasio, q; acrius contra ipsum sic angustiantem in-
surgat per irã, & hoc in bellis accidere solet. Propter quod Abner secundo Regum ait ad Ioab: 2.Reg.2.
Quare non dicis populo ut omittat persequi fratres suos? An ignoras q; periculosa sit despera
17 » tio? ¶ Tũc cõturbati sunt principes Edom, uidelicet rex & principes Idumæorũ præ ad-
miratione eorum quæ audierunt facta circa Aegyptios, & sibi tale quid posse accidere uere-
» bantur. robustos Moab obtinuit tremor, Nam (sicut in Numeris legitur) Balach rex Moa-

Numer. 22. bitarum, conuocatis principibus Moab ac Madian, dixit: Ita delebit hic populus omnes habi- D
tantes in terminis nostris, sicut bos solet carpere herbam usq; ad solum. ⌊ obriguerunt omnes
habitatores Chanaan ⌋ id est Chananæi ultra Iordanem morantes, intantum expauerunt ex
aduentu filiorum Israel, ꝙ timor cordis causauit tremorem in corpore, & membra eorum ob-
Iosue 2. rigescere fecit. Hinc in Iosue libro asseritur: Postquam audierunt omnes reges Amorræorum
qui habitabant trans Iordanem, & cuncti reges Chanaan, quòd siccasset dominus fluenta Ior-
danis coram Israel donec transirent, dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus.
Raab quoque dixit ad exploratores Israelitarum: Pertimuimus & elanguit cor nostrum ad in
troitum uestrum. Deinde diuinæ præordinationi congaudens ait: ¶ Irruat super eos formi 17
do & pauor ⌋ ut corde & corpore contremiscant. ⌊ in magnitudine brachii tui ⌋ i. ex magnis
& mirabilibus tuæ potestatis operibus, quæ fecisti in Pharaone & Aegyptiis, in regibus Seon,
Og ac Madian in diuisione maris rubri, & desiccatione fundi Iordanis. ¶ Fiãt immobiles ⌋ 18
id est ad resistendum penitus impotentes. ⌊ quasi lapis, donec pertranseat populus tuus do-
mine, donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti ⌋ id est quousque populus Israeliti
cus iste tibi peculiaris, & præ cæteris tuo cultui deputatus perambulet eremum ac Iordanem,
Iosue 7. ueniatq; ad terram ei promissam. Et ꝙ ait, donec, non est sic intelligendum, quasi postea potue
rint Israelitis resistere, quamuis hoc tentauerunt, sed uicti fuerunt, nisi ꝙ uiri Hai semel fuga-
runt filios Israel, & aliquos prostrauerunt, ut scribitur in Iosue libro. Verũ (ut ait Philosophus)
quod modicum est pro nihilo reputatur inter multa *&* magna. ¶ Introduces eos ⌋ puta He 19
bræos in terram promissionis. ⌊ & plantabis in monte hæreditatis tuæ ⌋ id est firmiter eos fa-
cies habitare in Hierusalem & in montem Sion quem elegisti tibi in hæreditatem populi tui: E
Vel per montem intelligitur tota terra Chanaan montosa. Plantabis etiam eos in ⌊ firmissimo
habitaculo tuo quod operatus es domine ⌋ id est fortibus urbibus, castris, & fortalitiis consti-
tues eos ad habitandum quæ tua uirtute fient: Vel per firmissimum habitaculum intelligitur
templum & regale palatium, quæ deo auxiliante per Salomonem sunt facta in monte Sion &
3. Reg. 11. circa: ut patet tertio Regum. Vnde subiungitur: ¶ Sanctuarium tuum domine ⌋ quasi di- 20
cat, firmissimum habitaculum illud dico sanctuarium, id est templum tuum domine. ⌊ quod fir
mauerunt manus tuæ ⌋ id est sapientia *&* omnipotentia tua induxit, ditauit *&* illuminauit Sa-
lomonem ad cõstruendum hoc templum. Cum enim Dauid uoluisset hoc attentare, dominus
1. Paral. 28. dixit per Nathan ad eum: Tu non ædificabis mihi domum, sed Salomon filius tuus. ⌊ dominus
regnabit in æternum *&* ultra. ⌋ In Hebræo habetur in seculum, id est per omne tempus uete-
ris testamenti regnabit, specialiter in populo Hebræorũ. ⌊ & ultra ⌋ quia relicto populo illo ob
suam perfidiam regnat deinceps in populo Christiano in uia per fidem usq; ad mundi finem.
Deinde in patria per speciem sine fine in sempiternum. Aeternum autem in scripturis quan-
doq; pro tempore alicuius usq; ad uitæ suæ finem accipitur: iuxta illud in libro Numerorum:
Erit tibi seruus in æternum. ¶ Ingressus est enim eques Pharao cum curribus *&* equitibus 21
eius in mare ⌋ id est in fundum maris rubri siccatum. ⌊ & reduxit super eos dominus aquas ma
ris. ¶ Filii autem Israel ambulauerunt per siccum in medio eius. ⌋ Istud clarum est ex præ-
dictis. Tamen ꝙ ait, enim, non denotat causam à priori ꝙ dominus regnabit in æternum & ul-
tra, sed potius notat signum huius rei *&* causam à posteriori. Deniq; (sicut in Scholastica histo
ria recitatur) moratus est populus Israel iuxta littus maris rubri septem diebus, iacentibus ibi F
cadaueribus Aegyptiorum, & cum tympanis ac musicis instrumentis ueniebant singulis die-
bus ad littus, cantabantq; domino Moysi canticum iam explanatum, uiri seorsum ac mulieres
seorsum. In cuius rei memoriam septem diebus paschalibus cantando redimus ad fontes ba-
ptismi: Abstulerunt quoque arma & cætera quæ eis placuerunt ab Aegyptiis interfectis at-
que eiectis.

¶ Expositio allegorica eiusdem cantici.

DE domino nostro IESV CHRISTO unico dei filio, & eius mysteriis canticũ istud conuenienter exponitur. Christiani igitur attendentes se uirtute & meritis Christi à potestate diaboli per Pharaonem designati, atq; à iugo uitiorum *&* seruitute peccati uilissima erutos, in uoce gratiarum actionis & laudis seinuicem cohortentur, *&* ex feruenti deuotione pronuntiẽt. Cantemus domino, creatori ac saluatori nostro, propter
Apoc. 19. nos incarnato, qui in fœmore & uestimento suo habet scriptum: Rex regum, & dominus domi
Michee 5. nantium gloriose enim magnificatus est, quemadmodum fuit prædictum: Et magnificabitur
Philip. 2. in medio uniuersæ terræ. Cum enim exinaniuisset se formam serui accipiens, in ipsa forma ser
Luce 1. uili, id est humanitate assumpta, magnificatus est ab angelis, qui in eius natiuitate cecinerũt, &
Mat. 4. ei in deserto ministrauerunt. Magnificatus quoq; est in miraculis tot & tantis, ꝙ uidentes dixe
Mat. 9. runt: Nunq̃ sic apparuit in Israël. Magnificatus est itẽ à patre, qui in baptismo & transfigura-
Mat. 3. tione dixit ad eũ: Tu es filius meus dilectus, in te mihi cõplacuit. Magnificatus est etiam à spi-
Philip. 2. ritu sancto, qui in specie columbæ descendit & mansit super eum. Cumq; factus fuisset patri
obediens

A obediens usq; ad mortem crucis, exaltauit illũ pater, & dedit ei nomen quod est super omne
nomen, ut in nomine IESV omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum. Dein- Phil. 2.
de per apostolorum prædicationem atq; miracula per omnia mundi regna. Estq; copiose im-
pletũ quod à Daniele erat prædictũ: Filius hominis, scilicet Christus, ad antiquũ dierũ perue- Dani. 7.
nit, id est ad patrẽ æternũ, & ipse dedit ei potestatẽ, & honorẽ & regnũ: & oẽs populi, tribus
& linguæ seruiẽt ei. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur: & regnũ eius, quod non
corrũpetur. Equũ & ascensorẽ deiecit in mare. Per equos possunt intelligi uniuersi indomiti,
Christianæ fidei inimici, puta Iudęi, increduli cęteriq; tyranni, quorum ascensores fuerunt dia
boli, à quibus instigabãtur ad Christianorum persequutionem ac Christi blasphemiam, quos
Christus post suam in cœlum ascensionem deiecit in mare, id est in profundum damnationis
tartareę, quod instar maris inquietũ, amarũ, & suppliciorũ fluctibus plenũ est. Veruntamẽ mul-
tos illorũ misericordissime traxit ad fidẽ, salubriterq; proiicit in mare, id est in fontem baptismi,
qui secundũ aliã maris proprietatẽ significatur per mare. Circa hunc locum loquitur Orige-
nes: Sunt equi quos ascendit, & circuierũt omnem terram. Sunt autem & equi qui ascensorem
habent diabolum & angelos eius. Iudas equus fuit, & quandiu ascensorẽ habuit deum, de equi
tatu fuit salutis. Etenim Apostolus missus ægris salutẽ donauit, & sanitatem languẽtibus prę-
stitit. Sed ubi diabolo se prostrauit, ascensor eius factus est sathanas: cuius habenis ductus cœ-
pit contra dominum & saluatorem nostrum equitare. Omnes ergo qui persequuntur iustos &
sanctos equi sunt hinnientes, ascensoresq; habent angelos malos, iccirco feroces sunt. Si ergo
B aliquando uideris persequutorem tuum nimium sæuientem: scito quia ab ascensore suo diabo
lo perurgetur. Hæc Origenes: Fortitudo mea & laus mea dominus. Ipse etenim cõtestatur: Si- Ioan. 15.
ne me nihil potestis facere. Iccirco ipsum in cunctis laudare debemus. & factus est mihi in sa- Ioan. 10.
lutem. Ipse etenim dixit: Animam meam pono pro ouibus meis. Et rursus: Venit filius homi- Luc. 19.
nis quærere & saluum facere quod perierat. De quo legitur: Dominus posuit in eo iniquitatẽ Esa. 53.
omnium nostrum, qui fatur: Ego dominus deus tuus, & saluator non est præter me. De manu Esa. 45.
mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne. Osee 13.
Veruntamen non credentibus & ingratis, carnalibus & iniquis ipse CHRISTVS & passio eius
sanctissima est occasio grauioris damnationis petraq; scandali & lapis offensionis, secundum 1. Pet. 2.
quod iustus Symeon prophetauit: Positus est hic, inquiens, in ruinam & resurrectionem mul- Luc. 2.
torum in Israël. Iste deus meus. Christus nanq; est uerus deus & uita æterna, ut in prima sua Ca 1. Ioan 5.
nonica fatetur Iohannes euangelista, de quo prædictum est: Vocabitur nomen eius admira- Esa. 9.
bilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Vnde fertur de eo: Egressus Micheæ 5.
eius à principio à diebus æternitatis: Atq; in psalmo: Adorabunt eum omnes reges, omnes gẽ- Psal. 71.
tes seruient ei. & glorificabo eum, id est eius maiestatem corde credam, ore confitebor, & con
uersatione honorare non desinam. Ipse etenim dixit: Beatus est qui non fuerit scandalizatus in Mat. 11.
me. Ideo quanto propter me humilior, contemptibilior ac miserabilior factus est, tanto subli-
mior, honorabilior & gloriosior extat in corde meo. deus patris mei. Omnes etenim patres no
stri uiri uere catholici, eius deitatem sunt fassi. Iccirco hos reputo patres meos: non autem hæ-
C reticos qui eius deitatem non crediderunt, ut Arrius, Eunomius, Fotinus, Nestorius, Ebion &
Cherinthus: & exaltabo eum, eius sublimationem ad dexteram dei patris recognoscendo. Do
minus quasi uir pugnator. Christus dominus uere uir fuit, de quo Hieremias prædixit: Nouũ Hiere. 31.
faciet dominus super terram, mulier circundabit uirum. Fuit equidem uir etiam materno in
utero uirginali: non utiq; corporis quantitate, sed omni diuinorum charismatum perfectio-
ne, omni sapientia & uirtute. Fuit item pugnator, qui ad debellandas aëreas potestates proces-
sit ut gigas. De quo Psalmista prædixit: Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Psal. 18. Psal. 23.
Ipse quippe fortem armatum, id est diabolum ligauit, & uasa eius diripuit: quia peccatores sal Mar. 3.
uauit, iuxta quod pater prædixit: Dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia. omnipo-
tens nomen eius. Propterea sicut iam allegatum est, Esaias inter sex nomina Christi posuit for- Esa. 53.
tis. Et ipsemet filius dei ait: Quæcunq; facit pater, hæc & similiter filius facit. Per quod euiden Ioan. 5.
ter insinuat φ sit æqualis, imò & eiusdem potestatis cum patre. Currus Pharaonis & exercitũ
eius proiecit in mare. Quemadmodum uiri sancti & ueri doctores idoneiq; prælati sunt cur-
rus populi Christiani & gregis eis commissi: quoniam sua perfectione, pietate, doctrina, pa-
terne ferunt, supportant, dirigunt, ac deducunt proximos suos ad patriam beatorum. Propter
quod non solum currus, sed & aurigæ uocantur: quemadmodum quarto Regum beatissimi
uiri Helias ac Helizeus currus Israël & auriga eius dicuntur. Sic hęresiarchæ, seductores, prin 4. Reg. 2.
cipes & prælati iniqui, et qui alios trahunt ad uitia, sunt currus Pharaonis, id est diaboli, cuius
exercitus sunt collectio uitiosorum, quos omnes proiicit Christus omnium iudex in mare tar-
tareum, ubi moratur Leuiathan. Electi principes eius submersi sunt in mari rubro, quia ange-
li tenebrarum qui cum Lucifero ceciderunt, et qui in hominibus deteriores, ac per hoc diabo- Esa. 14.
lo placentiores fuerunt, simul cum illo iam perierunt aut disperibunt, præsertim in die iudicij,

Mat.25. cum pariter audient: Ite maledicti in ignem æternum. 'abyssi operuerunt eos, id est fluctus D
iniquitatum quibus repleti sunt. descenderunt in profundum quasi lapis, nunc enim descen-
dunt in uoraginem uitiorum, deinde in infima infernorum. Dextera tua domine magnificata
Esa 52.53. est in fortitudine. Per dexteram dei intelligitur unigenitus patris æterni, qui etiam brachium
patris uocat, nã pater per filiũ omnia operatur. Sicut & spiritus sanctus dicitur digitus dei, quia
Luc.11. per eum pater ostendit nobis omnem ueritatem necessariam ad salutem. Itaq; o domine pater
dextera tua magnificata est in fortitudine, id est unigenitus tuus magnificatus est uehemen-
Matth.28. ter, tam in sua fortitudine increata, q̃ in fortitudine sua creata, suę humilitati collata: nam data
Psal.97. est ei omĩs potestas in cœlo & in terra. De hac dextera ait Psalmista: Saluauit sibi dextera eius,
Esa.52. & brachium sanctum eius. De quo & in Esaia habetur: Parauit dominus brachium sanctum
suum in oculis omnium gentium. Dextera tua domine percussit inimicum, quia uicit diabo-
Iob 26. lum, sicut in libro Iob continetur: Prudentia eius percussit superbum, & obstetricante manu
eius eductus est coluber tortuosus. & in multitudine glorię tuæ deposuisti aduersarios meos,
Pro 15. quemadmodũ Salomon profitetur: Gloria patris filius sapiens. Quantomagis Christus q est
ipsa sapientia increata est gloria sui patris. Itaq; pater in multitudine gloriæ suæ .i. per multipli
cẽ passionẽ, per uirtutes ac merita filii sui uniuersos hostes nostræ salutis deiecit, uidelicet spi-
ritũ superbiæ, spiritũ fornicationis, spiritũ iracundiæ, spiritũ cupiditatis. Misisti irã tuã quæ de
uorauit eos sicut stipulã .i. iusto iudicio expulisti illos à uasis misericordię tuę, sicut & Christus
Ioan.12. passione instante fassus est: Nunc iudiciũ est mundi, nunc princeps huius mundi eiiciet foras.
Mat.8. Christus quoq; passim depulit dæmones ab obsessis. Vnde dixerunt: Iesu fili dei summi uenisti E
Mat.10. ante tẽpus torquere nos. Quod & per suos copiosissime fecit discipulos, quibus dixit: Dæmo-
nes eiicite. & in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ. Per aquas populi designant, iuxta
Eccl.11. illud in Apocal. Aquæ multæ populi multi. Vnde & Ecclesiastes: Mitte panẽ tuũ super trans-
euntes aquas. Congregatæ sunt itaq; aquæ in spiritu furoris dei, quãdo impijssimi increduliq;
Iudæi, qui Christũ & eius discipulos grauissime fuerunt persequuti in Hierusalẽ, pariter sunt
Luc.19. à Romanis obsessi, & miserabilissime cruciati, prout Christus prænuntiauit: Videns etenim ci-
uitatẽ fleuit super eã, dicens: Circundabunt te inimici tui undiq;, eo q non cognoueris tempus
Psal.68. uisitationis tuæ. Hinc propheta prædixit: Effunde super eos irã tuã, & furor iræ tuæ cõprehẽ
dat eos. Stetit unda fluens, id est exercitus Romanorum instar undæ, copiosus atq; discurrens
tunc in gyro Hierusalem fixit gradum. congregati sunt abyssi, id est populi Iudæorum. in me-
dio mari, hoc est in medio Hierusalem, quæ tunc omni uitiorum inquietudine & infidelitatis.
amaritudine fuit repleta: imo ut mare aquis, ita miserijs plena fuit, iuxta illud: Magna uelut ma
Threno.2. re contritio tua. Dixit inimicus persequar & comprehendam, diuidam spolia, implebitur ani-
ma mea. Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea. Hoc tam de uisibilibus quàm
de inuisibilibus fidei Christianæ atq; fidelium hostibus potest exponi. Visibilis equidem ini-
micus, uidelicet populus Iudæorum incredulus, deinde Imperatores Romani, principes iudi-
cesq; terreni ac perfidi condixerunt ac præsumpserunt se populum Christianum penitus de-
leturos, & spolia eius iuxta propria desideria diuisuros. Inuisibiles quoq; hostes fidelium ani-
mas tentare & persequi, eorumq; spiritales diuitias demoliri conati sunt: imò & electos quosq;
ac sanctos se posse uincere præsumpserunt, contra quos suos gladios specialiter extraxerunt,
ab occultis insidiis in apertas infestationes, & interdum in corporales flagellationes ac læsio- F
nes crudeliter erumpendo, ut patuit in sacratissimo abbate Antonio multisq; aliis. Flauit spi-
ritus tuus & operuit eos mare. Nam aspirante spiritu sancto, uicti sunt inuisibiles hostes à fa-
mulis dei. Effusa quoq; iusta dei indignatione perierunt uisibiles inimici. Nam super Iudæos
peruenit ira dei usq; in finem. Sed & tyranni idololatræ defecerunt, & Romanum imperium
Esa.63. fidei Christianæ se subdidit. Sicq; euidenter impletũ est quod CHRISTVS prædixit: Calca-
ui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. submersi sunt quasi plumbum in aquis uehe-
mẽtibus, quia in propriarum iniquitatum profluuiis, in suarum fluctibus prauitatum damna-
ti sunt. Porrò iusti quorum corda per charitatem sursum mouentur, & igne spiritus sancti in
cœlestia eleuantur, super has ambulant aquas. Interdum tamen ex fragilitate humana uacil-
lant, quod per Petrum signatum est, cui super aquas ambulanti ac trepidãti, loquutus est Chri
Mat.14. stus: Modice fidei cur dubitasti? Hinc asserit Origenes: Quis ita beatus est qui sic tentationum
pondus expediat, ut nulla ambiguitatis cogitatio menti eius obrepat? Vide quid magno illi
ecclesiæ fundamento ac solidissimæ petræ, super quam CHRISTVS fundauit ecclesiam, di-
catur à domino: Modice fidei, quare dubitasti? Hæc Origenes. In quibus uerbis antiquus ille
& excellentissimi ingenij doctor magnificum exhibet testimonium authoritati ac eminentiæ
gloriosissimo archiapostolo Petro collatis à Christo. Quis similis tui in fortibus dñe quis simi
Psal.46. lis tui? Fortes fuerũt sancti apostoli, de qbus cantat in psalmo: Dij fortes terrę uehemẽter eleua
ti sunt. Nullus tamẽ eorũ ęqualis est Christo, imò ab increata eius perfectione deficiũt infinite:

A à creata quoque perfectione ineffabiliter ualde. Dæmones insuper naturali fortitudine fortes
sunt & subtiles, & qui in idolis habitauerunt, diuina potentia se præditos confinxerunt, & ta-
men Christi uirtute sunt dissipati, & idololatria fuit destructa longe lateq;, quamuis nõ in toto
ubiq;. magnificus in sanctitate: Christus in sanctitate magnificus fuit, quia sanctissime uixit,
euangelicam legem omni perfectione ornatam proposuit, & suæ sanctitatis uirtute innume-
rabilia egit miracula. terribilis. Quoniam omnium constitutus est metuendissimus iudex. atq;
laudabilis: quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Et faciens mirabilia: nã Act. 10.
usq; in præsens præclara facit per sanctos suos miracula. Porrò in animabus electorum suorũ Esa. 53.
facit assidue mirabilia uere sublimia, irradiando interius, præcordia inflammando, consolatio-
nes supernas infundendo, uoluntatem immutando, uitiosos, carnales, uagos, & uanos subito
ac misericordissime conuertendo, & quasi de extremo in extremum potentissime transferen-
do, in tantum: ut tales in adolescentiæ flore, in iuuentutis uigore, uniuersa quæ mundi sunt de-
serant, religionem intrãtes. O` uere mutatio dexteræ excelsi. Extendisti manum tuam, & deuo Psal. 76.
rauit eos terra. Extendit Christus potestatem suam in actũ, quando (ut dictum est) uastauit &
dispersit Iudæos, ita q̃ in terram absorpti sunt, quia proiecti fuerunt in foueas, uiliterq; sepulti.
In cruce quoq; extendit manus suas ad populum nõ credentem, qui ob suam incredulitatem
disperijt. Deniq; uniuersi carnales & cupidi deuorantur à terra: quia terrenis & carnalibus re- Esa. 65.
bus iugiter sunt intenti, & in illis figunt spem suam. Ideo sordibus & cupiditatibus suis pressi,
deglutiũtur à terra tenebrosa & operta mortis caligine: ubi umbra mortis, & sempiternus hor
ror inhabitant & abundant. Dux fuisti in misericordia tua, populo quem redemisti. Dominus Iob. 10.
etenĩ Iesus loquutus est: Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas. Ipse est rector & dux Ioan. 10.
populi Christiani, per inspirationem diuinam, per directiones angelicas, per prælatos & præ
B dicatores, per euangelicam legem, per sanctorũ exempla, signa ac documenta. Et portasti eum
in fortitudine tua, ad habitaculũ sanctũ tuũ. Quia nõ solũ ad militantẽ, sed item ad triumphan
tem ecclesiam, quemadmodum legitur: Accessistis ad montem Sion, & ciuitatẽ dei uiuentis, & Hebræ. 12
Hierusalem cœlestem, & multorum milium angelorũ frequẽtiam, & ecclesiam primitiuorum;
qui conscripti sunt in cœlis. Ascenderunt populi & irati sunt. Increduli nanq; Iudæi atq; pa-
gani multipliciter se opposuerunt euangelicæ legis prædicationi. dolores obtinuerunt habi-
tores Philysthijm: per quos designãtur gulosi, quia Philysthijm interpretantur potione cadẽtes.
Tunc conturbati sunt principes Edom. i. auari & principes cupidorum: quoniã Edom inter-
pretatur terrenus, siue sanguineus. Robustos Moab obtinuit tremor: per robustos Moab in-
telligunt superbi, qui specialiter dicunt & sunt filij diaboli. Moab equidẽ interpretat ex patre,
Et talibus ait Saluator: Vos ex patre diabolo estis. obriguerũt oẽs habitatores Chanaã: Cha- Ioan. 8.
naan interpretat cõmotio. Per habitatores itaq; Chanaã recte accipiũt luxuriosi, q specialiter
instabiles corde sunt, uani & stolidi, passiõibus uarijs agitati, nusq̃ ad deũ synceriter erecti. Hi
oẽs audiẽtes p̃dicari euãgelicã legẽ, in qua p̃fata uitia cõdẽnant, & uirtutes oppositæ scilicet so
brietas, liberalitas, paupertas, humilitas, castitas edocẽt, cõmẽdant, iubent: irati & cõturbati fu
erũt. Cũq; uidissent legẽ hãc præualere, & Romanũ imperiũ ei esse subiectũ, expauerũt & cõtre
muerũt, innumerabiles q̃q; eorũ cõuersi sũt, q salubriter timuerũt. Irruat sup eos formido & pa
uor, in magnitudine brachij tui. Hoc accipi põt in bono, ut scilicet ex cõsideratione excellẽtiæ
C Christi fiãt ueraciter timorati. Quòd si cõuerti noluerint, desup terreant: ita ut electos & Chri
stifideles, à spiritali profectu ac salutis itinere, nequeãt impedire. Iccirco subiũgit: Fiant immo-
biles quasi lapis, q̃tũ ad id q̃d prætactũ est, & ne cõmune impediant bonũ, donec ptranseat po
pulus tuus dñe, uidelicet populus Christianus à uia atq; exilio, pertingẽdo ad patriã sup cœle-
stẽ. Introduces eos & plantabis in monte hæreditatis tuæ, hic mons est ecclesia militãs, de qua
loqt Esaias: Erit in nouissimis diebus præparatus mõs domus dñi, in uertice mõtiũ. Et Psalmi- Esa. 2.
sta: Mons dei mons pinguis, mons coagulatus, mons pinguis: Abundãt enĩ in monte hoc opu Psal. 67.
lẽtissima sacramẽta, uirtutũ charismata supnaturalia dona, in q̃bus radicant electi. Firmissimo
habitaculo tuo q̃d operatus es dñe. Hic etenĩ mõs est solidissimũ habitaculũ à Christo cõstru
ctũ, qui dixit: Super hanc petram. uidelicet super meipsum, ædificabo ecclesiã meam: & portæ
inferi non præualebũt aduersus eam. Est quoq; hic mõs sanctuariũ tuũ dñe, quod firmauerũt Mat. 16.
manus tuæ, cũ sit spiritale tẽplũ: de quo prædictũ est: Ipse ædificabit tẽplũ dño. dñs. Iesus Chri
stus. regnabit in æternũ & ultra: sicut Gabriel archãgelus dixit uirgini præelectæ: Regnabit in Zach. 6.
domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Et Esaias: Multiplicabitur eius imperium, Lucæ. 1.
& pacis non erit finis. Ingressus est enĩ eques Pharao cũ curribus &c. istius uersiculi sensus pa- Esa. 9.
tet ex præinductis. filij aũt Israẽl ambulauerunt per siccum in medio eius. Filij Israẽl sunt ueri
Christifideles, diuina atq; cœlestia contẽplantes: isti in medio seculi huius, quod est mare tur-
bulentum ac periculosum, de quo loquitur Esaias: Impij quasi mare feruens quod quiescere
non potest: in medio inquã huius maris gradiuntur per siccũ, dum seculi uitijs nõ fœdantur, Esa. 57.

neq; in aquis concupiscentiæ uolutantur: sed in medio nationis prauę & peruersę irreprehen D
sibiliter conuersantur, lucendo inter illos tanq̃ luminaria gratiæ, uerbũ uitæ in se stabilitũ con
Can.1. tinentes, ac Christi uestigia imitantes, atq; dicentes cum sponsa in Canticis: Laui pedes meos,
quomodo inquinabo illos? Qui aũt Aegyptius est, id est, carnalis & mente mũdanus, & sequit
Pharaonẽ, consentiendo tentamẽtis diaboli, fluctibus mergitur uitiorum.

¶ Tropologica eiusdem Cantici elucidatio.

TRopologicus huius cantici intellectus, ex præhabitis facile elici potest. Ideo nõ nisi
Exod.14. breuiter tãgam illũ. Itaq; per Mosen, qui per aquã mortẽ euasit, tam in sua infantia,
q̃ in senio suo intelligi potest quilibet Christifidelis, qui uidẽs se per fontẽ baptismi
in Christo renatũ, & tam illo sacramẽto q̃ in pœnitẽtia, seu confessione sacramẽtali
de spiritali Aegypto, & fluctibus seculi huius, de potestate diaboli, de iugo & seruitute peccati,
de ignorantiarũ & errorũ caligine erutũ, cum gratiarũ actione dño psallit, aliosq; ad gratias se-
cũ agendas & pro se inuitat, dicendo: Cantemus dño gloriose eñ magnificatus est, animã meã
Psal.93. taliter eruendo, ac donis gratiæ decorando, ita ut grata ac humili mente dicere queam: Prote-
Psal.55. xisti me dñe à conuentu malignantium, à multitudine operãtium iniquitatẽ. Et item: Quoniã
eripuisti animã meam de morte, & pedes meos de lapsu, ut placeã corã deo in lumine uiuentiũ.
Equum & ascensorem deiecit in mare .i. uisibilẽ ac inuisibilẽ meæ salutis hostẽ prostrauit, dan-
do mihi uirtutẽ resistendi, ac præualendi tentationibus eorundem. Fortitudo mea & laus mea
dñs, cui dicere habeo: Quoniã in te eripiar à tentatione, & in deo meo trãsgrediar murũ. Et de-
Psal.17. nuo: Laudabo dñm in uita mea psallam deo meo q̃ diu fuero. Et item: Laudabit usq; ad mortẽ
Psal.95. anima mea dñm. Absit ergo ut propriam quęram laudẽ, gloriãq; humanã, & factus est mihi in
Eccl.51. salutẽ, quia cũ toties recidiuauerim, tãq; enormiter ipsum offenderim, nõ tamen iuste dãnauit E
me: sed pro malis retribuit bona. Et iam per cõtritionẽ saluauit me à morte peccati, & à uia me-
ritoq; gehennæ. Cum tamen multos in æternũ dãnauerit, qui minus peccauerunt q̃ ego. Ita ut
Esa.38. illud sancti regis Ezechiæ dicere ualeam: Tu aũt eruisti animã meam, ut nõ periret proiecisti
post tergũ tuum omnia peccata mea. Iste deus meus, qui cũ sit omnium deus, tamen tanto spe-
cialius est deus meus, q̃to gratiosius egit mecũ, ita ut dicere mihi incumbat: Adiutor meus tibi
Psal.58. psallã, quia deus susceptor meus es, deus meus misericordia mea, & glorificabo eum, quia quo
plus peccaui in eum, & quo maiorẽ mihi misericordiã gratiãq; exhibuit, eo plus teneor ei esse
subiectus & gratus, deus patris mei, Christianus sum eñ filius hominis christiani, & exaltabo
eum ipsum præ omnibus incõparabiliter diligendo, timendo, colendo, quærendo, omniq; cre-
aturæ ipsum totis præferẽdo præcordijs. Dñs quasi uir pugnator omnipotens nomẽ eius, qui
Osea.13. hostes animæ meæ, ac uitia expugnat in me. Ex me nanq; perditio mea, in ipsum dũtaxat auxi
2.Cor.3. liũ meũ. Nec eñ sufficiẽs sum cogitare aliquid ex me, quasi ex me. Ab ipso plane est omnis ten
tationũ uictoria, currus Pharaonis & exercitũ eius proiecit in mare .i. omnes aduersarios meæ
salutis (ut tactũ est) In his ergo: Dextera tua dñe magnificata est in fortitudine. Misisti irã tuã
quæ deuorauit eos sicut stipulã: quia per sanctũ angelũ tuũ, zelo iustitiæ tuę accensum, atq; in
manu sua gladiũ flãmeũ tenentẽ, repulisti frequenter inuisibiles hostes meos à me, & in spiri-
tu furoris tui congregatæ sunt aquæ .i. fluctus tentationũ & tribulationũ, quibus me sæpius re
pleuerunt, in ipsos redacti sunt, quia ex ipsis non profecerunt finaliter in me: sed sibimet cala-
mitatẽ, tristitiãq; auxerũt. Stetit unda fluens .i. gratia dei exuberans quieuit in corde deuoto, F
imo & influxũ suũ ab indeuoto retraxit, congregatæ sunt abyssi in medio mari. Abyssi isti sunt
exundationes atq; proflumina inaniũ cogitationũ & affectionũ carnalium, quæ in medio ma-
ri .i. corde seculari, amaro, ac turbulento coaceruantur, quousq; radio illuminationis supernæ,
& rore gratiæ dispergãtur ac refrenẽtur. Dixit inimicus persequar & cõprehendã. Iste est spi
ritus malus, unicuiq; ad exercitiũ datus, qui iugiter intra se cogitat persequi & uincere animã
eius: q ad exercitiũ, & ad probandũ est deputatus, eiusq; spiritualia bona auferre molit: & bo-
na eius proposita, salubres conceptiones, amorosos affectus interficere & auferre conatur: sed
flante spiritu dei succũbit. Ascenderũt populi & irati sunt. Iniusti etenĩ iustos persequi nõ desi
stunt, & multis non sufficit damnatio propria: imo & alios dãnationi secũ inuoluere enitũtur.
Dolores obtinuerunt habitatores Philysthijm. Tunc coturbati sunt principes Edom, robustos
Moab obtinuit tremor, obriguerũt habitatores Chanaã. Homines quippe uitiosi, gulosi, aua-
ri, superbi, libidinosi, per gentes, præfatas signati, omni interna trãquillitate priuãtur, & uarijs
passionibus agitantur: nunc inordinate & stolide metuentes, nunc inaniter præsumẽtes, nunc
illicite gloriantes, nũc culpabiliter contristati, nunc inique cõcupiscentes, nũc concupiscẽtiarũ
Psal.1. suarum incõmoda intra se sentiẽtes, qui sunt tanq̃ puluis ante faciem uenti, & in circuitu ambu
lant, quos deus ponit ut rotam: quoniam undiq; euagãtur, nec in deo eorum corda figunt: Cæ
tera patent, nec Tropologiam exigunt specialem.

## COMMENTARIVS IN CANTICVM ABACVC FERIAE VI.

¶ Argumentum authoris.

¶ Præsenti

A ¶Præſenti Cantico præmittitur in Hebræo titulus iſte: Oratio adhuc prophetæ pro
ignorantijs, uel ignorationibus ſecũdũ Hieronymũ. Eſt ꝙ ſenſus ſecundũ eundẽ, quia in prin
cipio huius libri ſui temere dixit propheta: Vſq; quo dñe clamabo & nõ exaudies? Quare non Abacuc.1.
reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorãte impio iuſtiorẽ ſe? Propterea egreditur peruer
ſum iudicium. Et quædam ſimilia quæ prima facie non uidentur bene ſonare. Nunc agit pœni
tentiã & plangit ꝙ temere eſt loquutus, & ueniam deprecatur: eo ꝙ cõtra diuina iudicia mur-
murauit, quia ignorãs fecit. Sed huic expoſitioni quidã obijciunt: quĩ uero ſimile non uidetur,
ꝙ propheta diuinitus illuſtratus, ignorauerit diuina iudicia eſſe iuſta, ſaltem in generali. Quã-
uis modũ rectitudinis neſcierit in particulari. Itaq; dicunt ꝙ ſicut in propria perſona nõ dixit
præinducta uerba cõtra diuinã iuſtitiã, ſed in perſona infirmorũ. Ita nunc orat in perſona eorũ,
ut & murmuratio & oratio in illorũ perſona prolata credatur. Iſtud apparet ſatis probabiliter
dictũ, & uerba Hieronymi poſſunt ad idem reduci: præſertim cũ ipſe ſanctus Hieronymus in
exordio expoſitionis huius prophetę teſtet̃ prophetam loqui uerba pręallegata in perſona Iu
daicæ plebis, & poſtea ait: Hæc dicit propheta, non quod ipſe ſic ſentiat, ſed quo impatientiam
humanã in ſua perſona exprimat. Sicut frequẽter Apl'us Paulus uarias in ſe hominum recipit
perſonas, exprimitq; ſentẽtias. Vnde q̃d nunc ait Hieronymus Prophetã temere & ex ignoran
tia eſſe loquutũ, ueniamq; precari: accipi poteſt ita, ut ipſa temeritas & ignorantia quæ in uer-
bis Prophetæ ſonuerunt, referant̃ ad eos, in quorũ perſona loquutus eſt. Porro ſi quis dicat nõ
oportere Prophetã à peccatis uenialibus excuſari, & ideo licet agnouerat deũ eſſe iuſtiſſimũ,
ac eius iudicia eſſe iuſta, nõ dubitauit in generali. Tamen ex interno cordis ſui dolore, rationẽ
B aliquo modo obfuſcante, & impatientia quadã orta ex populi Iudæorũ grauiſſima oppreſſiõe
temere ſit loquutus. Sicut & Ionas propheta fugit à facie dñi, & nõ obſtãte ꝙ dñs dixit: Nũqd Iob.1.
bene iraſceris tu? Reſpõdit: Bene iraſcor uſq; ad mortẽ. Iob etiam ultimo libri ſui capitulo pri- Ionæ.4.
fitetur: Inſipienter loquutus ſum, & quæ ultra modũ excederent ſcientiã meã: iccirco ipſe me
reprehendo, & ago pœnitentiã in fauilla & cinere. Si inquã quis dicat temere eſſe ſanctũ Aba-
cuc in hac parte loquutũ ex uehementi dolore, rectũ rationis iudiciũ in particularibus aliqua-
liter impediente, atq; ob id ueniã poſtulante, reſponſionis huius uigorem, ſtudioſis committo.
Ait ergo beatus propheta:

¶EXpoſitio cantici literalis.

1 DOmine audiui, ⌋ interiori auditu, te intus in anima per angelũ loquentẽ. Quẽad
modum Zacharias: Angelus, inquit, loquebatur in me. Vel certe etiã exteriori Abac.3.
auditu per angelum. Certũ eſt nanq; angelũ dei uiſibiliter apparuiſſe ſenſibili- Zachar.1.
terq; foras loquutũ fuiſſe huic prophetę, quando in Babylonem tulit eundem.
Quẽadmodũ Daniel ſcribit. Vnde & ea quę nũc ſcribit extrinſecus, ⌊ forte audi Dan.14.
ui auditionẽ tuã ⌋ .i. res auditu perceptas: uidelicet deiectionẽ & pœnã regis Babylonis ac po-
puli eius, ⌊ & timui, ⌋ te, conſiderãdo rigorẽ tuæ iuſtitiæ, & q̃ horrendũ ſit incidere in manu dei
uiuẽtis. Deniq; Eſaias quid ſibi contigerat, cũ Babyloniorũ afflictiones ſibi deus præoſtẽdiſſet, Hebræ.10
pandit: Propterea repleti ſunt lumbi mei dolore, corrui: cũ audirem conturbatus ſum, cũ uidẽ Eſa.21.
2 rem emarcuit cor meum. ¶Dñe opus tuum, ⌋ eſt præinducta punitio Chaldæorũ: quoniam
C tua uirtute potius q̃ humana poteſtate peracta eſt, ⌊ in medio annorum ⌋ .i. in uirili ætate ipſius
Baltaſar regis Babylonis, ⌊ uiuifica illud ⌋ .i. ad effectũ perduc præfatã Chaldæorũ ſeu Babylo-
niorũ deiectionem. Baltaſar quippe fuit filius filij Nabuchodonoſor regis Babylonis, cuius Bal Dan.5.
taſar tẽpore Medi & Perſæ demoliti ſunt Babylonẽ. Et quoniã ætas uirilis eſt medium uitę hu
manæ, ipſe Baltaſar, qui in uirili ætate occiſus eſt iuuenis, in medio annorum fertur occiſus. Iu-
xta quem modum loquitur Ezechias: Ego dixi in dimidio dierũ meorum uadam ad portas in- Dan.8.
feri .i. ad limbũ patrum deſcẽdam. Auditis enim ſermonibus Eſaiæ, putauit ſe in uirili ætate ac Eſa.38.
iuuentute mox moriturum. Vel ſic, & fructuoſius: Domine opus tuum eſt quod ſupra dixiſti:
Apparebit in finem, & non mentietur, ſi moram fecerit expecta illum, quia ueniẽs ueniet &c.
.i. incarnatio & miſſio Chriſti in mundum eſt ò deus pater: Vel deus trinitas opus tuum præci-
puum, ⌊ in medio annorum ⌋ .i. in plenitudine temporum, ſeu tẽpore gratiæ, quod inter annũ
iræ & annũ gloriæ mediũ eſt, ⌊ uiuifica illud, ⌋ Chriſtũ actualiter mittendo in mundũ ad libe-
randum genus humanum. Conſequenter Propheta oſtendit ſe certificatũ à deo de adimpleti
one & uerificatione eorũ quę iam poſtulauit ¶In medio annorũ, ⌋ de quibus iã dictũ eſt, ⌊ no
5 tũ facies ⌋ .i. opere demõſtrabis uera eſſe quæ dixi, uidelicet Chaldæorũ punitionẽ, ſeu Chriſti
aduentũ. ⌊ Cum iratus fueris, ⌋ generi humano propter originale peccatũ, ianuam glorię clau
ſam tenendo, & nullũ ſanctorũ ad regnum cœlorũ admittẽdo, ⌊ miſericordiæ recordaberis, ⌋
unigenitũ tuũ ad hominũ redemptionẽ ò pater pijſſime deſtinando. Sicut Apoſtolus ait: Cũ
uenit plenitudo temporis, miſit deus filiũ ſuũ in mundũ. Itẽq; Ioãnes: In hoc apparuit charitas
dei, quoniam unigenitum filium ſuum miſit in mundum. Vel ſic, ⌊ cum iratus fueris, miſericor- Gal.4.
die recordaberis ⌋, id eſt, poſtquàm Chaldæos iuſte deieceris populum Iudæorum clementer 1.Ioan.4.
de capti

de captitate Babylonica liberabis per Cyrum regem Persaꝝ, Prout Esaias prædixit, & Esdræ D
Esa. 44 primo impletum describitur. Potest quoq; ita exponi: Cum iratus fueris, uel Chaldæis, uel
1.Esdræ.1. generi humano, misericordiæ recordaberis, citra condignum puniendo, & iustæ ultioni mi
sericordem relaxationē miscendo, quēadmodū ait Psalmista: Vniuersæ uiæ dñi misericordia
Psal. 97. & ueritas: ideo ait Psalmista: Aut obliuiscetur misereri deus, aut continebit in ira sua misericor
diat suas? Absit aūt ut hæc intelligantur ita, quasi tandem finiēda sint supplicia dānatoꝝ, ut opi
nati sunt quidā. Deniq; nec ita intelligenda sunt hæc, quasi in deū cadat ira, siue obliuio, uel re-
cordario proprie dicta secundū ueritatē: sed per similitudinē quandā, quantū ad operationem
extrinsecam. Vt iratus dicatur quando ad modū irati rigorose ulciscit: & obliuisci dū misereri
Psal. 12. uel suffragari desistit: Recordari quoq; dum quasi de nouo quid operat. Sic equidē ait Psalmi
Psal. 43. sta: Vsq; quo dñe obliuisceris me in finē, Et: Exurge, quare obdormis dñe? ¶ Deus ab Austro 4
ueniet, hoc ita exponit sanctus Hieronymus: A' meridie à claro lumine, à filijs lucis ueniet
Cant.1. deus: ad quē spōsa in Canticis ait: Vbi pascis, ubi cubas in meridie? Deus etem̄ semper in meri-
die est, puta in claritate patriæ, & lumine gloriæ, & inde uenire asserit, non ꝙ localiter moueat,
sed ꝙ agnitio eius inde descēdat ad nos, secundū quod ait Psalmista: Inclina cœlos tuos & de-
Psal.143. scende, & sanctus de monte Pharā, i. Christus sanctus sanctoꝝ ueniet in hūc mundū de subli
mi solio patris æterni. Pharā nēpe interpretatur os uidentis. Est aūt os quoddā intellectuale
internū, quo uerbū mentale profertur, de quo loquit Esaias: Os dñi non interrogastis. Et rur-
Esa 30. sus: Egredietur de ore meo iustitiæ uerbū. Pater ergo: Eternus est mons Pharā. i. altissima mēs
Esa.44. omnia cernēs, & omnē uisionē fontaliter causans: de quo filius prodit. Iuxta illud: Ego ex ore
Eccli.14. altissimi prodiui primogenita ante omnē creaturā. Quidā uel literalius uel grossius, ita expo-
nunt: Deus ab Austro ueniet, i. quemadmodū deus uenit à plaga Australi, quādo perduxit E
Exod.13. filios Israël ad terrā promissionis ab Aegypto, quæ est ad Austrū, quo ad Iudæā, sic ueniet cū
Medis ac Persis, ad redimendū eos de captiuitate Babylonica, & sanctus de monte Pharā
.i. sicut deduxit filios Israël per locū illū deserti, ita reducet eos de Babylone. Sed hac expositi-
Exod.15. one grauiosior mihi apparet, quā Hieronymus asserit se à quodā audisse Hebræo, qui dixit ꝙ
Bethleem in quo natus est Christus deus, sit sita ad Austrū. Ideo in eo quod ait Propheta: deus
Exod.19. ab Austro ueniet, designatur ꝙ in Bethleē nasceretur, & inde consurgeret Christus, & sanctus
de monte Pharā. i. saluator qui legē dedit in monte Sinai, iuxta quē Pharam est locus uicinus.
Ipse est deus ab Austro aduenīēs. Huic uersiculo addit Hieronymus aduerbiū, semper, q̄d
(ut ait) etiam in Hebræo habetur, quo designat ꝙ saluator in uniuersis beneficijs suis, præteri-
tis præsentibus & futuris sit unus actor, idemq; largitor, de quo protestat Apostolus: Iesus Chri
Heb.13. stus heri & hodie Ipse est in secula. Postremo istum Hebræū de quo expositionē hanc suscepit
Hieronymus, puto ad fidem fuisse conuersum. Iudæi nanq; in Iudaismo manētes non dicunt
Messiam futuꝝ ueꝝ deū, sed hominē puꝝ. ¶ Operuit cœlos gloria eius, i. diuina maiestas 5
(quæ uere immēsa est) omnes orbes cœlestes, & beatos cœli empyrei ciues, tegit, ambit, circun
dat: imò implet ac penetrat, nec tamen includitur, neq; finitur. Hinc increata sapientia cōtesta
Eccli.24. tur. Gyrum cœli circuiui sola, & profundū abyssi penetraui. Vel dicitur gloria dei. i. clara eius
notitia, gloriosus effectus, seu cognitio excellentiæ eius operire cœlos. i. beatos, & eos quoque
Phil.3. quoꝝ conuersatio est in cœlis. Quoniā lumē gloriæ, splendor gratiæ, claritas sapientiæ, exube
ranter super eos descendit, & spiritaliter tegit eos ac implet. Iuxta illud Iob: Nunquid est nu- F
Iob.25. merus militū eius, & super quē non surgit lumē ipsius? Iuxta hunc sensum scriptū est: Dextera
Sap.5. sua teget eos, & laudis eius plena est terra, i. ecclesia militās, per orbē terræ diffusa. Quēad-
Psal.112. modū cantamus: A' solis ortu usq; ad occasum, laudabile nomē domini. Et itē: Dñe dñs noster
Psal.8. Esa.11. q̄ admirabile est nomen tuū in uniuersa terra. Hinc Esaias: Repleta est terra scientia dñi. Rur-
Esa.24. susq;: A' finibus terræ laudes audiuimus, gloriā iusti. Deniq; Esaias: Seraphin clamāt: sanctus,
Esa.6. sanctus, sanctus, dñe deus exercituū, plena est omnis terra gloria eius. Vnde per Hieremiā do-
Hier.8. minus loquit: Omnes cognoscent me à minimo eoꝝ usq; ad maximū, scilicet tēpore gratiæ.
Heb.1. ¶ Splendor eius, i. unigenitus filius patris, qui (teste Apostolo) est splendor gloriæ, & figura 6
substantiæ patris. Est em̄ candor lucis æternæ, & speculū sine macula dei maiestatis, & imago
bonitatis ei', ut lux erit, i. hominibus clare innotescet, & patri æqualis esse noscet. Ita ꝙ erit
in mente fideliū, sicut lux patris, seu pater à quo generat. Quēadmodū de ipso ait Ioānes: Erat
Ioan.1. lux uera, quæ illuminat omnem hominē. Quod maxime factū cōstat per apostoloꝝ prædica-
tionē post Christi passionē. Vnde pro hac sua clarificatione Christus passioni iā proximus, de-
Ioan.17. precatus est dicēs: Clarifica me tu pater apud temetipsum, claritate quā habui anteq̄ mūdus
fieret, cornua in manibus eius: Secundū Hieronymū per cornua intelligunt regna: Sicut in
Dan.7. Daniele decē cornua decē regna uocātur. Et primo Regū, quo dicit: Exaltabit cornu Christi
1.Reg.2. sui. Per cornu designat regia dignitas Saluatoris. Est itaq; sensus, ꝙ in potestate & manu Chri-
Apo.19. sti sint omnia regna. Ipse em̄ est rex regum, & dñs dominantiū, cui data est omnis potestas in
Mat.28. Dan.7. cœlo & in terra. De quo legit: Aspiciebā in uisione noctis, & ecce in nubibus cœli, quasi filius
hominis

A hominis ueniebat, & usq; ad antiquũ dierũ peruenit, & dedit ei potestatẽ, honorẽ & regnũ, &
omnes populi, tribus, & linguæ seruient ei. Possunt quoq; per cornua intelligi capita clauorũ
Christi manibus infixorum, uel crucis extrema. Et q̃uis manus Christi erãt potius in cornibus
crucis q̃ e conuerso: Nihilominus dicitur nunc cornua in manibus eius, ad insinuandũ q crux
fuit in manu seu potestate Christi, qui ait: Nemo tollit animã meã à me, sed ego pono eam. Ob- Ioan.10.
latus est enim, quia uoluit: nec dubium quin Christus rex Israël, dei electus poterat de cruce Esa.53.
7 descẽdere quãdo perditionis filij id pro signo quærebãt. ¶ Ibi ascõdita est fortitudo eius.
Quia in passione latuit omnipotẽtia saluatoris, queadmodũ Esaias prædixit: Vidimus eum &
non erat aspectus, & quasi abscõditus uultus eius & despectus. Et item: Inglorius erit inter ui Esa.52.
ros aspectus eius: propterquod ait Christus in Psalmo: Ego autẽ sum uermis & non homo, ob- Esa.53.
probrium hominũ & abiectio plebis. Ante faciẽ eius ibit mors. i. à facie Christi mors fugiet, Psal.21.
Christus enim mortẽ expulit & occidit. Sicut ait Apostolus: Absorpta est mors in uictoria. Et
Saluator ait: De morte redimã eos. Ero mors tua ò mors. Siquidẽ Christus sua morte immorta 1. Corin.15.
litatẽ nobis perfectã promeruit, quã in resurrectione futura adipiscemur, atq; à morte peccati Oseæ.13.
nos liberauit. Hinc asseritur: Præcipitabit dominus mortẽ in sempiternum. Vnde Christus lo Esa.25.
8 quitur: Qui credit in me, mortẽ nõ gustabit in æternum. ¶ Egredietur diabolus ante pedes Ioan.8.
eius. Secundũ Hieronymũ sensus est q Christo de aquis baptismatis exeunti, atq; desertum
intranti, mox occurrit diabolus tẽtans eum, prout apud Matthæũ recolitur: Ductus est Iesus
in desertũ, ut tentaretur à diabolo. Hieronymus quoq; affirmat hoc loco: q coluber antiquus Mat.4.
quadraginta diebus tẽtauit Iesum in solitudine. Vel sensus est: Quod per Christi aduentũ præ
dicationẽ & occisionem uictus atq; fugatus est satanas, ut fert Saluator: Nunc princeps huius Ioan.12.
mundi eijcietur foras. In hoc quippe apparuit filius dei, ut dissoluat opera diaboli. Deniq; in Euã 1. Ioan.3.
gelijs copiose narrat quẽadmodũ ab obsessis fugauerit Christus dæmonia, ita ut eo iã propin- Luc.4.
B quante timore diffugerent, Iuxta illud in Euangelio: Exibãt dęmonia multa clamãtia & dicen Mat.8.
tia, quia tu es filius dei. Et itẽ: Iesu fili dei summi, qd uenisti ante tẽpus torquere nos? Stetit,
ipse dñs. i. in solio suæ maiestatis quieuit, & mẽsus est terrã. Quẽadmodũ testat: Quis posuit Iob.38.
mensuras terræ, aut quis tetendit super eam lineã? Et iterũ: Altitudinẽ cœli, & latitudinẽ terræ, Esa.40.
& profundũ abyssi, quis dimensus est? Ipse equidẽ in numero, pondere & mensura constituit Sap.11.
uniuersa. Vel mensus est terrã, mittendo angelos per omnem orbem terrarũ, secundũ illud Za- Zach.1.
chariæ: Isti sunt quos misit dominus ut perambulent terrã. Nã diabolus profitetur ad dñm:
Circuiui terrã & perambulaui eam. Vel mensus est terrã. i. habitantes in terra, omniũ personas Iob.1.
qualitates, gesta & merita considerãdo. Iuxta illud: Oculi domini multo lucidiores super solẽ,
circũspiciẽtes omnes uias hominũ. Mensus est etiã homines, numerũ eorũ in seipso æternaliter Eccl.23.
prædeterminãdo. ¶ Aspexit, oculo æquitatis, & dissoluit gẽtes, impios atq; incredulos
9 subuertendo, & contriti sunt montes seculi. i. maiores, elatioresq; principes terræ. Fortiori-
bus nanq; fortior instat cruciatus: & potentes potẽter tormenta patienter, ut dicit Sapientiæ: Sap.6.
Hinc scriptum est: Vbi sunt principes gentiũ, qui dominãtur super bestias terrę, qui in auibus Baruch.3.
10 cœli ludũt? Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. ¶ Incuruati sunt colles mundi. i.
principes minores humiliati sunt, ab itineribus ęternitatis eis. i. ab operibus seu processibus
diuinę iustitiæ, seu dei æterni, ab æterno pręuisis & præordinatis. Itinera itaq; dei possunt intel
ligi dispositiones rerũ fiendarũ in mẽte diuina, secũdũ illud q̃d increata sapiẽtia loqt: Dñs posse Prouer.8.
C dit me ab initio uiarũ suarũ, anteq̃ quicq̃ faceret à principio. Vel ipsi processus operũ diuinę sapi Prouer.3.
ẽtię, pietatis, uel æqtatis: de qbus Salomõ fassus est: Vię eius uiæ pulchræ. De hac mõtiũ, colliũ Esa.23.
iusta depressione scriptũ est: Dñs deus exercituũ cogitauit hoc ut detraheret supbiã oĩs gl'iæ,
& ad ignominiã deduceret uniuersos inclytos terræ. Et alio loco: Incuruabit sublimitas hoĩm, Esa.2.
& humiliabit altitudo uirorũ. Põt q̃q; exponi in bono: ut deus dicat oculo suæ clemẽtiæ gẽtes
aspexisse, & dissoluisse corda eorũ ad pœnitẽtiã. Sicq; cõtriti sunt mõtes, nõ ipsis sed eorũ elatio-
ne, ac uitijs demolitis. Iuxta q̃d scriptũ est: Verte ĩpios, & nõ erũt, & incuruati sunt colles mũ- Prouer.12.
di, salubriter ad uerã ac humilẽ pristinæ aĩositatis depressionẽ. De huiuscemodi optima in-
curuatione legit Baruch: Anima quæ tristis est sup magnitudine mali, & incedit curua, dat glo
riã dño. Quidã referunt prædicta specialiter ad Chaldæos à Persis & Medis diuina præor Baruch.2.
11 dinatione subuersos. ¶ Pro iniquitate uidi tentoria Aethiopiæ. i. iniquitatũ suarũ demeri-
tis fiunt homines spiritaliter denigrati, atq; dæmonibus assimilati: imo & tabernacula dæmo-
nũ. Sicut electi sunt domus & tẽplũ dei, turbabunt pelles terrę Madian, LXX. transtulerũt:
Pauebunt tabernacula terræ Madian. Vnde secundũ Hieronymũ eosdẽ debemus accipere ta-
bernacula Aethiopũ, & Madianitarũ, q pro suis peccatis turbabũt timore horribili, cũ se uide-
rint cõdẽnandos. Spiritaliter pelles Madian intelligunt proprię uolũtates, passiones animæ &
concupiscẽtiæ carnis, quibus se tegũt, armãt, & induũt uitiosi, rebelles & inobedientes. Quidã
exponũt ista ad literã, ita q pro iniquitate destructionis tẽpli Hierusalẽ tentoria Aethiopiæ, et
Madian sint turbata, id est, à Persis & Medis debellata. Quoniam Aethiopes & Medianitæ Dan.8.
fuerunt

fuerunt(ut dicūt)cum rege Babylonis in destructione tēpli,&postea cū Babylonijs interfecti, D
quod unde probare possit,ignoro. ¶Nunquid in fluminibus iratus es domine,aut in flumini 12
bus furor tuus,aut in mari indignatio tua?⌋ quasi dicat:Tu deus iustissime,nō es inanimatis re
bus iratus secundū se,sed in illis quædam opera facis,ad liberationē tuoꝝ,& destructionē pra
uoꝝ.Sicut in mari rubro atq; Iordane desiccatis,populū Israël redemisti,& in mari illo Aegy-
Exod.14. ptios submersisti. ¶Qui ascendes super equos tuos.⌋ Istud ad literā referri potest ad equi- 13
tatus Persaꝝ ac Medoꝝ,qui deo auxiliante Chaldæos uicerunt.Propter quod dicit deus eoꝝ
ascendisse equos: qm̄ inspirauit eis ut equos cōtra Chaldæos ascēderēt,⌊& quadrigæ tuæ⌋.i.
Persarum & Medoꝝ currus sunt,⌊saluatio⌋.i.per currus & prælia hoꝝ liberati sunt filij Israël
1 Esdræ 1. de Babylonica captiuitate per Cyrum regē Persaꝝ, ut scribit in Esdra. ¶Suscitās suscitabis 14
arcum tuum⌋.i.Persis ac Medis dabis uirtutē pugnandi ac sagittandi uictoriose contra Chal-
dæos.Vnde septuaginta transtulerūt:Intendēs,extēdes arcū tuum.Quēadmodū ergo in Eze-
Ezech.32. chiele gladiū Nabuchodonosor regis appellat dn̄s gladium suum,quia diuinæ iustitiæ extitit
exequutor,Cū cœperit,inquiens,gladius meus uolare. ita nūc quadrigæ & currus Persarum,
& item Medorum, dicuntur quadrigæ, currusq; dei. Itaq; suscitabis arcus istoꝝ,ut impleas,
⌊iuramenta tribubus quæ loquutus es⌋.i.facies populo & tribubus Iudæoꝝ quæ eis per Mo
Esa 13. sen & prophetas promisisti,uidelicet ꝙ quando in captiuitate implorarēt ueraciter clementiā
Hier.39. tuā,eriperes eos, & ad terrā promissionis eos reduceres. Hoc aūt per Hieremiā dn̄s specialiter
Nee.1. promisit Iudæis,quemadmodū ad reditū à captiuitate in Babylone. Hinc per Mosen & Esdrā
Deu.30. eis loquutus est deus:Si reuersi fueritis ad me in toto corde uestro, etiam si abducti fueritis ad
extrema cœli,inde congregabo uos & inducam uos in terrā quā dedi patribus uestris. In fine E
uersiculi huius additur,⌊semper,⌋quia à tēpore Abrahæ cœpit ista promissio, & reiterata est
sæpe uel semper tēpore oportuno. Consequenter ad literam Propheta prosequit Chaldæoꝝ
deiectionem. ¶Fluuios scindes terræ,⌋ per flumina & aquas frequēter intelliguntur reges, 15
Esa.8. & eorum exercitus, sicut testatur Esaias: Adducet dn̄s super Iudam aquas multas,& fortes,re
gem Assyrioꝝ & omnem gloriā eius.Est igitur sensus secundū Hieronymū: Reges & populū
contra Iudæos pugnantes,disperges o` dn̄e.Vel ut alij asserūt intelligi potest de diuisione Eu-
fratis fluuij quē Persæ ac Medi in plures lacus partiti sunt.Sicq; per alueum principalē euacua
tum ab aquis ingressi sunt Babylonem.Quod quia deo inspirante fecerunt, deus fecisse descri
bitur,⌊uiderunt te⌋.i. omnipotentiam atq; rigorē diuinæ iustitiæ per experientiā agnouerūt.
⌊& doluerunt montes.⌋puta elati principes Babylonis,& cæteri qui populū tuū uastauerunt,
Psal.82. quando à Persis & Medis occidebantur.Vnde Iudicum quinto habet: Sic pereant inimici tui
dn̄e.Itēq; in Psalmo:Confundantur & pereant & cognoscant,quia nomē tibi dominus,⌊gur-
ges aquaꝝ transijt⌋.i.impetus persequutionis persequentiū populū tuum (te operante) defe-
cit:Vel sensus est ꝙ inundatio aquaꝝ Eufratis modo præfato cessauit. ¶Dedit abyssus uo- 16
cē suam⌋.i.aqua prænominata cū quodam fragore & sonitu locū suum reliquit: uel dedit uo-
Psal 64. cē suam materialiter & occasionaliter. Quia ex eius diuisione sumpserunt alij materiā laudādi
diuinā iustitiā,prout in Psalmo cantatur:Valles abundabunt frumento,clamabunt etenī hym
num dicent.Sic nāq; inanimata deum benedicere & laudare feruntur.Porrò secundū Hirony
mū est sensus,abyssus dedit uocē suā.i.inferi laudauerūt te, q̄d de sanctis in limbo detentis for- F
te intelligit:Vel ꝙ de Chaldæoꝝ dānatione lętati sunt dæmones,& quo ad hoc diuinā iustitiā
approbauerūt.⌊altitudo manus suas leuauit⌋.i. superni atq; angelici spiritus interioribus ma
nibus de diuinæ iustitiæ exequutione plaudendo, deum glorificauerunt. Hinc de spiritualis
Babylonis destructione inducitur:Exultate cœli.i. sancti apostoli & prophetæ, qm̄ iudicauit
deus iudiciū uestrum.Vel sensus est:Quod deus altissimus qui est summa ac prima sublimitas
manus suas leuauit.i. potestatē suam exercuit contra Chaldæos. ¶Sol & luna steterūt in ha 17
bitaculo suo.⌋ Consuetudo scripturæ est ut luminaria cœli,quæ in ministerium hominū con-
Esa.13. Ezech.32. dita sunt,obscurari & mœrere dicāt, dum hominibus aduersa magna contingunt: ut patet in
Iohel.3. Ezechiele,Iohele,alijsq; prophetis.Cū uero prospera hominibus accidunt, fulgere & quasi re
florere ferunt.Quēadmodū ergo in deuastatione Iudęorum durissima à Chaldęis, sol & luna
obscurata dicuntur per quādam metaphorā,iuxta illud:Sol & luna obtenebrati sunt, & stellę
retraxerunt splendorē suū, sic in liberatione eoꝝ à captiuitate Chaldaica sol & luna ad pristi-
nū sunt reuersa uigorē,nō ꝙ in seipsis mutata sint q̄tū ad modū pręfatū.Sic igitur loco pręsen-
ti denuntiata Iudęorū liberatione,sol et luna in habitaculo suo stetisse scribunt.i.in gradu atq;
uigore,uel splēdore consueto fuerunt:hoc est:sic de eorū fulgore gauisi sunt Iudęi, ut olim tē
pore prosperitatis ac pacis, ita ꝙ stare non dicit hic cessationē à motu,sed existētiam stabilem.
Sicut cōmuniter dicimus:Ille stetit Romę tot annis:unde Septuaginta transtulerūt. Eleuatus
est sol, quo ad pristini uigoris receptionē, modo nunc explanato, & luna stetit in ordine suo.i.
in pristino gradu ac modo,⌊in luce sagittarum tuarū ibunt,⌋.i.sol & luna solito cursu moue-
buntur, quoad ipsos Iudęos: eorum utilitati suis motibus deseruiendo: ut olim in luce sagit-

tarum

A tarum tuarum.i.mediantibus,ſplendentibus Perſarũ ac Medorũ ſagittis,quas cõtra Chaldæos
miſerũt,atq; per hoc populũ Iſraël de illorũ manibus redemerũt.Simili ſenſu ſubiũgit,⌊in ſplẽ
dore fulgurantis haſtæ tuæ⌋.i.mediantibus fulgidis haſtis Perſarũ, quorũ ſagittæ & haſtæ di-
cuntur eſſe dei, prout equi & currus eorũ dei eſſe dicuntur. Vel ſenſus eſt : ꝙ Chaldæi ibunt.i.
18 peribunt,& eſſe ceſſabunt uirtute ſagittarũ atq; haſtarum iã prefatarũ. ¶In fremitu⌋.i. in di
ſtrictione tuæ iuſtitiæ,uel in ira & animoſitate Perſarũ,⌊conculcabis terram⌋.i.populũ Chal-
dæorũ,ſeu Babyloniæ regionẽ,⌊in furore⌋.i.rigore tuę iuſtitiæ,⌊obſtupefacies gentes⌋Chal
19 dæis auxiliantes. ¶Egreſſus es,⌋non locum mutando, qui incircũſcriptibilis inuariabiliſq;
conſiſtis:ſed tuam potentiam oſtendendo,& aliquid de nouo manifeſte operando, ⌊in ſalutẽ
populi tui⌋.i.ad ſaluandũ Iudæos de captiuitate ſæpe ꝑfata, ⌊ in ſalutẽ cũ Chriſto tuo⌋.i.cũ
Cyro rege Perſarũ (ut quidã exponũt) qui dicit Chriſtus dei.i.in regẽ à deo electus, iuxta illud
in Eſaia: Hæc dicit dñs Chriſto meo Cyro. Hieronymus aũt exponit de dño noſtro Ieſu Chri- Eſa.45.
ſto,cũ quo in hunc mundũ per incarnationẽ ueniente,uenit & pater, per gratiæ ſuæ operatio-
nẽ multiplicem,ſicut & filius loquitur:Si quis diligit me,ſermonẽ meũ ſeruabit, & pater meus Ioan.14.
diliget eũ:& ad eum ueniemus,& manſionẽ apud eum faciemus.Et rurſus : Pater inquit in me Ioan.8.
manens,ipſe facit opera.Et:Pater nõ reliquit me ſolũ.Venit ergo pater in ſalutẽ generis huma Ioan.5.
ni cũ Chriſto ſuo dño ſaluatore : nã & opera ſummę trinitatis ſunt indiuiſa. Et filius : Omnia
20 (ait) quæ facit pater,hæc & filius ſimiliter facit. ¶Percuſſiſti caput de domo impij⌋.i.Balta Dan.5.
zar regem Babylonis per Perſas occidiſti,& de palatio ſuo eieciſti. Vel caput iſtud intelligitur
diabolus à Chriſto deiectus,ſeu Antichriſtus ab ipſo deijciendus,⌊denudaſti fundamentum
uſq; ad collũ⌋.i. abſcõdita & ſecreta capitis huius totaliter confudiſti,reuelaſti,& deſtruxiſti:
Machinationes eñ diaboli Chriſtus aperuit,ita ut dicat Apl'us:Non ignoramus cogitationes
diaboli.Et denuo:Alij datur diſcretio ſpirituũ. Omnia quoq; abſcõdita regis Balthazar Chal- 2.Cor.2.
21 dæi ſcrutati ſunt. ¶Maledixiſti ſceptris eius⌋.i. regnis ac dominationibus regis Babylonis 1.Cor.12.
maledixiſti,⌊& capiti bellatorũ eius⌋.i.principi militiæ.⌊uenientibus ut turbo ad diſꝑgendũ
me⌋.i.qui copioſe & impetuoſe uenerunt ad deſtruendũ populũ Iudæorũ.Non eſt aũt neceſſe
hæc omia referre præciſe ad eoſdẽ numero:qm̃ ſacra ſcriptura ſæpe loquitur de diuerſis quaſi
de eiſdẽ, quia ad unũ populũ pertinent.Rex aũt Babylonis,& eius princeps militiæ,qui Hieru-
ſalẽ deſtruxerunt,fuerunt Nabuchodonoſor & Nabuſardan,qui non fuerunt à Perſis & Me-
22 dis occiſi. ¶Exultatio eorũ,ſicut eius qui deuorat pauperẽ in abſcõdito⌋.i.præfati principes 4.Reg.25.
ſic gloriati ſunt populũ Iſraël opprimendo, quẽadmodũ gloriatur crudelis egenũ occulte di
lanians & affligens,qm̃ ſine timore hoc fecerunt crudeliter, nec deũ omnia inſpicientẽ tanq̃ iu
23 dicẽ attenderũt. ¶Viam feciſti in mari equis tuis⌋.i. equis atq; equitibus Perſarũ & Medorũ 1.Mach.3.
dediſti iter per arentẽ Eufratis alueũ, aqua eius hinc inde educta. Ideo ſubdit:⌊in luto aquarũ
multarũ.⌋Aqua eñ educta, terra aluei fuit aliquo modo lutoſa. Eufraten autẽ nominat mare, Gen.1.
more loquendo Hebraico, quo quęlibet grandis aquarũ collectio dicitur mare, ſecundũ illud:
24 Cõgregationes aquarũ appellauit deus maria. ¶Audiui,⌋à te dñe per ſpiritũ prophetiæ cõ-
minationes tuas aduerſus Chaldæos,⌊& conturbatus eſt uenter meus⌋.i.dolor ſeu timor ani
mæ tantus fuit ꝙ redundauit in corpus. Vel per uentrẽ intelligitur mens, quæ eſt uterus ſpiri-
talis, de quo Salomon ait : Fili accipe doctrinã, quæ tibi pulchra erit cũ in uentre tuo tenueris
eam. De quo pater teſtat ad filiũ:Ex utero ante luciferũ genui te.⌊à uoce⌋.i.ab auditu uerborũ Pſal.109.
tuorũ,⌊contremuerũt labia mea,⌋in tantũ formidaui rigorẽ tuæ iuſtitiæ. Quãuis aũt Abacuc
de Chaldæorũ deiectione gauiſus ſit ſecundũ unã cõſiderationẽ, prout fuit occaſio liberatiõis
Iudęorũ,tamẽ ſecundũ alias conſiderationes expauit ac doluit,& ex amore naturæ, eorũ gra-
uiſſime calamitati cõpaſſus eſt,ſicut ex Eſaia oſtẽſum eſt:Nã & Eſaias deſcripta Babylonis de- Eſa.21.
25 ſtructione,inter cætera dicit:Elanguit cor meũ, tenebræ ſtupefecerunt me. ¶Ingrediatur
putredo in oſſibus meis,& ſubter me ſcateat⌋.i.tribulatio & infirmitas,quantũcũq; grauis me
apprehendat,dũmodo tibi placuerit,& gratiæ tuæ ſubuentione ſuppoſita,qua patientiã largi
26 aris. ¶Vt requieſcam in die tribulationis⌋.i. tẽpore deſtructionis Babyloniorũ ceſſet capti-
uitatis meæ preſſura, in ſpe liberationis repauſem,⌊ut aſcendam ad populũ accinctũ noſtrũ⌋
.i.Babylone deſtructa de licentia Cyri regis Perſarũ pergam à Chaldæa in Iudæã ſimul cũ po 1.Eſdræ.3.
pulo Iudæorũ in Iudæã reuertẽte armato,atq; ad præliũ præparato:uidelicet cũ uiris præcla
ris Eſdra,Neemia,Zorobabel,& Ieſu filio Ioſedech, qui propter inſidias hoſtiũ erãt ad pugnã- Nee.4.
dũ diſpoſiti:ut patet in Eſdra.Hæc dicit Abacuc non in ſua,ſed in Iudæorũ perſona.Ipſe eñ in
captiuitate prædicta non fuit,ſed in Iudæa remanſit,ut legitur Danielis 14.Cõſequenter pro- Dan.14.
pheta cauſam aſſignat,cur in die tribulationis Babyloniorum tam uehementer requieſcere &
27 conſolari rogauerit. ¶Ficus eñ non florebit, & non erit germen in uineis⌋.i. arbores fici &
28 uites ſteriles erunt. ¶Mẽtietur opus oliuæ⌋.i.ſperatus oliuarum fructus præſtolantes deci
piet,& per modũ mentientis ſe habebit,non oriendo,ut aliquando prætendebat,⌊& arua non
afferrẽt cibũ,⌋pro quo LXX.trãſtulerũt,Cãpi nõ facient eſcas,per q̃ oia inſinuat ſterilitas ter-

ritorij Chaldæoꝝ, cuius cāpos & arbores Persæ & Medi uastabant. Et aliqui asserunt ꝙ sterili- D
tas ista fuit plaga à deo inflicta ante Persaꝝ aduentū. Certū est aūt ꝙ talis sterilitas expugnati
onē uastitatēq; terræ soleat concomitari. ¶ Abscindet᷑ de ouili pecus⌋ i. à stabulis Chaldæo- » 27
rū auferentur iumenta eoꝝ: uel per hostes, uel alimētoꝝ penurias. Ideo subditur: ⌊& non erit »
armentū⌋ i. pecoꝝ multitudo, ⌊in præsepibus, ⌋in q̄bus cibos accipere solent. Sicq; Chaldæis »
adhuc manentibus, uel in terra illoꝝ existentibus, deerit carniū usus. Postremo qm̄ ex cōside-
ratione punitionis prauoꝝ, solēt electi cautiores melioresq; fieri, atq; ad gratiaꝝ actionē & lau
Prouer.19. dē diuinā prouocari, quēadmodū Salomon astruit: Pestilēte flagellato homo sapientior, etem̄
fœlix quē faciunt aliena dāna peritū. Propheta deū laudans, eiusq; æquitati applaudens, subiū-
git. ¶ Ego aūt, ⌋illis sic pereuntibus, ⌊in dño gaudebo, ⌋in contēplatione & dilectione eius, » 28
& beneficioꝝ ac promissorū ipsius: in actibus quoq; uirtuosis ei placētibus, sicut & uirgo Ma-
Luc.1. ria: Exultauit inq̄t spiritus meus, in deo salutari meo. Et Anna primo Regū: Exultauit cor meū
1.Reg.2. in dño, ⌊& exultabo⌋ i. signa interioris lætitiæ exterius demonstrabo, ⌊in deo Iesu meo⌋ i. sal- »
uatore meo. Vnde LXX. transtulerūt: Gaudebo super deo saluatore meo. Potest quoq; nomē
Iesu hoc loco sumi proprie atq; cōmuniter. Intentio nanq; Prophetæ finalis ac principalis est,
loqui uel de ipso saluatore filio dei, & eius quā nobis impēdit salute, uel de Cyro rege & Iudæo
rū per eum liberatione, inquantū fuerunt figura Christi regis, & suę saluationis. ¶ Deus dñs » 29
fortitudo mea, ⌋non formalis, sed effectiua. i. cōformator meus, & totius roboris mei causa præ »
cipua, cuius uirtute liberatus est popul⁹ Israël de Babylone, de quo ait Psalmista: Diligā te dñe
Psal.17. fortitudo mea. Qui & testat᷑: Sine me nihil potestis facere. ⌊& ponet pedes meos quasi ceruo- »
Ioan.15. rū⌋ i. agilitatē bene agendi mihi præstabit, & populū Israël in terrā Iudeæ expedite reducet. »
Loquitur autē Propheta in persona populi sui. ¶ Et super excelsa mea⌋ i. ad loca Iudeę subli » 30
Nu.23. mia & mōtosa, ⌊deducet me uictor, ⌋deus omnipotēs. De quo Balaā contestat᷑: Dñs deus Isra- E
Iudic.11. ël cū eo est, & clangor uictoriæ regis in illo est. De quo & loquit᷑ Iepte: Quæ dñs deus noster
Rom.9. uictor obtinuit, in nostrā cedent partē. Ipse est rex ille omnipotens, cuius uoluntati nedū non
præualere, sed nec resistere quispiā potest. Vel super excelsa mea. i. ad uirtutum præclarissima
opera, siue ad pristinā dignitatē, honorē & gloriā, puta ad sacerdotiū, sacrificia, tēpli reparatio
nē, principatū ac potestatē, deducet me uictor. Hæc em̄ post reditū de Babylone recuperaue-
1.Esd.2. rūt Iudæi, ut patet in Esdra & libris Machabæoꝝ, ac alijs locis. Vel ad regna cœlestia deducet
me uictor Christus, de quo legit᷑: Vicit leo de tribu Iuda. Sicq; uerba ista accipi possunt in per-
Apoc.5. sona eorum quos Christus de limbo perduxit ad patriam. Sic ergo deducet me, ⌊in psalmis
canentem⌋ i. ei gratias referentem, eumq; laudantem: sicut Ecclesiastici ultimo scribitur: Lau-
dabit usq; ad mortē aīa mea dñm, qm̄ eruis sustinētes te dñe, & liberas eos de om̄i angustia.

¶ Elucidato eiusdem cantici Tropologica seu moralis, & de expositione exordij cantici huius secundū translationē LXX. interpretū.

Quoniā tractus missalis officij in die parasceues, ex hoc cantico sumptus est, secundū trāslationē LXX. quæ etiā trāslatio à trāslatiōe Hieronymi in hoc passu satis distat, cōgruit principiū cantici huius secūdū illoꝝ trāslationē ptrāseundo exponere. Titulus aūt quē LXX. cantico huic præmittūt, est hic: Oratio Abacuc prophetæ cū cātico: q̄a in isto cātico agit᷑ de aduētu Christi, & saluatione, pro qua deū cū hymnis, psalmis & F cāticis spiritalibus, orare debemus. Itaq; LXX. trāstulerūt: Dñe audiui auditū tuū, & timui, q̊d supra satis expositū est. Dñe cōsideraui opera tua. i. mirabilia tua iudicia, effectus tuæ iustitiæ, ordinē creaturaꝝ, gubernationē uniuersi, miracula quę à principio mūdi fecisti, dona gratiaꝝ, hoīm dispositionē, & qualiter genus humanū liberare decreueris. & obstupui, uel expaui. i. ad mētis excessum perductus sum, & præ admiratione defeci, clamās cū diuino Apostolo: O alti-
Rom.11. tudo diuitiaꝝ sapientiæ & sciētiæ dei, q̄ incōprehēsibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Porrò secundū Hieronymū q̊d LXX. dixerūt, cōsideraui & obstupui in hebraico nō habet. Veꝝ secundū Augustinū, q in libro de Ciuitate dei in pluribus locis ualde cōmēdat trāslationē LXX. asserēs eos prophetali spiritu transtulisse, & ex diuino instinctu addidisse quæ addiderūt, tenendū est ꝙ ista & reliqua q̄ addiderūt, deo inspirāte loquuti sunt. In medio duoꝝ animaliū cognosceris, uel innotesceris. i. inter duos populos, ex q̄bus collecta est sctā ecclesia: puta in medio cōuersoꝝ ex Iudaismo & Paganismo: de q̄bus loquit᷑ Zacharias: Consiliū pacis
Zach.6. erit inter duos illos. Et Apl'us: Ipse est pax nostra qui fecit utraq; unū. Quēadmodū enim duo
Ephe.2. parietes in lapide angulari concurrunt & copulantur, ita in Christo summo lapide angulari, duo populi isti facti unum mysticum corpus, unumq; tēplum, de quo dicit: Ipse ædificabit tē-
1.Para.22. plum domino. Vel duo animalia intelligūtur duo testamēta uere uiuifica, gratiæ uitā spirātia. Quidā per duo animalia intelligunt duos latrones, inter quos suspēsus est Christus atq; innotuit, centurione dicente: Vere filius dei erat iste, quādo & oīs turba eoꝝ q aderant & uidebant,
Mat.28. quæ tēpore passionis fiebāt, percutiētes pectora sua, reuertebātur. Postremo nō desunt q per duo animalia intelligūt bouem & asinum quos Ioseph secum duxit in Bethleem, Christi natiuitate

A uitate instante, inter quos infantulus Iesus in præsepio positus agnitus fuit à matre & Ioseph.
Vel ab istis iumentis secundum similitudinem quandã, ad quod referunt illud Esaiæ: Cogno- Esa.1.
uit bos possessorẽ suũ, & asinus presepe domini sui. Expositio aũt eorũ qui per duo animalia in-
telligũt filiũ, & spiritũ sanctũ, eo q̃ pater per filiũ & spiritũ sanctũ agnoscatur: qui etiã in Esaia Esa.6.
per duo Seraphin, filiũ & spiritũ sanctũ accipiũt, est suspecta nec placet: præsertim cũ canticũ
istud specialiter de persona filij tractet. Cũ appropinquauerint anni cognosceris. i. tẽpore gra
tiæ, seu euangelicæ legis clarius te agnoscent fideles: quia (ut ait Apostolus) ubi uenit plenitu Gala.4.
do tẽporis misit deus filiũ suum. Et in 1. sua Canonica fert Ioannes: Scimus q̃m filius dei uenit, 1.Ioan.5.
& dedit nobis sensum ut cognoscamus deũ uerũ. Ante enĩ notus erat in Iudæa deus, sed adue
niente tẽpore gratiæ, ad unius ueri dei cultũ atq; notiã, totus cõuersus est mundus. Cum adue-
nerit tẽpus, p̃ordinatũ à deo. oñderis. i. fidelib9 innotesces. Hoc est tẽpus incarnatiõis & cõuer-
satiõis Christi in mũdo, itẽq; euãgelicę p̃dicatiõis, de q̃ loq̃t Paul9: Ecce nũc tẽpus acceptabile, 2.Corin.6.
ecce nũc dies salutis. Et Baruch: Post hæc in terris uisus est, & cũ hominibus cõuersatus est. Vn Baruch.3.
de & Christus ait ad patrẽ: Ego te glorificaui super terrã, manifestaui nomen tuũ hominibus Ioan.17.
q̃s dedisti mihi. Deus à Themã ueniet. i. ab Austro secundũ Hieronymũ, q̃d iam satis expositũ
reor. & sanctus de monte umbroso & condenso. i. Christus sanctus sanctorũ in mundũ hunc ue
nit de paradiso cœlesti ac summo, pleno uiuis, uberrimisq; arboribus, puta angelicis atq; super
nis uirtutibus: uel mons iste umbrosus est deus pater incõprehensibilis & perfectus, qui maie
state sua omnia tegit & operit, de cuius sinu filius descendit in mundũ, non locũ transmutans,
sed naturã humanã assumẽs. Quidã dicũt: Deus à Libano ueniet, & redit in idẽ. Per Libanũ nẽ
B pe qui candidatio interpretatur, splendissimus iste paradisus, uel superpulcherrimus deus pa-
ter, seu lux diuina inaccessibilis congrue designatur. Quod uero nunc dictũ est: Cũ aduenerit
tẽpus, ostẽderis secundũ Hieronymũ in Hebræo nõ ponitur, sed à Septuaginta est additũ. Cũ
ergo ex his pateat in cantico isto tam manifeste tractari, prophetatũq; esse de Christo ac eius
mysterijs, pręsertim secũdũ LXX. translationẽ, certũ est quosdã in hac cantici explanatione ni
mis superficiales & literales consistere, qui omnia ista, & pene omnia quæ sequũtur, ad literam
referũt, ad Babyloniæ destructionẽ. Nunc ad moralitatẽ eundum est. Vnde quilibet contẽpla
tiuus fidelis, diuinorũ operũ considerator industrius, dicere potest. Dñe audiui auribus mentis Esa.53.
& corporis. auditionẽ tuam. i. sacræ scripturę sermones, & uerba diuinitus reuelata, de quibus
loquitur Esaias: Dñe quis credidit auditui nostro? & timui filiali & casto timore, qui est fuga
malę culpę ne deus offendatur. Sic timuit Psalmista qui ait: A uerbis tuis formidauit cor meũ. Psal.118.
Itaq; cũ reuerentia & timore audienda sunt uerba dei. Vnde Iosiæ promittitur: Quia timuisti 4.Reg.22.
à facie uerborũ quæ audiuisti, & perterritũ est cor tuũ, in pace colligeris. Et Hieremias: Factus Hier.23.
sum inquit uelut uir ebrius à facie uerborũ sanctorũ dei. Quis enĩ nõ timeat audiens illud: De Mat.12.
omni uerbo otioso reddent homines rationẽ. Et illud: Horrendum est incidere in manus dei Hebræ.10.
uiuentis. Et: Nescit homo an sit dignus amore uel odio: sed omnia in futurũ reseruantur incer- Eccli.9.
ta. Illud etiam: Ite maledicti in ignem æternũ. Ideo sanctus Iob profitetur: Considerans deum Mat.25.
timore solicitor. Alibi quoq; dicit scriptura: Beatus homo qui semp est pauidus. Domine opus Iob.23.
tuum est nostra redemptio, & omne bonũ quod agimus. Non enĩ sumus sufficientes cogitare Prouer.28.
aliquid ex nobis: sed deus est qui operatur in nobis uelle & perficere. in medio annorũ, uideli- Phil.2.
C cet anno gratiæ ac euangelicę legis, qui inter annũ legis Mosaicæ, annumq; glorię medius est.
uiuifica illud, animas nostras actualiter redimendo, nosq; in iuuẽtute nostra in bonis operibus
inflãmando, & omne quod agimus per charitatẽ infusam spiritaliter uiuificando. In medio an
norũ, iã dicto. notũ facies, nostrę redẽptionis uel iustificationis opus, dãdo gratiã magnã ac eui
dentẽ, ita ut electi tui inter cæteros quasi sydera uerbo & exẽplo resplendeant. cũ irat9 fueris,
tuos electos nunc castigando, atq; pro suis peccatis multipliciter corripiendo, hostibusq; tra-
dendo. misericordiæ recordaberis, peccata dimittendo, gratiã refundendo, consolationẽ præ-
stando, citra condignum ulciscendo, & cũ tribulatione prouentum faciendo. Ideo cantamus
in Psalmo: Nunquid in æternũ irasceris nobis? Deus tu conuersus uiuificabis nos, & plebs tua
lætabitur in te. Et item: Si iniquitates obseruaueris dñe, dñe quis sustinebit? Hinc Hieremias te Psal.84.
statur: Misericordiæ dñi quia non sumus consumpti, quia nõ defecerũt miserationes eius. De- Psal.129.
niq; scriptũ est: Benedictũ est nomẽ tuũ deus patrũ nostrorũ: q̃m cũ iratus fueris misericordiã Threno.3.
facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocãt te. Et rursum: Non delecta- Tob.3.
ris domine in perditionibus nostris: quia post tempestatem tranquillum facis, & post fletum
exultationem infundis. Deus ab Austro ueniet, & sanctus de monte Pharan. Deũ semper præ-
centur, ut iuxta sensum præhabitum ad nos uenire, iugiterq; nobiscum manere dignetur. Per
Austrum quoq; intelliguntur homines lumine gratiæ radiosi, & à deo sublimiter docti. De il-
lis igitur uenit deus ad alios, dum gratiam sibi concessam alijs communicare eosq; ad deum re
ducere enituntur. Operuit cœlos. i. contemplationes, quorum conuersatio est in cœlis. gloria
eius, dicente in eorum persona Apostolo: Nos autem reuelata facie gloriam domini speculan- 2.Cor.3.

tes,& laudis eius plena est terra.i.actiui qui circa terrena uersantur. Terra quoq; i. terreni,car- D
nales & reprobi frequenter in ore pleni sunt laudibus dei:sed mente & opere nō cessant inho-
Esa.29. norare deum atq; offendere: de quibus dominus protestatur. Populus hic labijs me honorat,
cor autē eorum longe est à me. Splendor eius, id est, fulgor gratiæ dei.ut lux erit, id est,clarus
ac candidus:sicut lumen solare,cui in multis assimilatur tenebras mentis fugando,animam fœ
cundando,torporem acediæ auferendo,intima cordis ornando. Insuper splendor gratię assi-
milatur lumini glorię, cuius est inchoatio quędam. cornua in manibus eius. Cornua ista pos-
sunt accipi in bono pro eleuatis & sanctis uirtutibus animę, que sunt in manibus dei, quia in
eius potestate est eas dare,conseruare,auferre & consummare: Itemq; in malo pro nostris su-
perbijs, ac cęteris quibus contra deum & proximum intumescimus uitijs: iuxta illud Iob:
Iob 15. Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans, attentos habes oculos? Quid tumet con-
Amos.6. tra deum spiritus tuus? Istis comminatur sermo diuinus: Vę qui dicitis, Nunquid non in forti-
tudine nostra assumpsimus nobis cornua? Hęc quoque cornua nostra sunt in manibus dei,
Psal.67. qui superbos ad nutum deijcere potest, quemadmodum scriptum est: Deus confringet capita
inimicorum suorum, uerticem capilli perambulantium in delictis suis. Ibi abscondita est forti-
tudo eius, quia in bonis cornibus electorum, uirtus diuina frequenter agit occulte. Sed & su-
perborum deiectionem uicissim diutius differendo, uidetur deus quasi non attendere, aut nō
omnipotens esse. Ante faciem eius ibit mors, quia cum deus per gratiæ suæ aspirationem in-
trauerit mentem, mors fugit peccati, tūc & diabolus egredietur. Christus enim fortē armatū
Mat.4. puta diabolum, alligauit, & uasa eius quotidie diripit, faciens eos templum spiritus sancti, qui
erant uasa diaboli. stetit & mensus est terram, Christus in mundo hoc cum discipulis uiuens, E
mensus est terram, in qua prędicarent apostoli, mittendo eos ad solos Iudęos. Porro post pas-
sionem & spiritus sancti missionem, mensus est terram gentilium, ad diuersas nationes mitten-
do apostolos. Aspexit misericorditer, & cōtriti sunt mōtes seculi ab itineribus ęternitatis eius.
Quia exemplis & documentis saluatoris, quibus humilitatem pręcipue commendauit, humi-
liati sunt multi magnatum Christum humiliter imitati. Nunquid in fluminibus iratus es domi
ne? aut in fluminibus furor tuus? In scripturis uicissim per flumina designantur peruersi ac tur
Psal 92. bulenti, eorumq; uitia instar fluminum redundantia. Sic enim habetur in Psalmo: Eleuauerūt
Hier.2. flumina fluctus suos. Et Hieremias regem atque exercitum Chaldæorum nomine fluuij expri
Psal.103. mit. Istis fluminibus irascitur dominus. Interdum autem per flumina designantur electi & do
cti, aqua sapientiæ pleni, & gratia copiosi, qui fluenta doctrinæ transfundunt in alios, & riuis
salutaris scientiæ rigant corda eorum. Tales etiam dicuntur fontes in Psalmo: Istis non irasci-
tur deus. Flumina quoque uocantur diuina charismata, iuxta illud Ioannis: Qui credit in
Ioan.7. me flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Et alibi: Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei.
Psal 45. aut in mari indignatio tua? id est, secularis uitæ hominibus, amaritudine & fluctibus uitiorum
Esa.57. repletis, iuste indignaris, de quibus legitur: Impij quasi mare feruens, quod quiescere non po-
test. Qui ascendes super equos tuos, id est, animas sanctas secundum Hieronymum, uel præ-
dicatores nomen domini undique circunferentes ac prædicantes: super quos deus ascendit
per uirtutis & gratiæ suæ effectum. & quadrigæ tuæ sunt saluatio, id est, Euangelistæ, uel etiā
angeli sancti, deum in se recipientes, portantes, atque ad homines deferentes, de quibus canta
Psal.67. tur in Psalmo: Currus dei decē milibus multiplex, milia lætātiū, dominus in eis. De his equis F
Esa 66. & curribus dominus loquitur apud Esaiam: Adducent omnes fratres uestros in equis & qua-
drigis, & lecticis & mulis, & in carrucis ad montē sanctum meum Hierusalē. Per hos ergo cur-
rus operatur dominus aliorum salutē, sicut ait Apostolus: Dei cooperatores sumus. Suscitās su
scitabis arcum tuum.i.uerbum tuum, seu sacram scripturā, cuius ignita eloquia te agente audi-
entium penetrant corda & charitatis uulnere sauciāt, ita ut dicant: Charitate uulneratus sum,
Cant.2. & amore langueo. Vnde & Christus de seipso loquitur: Posuit me dominus quasi sagittam ele
Esa.49. ctam. Hunc arcū suscitat deus, dum prædicatoribus & seruis suis electis infundit gratiam lo-
Ephe 6. quendi alijs fructuose ac seruide, secūdum quod orat Apostolus: Vt detur mihi sermo in aper
Esa.50. tione oris mei. Et in Esaia legitur: Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare
eum qui lassus est uerbo. Hoc autem ò domine faciendo suscitabis. iuramenta tribubus quæ lo
quutus es.i. bona gratiæ quæ gentibus promisisti, eorū cōuersionē per prophetas prę nuntian
do donabis. Deinde hęreditatē cœlestē cōferes eis ut promisisti. Fluuios scindes terrę.i.de ipsa
ecclesia quosdam separabis, & mittes ad aliorū informationem per omnes terminos terræ. Sic
enim misit apostolos aliosq; discipulos, prædicatores, doctores. Hinc legitur spiritus sanctus
Act.13. dixisse: Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Et per Esaiam
Esa.50. dn̄s ait: Ponā in deserto.i.gētilitate flumina. Et iterū: Oēs sitiētes, uenite ad aquas. Isti sunt fluuij
Esa.55. boni, de q̄bus cātamus: In ecclesiis bn̄dicite deo, dn̄o de fontibus Israël. Viderūt te & doluerūt
Psal.67. montes, hoc dupliciter accipi pōt. Primo de superbis atq; potētibus seculi ad fidē cōuersis: q̄a
per fidē deū uiderunt, atq; de suis excessibus pœnitentiam dignam fecerunt. Secundo de infi-
delibus

A delibus ac tyrannis, qui mirabilia dei uidentes doluerunt de promulgatione fidei Christianaꝝ.
gurges aquaꝝ transijt, id est, istorũ persequutio contra fideles cessauit. Vel si est, cito finietur:
uidelicet simul cũ uita præsenti quæ breuis est: uel ante, uel sensus est: ꝙ documentoꝝ riuuli,
ad alios deuenerunt. Dedit abyssus uocem suam. i. corda quorundã instar pelagi inscrutabilia
fide Christi recepta deũ super eius misericordia laudauerunt. altitudo manus suas leuauit: qa
& seculares principes ad fidem conuersi manibus in cœlũ eleuatis, deum precati sunt. Sicut Hi
eremias hortatur: Leuemus corda nostra cũ manibus in cœlos ad dominũ. Itemq; Apostolus: Threno. 3.
Volo inquit uiros orare in omni loco leuãtes puras manus. Porrò sęculares principes perfidi, I. Timo. 2.
manus suas contra ecclesiam extenderunt. Sol. i. Christus sol sapientiæ atq; iustitiæ, de quo im
pij asserunt: Sol intelligẽtiæ non est ortus nobis, & luna, id est, uirgo Christifera, uel ipsa eccle- Sap. 5.
sia, steterunt in habitaculo suo. i. in ecclesiastica unitate: uel in ipso omnium reꝝ ultimo fine, in
quo omnis sanctorũ quiescit intentio atq; affectio, quasi in tabernaculo firmo. Secũdum quod Prouer. 18.
Salomon dicit: Turris fortissima nomen domini, ad ipsum currit iustus & exaltabitur. Vnde
orat uir sanctus: Esto mihi in deum protectorẽ & in locũ munitum. Vel habitaculũ istud est re Psal. 70.
gnum cœloꝝ, in quo stat ecclesia militans per spem, & cordis amorẽ. Vbi nanq; thezaurus, ibi Mat. 6.
& cor. Et nõ minus (ut dicitur) est anima ubi amat, ꝗ ubi animat. Vel sol & luna sunt religiosi &
sęculares fideles in ecclesia militante, fide & opere concorditer permanentes. Secundũ transla
tionem Septuaginta ita habetur: Eleuatus est sol scilicet Christus in sua ascensione, & luna ste
tit in ordine suo, id est ecclesia, pręcipue primitiua ordinate uixit, & stabilis fuit, secundũ Chri
sti doctrinã, concilia & præcepta, malens occidi ꝗ ab ordine æquitatis recedere. in luce sagitta
B rũ tuarum. i. in ueritate eloquioꝝ diuinorum uel prædicatoꝝ fideliũ, de quibus iam dictũ est.
De quibus dominus ait: Mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes in mare, in Africam & Ly- Esa. 66.
diam, tenentes sagittam in Italiam & Græciam ad insulas longe, & annũtiabunt gloriã meam
gentibus, ibunt fideles de uirtute in uirtutẽ, de bono in melius, de uia ad patriam, in splendore
fulgurantis hastæ tuæ, id est, spiritaliũ armorũ uel diuinarum cõminationũ. Vnde Septuagin- Psal. 83.
ta transtulerunt: In splendore coruscationis armoꝝ tuorum, Propter quod hortatur Aposto-
lus: Induire armaturã dei ut possitis stare aduersus insidias diaboli. In fremitu, id est districtissi
mo tuo iudicio, conculcabis terram, damnando terrenos, præsertim in die nouissimo. Egressus
es in salutẽ populi tui. Dominus em̃ fortitudo plebis suæ. Et ipse dux noster est, & propugna-
tor. Iuxta illud: In exercitu nostro deus dux est. Et in Psalmo: Deduxisti me, qa factus es spes
mea, in salutem cũ Christo tuo, id est, quolibet Christiano electo, spiritaliter uncto. Percussisti
caput, id est, principẽ prauum de domo impij, id est, de rege impioꝝ subditoꝝ ipsius, priuãdo
eum principatu, potestate seu uita. Iuxta illud: Sedes ducũ superboꝝ destruxit deus: & sedere
fecit mites pro eis. Et illud: Dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, &
exaltauit humiles. Ipse quippe transfert regna, atq; constituit. denudasti fundamentũ usq; ad
collũ, id est, funditus destrue illos, secundũ quod scribitur: Disrũpet inflatos, & eos à funda-
mẽtis suis cõmouebit, & usq; ad supremũ desolabitur. Maledixisti sceptris eius. i. regno & po-
testatibus impioꝝ. Oculi em̃ domini super regnũ peccans, ut conterat illud. Quibus & dicit:
Ipsi regnauerũt, & non ex me. Vel intelligendũ est de aëreis potestatibus & inuisibilibus hosti
bus, qui ueniunt, ut turbo ad dispergendũ nos, secundũ ꝙ ait Apostolus: Non est nobis collu- Ephe. 6
C ctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ, sed aduersus principes & potestates, cõtra spiritualia nequi
tiæ in cœlestibus. Exultatio eoꝝ sicut eius qui deuorat pauperẽ in abscondito. Inuisibiles ete
nim hostes de animaꝝ nostraꝝ ruina maxime gaudent, Quẽadmodũ scriptũ est: Qui tribulãt
me exultabunt si motus fuero: ideo orat uir sanctus: Neq; irrideant me inimici mei. Scriptum
quoq; est: Domine pater ne derelinquas me, & incidam in conspectu aduersariorũ meorũ, &
gaudeat inimicus meus. Nonne ergo miserrimi sunt stulti ac cæci qui dæmonum inspirationi
consentiunt uitijs inhærendo. Qui aliud nihil nisi æternam eorum damnationem, ac irrisionẽ
exquirunt. Viam fecisti in mari equis tuis, id est, electis: de quibus iam dictũ est: Qui ascendes
super equos tuos. Istis præparat deus uiam in hoc seculo nequã, dando eis gratiam ambulan-
di per arctam uiam, quę ducit ad uitam. Hæc uia est diuinorum custodia mandatorũ, & eorum
quæ iubet ecclesia in luto aquarum multarũ, id est, in carnali mortali immunda concupiscen-
tiarum piscina, uel infra spurcitias uitiorum, ne in illis ambularent electi. Iustum enim deduxit
dominus per uias rectas. Et Esaias: In manu inquit forti erudiuit me dominus, ne irẽ in uia po- Esa. 8
puli. Sed (ut legitur) uia impiorum erit quasi lubricum in tenebris: impellentur & corruent in
ea. Ideo gloriatur sanctus in deo, & ait: Eduxit me de lacu miseriæ & de luto fecis. Audiui &
conturbatus est uenter meus: hoc iam supra satis expositum est, etiam in principio huius can-
tici. Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat, id est, nunc oro à te pro peccatis
meis paternaliter castigari, & Christo pro me passo conformari. Quemadmodum Hieremias Hiere. 10
deposcit: Corripe me domine, ueruntamen non in furore tuo, ut requiescam. i. à cunctis mise-
rijs liberer, in die tribulationis. i. hora mortis atq; iudicij. Vt ascẽdam ad populum accinctum

nostrum,id est,de peregrinatione pertingam ad patriam,ad triumphantem ecclesiam,ad mili D
Rom.8. tes illos uictoriosissimos & beatos.Non enim sunt condignæ passiones huius temporis,ad glo
riam illam futuram. Hoc precor, quoniam inter homines uiuere periculosum mihi est. ficus enim non florebit, id est, ecclesia quantum ad plurimos sine uirtutum decore manebit: etiam quidam qui ex naturali dispositione mites & dulces sunt, qui bonitate suæ indolis abutentes, uitijs implicantur,uanitatibusq; falluntur.& non erit germen,id est, fructus bonorum operũ. in uineis, id est, particularibus quibusdam ecclesiis. Mentietur opus oliuæ.i. operatio eorum qui misericordes uidentur,non erit uere meritoria, quia non ex charitate, sed uanitate procedens.Hoc accidit multis:propter quod ait Saluator:Cũ facis eleemosynam,nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua,ut sit eleemosyna tua in abscondito. Vel mẽtietur opus oliuæ: Quoniã multi uolunt alijs misereri atq; succurrere, & proprijs non miserentur neq; subueniunt animabus,quas quotidie uitijs uulnerare non cessant,nec pœnitent,neq; emendant.Ideo in Ecclesiastico dicit:Miserere animæ tuæ placens deo.Et Christus: Quid prodest homini si uniuersum mundum lucretur,animæ uero suæ detrimẽtum patiatur. Charitas ergo & pietas à seipsis incipiant, & sic deriuentur ad alios. Deniq; sicut in prophetis per ficum, uineam & oliuam designatur multoties synagoga, ita in nouo testamento per eadem significatur ecclesia. Vnde & ista de synagoga possunt intelligi,quæ præsertim post Christi aduentũ cessauit florere, fructificare, cœpitq; tunc contra Christum mentiri, blasphemare & fallere. Nam & per ficum cui Christus ante maledixit,ita q̃ aruit,figurabatur tunc synagoga infertilis.Abscindetur de ouili pecus. Ouile est ecclesia, de qua pecus abscinditur, quando per negligentiam propriam uel pastoris, subditus peccat atq; damnatur. Vnde omni prælato præcipit Salomon in Prouerbijs: Diligenter agnosce uultum pecoris tui, tuosq; gregres considera. & non erit armentum in præsepibus,id est,multitudo credentium Christi pascuis non uescetur,spiritalia alimenta & ecclesiæ sacramenta debite exquirendo:Sed spiritalibus præponet temporalia atque carnalia sicut proh dolor iam uidemus.His itaq; sic pereuntibus quilibet electus dicere potest:Ego autem in domino gaudebo, eius bonitatem & beneficia contemplando, eumq; in omnibus diligendo ac uenerando. & ponet pedes meos quasi ceruorum, id est, expeditos charitatis affectus, ac seruida sancti amoris desideria mihi præstabit, quibus non solum ambulem,sed insuper curram uiam mandatorum cœlestium,hostibusq; salutis meæ præualeã. Hoc cõuenit cuilibet idoneo pugnatori ac militi Christi,qui cum Psalmista dicere potest deo:Qui perfecit pedes meos tanq̃ ceruorum. Cæterorum moralitas,seu mysticus intellectus,euidens est ex præinductis.In solo igitur domino sit amor,fortitudo,spes & gaudiũ nostrum, qui est super om̃ia deus sublimis & benedictus in æternum.

Margin notes: Mat.6. — Eccli.10. — Mat.16. — Prouerb.27. — E — Psal.17.

## COMMENTARIVS IN CANTICVM MOSI SAB. Audite cœli.

¶ Argumentum authoris.

Deut.31. ¶ EXcellentia, sententiositas ac profectus cantici huius innotescunt ex hoc, quod præcedenti capitulo disseruit dominus de cantico isto. Nunc itaq; scribite uobis canticum istud, & docete illud filios Israël,ut memoriter teneant,& ore decantent,& sit mihi canticum istud pro testimonio inter filios Israël.Cumq; inuenerint eos mala multa,respondebit eis cãticum istud pro testimonio quod nulla delebit obliuio ex ore seminis tui. Deniq; sanctus Moyses de rebus sublimibus loquuturus, atque ad suam doctrinam attentos nos facere uolens, ita exorsus est. F

¶ Expositio literalis cantici.



Deut.32. Esa.1. Hier.2. Deut.31. AVdite cœli quę loquor,audiat terra uerba oris mei. Cõformiter Esaias in exordio libri sermonum suorum ac uisionum: Audite(inquit)cœli,& auribus percipe terra,quoniam dominus loquutus est. Hieremias quoq;: Obstupescite (ait) cœli super hoc.Porrò circa finem præcedentis cap.Moyses dixit:Inuocabo cõtra eos cœlum & terram:iccirco quod ait:Audite cœli quæ loquor &c.est inuocatio cœli & terræ in testimonium cõtra iniquos:hoc est assumptio cœli & terræ in testes, seu ad testificandum,quod uera sint ista:& quod Moyses hæc ipsa prænuntiauerit populo sibi cõmisso,præauizando,increpando,admonendo,instruendoq; eos: sicq; suum adimplens officiũ quod sibi imputari non ualeat subuersio populi ac ruina. At uero Esaiæ primo,& Hieremiæ 2. per cœlos qui ibi & hic ad audiendũ, testificandum & obstupescendum inuitantur (secũdum Hieronymum,Haymonem,Bedam & alios)intelliguntur habitatores cœlorum,ciues cœli empyrei,specialiter angeli sancti, qui in diuino iudicio testimonium pro bonis hominibus perhibent: imò & contra malos iuxta quod scriptum est: Aduocabit cœlum desursum, & terram discernere populum suum. Per terram uero genus humanum, præsertim electi homines intelliguntur, qui coram deo seinuicem iuuant,& de cognitis sibi testantur, ac in iudicio iudicabunt cum Christo per assessoriam dignitatem, & approbationem diuinæ sententiæ. Insuper non penitus eadem ex causa Moyses & prophetæ in testimonium uocant ac sumunt cœlum & terram,id est angelos & homines: Angeli nanq; inuitantur ad hoc, non ut informentur

Margin notes: Esa.1. Hier.2. — Psal.49.

A tur, aut quia indigeant hominũ uerba audire uel testari pro eis, homines uero ut instruant: & quia necesse est eis uerba propheta audire. Possunt quoq; per cœlũ & terrã, secundũ glossam historiã q; scholasticã, intelligi cœlestia corpora & elementa: Glossa etenim ait: In principio cã tici Moyses maxima elementa in testimoniũ uocat ut si homines mandata dei neglexerint, illorũ testimonio conuincantur, & puniant conuicti. Et Magister in historiis in persona Moysi loquitur: Quia in testimoniũ huius rei deest mihi protestatio hominum aut inutile esset: quia mortales sunt, immortalia elementa in testimonium inuoco. Circa quæ uerba quæritur primo, qualiter corporibus cœlestibus & elementis competit testimonium exhibere. Secundo quomodo cœlũ dicatur elementũ. Tertio quomodo cœlũ & terra dicantur immortalia elementa. Ad primũ dicendũ q cœlũ & terra dicuntur testimoniũ dare hominibus, sicut dicuntur deum benedicere ac laudare non formaliter sed occasionaliter ac materialiter: Nam sicut considerãtibus ea dant occasionem & materiã laudandi benedicendiq; deũ, sic dant occasionẽ testificandi q inuiolabiliter uera sint uerba creatoris eorũ: & q impie agant qui dei præceptis inobedientes existunt. Rursus per hoc testimoniũ perhibent ueritati contra iniquos, quia sunt instrumẽta diuinæ iustitiæ ad ulciscendũ peccata illorũ: Quod faciendo, ostendunt q uera sint dei uerba, & q iusta eius mandata, & q enormia sint hominũ scelera. Hinc scriptum est Sapientiæ 5. Armabit creaturã ad ultionẽ inimicorũ, & pugnabit pro eo orbis terrarũ contra insensatos. Et rursus Sapientiæ 16. legitur: Creatura tua tibi factori deseruiens, excãdescit in tormentum aduersus iniustos, & lenior fit ad benefaciendum pro his qui in te confidunt. Sic demũ dicuntur obstupescere super peruersitatibus hominum: quoniam contemplantibus cœlestia corpora ac

B elementa, innotescit infinita creatoris maiestas: ex qua consideratione mox oritur admiratio sapienti, q homines audent tanti principis uiolare præcepta. Hinc ait Hieronymus: Cœlum uidens dei præcepta calcari inhorrescit, & stuporẽ dissimilare non potest. Ad secundũ dicendũ q cœlũ dicitur elementũ, nomen elementi improprie & extẽse sumendo, inquantũ est simplex corpus & principiũ aliorũ, cum quibus tamẽ cõpositionẽ non intrat. Ad tertium respondendũ, q cœlum & terra dicuntur immortalia elementa, id est incorruptibilia. Cœlũ quippe quantũ ad suã substantiam corrumpi non potest: terra uero (sicut & cætera tria elemẽta) quamuis quò ad partes suas possit corrumpi quia habet cõtrarium, non tamen quò ad se totã, iuxta illud Ecclesiaste 1. Generatio præterit & generatio aduenit, terra uero in æternũ stat. Verum (ut recitat Augustinus) quidam cœlũ & terram quasi animata ad audiendũ prouocari putant, secundum illud in psalmo: Qui respicit terram & facit eam tremere: cum hoc dei potestatis sit, non eorum intelligentiæ. Amplius quidam pertranseuntes exponunt sic: Audite cœli quæ loquor &c ac si dicat: sicut cœlũ & terra sunt stabiles res, sic sermones mei sint firmi. Quæ expositio alicuius apparentiæ esset, si textus haberet fiant uel sint ut cœlum sermones mei, & ut terra uerba oris mei. Verũtñ expositio & cõparatio ista uidet impropria cũ dicat saluator: Cœlũ & terra transibũt, uerba autẽ mea nõ transiẽt. Præterea cãtici huius materia, est excellẽtia & bñficẽtia dei, exhortatio & increpatio populi, ingratitudo atq; puersitas eius, & magnorũ introductio mysteriorũ. Hinc Lyra hic scribit: Hoc loco describitur exhortatio plebis ad perseuerandũ in lege ac diuinis præceptis. Sed contra hoc loquitur Rabbi Paulus: Canticũ istud non est exhortatorium, sed mere propheticum: nec in ipso ponuntur aliqua monitoria uerba. Quod non censet Luc. 21.

C rite prolatũ: cum exordiũ huius cantici sit exhortatoriũ magis q prophetale, cum dicitur: Audite cœli quę loquor, audiat terra. &c. Et infra: Memento dierũ antiquorũ. Nec est inconueniẽs eadẽ uerba esse exhortatoria atq; prophetica, ut cum dicitur Esaiæ 47. Descẽde, sede in puluere filia Babylon. Et Zachariæ 9. Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalẽ, ecce rex tuus ueniet tibi iustus & saluator. Itẽ Rabbi Paulus ait: Ea quæ hic præuaticinantur, tẽpore Esaiæ ad exequutionẽ procedere inceperunt. Ad quod dico q statim tempore Iudicum cœperunt impleri Deute. 32.

2 „ quæ in isto cantico prædicunt de Iudæorũ plagatione propter eorũ facinora. ¶ Concrescat „ ut pluuia doctrina mea ⌋ id est quemadmodũ pluuia augetur & crescit in terra ex nubiũ resolutione, sic mea doctrina in cordibus audientiũ augmentetur & inualescat ex superna infusione. Vel sic: Concrescat ut pluuia doctrina mea: hoc est sicut pluuia terrã fœcundat, sic mea doctrina mentes audientium efficiat fructuosas: quatenus ex semine uerbi cœlestis procedant in fructus uirtutum iuxta id Esaiæ 52. Quomodo descendit imber de cœlo & inebriat terram & „ germinare eam facit, sic erit uerbum quod egredietur de ore meo. ⌊ fluat ut ros eloquiũ meũ,

3 „ id est sermo meus fructuose ac dulciter recipiatur, sicut rorem suscipit tellus. ¶ Quasi im„ ber super herbam, & quasi stillæ super gramina ⌋ id est sicut imber seu humor pluuialis diffunditur super herbas & facit eas uirere ac multiplicari, & sicut stillicidia influunt graminibus decorem & ubertatem, sic uerba mea audientium animas ornent uirtutibus, bonisq; actibus faciant eas florere. Et sicut pluuia uelociter funditur & longe ac late se spargit, sic prædicatio mea ab audientium cordibus celeriter accipiatur, atque de uno emanet in alium & multis communicetur. Vnde & Apostolus ait: Sermo dei currat & fructificet sicut in uobis. 2. Thessa. 3.

psal.147. Et pſalmiſta: Velociter currit ſermo eius. quia nomē domini inuocabo .i. deū exorabo ut di- » D
gnetur aſſiſtere: ideo confidenter opto & hortor uerba mea ſic recipi ac taliter fructificare, qa
omnipotens deus per gratiā ſuā hoc poteſt conferre, & ut cōferat oro. Conſequenter in laudē
dei deuote prorumpit: & uolens populi peruerſitatē ingratitudinēq; monſtrare, bonitatē, ma
ieſtatē ac magnificentiā dei prætangit. ¶ Date magnificentiā deo noſtro Magnificentia » 4
dicitur quaſi magnæ rei ſeu magnoꝝ effectuū efficientia .i. uis effectiua rerū ſublimiū. Itaq; da-
te magnificentiā deo noſtro .i. omnipotentiā oīmiſq; pręclari effectus efficientiā uero deo aſcri
Sap.12. bite. Subeſt etenim ei cum uoluerit poſſe: qui uocat ea quæ nō ſunt tanq̄ ſint, & omnia quęcūq;
psal.134. uoluit fecit in toto uniuerſo: à quo oīne datū optimū & donū perfectū eſt. Ideo omne bonum
Iaco.1. & quicquid præclaꝝ eſt attribuendū eſt ei. dei perfecta ſunt opera Si perfecta ſunt opera »
dei, cur & qualiter inuenitur imperfectio tanta in creaturis? Et reſpondendū q̄ unūquodq; in
ſua ſpecie & quantū ad ſuū ſubſtantiale perfectū eſt, quia ſpecies reꝝ conſiſtunt in indiuiſibili:
quia ſe habent ut numeri in quibus quæcūq; unitatis additio ſiue ſubtractio uariat ſpeciē. Itaq;
unumquodq; habet quod ad ſuam ſpecificam requiritur rationem atq; eſſentialem perfectio-
nem. In accidentalibus autem oportet perficere. Rurſus dei perfecta ſunt opera: quia etſi unū-
quodq; ſecundū ſe ſumptū uideatur imperfectū, omnia tamen ſimul accepta ſicut ſunt ualde
Gene.12. bona, ita & ualde præclara atq; perfecta: quia ſe inuicē iuuant, ornāt, perficiunt, ſicut in Geneſi
Gene.2. ſcriptū eſt: Vidit deus cuncta quæ fecerat & erant ualde bona. Itemq;: Perfecti ſunt cœli & ter
ra & omnis ornatus eorū. Nam & ipſe pulcherrimus eoꝝ ordo grandis perfectio rerum eſt &
uniuerſa uenuſtas: quemadmodū in exercitu unuſquiſq; per ſe quandā habet imbecillitatem
fortitudinēq; minorē: ſed omnes ſimul ſunt ualde fortes atq; ex mutua cōdecenti coordinatio- E
ne præcipuū ſortiuntur uigorē & miꝛ decorē. Hinc quoq; ſecundū Philoſophū totū uniuer-
ſum cōparatur ad primū principiū, ſicut exercitus ad regē ſeu principē. Et Plato ait q̄ mūdus
incōparabili pulchritudine decoratur. Et denuo: Optimi (inquit) ac perfecti opificis erat opti- »
ma adducere, & opus perfectū producere. & omnes uiæ eius iudicia. Viæ dei quandoq; uo
cantur perfectiones & attributa ipſius in ſeipſo, per quas procedit in actū ad cauſandū in crea
psal.24. turis. Vnde fertur in pſalmo: Vniuerſæ uiæ domini miſericordia & ueritas. Et rurſus: Duo hęc
psal.61. audiui, quia poteſtas dei eſt, & tibi dn̄e miſericordia. Itemq;: Omnia in ſapientia feciſti. Quod
psal.13. ſi quæratur, cū perfectio dei ſit ipſemet deus, pure ſimplex & infinite perfectus, quomodo per
fectio dei dicatur uia, cum deus ſit omniū ultimus finis, & uia ſit mediū quoddā ad finē. Reſpō-
detur quod ſecundū modū & ordinē noſtræ apprehenſionis inter deū agentē & eius effectū,
potentia, ſapientia, miſericordia, iuſtitia & uoluntas eius accipiuntur quaſi formalia quædam
agendi principia: & ita ſunt quaſi mediū inter deū & creaturā. Hinc de deo ait Boëthius:
Principium, uector, dux, ſemita, terminus idem.
Hæ itaq; increatæ uiæ quæ realiter idē ſunt ſicut & attributa perfectionesq; dei, hæ inquā uiæ
ſunt iudicia i iudiciales ſeu diſcretæ: quia in omnibus prudētiſſime ac ſapientiſſime agunt. Prę
terea uiæ dei ſunt eius præcepta, conſilia, documenta: quæ omnia ſunt iudicia cenſura diſcretio
nis ornata: Iudiciū nanq; frequenter pro diſcretione accipitur. Vnde in primo ſuo aduentu di-
Ioan 12. xit ſaluator: Nunc iudiciū eſt mundi. Iteꝝ: uiæ dei ſunt operatiōes ac geſta, leges ac iura ipſius:
psal.143. quæ omnia iuſta ſunt & diſcreta iuxta id pſalmi: Iuſtus dn̄s in omnibus uiis ſuis. Vnde Apocal. F
xv. dicitur: Magna & mirabilia ſint opera tua dn̄e deus omnipotens: iuſtæ & ueræ ſunt uiæ
tuæ rex ſanctoꝝ. Et rurſus ibidē: Etiā dn̄e deus omnipotēs, iuſta & uera iudicia. Præterea quę
ri poteſt quomodo omnes uię dei ſint iuſtę, & iuſtus dn̄s in omnibus uiis atq; iudicijs ſuis, cum
Iaco.2. dictū ſit, Vniuerſæ uię dn̄i miſericordia & ueritas: imo cum ſcriptū ſit in Canonica Iacobi, Sup-
psal.144. exaltat aūt miſericordia iudiciū. Atque in libro pſalmoꝝ: Miſerationes eius ſuper omnia ope
ra eius. Dicendū q̄ deus in uita præſenti tanq̄ in itinere & exilio ſpecialiter exhibet miſericor-
diam, in iudicio uero tā particulari q̄ generali ſpecialiter ſuā mōſtrabit iuſtitiā. Cū uero omnes
uię dei dicuntur iuſtæ, & iuſtus dn̄s in cunctis operibus ſuis, iuſtitia ſumitur extenſe pro cōde-
centia quadā qua decet deū ſic agere ſicut agit. Nam & ipſe tam bonus, pius, amoroſus ac libe-
ralis conſiſtit, ut deceat eū etiā indignis, ingratis ac impijs miſereri & bona pro malis largiri.
¶ Deus fidelis quia uerax in uerbis & promiſſa integre implens: fons totius fidelitatis & » 5
psal 32. fidei actor: & omnia opera eius in fide. De quo pſalmiſta: Fidelis dn̄s in omnibus uiis ſuis. & »
psal.144. abſq; ulla iniquitate cum ipſe ſit bonitas pura & primum ens, menſura, cauſa ac regula totius
uirtutis, ſanctitatis ac ęquitatis. Vnde Sapientię 12. legitur: Cum ſis iuſtus, omnia iuſte diſponis:
Virtus enim tua iuſtitię initiū eſt. Iob quoq; 34. Abſit à deo impietas, & ab omnipotente iniqui
tas. Ideo ait: An non licet mihi quod uolo facere? quaſi dicat utiq;: Siquidē eo ipſo quo placet
quid deo, bonū & iuſtū eſt. iuſtus & rectus forte quis inſtet dicens: Si iuſtus eſt deus, cur po »
tius unū prędeſtinauit, elegit, uocat & ſaluat q̄ aliū? Cur frequenter deſeruit iuſtos, permittens
eos cadere ac perire, & allicit ſibi iniuſtos? Cur ſępe conuertit peiores & deſerit meliores? Cur
Exo.33. unū ſic pręuenit magiſq̄ aliū? intantū ut proteſtetur: Miſerebor cui uoluero, & clemens ero in
quem

A quẽ mihi placuerit. Deniq; iustus est qui unicuiq; reddit quod ei debetur. Deus uero nulli est
debitor. Et respõdendũ, ꝙ deo cõpetit non cõmutatiua sed distributiua iustitia: quia unicuiq;
dat quod meretur, & unicuiq; influit gratię dona secundũ quod se disponit. Dat etiã unicuiq;
secundũ propriã uirtutẽ, capacitatẽ seu dignitatẽ: nec personarũ acceptor est. Rursus deus dici Mat. 25.
tur iustus, quia in omnibus agit ut eũ decet, & prout eius sapientia dictat. Hinc Anselmus loq- Matt 22.
tur deo: Cum punis malos iustũ est, quia illorũ meritis congruit: & dum parcis malis iustũ est, Roma. 2.
quia bonitatẽ tuã decet. Quamuis autẽ absolute loquendo ac proprie, deus non sit hominibus Gal. 2.
debitor, tñ quodãmodo debitor iustis est, inquantũ bene agentibus remunerationẽ promisit, Eph. 6.
& eum id facere deceat, iuxta illud Iob 34. Opus hominis reddet ei, & iuxta uias singulorũ resti Col. 3.
tuet. Hinc Thomas in 1. parte q. 21. disseruit: Opus iustitię dei semper pręsupponit opus miseri Act. 10.
cordię & in eo fundatur: qm̃ quicquid uirtutis aut meriti, quicquid boni aut debiti reperit in Iaco. 2.
» creaturis, ex diuina pietate originaliter datũ est, cui⁹ dona sunt merita nostra. ⌊peccauerũt ei⌋
» id est ad irreuerentiã dei mandata eius trãsgrediendo. ⌊nõ filii eius in sordibus⌋ i. praui filii Is-
rael qui peccãdo à deo patre degenerauerũt, & ipsum inhonorãdo demeruerũt appellati filii
eius. Vnde Malachię 1. dñs loquit: Fili⁹ honorat patrẽ suũ. Si ergo pater ego sum, ubi est honor
meus? Et q̃d dictũ est, in sordibus, potest referri ad uerbũ hoc, peccauerũt: quia in immũditiis,
pręsertim in idololatriis suis dñm offenderũt. In scripturis aũt, tã idola q̃ cultus eorũ sordes uo
cant. Potest itẽ referri ad id, nõ filii eius: qm̃ immũditia uitiorũ est ratio ob quã nõ sunt filii dei:
præsertim uero per infidelitatẽ seu incredulitatẽ merent homines non esse nec dici filii dei, cũ
ad Gal. dicat Aposto. Oẽs uos filii dei estis per fidẽ. Et Ioan. 1. habet: Quotq̃t aũt receperũt eũ, Gal. 3.
B dedit eis potestatẽ filios dei fieri. Porrò LXX. trãstulerunt, peccauerũt non ei filii uitupabiles.
Et hoc uerũ est quãtũ ad hoc q̃d peccãdo nocuerũt sibiipsis nõ deo, iuxta q̃d legit Iob 35. Si pec
6 » caueris, q̃d deo nocebis? & si iuste egeris, q̃d ei donabis? ¶ Generatio praua⌋ in effectu. ⌊& p-
» uersa⌋ in affectu. Praua quoq; in sensualitate: & peruersa in superiori parte animę. Praua per er
» rorẽ ac perfidiã intellectus: peruersa per infectionẽ affectus. ⌊hæccine⌋ i. an hæc? Quasi dicat:
» Merito ita nõ faceres. Hęccine inquã ⌊reddis dño popule stulte & insipiẽs?⌋ i. tãtas iniurias &
offensas deo rependis pro beneficiis eius, & pro reuerẽtia quę ei propter propriã suã maiestatẽ
ac honorabilitatẽ debet tu Israelitica gẽs stulta nõ cognoscẽdo teipsam, nec bene utẽdo rebus
7 » creatis, atq; insipiẽs male sentiẽdo de creatore? ¶ Nũquid nõ ipse est pater tuus?⌋ Iã dictũ est
ꝙ impii nõ sint filii dei, sed magis diaboli, qbus Ioan. 8. ait saluator: Vos ex patre diabolo estis.
Quõ ergo nunc dicit eis, nũquid non ipse est pater tuus? Et respondendũ, ꝙ impii sunt filii dei
iure creationis, non autẽ gratia adoptionis, impii uero ad tempus: & tamen electi ad uitã glorię
» sunt filii dei per prędestinationẽ ęternã. Itaq; ipse est pater tuus ⌊qui possedit te⌋ per fidẽ & gra
tiã quandiu ei seruisti. Vel possedit te, iure sui dominii uniuersalis: quoniã ipse est omnium dñs
etiã iniquorũ, de iure etsi non de facto: imo & de facto quantũ ad hoc quod ei resistere nequeũt,
& suã in eis dũ uult uoluntatẽ exercet. Vnde de Oolla & Ooliba per Ezechielẽ testat: Et habui Ezech. 23.
eas. Vel possedit te, conseruando te in esse q̃ diu subsistis: sine cuius manutenẽtia nec ad momẽ
» tũ posses subsistere. ⌊& fecit & creauit te⌋ Fecit te, corpus formãdo: creauit, animam de nihilo
producendo. Vel, fecit te, per causas secũdas quantũ ad corpus. Nam opus naturæ, & quicquid
parẽtes ad procreandũ efficiũt atq; cœlestia corpora influũt, est principaliter opus dei: quod
C sanctus Iob insinuãs loquit deo: Manus tuę fecerũt me & plasmauerũt me totũ in circuitu. Nõ Iob 10.
ne sicut lac mulsisti me, & sicut caseũ me coagulasti? Et creauit te: q a nõ solũ cõdidit animã, sed
& in exordio mũdi ipsam materiã. At ꝟo in his ꝟbis secũdũ glossam ẽ ordo pręposter⁹. Primo
enĩ deus creauit producẽdo ut eẽt: secũdo fecit formãdo: tertio possedit dominãdo. Veruntñ
8 » corpus format anteq̃ anima creet. ¶ Memẽto dierũ antiquorũ⌋ i. ea q̃ ab exordio mũdi cõti-
gerũt, ad memoriã reuoca: pręsertim qualiter ex antiquis. i. diu elapsis diebus, deus misericor-
dissime & gratiosissime egit cũ sanctis patribus tuis Abrahã Isaac & Iacob: ex qbus agnoscere
poteris q̃ uere ipse sit pater, creator, formator, possessorq; tuus. Sic & psalmographus ait: Me-
mor fui dierũ antiquorũ, meditatus sum in oĩbus operibus tuis. Et Esa. 64. sanctus uir deo fa-
tet: Et nũc dñe pater noster es tu, nos uero lutũ: & fictor noster es tu, & opa manuũ tuarũ omẽs
» nos. ⌊cogita gñationes singulas⌋ quantũ in scripturis redactę sunt, aut aliũde tibi patescũt. Pręs
sertim at tẽde gñationes descẽdẽtes de Abrahã, Isaac & Iacob, qualiter deus elegit ipsum Isaac Gene. 19.
& eius posteritatẽ, magis q̃ Ismaelẽ ac semẽ ipsi⁹. Deinde qualiter unũ filiorũ Isaac, scilicet ipsum
Iacob elegit, fratre eius relicto: & qualiter uniuersos filios Iacob elegerit, & posteritates eorũ Gene. 27.
usq; in pręsens, pręceteris gẽtibus sibi assumpserit in populũ peculiarẽ: sicut Deute. 10. cap. di
cit: Patribus tuis cõglutinatus est dñs & elegit eos: amauitq; semẽ eorũ post eos. Hęc memori-
ter reuoluẽdo, scies q̃ gratiose ac munificẽter dñs egerit cũ pr̃ibus tuis tecũq;. ¶ Interroga pa
9 » trẽ tuũ⌋ & ãncessores tuos fideles, eorũ scripta aut gesta inuestigãdo ⌊& annũtiabit tibi⌋ ueri-
» tatẽ de his. Pr̃ enĩ notã faciet filiis ueritatẽ: & in antiq̃s ẽ sapiẽtia. ⌊Interroga q̃q;⌊maiores tuos⌋ Psal. 77.
» puta doctores legis, seniores plebis, sacerdotes atq; prælatos. ⌊& dicẽt tibi⌋ q̃ pie & liberaliter
dñs

dominus egerit cum progenitoribus tuis & tecum: quod etiam constat ex eo quod subditur. D
Gene.xi. ¶ Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adã.⌋ quod post diluuium » 10
in constructione turris Babylonicæ contigit. Nam usq; ad tempus illud, posteri Noë erant qua
si plebs una, uel non multũ abinuicẽ diuisa habitatione atq; dominio. Sed in ipsa turris ædifica-
tione loquelæ sunt multiplicatæ: & qui eiusdem loquelæ effecti sunt, simul manserunt & gens
una fuerunt. Veruntamen ante turris inceptionẽ, diuisæ erant posteritates ac familiæ, natæ ex
tribus filiis Noë: quemadmodũ Geneseos 10. scriptũ est, quò inter cætera legitur: Hæ familiæ
Noë iuxta populos & nationes suas: & ab his diuisæ sunt gentes in terra post diluuiũ: imò (se-
cundum Isidorꝝ historiamq; Scholasticã) ante turris inchoationẽ, ex tribus filiis Noë fuerunt
natæ septuagintaduæ gẽtes siue familiæ, uidelicet quindecim de Iaphet, triginta de Cham, ui-
gintiseptem de Sem. Attamen Augustinus 16. de Ciuitate dei, cõputat de Cham generationes
Ibidem. trigintaunã: & per consequens in toto, generationes septuagintatres. Postea uero fatetur, ꝙ ue
rius numerentur septuagintaduæ duntaxat. In ipsa aũt turris fabricatione, deus operantibus
existẽtibusq; ibidẽ, nouas indidit linguas. Quod qualiter factũ sit, difficile est intelligere ac do
cere, secundũ quod 16. de Ciuitate dei asserit Augustinus. Per linguas diuisæ sunt sicut placuit
deo, qui hoc modis occultis nobisq; incomprehensibilibus fecit. Facta itaq; idiomatũ plurifica
tione, diuisit altissimus septuagintaduas gẽtes illas per diuersa climata orbis, & separauit filios
Adæ natos per Noë & filios eius abinuicẽ, loquela, habitatione, dominio, quẽadmodũ Gene. 11.
legitur: Inde dispersit eos dñs super faciẽ cunctarꝝ regionũ. ¶ Constituit terminos populo » 11
rum iuxta numerꝝ filiorꝝ Israel.⌋ Hoc in glossa interlineari exponitur sic: Tot constituit domi »
nus singulas gentes, quot erant singulæ personę in populo Israel, uel quot ingressæ sunt Aegy E
ptum. i. septuaginta. Vnde & alii dicunt: Termini populorꝝ seu populi distincti sunt secundũ
septuaginta linguas, iuxta numerꝝ filiorꝝ Israel qui intrauerunt Aegyptũ cum Iacob, qui erant
septuaginta, iuxta illud Gene. 46. Omnes animæ domus Iacob quæ ingressæ sunt Aegyptum,
fuerunt septuaginta. Atq; secundũ hoc fuerunt septuaginta populi distincti secundũ diuersas
linguas. Itaq; constituit terminos populorꝝ. i. præfata linguarꝝ confusione ac multiplicatione
distinxit gentes, & eas numerauit, earꝝq; terminos. i. fines seu habitationes, aut certã quotã po-
suit iuxta numerꝝ filiorꝝ Israel, qui cum Iacob introierunt Aegyptũ. Verꝝ huic expositioni ali-
qua obuiare uidẽtur: Primũ quia (secundũ Augustinũ 16. de Ciuitate dei) ex tribus filiis Noë,
septuaginta duæ gentes ac totidẽ linguæ per terras esse cœperunt: Et addit: quæ gentes crescẽ
do, etiã insulas impleuerunt: & auctus est numerus gentiũ multo amplius ꝗ linguarꝝ. Nam &
in Africa nouimus barbaras multas nationes esse in una lingua. Secundũ, quoniã Gene. 46. ha-
betur: Cunctæ animæ quæ ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptum, & egressæ de fœmore eius,
fuerunt sexagintasex. Tertium, quoniã Septuaginta transtulerunt: Omnes animæ domus Ia-
cob fuerunt septuagintaquinq;. Quã translationẽ reprehendi non posse, constat ex eo quod le
gitur Actuũ 7. ubi Lucas euangelista refert sic uerba beati protomartyris Stephani: Mittẽs Io
seph accersiuit patrẽ suũ in animabus septuagintaquinq;. Ad hæc posset quis dicere, ꝙ scriptu
ra nõ solet computare aut exprimere minutias numerorꝝ aut temporꝝ. Porro dum septuagin-
ta animæ seu personæ domus Iacob dicuntur Aegyptũ intrasse, computantur & Ioseph & filii
eius: Nam Ioseph illuc intrauit, & duo filii eius ibi nascendo, ingressi sunt terrã illã. Computa-
tio demũ Septuaginta interpretũ intelligenda est secundũ Hieronymũ per prolepsim. i. antici- F
pationẽ, ita ꝙ numerant etiã quinq; filios filiorꝝ Ioseph. Præterea sanctus Gregorius antiqua
utens translatione, statuit, inquit, numeros gentiũ iuxta numerꝝ angelorꝝ dei: Vbi scriptura ui
detur significare, ministeria angelorꝝ ordinata esse super singulas gentes uel homines, quibus
homines regantur & defendantur. Superna enim ciuitas dei ex angelis & hominibus constat.
Ad quã tanti conscendunt hominũ, quanti illic remanserunt angelorꝝ. Hæc Gregorius. Alii au
tem dixerunt quod tot homines saluabuntur, quot angeli corruerunt: ꝙ Anselmus in lib. Cur
deus homo, reprobat satis. Homines quippe nõ sunt facti solũ ad reparandũ ruinã angelicam:
quia etsi angeli non peccassent, nihilominus homines facti essent, quamuis forsitan non in nu-
mero tanto. Fuerunt quoq; quidã dicentes, ꝙ tot homines saluabunt, quot angeli corruerunt,
& ultra hoc, quot angeli stantes manserunt. Vel secundũ alios, quot angeli erant in exordio cõ
diti: sicq; de isto non uidetur certitudo haberi. Hinc Thomas in prima parte Summę suæ quę-
stione 25. ait: Melius dicitur ꝙ soli deo cognitus est numerus electorꝝ in superna felicitate lo-
candus. Postremo secundũ Magistrũ in historiis, Hebręi sic legunt: Constituit dñs terminos
populorꝝ: sed terminos filiorꝝ Israel constituit iuxta numerꝝ: quasi dicatur: Israelẽ tanꝗ charũ
dñs numerauit: alios tanꝗ uiles, numero non distinxit. ¶ Pars autẽ dñi populus eius.⌋ i. ele- » 12
ctus & fidelis populus fuit pars dei: quod pro tẽpore illo accipitur de populo Iudæorꝝ, quem
deus sibi assumpsit ac dedicauit, cæteris ad idololatriã corruentibus. Ideo subdit: ⌊ Iacob funi-
culus hæreditatis eius.⌋ i. Israelitica plebs orta ex Iacob, fuit hęreditaria portio dei, seu peculia
ris & hæreditarius populus eius quantũ ad electos plebis illius: quoniã erant adoptiui filij dei.

¶ Inuenit

13 A ¶Inuenit eum in terra deserta⌋ Deus populũ istũ in solitudine uisitauit & repperit, nõ à casu, Exo.19.
sed ab idololatris Aegyptiis segregauit: ut eũ in eremo sibi arctius ac familiarius applicaret per
legis donationẽ, ac aliis modis. ⌊in loco horroris & uastę solitudinis.⌋ Quoniã eremus illa fuit
14 solo aspectu terribilis atq; prægrandis: in qua erat dipsas & serpens flatu adurẽs. ¶Circũdu Deute.8.
xit eum⌋ id est populum Israel deus per uaria deserti loca, hinc inde deduxit ⌊& docuit⌋ po-
pulũ illũ per Moysen & alios adiutores ipsius in regimine populi, & per inspiratiões angelicas,
per prospera quoq; & aduersa, & per supernaturales effectus. ⌊& custodiuit quasi pupillã ocu
li sui⌋ i. deus Israeliticũ populũ cum speciali diligentia custodiuit, direxit, protexit. Nam & nu Exo.13.
bes eis contra solis æstũ obũbrauit, ducatũq; præbuit. Ab infideliũ etiã impugnatione eripuit
15 eos: sicq; sicut pupilla oculi prę cæteris membris diligenter protegitur, sic populũ illũ præ aliis
dñis specialiter gubernauit, & à diuersis præseruauit periculis. ¶Sicut aquila prouocans ad
uolandũ pullos suos, & super eos uolitans.⌋ Quemadmodũ in glossa habetur, aquila uidẽs pul
los suos plumescere, uertit eos ad solis splẽdorẽ, & eos nutrit quos uidet solẽ irreuerberata acie
intueri. Quos uero conspicit uisum deflectere, quasi degeneres deserit. Cumq; pullos approba
tos plumescere uiderit, excitat eos ad uolandũ, alis suis eos percutiendo: lassos uero & deficiẽ-
16 tes, alis sustentat. ¶Expandit alas suas & assumpsit eos, atq; portauit in humeris suis.⌋ Quia
dum cupit suos transferre pullos ad alium locum, accipit ipsos super humerum suum, & sic de-
fert eosdem quasi non metuens à superiori parte periculum, tanquã omnibus auibus altius uo-
lans: sed à parte inferiori ne iacula emittantur: contra quorum læsionem, exponit seipsam pro
suorum defensione pullorum. Itaq; quàm diligenter & amorose se aquila habet ad suos pullos
B tam diligenter & amorose, imò multo amplius, deus se habuit ad filios Israel, admonens eos ad
spiritalem profectum, ad contemplationis uolatum, & super ipsos nubem suam extendens: alis
quoq; suæ pietatis ac potestatis, suæ prouidentiæ & charitatis ipsos defendens, eos pie ac pa-
terne portauit, sicut primo Deuteronomii fertur capite: Portauit te dominus deus tuus, sicut
17 portare solet homo paruulum filium suũ. ¶Dominus solus dux eius fuit⌋ id est solus uerus
deus per angelum suum & nubem atq; per Moysen & Aaron, eduxit populum Israel de Ae- Exo.14.
gypto, & per eremum duxit. ⌊& non erat cum eo deus alienus.⌋ id est populus iste in uia so- Exo.32.
litudinis alienos non coluit deos: quamuis quidam ad modicum tempus uenerati sint aureum
uitulum. Hinc Numerorum uicesimotertio Balaam dixit: Non est idolum in Iacob, nec augu-
rium in Israel. Dominus deus eius cũ eo est, & clangor uictoriæ regis in illo est. Dominus deus
eduxit eum de Aegypto. Sed his obiici potest quod Amos 5. loquitur deus: Nunquid hostiam
& sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis domus Israël? Et portastis taberna
culum Moloch regi uestro, & imaginem idolorum uestrorum. Vnde & Actuum septimo san-
ctissimus martyrum primicerius Stephanus ait: Conuertit autem deus & tradidit eos seruire
militiæ cœli, sicut scriptum est in libro prophetarum: Nunquid hostias aut uictimas obtuli-
stis mihi in deserto? & cætera. Deniq; sanctus Hieronymus scribit super præallegatum Amos
capitulum: Ex hoc discimus loco, omnes hostias & sacrificia quæ in deserto obtulit Israël, non
deo obtulisse sed Moloch regi suo, id est Lucifero seu stellæ matutinæ. Glossa quoq; ibidẽ ex
uerbis sancti ait Hieronymi: Ex quo tempore factum est caput uituli aurei in deserto, omnia
quæ fecerunt aut obtulerunt filii Israel, non deo sed idolis fecisse monstrantur. Quod si legun
C tur postea deo aliqua obtulisse, non uoluntate sed metu offerebant pœnarum. Dominus au-
tẽ non tam ea quæ offeruntur, quàm offerentium intuetur ac suscipit uoluntatem. Ad ista su-
per Amos & super Actus apostolorum respondi: ideo breuitati studens, illuc mitto lectorẽ.
¶Constituit eum super excelsam terram⌋ id est Israëliticam plebem deus collocauit in terra
promissionis, quæ terra est pars Syriæ Palæstinæ. Est autem terra illa montosa altiorq; Aegy-
pto ac circumiacentibus regnis: imo ut tangit glossa, aliqui ferunt ibi esse uerticem terræ quasi
umbilicum. Nam & medium terræ ibi esse putatur. Cumq; terra ad sphæricam tendat rotun-
ditatem, ut in tractatu de Sphæra docetur, apparet quod ibi sit uertex terræ. Veruntamen pa-
radisus terrestris altior perhibetur. ⌊ut comederet fructus agrorum⌋ id est terræ nascẽtia tel-
18 luris illius uberrimæ. ¶Vt sugeret mel de petra, oleumq; de saxo durissimo⌋ Istud secun-
dum Gregorium ad literam stare non potest: quoniam populus ille nusquam legitur mel su-
xisse de petra, aut oleum de firma petra ut habet translatio alia: & uerum est quod (prout uer-
ba superficietenus sonant) nullum horum ad literam sit impletum. Nihilominus potest expo-
ni ad literam, ita quòd per uerba hæc fertilitas terræ illius significatur, ut sit sensus: ut populus
ille sugeret in terra promissionis mel de petra, id est de locis saxeis & petrosis cauernis accipe-
ret mella & ederet: quia in locis talibus atq; in arboribus inibi sitis, mellificant apes. Hinc pri-
mo Regum decimoquarto legitur: Ingressus est populus saltum, & apparuit fluens mel. Ex-
tenditq; Ionathas summitatem uirgæ & intinxit in fauum mellis, & conuertit ad os suum. Iu-
dicum quoque decimoquarto scriptum est: Examen apum in ore leonis erat, & fauus mellis.
⌊Oleumque de saxo durissimo⌋ id est de locis atque arboribus oliuarum quæ inter saxeas
terras

terras ibi nascuntur. In uasculis quoq; lapideis mel & oleũ solent seruari & inde sumi: sicq; de D
petra, id est uase lapideo mel suxerũt, & oleũ de saxo durissimo. i. huiuscemodi uasculo solidis-
simo. Sumeret quoq;. ¶ Butyꝝ de armento⌋ i. ex fructu & pinguedine lactis uaccarũ perti- » 20
nentiũ ad pecoꝝ gregẽ. ⌊& lac de ouibus cum adipe agnoꝝ & arietũ filioꝝ Basan.⌋ Filii nãq; »
& habitatores regionis Basan abundabant pecoribus, quia pascualis extitit regio illa: & inter-
fecto Og rege, filii Israel acquisierunt oues, arietes, ac cætera terrę illius iumenta, sicut ex diuer
sis libri Numeroꝝ capitulis innotescit. ¶ Et hircos cum medulla tritici,⌋ Nam in terra illa » 21
abundabant hœdi & capręac triticũ optimũ, cuius medullã i. delicatã purgatissimãq; farinã, fi .
Nume. 13. lii Israel acceperunt. ⌊& sanguinẽ uuæ biberent meracissimũ⌋ i. defecatissimũ seu mundissimũ »
uinũ ex botris pressum, quod sanguis uocatur per similitudinẽ quã habet cũ sanguine, præser-
tim loquẽdo de rubeo uino. Vinũ quoq; sanguinẽ gignit bonũ, & instar sanguinis calefacit.
¶ Incrassatus est dilectus & recalcitrauit.⌋ Hic Moyses de futuro per modũ præteriti propter » 22
prophetiæ certitudinẽ loquens, populi abusum ingratitudinẽq; declarat. Incrassatus est dile-
ctus & recalcitrauit. i. populus Israel à deo præ cæteris electus atq; dilectus saltẽ quantũ ad tẽ-
poralia bona impletus est beneficiis dei & opibus in terra promissionis, & inobediens ac rebel
lis factus est deo. Terrena enim prosperitas, opulentia reꝝ, uoluptas & honor fuit multis occa
sio pluriũ uitioꝝ, præsertim superbiæ & inobedientiæ. ⌊incrassatus⌋ fertilitate terræ. ⌊impin »
guatus⌋ superfluitate alimentoꝝ. ⌊dilatatus⌋ possessionibus ac sobole. ¶ Dereliquit deũ fa- » 23
ctorẽ suũ⌋ per inobedientiã, præsertim per idololatriã. ⌊& recessit⌋ per mentis auersionẽ ac in »
fidelitatẽ. ⌊à deo salutari suo⌋. i. in quo solo uera eius salus consistit, iuxta illud Hieremiæ 3. Ve »
re in dño deo nostro salus Israel. ¶ Prouocauerunt eũ in diis alienis, & in abominationibus » 24
ad iracundiã concitauerunt⌋. i. in idololatriis & abominabilibus uitiis deũ tam grauiter offen- »
derunt, quod ipse inuariabilis deus omnia tranquillissime iudicans, per modũ uehementer ira
ti se habuit, illos acerrime puniendo, cũ ipse inprouocabilis perseueret, sicut per Hieremiã fate-
Hiere. 4. tur: Nunquid me ad iracundiã prouocant? Nonne semetipsos in cõfusione uultus sui? ¶ Im- » 25
1. Cor. 10. molauerunt dæmoniis & non deo.⌋ Hoc est quod ait Apostolus: Quæ immolant gentes dæ- »
moniis immolant. Nã etsi militię cœli, aut hominibus mortuis quos putant consecratos in deos
offerant hostias, dæmonibus offerunt eas, quibus id maxime placet, & instigant ad talia, atque
per idola dant responsa. ⌊diis quos ignorabant.⌋ Putant nanq; aliquid numinis seu diuinæ p- »
fectionis diuino cultu condignũ esse in diis seu spiritibus responsa præstantibus, cũ tamen ita
non sit, sed eo ipso quo exigunt sacrificia sibi offerri, probantur esse prauissimi ac diuini hono-
ris sacrilege cupidi, sicut in lib. de fide & legibus Gulielmus Parrisieñ. probat diffuse. ¶ No- » 26
ui recentesq; uenerũt⌋. i. dii nouiter instituti. Gentiles enim frequẽter deos nouos instituerũt: »
eos uidelicet qui magnũ atq; insolitũ aliquid perpetrauerunt, aut aliquid reipublicæ utile rep-
pererunt. Vnde ut legitur Actuũ ultimo, cũ Paulus uiperã suæ manui appendentẽ excussisset
in ignẽ, nec læderetur, barbari dixerunt q; esset deus. Secundo quoq; Machabæoꝝ filius Antio-
chi, Patre (inquit) nostro inter deos translato ⌊quos non coluerunt patres eoꝝ.⌋ Quod intel- »
ligi potest tã de bonis q̃ de malis ac perfidis idololatrantiũ patribus Iudęoꝝ. Nam boni patres
eoꝝ prophetæ, patriarchę & iusti nullũ coluerunt alienoꝝ deoꝝ. Mali uero patres coluerunt
aliquos deos, aliqui tamen patrũ illoꝝ non coluerunt omnes deos recentes quos eoꝝ posteri
Amos 5. adorauerunt. ¶ Vidit dñs⌋ qui ait per Amos prophetã: Cognoui scelera uestra. Etenim ocu » 27
Eccl. 23. li dñi multo lucidiores super solẽ, circũspiciẽtes omnes uias hominũ. ⌊& ad iracundiã⌋ i. distri »
ctam ultionẽ. ⌊concitatus est⌋ i. iuste processit. ⌊quia prouocauerunt eũ⌋ iuxta sensum indu- »
ctum. ⌊filii sui ac filiæ⌋ id est impii utriusq; sexus qui sunt filii dei ac filiæ ratione creationis, nõ »
ratione adoptionis, ut dictũ est plenius. ¶ Et ait, abscondã faciẽ meã ab eis⌋ id est gratiosam » 28
pręsentiã, opẽ, cognitionẽ meã subtrahã eis propter eoꝝ demerita. Vnde & Cain dixit ad do-
Gene. 4. minũ: Eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar. Esaiæ quoq; 59. asseritur: Peccata
uestra absconderunt faciẽ dei à uobis. ⌊& considerabo nouissima eoꝝ⌋ id est quid finaliter eis »
eueniet aspiciã & aliis indicabo, & quando de carne exierint, eos mox iudicabo: propter quod
Prouerbioꝝ 1. testatur: Subsannabo cum uobis quod timebatis euenerit. Cũ irruerit repetina
calamitas. Cui Hieremię 32. clamatur: Dñe cuius oculi aperti sunt super omnes uias Adã, ut red
das unicuiq; secundũ omnes uias suas. ¶ Generatio enim peruersa est⌋ id est ingrata & im » 29
proba. ⌊& infideles filii⌋ qui patri spirituũ non obtemperant. ¶ Ipsi me prouocauerunt in » 30
eo qui non erat deus⌋ id est in falsoꝝ cultu deoꝝ. ⌊& irritauerũt in uanitatibus suis⌋ id est ido- »
lolatriis & aliis actibus uitiosis quæ non sunt referibiles ad ultimũ finẽ ac uerã salutem, iccirco
sunt uani & stulti sicut uana est medicina, quæ conferre non potest sanitatẽ. ¶ Et ego pro- » 31
uocabo eos in eo qui non est populus⌋ id est tam superstitiosis uilibusq; hominibus eos subdã »
ad seruiendũ, quod uehementissime turbabũtur qui homines ob suã irrationabilitatẽ indigni
erunt populus nuncupari. ⌊& in gente stulta⌋ quæ scilicet idoloꝝ portenta ueneratur ⌊irrita- »
bo illos⌋ quia illaꝝ seruituti eos subiiciã, sicq; pœna correspondebit culpæ. Quoniã sicut mihi »
pec

A per idololatriã & alia uitia prætulerũt creaturas uilissimas, sic eis præficiã indignissimas natio-
nes. Circa hæc Rabbi Paulus ait, ꝙ Iudæi maxime recesserunt à deo in duobus, uidelicet idola
uenerando & falsa superstitiosaq; documenta fingendo, per quæ diuina infregerunt præcepta,
quẽadmodũ Matth. 15. eis dicit saluator: Irritum fecistis mandatũ dei propter traditionem ue-
stram. Et pro his duobus duplicem eis prænuntiat dominus pœnam correspondentem. Quia
pro eo quod deo uero relicto uenerati sunt idola, protestatur quod eos relinquet: & gentiles
qui erant non populus assumet sibi in populum. Pro secundo dicit eos irritandos à gente stul-
ta, uidelicet à paganis. Hinc ait & glossa: *Sicut irritauerunt me multitudinem falsorum deorũ
colendo, & me reprobando, sic irritabo eos multitudinem gentium assumendo, & ipsos repro-
bando*. Hanc scripturam allegat Apostolus secundũ aliam translationem ad Romanos 10. di-
cens: Primus Moyses dicit: Ego ad æmulationem uos adducam in non gentem, in gentẽ insi-
32 » pientem, in iram uos mittam. ¶ Ignis succensus est in furore meo ⌋ id est dictante rigore iu-
stitiæ meæ accendetur ignis in eos. quod à Chaldæis aliqualiter est impletũ, qui templum &
urbem Hierusalem combusserunt. Deinde Romani sub Tito eadem & maiora ipsis Iudæis in- 4. Reg. 25.
» tulerunt supplicia. ⌊& ardebit usq; ad inferni nouissima ⌋ id est de præsenti supplicio pertrahet
eos in suis impietatibus perseuerantes usq; ad tartaros. Quorundam etenim pœna nunc inci-
pit, deinde in inferno æternaliter durat, quoniam temporali flagello non emendantur. De qui
bus Hieremiæ quinto ait sermo diuinus: Indurauerunt facies suas supra petram, noluerunt re-
uerti. Itemq; Percussisti eos & non doluerunt, renuerunt accipere disciplinam. Non tamen iu-
B dicat dñs bis in idipsum, quia ut ait Gregorius: Vnũ suppliciũ est, quod temporaliter incipit, &
33 » in æternis suppliciis consummatur. ¶ Deuorabitq; terrã cum germine suo, & montiũ funda
» menta comburet. ⌋ Hoc non uidetur proprie posse intelligi de incendio Chaldæorũ aut Roma
norũ inflicto Iudæis quo tẽpla eorũ, urbes & habitacula sunt incensa, nisi forte per modũ hyper
bolicæ loquutionis sumatur. Veruntamen hostes solent blada & fructus terræ incendere, aut
alio modo destruere, sicq; fundamenta. i. inferiores partes montiũ fructiferorũ dicuntur cõbu
ri. i. incẽdio alterari. Hinc Iohelis primo habetur: Ignis comedit speciosa deserti, & flamma suc-
cendit omnia ligna regionis. Præterea quidã exponunt istud de igne conflagrationis qui præ-
cedet finale iudiciũ quo igne aër, aqua & terra purgabuntur, qui ignis uniuersa terræ nascẽtia
prorsus consumet, & usq; contemplationẽ iudicii perdurabit, ac data sententia inuoluet dãna-
tos, atq; cum ipsis descendet in tartarũ. Vnde LXX. transtulerunt: Ignis exarsit ab ira mea, & ar
34 » debit usq; ad inferos, & deorsum. ¶ Cõgregabo super eos mala ⌋ i. copiã tormentorũ eis in-
fligã. Hinc per Ezechielẽ dñs protestatur, ꝙ quatuor iudicia sua pessima mittet in eos. i. quatu-
» or genera tormẽtorũ, uidelicet gladiũ, famẽ, pestilentiã & bestias terræ. ⌊& sagittas meas ⌋ pœ Ezech. 14.
35 » nas acutas mortiferas. ⌊complebo in eis. ⌋ Ad literã quoq; Chaldæi emissarii erant. ¶ Con-
» sumentur fame ⌋ multi enim interierunt esurie, in obsidionibus Romanorũ ac Chaldæorũ. ⌊&
» deuorabunt eos aues morsu amarissimo ⌋ uolucres enim præsertim rapaces comederunt occi-
36 » sorum cadauera. ¶ Dentes bestiarũ immittam in eos ⌋ quæ uel corpora extincta lacerando
» edebant, aut etiam quos uiuos inuenerunt interimebãt. ⌊cum furore trahentiũ super terrã ⌋ i.
» cum furentibus reptilibus corpus suũ per terrã trahentibus. ⌊atq; serpentiũ ⌋ i. cũ furiosis ser-
pentibus. Porro ut super Genesim scripsi, multiplex est genus reptiliũ. Vnũ quod trahit ac ra-
C pit se ui oris ut aliqui uermes. Secundũ ꝗd trahit se ui costarũ, sicut serpentes. Tertiũ ꝗd se rapit
& trahit ui pennarũ, ut pisces. Quartũ ꝗd facit hoc ui anulorũ, ut animalia anulosa. Quinto ex-
37 » tense loquendo cuncta animalia uocantur reptilia, quæ & si pedes habeant ac breuia crura, ta-
» men mouendo se magnã corporis sui partẽ applicant terræ, ut stellio & lacerta. ¶ Foris ua-
» stabit eos gladius ⌋ i. extra domũ & in agris gladio hostiũ occident, iuxta illud in Hieremia: Si
» egressus fuero ad agros ecce occisi gladio. ⌊& intus pauor ⌋ i. in domibus suis ac urbibus affli Hiere. 14.
» gentur formidine propter imminentia mala. ⌊iuuenẽ simul ac uirginẽ lactentem cum homine
» sene ⌋ ita quod tribulatio illa nulli parcet ætati, quod qualiter in obsidione Chaldæorũ impletũ Thren. 2.
sit in populo Iudæorũ, in Threnis Hieremiæ habetur. Qualiter autẽ sub Tito, Iosephus refert.
Hinc scriptum est Ezechielis quinto: Mittam sagittas pessimas in eos, & famẽ, & bestias pessi-
38 » mas. ¶ Et dixi ubi nã sunt? ⌋ Quasi ipse dominus dicat: De terra sua eiecti sunt, & pro magna
» parte extincti. ⌊cessare faciam ex hominibus memoriam eorum ⌋ id est tot calamitatibus op-
primentur, quod peribit eorum memoria quãtum ad laudem & bonam famam. Nempe ut Sa- Prouer. 10.
39 » lomon loquitur, memoria iusti cum laudibus, nomẽ impiorum putrescet. ¶ Sed propter irã
» inimicorum distuli ⌋ i. ad reprimendum impetum iracundiæ aduersariorum, non statim per-
» misi Iudæos iniquos uinci ac perimi. ⌊ne forte superbirent hostes eorum ⌋ id est aduersarij Iu-
40 » dæorum. ¶ Et dicerent ⌋ ipsi hostes si statim præualerent. ⌊manus nostra excelsa ⌋ id est pro-
» pria potestate & adiutorio deorum nostrorum sortiti sumus triumphũ. ⌊& nõ dominus fecit
» hæc omnia ⌋ i. uirtute dei ac domini Iudæorum non præualuimus. Ideo itaq; dñs fecit hoc, ne
ipse blasphemaretur, & ne falsi dij à suis extollerentur cultoribus. Vnde & Esaiæ 48. testatur:

DD Propter

Ezech. 36. Propter me ego faciã ut non blasphemet. Sæpe quoq; per Ezechielem fatetur: Peperci nomi- D
ni meo magno. ¶ Gens absq; consilio est & sine prudentia.⌋ i. Iudæi iam impii carent omni » 41
salubri consilio, quia non tractant qualiter per ueram contritionem possent deo placere, atque
instantia aduersa euadere. Sic quoq; carent uera prudentia, quoniam actus suos non referunt
ad finem sanctum atq; salutem. Et dato quod dicant oppositum, non tamen referũt actus suos
ad rectum finem per media apta.⌊ utinam saperent⌋ ea quæ dei sunt atq; salutis.⌊ & intellige- »
rent⌋ causas suæ captiuitatis, & afflictionum iam præfatarum, quas in captiuitate & dispersiõe
prætactis patiuntur.⌊ ac nouissima prouiderent⌋ i. futurum dei iudicium & suam damnatio- »
nem æternam, quã post præsentem recipient tribulationem, quia non emendãtur per eam.
¶ Quomodo persequebatur unus mille, & duo fugarent decem milia.⌋ Hic ponitur numerus » 42
determinatus seu principium numeri, pro numero indeterminato. Vt sit sensus: Qua ratiõe &
causa cõtigit ꝙ paucissimi aduersarioꝝ, uidelicet unus aut duo, ualde' ue pauci insequuti sunt,
terruerunt, fugauerunt & uicerunt copiosam multitudinem impiorum ac infidelium Iudæo-
rum, qui insuperabiles erant quandiu deo fideliter seruierunt. Ad quod respondet. ¶ Non- » 43
ne ideo quia deus suus uendidit eos.⌋ i. manibus hostiũ tradidit propter eoꝝ impietates, sicut »
Esa. 50. dat res uenalis pro pretio, & merces pro merito. Vnde loquit Esaias: Ecce in iniquitatibus ue-
stris uenũdati estis.⌊ & dñs cõclusit illos.⌋ i. omnipotẽs deus Iudęos sacrilegos coartauit infra »
aduersariorum suorum potentiam, ita ꝙ nec resistere nec effugere poterant, iuxta illud psalmi:
Psal. 77. Cõclusit in gladio populum suum. ¶ Non enim est deus noster ut dii eorum⌋ id est deus no- » 44
Apoc. 19. ster non assimilatur diis idololatrarum, quoniam deus noster est sanctus, uerax & iustus, iccir-
co non fouet populum suum in uitiis, nec sceleratos impœnitentes tuetur ab hostibus quãuis E
iniquis, sed in præsenti corripit & castigat. Porro dii gentium falsi, suos cultores fouent in eo-
rum sceleribus, nec ipsos pro ipsorum peccatis in præsenti redarguunt & emendant.⌊ & inimi »
ci nostri sunt iudices⌋ Hoc tripliciter potest exponi: Primo ꝙ spiritus maligni loquentes per »
idola seu etiam animæ hominũ sceleratorum qui coluntur ut dii, ipsi quoq; idololatræ & per-
sequutores agnouerunt deum Israel esse uerum & sanctum deum, suos cultores ita tractãtem
quando merentur & peccant tam grauiter. Vnde & Achior dixit ad Holofernem ut legitur
Iudith quinto: Quotiescunq; præter deum suum alterum coluerunt, dati sunt in prædam &
gladium. Deus enim illorum odit iniquitatem. Hieremiæ quoq; quadragesimo scriptum est,
quemadmodum Nabuzardan princeps militiæ regis Babylonis dixit ad Hieremiã: Dominus
deus tuus loquutus est malum hoc super locum istum, quia peccastis domino. Hinc dicit glos-
sa. Inimici nostri sunt iudices approbatores. Nam & qui idola colunt unum deum esse intelli-
gunt qui creauit cœlum & terram. Secundo sic: inimici nostri sunt iudices, id est aduersarij Iu-
dæorum facti sunt iudices eorum, quia Chaldæi, Romani & cæteri quibus deus subiecit Iudæ-
os iniquos, iudicauerunt eosdem, & usq; nunc iudicãt eos pro libitu suo ac puniunt. Deus nãq;
exercet sua iudicia interdum per homines uitiosos, & fideles peccantes frequenter puniuit per
infideles. Potest & tertio sic exponi, ꝙ præfati aduersarii Iudæorum per mirabilia opera dei
atq; per proprias pœnas, quas tandem iusto iudicio receperũt, à uero deo cognouerunt & fas-
si sunt quanta sit excellentia, sanctitas, & iustitia dei Israelitarum. ¶ De uinea Sodomorum » 45
uinea eorum, & de suburbanis Gomorræ.⌋ id est uinea Iudæorum est de numero uineæ Sodo »
mitarum ac Gomorræorum. Per uineã nanq; intelligitur plebs quæcunq;, præsertim bona & E
Psal. 79. fructuosa. Vnde de populo Iudæorum fertur in psalmo: Vineam de Aegypto transtulisti. Et
Osee 10. Esaiæ quinto: Vinea domini exercituum domus Israel est. Et in Osee: Vitis frondosa Israël.
Itaq; sensus est ꝙ populus Israel assimilatus est Sodomitis & Gomorræis in suis sceleribus. Ic-
Esa. 1. circo Esaias: Audite (inquit) uerbum domini principes Sodomorum, auribus percipite legem
Ezech. 16. dei nostri populus Gomorræ: imò per Ezechielem dominus loquutus est synagogæ: Sodoma
dimidium peccatorum tuorum non peccauit. Christus quoque in euangelio contestatus est:
Matth. 10. Terræ Sodomorum remissius erit in die iudicii quàm tibi. ¶ Vua eorum uua fellis.⌋ Per uuã » 46
intelligitur uitiosus Iudæorum affectus seu cogitatio praua, quę fuit in communitate & in par
ticularibus eius personis. Vnde subiungitur:⌊ & botrus amarissimus⌋ seu ut aliqui legunt, & »
botri amarissimi. Itaq; interior illoꝝ iniquitas felli cõparatur acerbissimoq; absinthio, qa inui-
dia, ira, indignatione, impatientia, crudelitate pleni fuerunt. ¶ Fel draconum uinum eo- » 47
rum, & uenenum aspidum insanabile.⌋ sicut ex uua exprimitur uinum, ita ex impia cogitatio- »
ne & peruerso affectu exterior prodit iniquitas, quæ nunc nomine uini significatur, quoniam
male delectat atq; inebriat operantem, & felli draconum uenenoq; aspidum assimilatur, quia
tam eum qui peccat, quàm illos quos scandalizat mortifere inficit, & ad infernalem amaritu-
dinem trahit. In præsenti quoq; grauissimis pœnis meretur puniri, & conscientiæ parit remor-
sum. Hinc Hiere. 23. dñs ait: Ecce ego cibabo eos absinthio, & potabo eos felle, & merito, quia
de talibus scriptum est Amos 6. Conuertistis in amaritudinem, iudicium, & fructum iustitiæ in
absinthiũ

A abſinthiũ. Iſtud etiã Eſaiæ 5. dominus exprimens: Expectaui inquit, ut uinea mea faceret uuas:
fecit autem labruſcas. Cui & Hieremiæ ſecundo increpatorie dicit: Quomodo conuerſa es in
48 prauũ uinea aliena? ¶ Nonne hæc condita ſunt apud me ⌋ .i. præfata Iudæorũ facinora cer
tiſſime cõprehenſa ſunt in ſcientia mea, & in ſanctuario ſapientiæ meæ contenta, ut in iudicio
proferantur & debite puniantur. Vnde & ſanctus Iob loquitur deo: Signaſti quaſi in ſacculo Iob 14.
peccata mea⌊ & ſignata in theſauris meis ⌋ .i. in opulentia & plenitudine incomprehenſibiliq;
ſecreto iuſtitię atq; potentię meę, ut loco &, tẽpore opportuno à me pręfixo pandatur ad ulci
ſcendũ. Quaſi dicat: Quamuis diu differatur uindicta, non tamẽ excidũt à memoria mea. Hinc
Hieremiæ 50. ſcriptum eſt: Aperuit dominus theſaurum ſuũ, protulit uaſa irę ſuę. Vnde beatus
Iob ait ad dominum: Licet hęc celes in corde tuo, tamen ſcio q uniuerſorum memineris. Iob 10.
49 ¶ Mea eſt ultio ⌋ id eſt ad me tanq̃ ad primũ & ſummũ omniũ iudicẽ pertinet nullum peccatũ
relinquere impunitum, quia aut per actus pœnitentiæ nunc punitur, aut poſteà ſine fine mul-
ctabitur. Ideo ſcriptum eſt Iob 24. Deus inultum abire non patitur. Et Naum primo: Vlciſcẽs
dominus, & ulciſcens in hoſtes ſuos De quo ait Pſalmiſta: Parauit in iudicio thronum ſuum, & Pſal. 9.
ipſe iudicabit orbem terrę in ęquitate, & populos in iuſtitia. Hoc quippe requirit immenſitas
diuinæ perfectionis, & infinita perfectio diuinæ iuſtitiæ, ut malum culpæ ordinetur per bonũ
pœnæ, ut qui propriæ uoluntati immoderanter indulſit ſeu acquieuit peccando, in recompen
ſam iuſtitiæ aliquid uoluntati propriæ cõtrarium patiatur. ⌊ & ego retribuam eis ⌋ iuſtam pœ-
nam pro culpa ipſorum. ⌊ in tempore ⌋ præſtituto, dum ſcilicet pondus iniquitatis eorum fue-
rit adimpletum, ita q plus ab eis ſufferre noluerim. Hinc Geneſeos decimoquinto ſcriptũ eſt:
B Nondũ complete ſunt iniquitates Amorręorũ. Quaſi dicat: Illis cõpletis protinus diſperibunt.
Propterea Hieremiæ 44. Iudæis prauiſſimis dicitur: Non poterat uos dominus ultra portare
propter malitiam ſtudiorũ ueſtrorũ. ⌊ ut labatur pes eorũ ⌋ id eſt deſideriũ eorũ fruſtretur, ſecũ
50 dum illud: Iter impiorũ peribit. Vel labatur pes eorũ, id eſt ipſi in prǽlio corruant. ¶ Iuxta eſt Pſal. 1.
dies perditionis ⌋ .i. hora iuſtæ damnationis prauorũ ueniet cito. Ideo dicitur Sophonię primo:
Iuxta eſt dies domini magnus, iuxta & uelox nimis. ⌊ & adeſſe feſtinant tempora ⌋ iuſtæ retri-
butionis, quia indeſinenter celerrimeq; propinquãt. Ideo Apocalypſis ultimo iudex teſtatur:
Ecce uenio cito, & merces mea mecum eſt, dare unicuiq; ſecundum opera ſua. Etenim quicqd
termino anguſtatur, omniq; momento abbreuiatur, breue eſt prorſus ſi æternitati cõparetur.
Ad literã quoq; uidemus qualiter feſtinauit tempus deiectionis Iudęorũ adeſſe, quia iamdudũ Mat. 27.
amiſerunt locũ, gentem, templum & omnem proſperitatẽ, quoniam ſaluatorem crucifixerũt.
51 ¶ Iudicabit dominus populũ ſuũ ⌋ .i. plebem ſibi ſpecialiter deputatã reprobabit & puniet
iuxta ipſius demerita, cum & Ezechielis nono pręcipiat: A ſanctuario meo incipite percutere.
⌊ & in ſeruis ſuis miſerebitur ⌋ .i. miſericordiæ ſuæ effectũ exercebit in his qui ſibi fideliter ſer
uierũt. Cõmuniter enim ſeruauit reliquias, nec in toto deſeruit illos, cũ & quotidie eorũ aliqui
52 conuertantur. ¶ Videbit ⌋ .i. dñs uideri ſciriq; faciet. ⌊ q infirmata ſit manus ⌋ id eſt poteſtas
Iudæorũ debilitata. ⌊ & clauſi quoq; defecerunt ⌋ illi uidelicet qui erant captiui. Vel qui abſcõ-
derunt ſeipſos, imo & hi qui in turribus & fortalitiis ad reſiſtendũ hoſtibus ſe clauſerunt. ⌊ re-
53 ſiduiq; conſumpti ſunt ⌋ .i. cæteri Iudæi hinc inde diſperſi diuerſis cladibus perierunt. ¶ Et
dicẽt ⌋ hi quibus deus dederit intelligere iſta, ſiue ſint aduerſarii ſiue iuſti & amici Iudaicæ ple-
54 C bis. ⌊ ubi ſunt dii eorũ ⌋ uidelicet idololatrantiũ Iudæorũ. ⌊ in quibus habebant fiduciã. ¶ De
quorũ uictimis comedebant adipes ⌋ .i. adipes animaliũ diis ſeu idolis oblatorũ edebant inſtar
gentiliũ. ⌊ & bibebant uinũ libaminũ ⌋ .i. uina idolis immolata ad liba fundenda ſiue ad degu-
ſtandũ: ſicq; ſe conformauerũt idololatris etiã in eſu & ritu idolothytorũ, quod in Leuitico do
minus ſpecialiter ac frequenter prohibuit. Iuſſit enim ut nullus Iudęorũ manducaret adipẽ aut Leuit. 7.
ſanguinẽ, nec uina potaret libaminũ, quatenus populus deo uero deſeruiens ab idololatris di-
55 ſtingueretur. ¶ Surgant & opitulentur uobis, & in neceſſitate uos protegãt. ⌋ Hoc ironice di-
56 citur, quaſi dicat: Iam cernitis quod uobis prodeſſe nõ queãt. ¶ Videte ⌋ .i. per fidẽ & miracu
loſa opera mea cognoſcite. ⌊ q ego ſim ſolus ⌋ uerus & omnipotens deus, qui ubiq; & ſemp in
omni neceſſitate & cauſa poteſt iuuare. ⌊ & non ſit alius deus pręter me. ⌋ Vera enĩ deitas mul-
tiplicari non poteſt nec diuidi, nec diuerſis cõmunicari. Nihilominus à patre cõmunicata eſt
unigenito eius filio, atq; à patre & filio ſpiritui ſancto unitate ac ſimplicitate eſſentiæ pmanẽte.
57 ¶ Ego occidã ⌋ rebelles. ⌊ & ego uiuere faciã ⌋ .i. in uita naturæ ac gratiæ conſeruabo obediẽ
tes. ⌊ percutiã ⌋ peccantes. ⌊ & ego ſanabo ⌋ pœnitentes. Mortuos quoq; deus reſuſcitat, imò ad
Chriſtianæ fidei ueritatẽ monſtrandã, iam plurimos ualde reſuſcitauit. ⌊ & nõ eſt qui de manu
mea poſſit eruere ⌋ .i. nullus mihi poteſt reſiſtere, nec per uim de poteſtatẽ mea eripere quẽ uo-
lo occidere aut damnare. Vnde Hiere. 49. dñs ait: Quis ſimilis mei & quis ſuſtinebit me? & quis
58 eſt iſte paſtor qui reſiſtet uultui meo? ¶ Leuabo ad cœlũ manũ meã ⌋ .i. p modũ iurantis ha-
bebo me. Conſuetudo equidẽ eſt quibuſdã iurare cũ manus eleuatione in altũ. Hinc Abraham
Geneſeos 14. ſic iurando ait regi Sodomorum: Leuo manũ meã ad poſſeſſorem cœli & terræ.

Vnde Septuaginta transtulerunt, tollā in cœlū manū meam & iurabo per dexterā meam. Per D
hæc etiā uerba deus ostendit superliberrimā omnipotentiā suā, cum tamen ipse illocalis, imma
terialis incircunscriptibilisq; consistat. ⌊& dicā, uiuo ego in æternū.⌋ i. æternaliter ac beatissi- »
me uiuo, & sum ipsa superpurissima per se subsistēs incōmutabilis uita. ¶Si acuero ut fulgur » 59
gladiū meū.⌋ i. ad uindicandū me præparauero. Loquitur autē de se more humano, quo quis »
uolēs exercere uindictam, acuit ensem, sicq; scribitur de deo Sepientiæ quinto: Accipiet arma-
turam zelus illius, induet pro thorace iustitiam, acuet diram iram in lanceam. Esaiæ quoq; 59.
Indutus est iustitia ut lorica &c. ⌊& arripuerit iudiciū manus mea.⌋ id est potestas mea cœpe- »
rit exercere iustum iudiciū. ¶Reddā ultionē hostibus meis, & his qui oderūt me retribuā.⌋ » 60
Hoc quidam exponunt de Assyriis & Chaldæis ac cæteris persequutoribus Iudæoꝝ, qui q̄uis
in deuastatione Iudæoꝝ fuerunt instrumenta diuinæ iustitiæ, non tamen fecerunt hoc recta
intentione, sed ex crudelitate, cupiditate & ambitione. Quemadmodum Esaiæ decimo domi-
nus ait de rege Assyriorum: Væ Assur, uirga furoris mei & baculus ipse est, ad gentem fallacē
mittam eū. Ipse autē non sic arbitrabitur, sed ad conterendū erit cor eius. Iccirco & isti merue-
runt plagari à deo propter enormes eoꝝ excessus in filios Israel. ¶Inebriabo sagittas meas » 61
sanguine.⌋ id est per pœnas acutas seu iacula penetrantia tantum impiorum sanguinem fundā »
seu tantos occidam, quod instar ebrij uidebuntur sanguine esse repletæ. ⌊& gladius meus de- »
uorabit carnes.⌋ id est per gladios obsequentium mihi impiorum corpora trucidabo. ¶De » 62
cruore occisoꝝ.⌋ Hic tangit quo sanguine inebriabit sagittas suas, puta occisoꝝ cruore. Dein- »
de tangit quorum carnes gladius suus uorabit. ⌊& de captiuitate nudati inimicoꝝ capitis.⌋ i. »
carnes inimicoꝝ suoꝝ captoꝝ nudati capitis, quia captiuoꝝ capita solebant radi, & sic nudato E
capite ducebantur, ut magis confunderentur. ¶Laudate gentes populum eius,⌋ Istā scri- » 63
pturā allegat Apostolus ad Romanos 15. ad probandū misericordissimā gentiū uocationē ad
fidem. Cum enim dixisset Apostolus: Dico gentes super misericordia honorare deū: probauit
hoc per multas authoritates, inter quas ponit istā: non tamen iuxta hanc formā, sed secūdum
Hebraicā ueritatē, quę habet: Lætamini gentes cum plebe eius. Est itaq; sensus: Laudate gētes
populū eius. i. uos gentiles conuersi ad Christū: laudate populū eius, scilicet primitiuā ecclesiā
electissimam atq; sanctissimam ex Iudaismo conuersam. ⌊quia sanguinem seruorum suorum »
ulciscetur.⌋ In primitiua enim ecclesia serui Christi passim martyrizabant tam à tyrannis gen »
tilibus q̄ à Iudæis incredulis, quod ultus est dominus. ⌊Et uindictam retribuet in hostes eoꝝ.⌋ »
⌊& propitius erit terræ »
populi sui.⌋ id est loco & plebi primitiuæ ecclesiæ, quia Iudęos incredulos per Romanos expu »
lit inde, & tandem totā Iudæā promissionisq; terrā subiecit ac contulit Christianis. Porrò Lyra
sequēs Rabbi Salomonem & alios quosdam exposuit sic: Laudate gentes populum eius, id est
uos gentiles laudate Israeliticum populum, qui fuit specialis populus dei: quia sanguinē ser-
uorum suoꝝ, uidelicet Iudæoꝝ, inter quos fuerunt tunc semper aliqui boni, ulciscetur in Chal
dæos. ⌊Et propitius erit terræ populi sui.⌋ quia post Babylonicam captiuitatē fuerūt Iudæi ad
terrā suam reducti. Hanc expositionem reprehendit Rabbi Paulus acrius q̄ oportet, tanquam
manifeste deuiam à ueritate, & inconsonam allegationi Apostoli. Nam ut asserit Augustinus,
& Thomas allegat, eadem scriptura potest habere plures sensus literales. Deniq; quod ad lite- F
Exo.12. ram dictū est de agno paschali, os illius non confringetis: sanctus euangelista Ioannes allegat
Ioan.19. de Christo: Os, inquiens, non comminuetis ex eo. Hoc etenim scriptum est de agno paschali in
quantum fuit figura Christi. Sic reductio Iudæorum à Babylonica captiuitate, & ultio sangui-
nis bonorum in hostes eorum Chaldæos: miseratio quoq; terræ ipsorum fuerunt figuræ con-
uersionis electorum Iudæorum ad Christum, & ultionis Christifidelium Iudæorum in perse-
quutores ipsorum, ac miserationis factæ à deo primitiuæ ecclesiæ.

¶Expositio spiritalis.

GLossa protestante, sancti Moysi uerba non sunt simpliciter accipienda. Quia secun-
dum historiā exprobrat Israelitis deo ingratis perfidiā: allegorice aūt sanctā docet
ecclesiā, atq; per tropologiā ad moꝝ prouocat honestatē. In historia ergo seruanda
est ueritas: in tropologia, utilitas disciplinę: in allegoria mysteriū, ut sic ad theoriam
Deute.32. prouehamur cœlestem. Notādum quoq; quod dicitur: Loquutus est Moyses uerba carminis
&c. quatenus qui ore deum laudat, opere ac moribus non cōtradicat, cum non sit speciosa laus
Eccl.15. in ore peccatoris. Porrò Moyses allegorice Christū designat: tropologice quemcunq; prælatū
seu prędicatorē. Christus itaq; seu eius uicarius ait: Audite cœli quę loquor, audiat terra uerba
oris mei. Per cœlos intelligunt homines spiritales, interni, contēplatiui, puri ac feruidi, quorū
Phil.3. cōuersatio est in cœlis. In quoꝝ persona saluator dixit apostolis: Vobis datū est nosse mysteriū
Matth.13. regni dei. Per terram uero designantur insipientes, animales & imperfecti. Vtrisq; dominus
IESVS proportionata in euangelio proposuit documenta. Similiter Paulus apostolus: Sa-
1 Cor.2. pientiam, inquiens, loquimur inter perfectos. Et rursus: Non iudicaui me aliquid scire inter

uos,

A uos, nisi Iesum Christũ & hunc crucifixũ, quasi paruulis in Christo lac dedi non solidum cibũ. Sic & unusquisq; qui præest aut docet & prædicat, iuxta audientium capacitatẽ & indigentiã, suos debet moderari sermones, & uniuersos ac singulos secundum quod capere queunt & indigent informare. Concrescat in pluuiam doctrina mea. Prælatus & prædicator igne charitatis succensus, & zelo fraternæ salutis exæstuans, non ob propriã commoditatẽ & laudẽ, sed ad dei honorẽ audientiumq; profectũ, suã cupit doctrinã reuerenter, diligenter & fructuose audiri: sicq; in auditoribus crescat in pluuia, id est pluuiæ assimiletur. Quoniã sicut pluuia innumeras habet guttas, siccã & arefactã terrã humectat & floridã facit, durã emollit atq; arabilẽ efficit, fructũ ex ea producit, fouet, abluit, & usq; ad maturitatẽ pducit: sic sacra scriptura multas in se sentẽtias continet, animã desolatã & infructuosam consolatione sancta ac uirtutũ floritiõe perfundit, cordis aufert duritiã, & animã reddit docibilẽ. Parit quoq; in ea meritorios actus, & nutrit eosdem, lauat à culpa, & ad perfectionẽ deducit. fluat ut ros eloquiũ meũ: quatenus sicut ros à feruore refrigerat & cadit in nocte, sic uerba mea ab æstu tentationũ & à cõcupiscentiarum calore eruant audientes, atq; in noctibus & aduersitatibus, ignorantiis & erroribus præstent illuminationẽ & gratiæ ubertatẽ. Quasi imber super herbã, & quasi stilla super gramina, id est sicut herbæ & gramina molles & teneræ sunt ad pluuiæ susceptionẽ, nec infructuose eã suscipiunt, sic audientium corda flexibilia sint ad bona, & sine renitentia audiant uerba sancta: Nec infructuose pertranseant uerba dei aures ipsorum, cum scriptum sit: Auris bona cũ omni concupiscentia audiet sapientiam. Iacobus quoq; hortetur primo Canonicæ suæ capitulo: Sit omnis homo uelox ad audiendum. Et rursus: In mansuetudine suscipite insitum uerbum. quia Eccli.

B nomen domini inuocabo. i. ex intimo cordis affectu rogabo: Spiritus enim est deus, & eos qui adorant, in spiritu & ueritate adorare oportet. Atq; ut ait saluator: Oportet semper orare & non deficere. Date magnificentiam deo nostro. i. totis uiribus ipsum honorate, & quicquid magnificum est, ei deuota ac grata mẽte ascribite, ne quis in seipso stulte & inaniter glorietur. dei perfecta sunt opera: iccirco & nos conari debemus, ut ea quæ ad ipsius honorẽ facimus, perfecte agamus, hoc est humiliter & feruẽter sine admixtione peccati. Deus fidelis: ideo tutũ est ei seruire, eo quod neminem fallat, imo ultra condignum remuneret. & absq; ulla iniquitate, iustus & rectus: iccirco debemus ei in sanctitate & iustitia iugiter deseruire, & omnem uanæ intentionis ac uitii obliquitatem uitare. Generatio praua atq; peruersa, hæccine reddis domino popule stulte & insipiens? Id [illegible] dicendum & zelo iustitiæ improperandum est omni prauo consortio, congregationibusq; iniquis, & uniuersis Christianis ingratis, qui omni hora peccare non erubescunt, nunc sub euangelica lege, quando deus pater unigenitũ filium suũ misit in mundum, & pro omnibus nobis tradidit illum, & ipse unicus dei filius tot & tanta pro nostra fecit ac tolerauit salute, & spiritum sanctum misit in corda nostra, seipsum quoq; quotidie præstat nobis in sacramento, & hucusq; tam clementer & gratiose egit nobiscũ, cuius specialia beneficia enumerare non ualemus. Quanta ergo impietas, quanta ingratitudo, quanta improbitas omniũ horum esse immemorẽ, & pro tot bonis iniurias, transgressiones, offensiones rependere? Nonne tantò enormior est ingratitudo & præuaricatio nostra, quantò maior est dei charitas, liberalitas, pietas circa nos? Nunquid non ipse est pater tuus cui quotidie dicis, pater noster qui es in cœlis? Cur igitur hoc dicendo non inflammaris eius amore, nec debito eum ueneraris honore, Ioan. 4. 2. Cor. 5. Luc. 18. 1. Ioan. 4. Ro. 8. Act. 1. Matt. 6.

C neq; attendis quanta dignatio dei sit, quod à te pater uocari dignatur? Memento dierum antiquorum, id est temporis primitiuæ ecclesiæ, quanta tunc fuerit deuotio, charitas, perfectio: imo & persequutio atq; constantia & patientia Christianorum, & patrũ uestigia sequi coneris, & illorum comparatione te summe ac semper humilies. cogita generationes singulas, puta iustorum ac impiorum: & qualiter impii æternaliter perierunt: iusti uero pro breui labore perpetuã sint consequuti beatissimã requiẽ. Iccirco nõ afficiaris ad uana ac mala, sed toto cordis affectu cohære & insiste uirtutibus. Interroga patrẽ tuũ. i. in omni ambiguitate ad sapiẽtiores & superiores habe recursum, quære consiliũ, informationẽ amplectere. Quando diuidebat altissimus gentes, tẽpore prædicationis apostolorum per totũ orbẽ deus potissime gentes diuisit, id est inter electos & reprobos iudiciũ discretiõis exhibuit, electos gratiose uocando, & reprobos iuste derelinquendo: tũcq; constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel. i. secundũ numerum apostolorum quibus orbẽ terrarum diuisit ad prędicandũ, cõstituitq; eos principes super omnẽ terrã, & unicuiq; eorum quã conuertit ac rexit, deputauit ecclesiã. Erant autẽ apostoli filii Israel. i. Christi qui est uerus & perfectissimus Israel. i. uir uidens deũ: quoniã ab incarnationis suæ exordio uidit deum per speciẽ. Pars autẽ domini populus eius. Iam enim inter uniuersas mundi natiões, soli Christiani sunt populus dei: & non nisi pauci eorum, puta soli iusti seu prædestinati. Iacob funiculus hæreditatis eius. i. hi qui supplantant peccata habentes fidẽ quæ per dilectionẽ operatur, uere sunt pertinentes ad deũ: de quibus loquitur Paulus: Si aũt filii, & hæredes. Hæredes quidẽ dei, cohæredes autẽ Christi. Inuenit eũ in terra deserta. i. populũ Christianũ deus ex gentilitate olim relicta sibi adduxit. in loco horroris & uastæ solitudinis, quia inter gentiles incredulos fuit idolo- Psal. 44. Roma. 8.

latriç turpitudo,horror cruoris,& uia pditiõis latissima. Hinc Sap.14. de idololatris dicit: Oñia D
cõmixta sunt,sanguis,homicidiũ,furtũ,fictio,corruptio, infidelitas, turbatio,piuriũ,tumultus,
inordinatio mœchiç & impudicitiç. Infandorũ eñ idolorũ cultura,oñis mali causa est,& initiũ
& finis. Circũduxit eũ.i.per uias securiores uirtutũ duxit populũ Christianũ ad euitãdũ diuer
ticula uitiorũ,atq; ad fugiendũ uias quç uident homini bonç,cũ tñ nouissima earũ ducãt ad mor
tẽ. Interdũ quoq; ea quç uere sunt bona,sunt uel occultãda ad uitandũ iactantiã, uel differẽda ad
tẽpus, ad euitandũ scandalũ pusillorũ: aut qa rõnabilis causa reqrit alteri exercitio bono prius
insistere. & docuit, Euangelicã legẽ dãdo. Sicut aquila prouocãs ad uolandũ pullos suos. Huic
Mat.23. simile est qđ in euãgelio loquit dñs: Hierusalẽ, Hierusalẽ, qties uolui cõgregare filios tuos, quẽ-
admodũ gallina cõgregat pullos suos sub alas,& noluisti. Quod Christus ad ecclesiã quoq; effat.
Quẽadmodũ eñ in ueteri testamẽto diuersis tẽporibus diuersos misit prophetas ad synagogã
ad increpandũ, exhortandũ, inflãmandũ & reformandũ eandẽ, sic in nouo etiã testamẽto per tẽ
porũ interualla uarios uiros sanctissimos ad corripiendũ, informandũ, renouandũ ecclesiã mi-
sit. Deniq; Christus merito cõparatus est aquilæ: quia ut dicit: aquila præ cæteris auibus suos
Ioan 13. diligit pullos: & ne à serpentibus lædant, ponit in nido suo amethystũ. Sic Chrs usq; ad finẽ di-
lexit suos, & seipsum dedit pro eis, quibus & gratiã suã distribuit, ne à dæmonibus uulnerent.
Dñs solus dux eius fuit. Conuersa nanq; gẽtilitas, de cætero respuit ducatũ deorũ. Cõstituit eũ
supet excelsam terrã.i. in militãti ecclesia. ut comederet fructus agrorũ. Agri sunt particulares
ecclesiæ, in quibus semẽ uerbi cœlestis proiicit atq; fructificat. Agri quoq; sunt ecclesiastica sacra
menta, & itẽ libri diuinæ scripturæ. Ecclesia uero contẽplatione, gratia ac uirtute sublimis est:
& q collocat in ea, comedit fructus agrorũ: qm aliorũ uirtutes ac merita ei tanq̃ cõmembro per E
charitatẽ communicant, sacramẽtis reficit, doctrinis scripturæ nutrit. Vt sugeret mel de petra.
1 Cor.10. Secundũ Apostolũ Christus est petra lapisq; angularis, de quo populus Christianus mel sugit
.i. spiritalẽ consolationẽ & charitatis suauitatẽ sortit. oleũq; de saxo durissimo.i. unctionẽ spiri
2 Reg.22. Mat.21. tus sancti de eodẽ dño saluatore. De quo 2. Regũ loquit Dauid: Dñs petra mea. Et ipsemet dñs:
Super quẽ ceciderit lapis iste, conteret eũ. Est equidẽ saxũ durissimũ non ob cordis duritiã, sed
Ezech.3. ob infrangibilẽ cordis constantiã: unde & Ezechieli dñs dixit: Vt adamantẽ & silicem dedi te.
Butyrũ de armento. Per armentũ intelligitur congregatio quæuis deuota, de qua butyrũ su-
git qui ex conuersatione illius ad charitatis uiscerositatẽ accenditur, & tanq̃ adipe & pinguedi
ne, copia supernorũ charismatũ adimpletur. & lac de ouibus. Oues sunt boni & simplices inno
centes, de quibus lac sugit qui illorũ orationibus, meritis & exẽplis ad Christianç simplicitatis
infantiã prouocat, & uelut paruulus in Christo efficitur ita ut nocere ignoret, nec cogitet malũ.
1.Pet.2. Vnde gloriosissimus princeps apostolorũ hortat: Sicut modo geniti infantes, rationabile, sine
dolo lac concupiscite. cũ adipe agnorũ & arietũ filiorũ Basan. Agni sunt subditi uirtuosi, arietes
aũt prçlati & duces gregis dñici. Agni quoq; accipi possunt LXX. Christi discipuli: arietes uero
sancti apostoli. Filiorũ Basan.i. duces gentiliũ conuersorũ, de quibus adipẽ sumit, q ex illorũ do-
ctrina & conuersatione, oratione ac merito, ad spiritaliũ incrementorũ exuberantiã scandit ac
peruenit. Et hircos cũ medulla tritici. Per hircos opera pœnitentiæ designant. Per medullã tri
tici, contẽplatiõis suauitas. Hçc ab apostolis sumimus: qm ipsi docuerũt nos primo peccata no
stra cõtritione, cõfessione, satisfactiõe delere: sicq; paulatim ad uerã sapientiã contẽplationisq;
puritatẽ pertingere: ut nutriamur in crocæis, & panibus filiorũ pascamur. Præterea medulla F
tritici, est eucharistiæ sacramentũ. & sanguinẽ uuæ biberet meracissimũ .i. sanguinẽ saluatoris
& gaudiũ spiritale: uigorosum quoq; gustũ uirtutũ. Nempe quid bonũ dñi & quid pulchrum
eius, nisi frumentũ electorũ, & uinũ germinãs uirgines? Incrassatus est dilectus & recalcitrauit.
Sicut Iudæis opulentia facta est idololatrandi & aliorũ occasio uitiorũ, sic plane contigit popu-
lo Christiano, qui in primitiua ecclesia quandiu pauperes erant & in persequutionibus positi,
sancti ac deuotissimi erant: persequutiõe autẽ cessante, libertatẽ, dominationẽ, diuitiasq; sortiti,
& temporalibus incrassati, ad multiplicia corruerunt peccata, & corruunt usq; in prçsens. Ali-
qui quoq; ecclesiasticis sacramentis & donis gratiæ abundanter refecti, cum spiritu cœpissent,
consummati sunt carne, & gloriati inaniter corruerunt. Dereliquit deũ factorẽ suũ. Quicunq;
mortaliter peccat, deũ relinquit: quoniã præfert ei bona creata, caduca, sicq; per mẽtis auersio-
nem recedit ab eo. Prouocauerunt eum in diis alienis. Hoc agunt gulosi, lasciui, auari, superbi:
Phil.3. quorum dii sunt uenter, uenus, nummus & honor. Nempe quod quis maxime quærit, amat &
colit, hoc sibi est deus. & in abominationibus ad iracundiã concitauerunt. Hoc præcipue agũt
hæretici, qui abominabiles fingunt errores & abusiones: schismatici quoq;, qui ecclesiasticam
uiolant unitatem: & omnes qui pertinaces sunt in peccatis, aut superioribus suis rebelles. Im-
molauerunt dæmoniis & non deo. Hoc agunt qui opera bona ex genere, intuitu propriæ lau-
dis aut commodi faciunt: & item qui in ecclesia offerunt quæ ecclesia prohibuit immolari.
Noui recentesq; uenerunt. Quasi recentibus diis ministrant, qui instar Atheniensium ad aliud
nihil uacant, nisi aut audire, aut discere aliquid noui: quales sunt aliqui curiosi & garruli. Et

A ego prouocabo eos, in eo qui non eſt populus. Sicut Iudæos prauiſſimos deus tradidit & ſub-
iecit idololatris gentibus, ſic frequenter tradidit impios Chriſtianos manibus Saracenorum
& conſimilium nationum. Congregabo ſuper eos mala, id eſt in diuerſa uitia eos iuſto iudicio
permittam corruere. & ſagittas meas complebo in eis. i. acriter eos caſtigabo: & niſi pœnitue-
rint condemnabo, ſecundũ illud in Oſeæ: Iuxta deſideriũ meũ corripiã eos. Hinc ſanctus Iob: Oſeæ xi.
Sagittę inquit domini in me: quarũ indignatio ebibit ſpiritũ meũ. Cõſument fame. i. ex ſpirita Iob. 6.
lis refectionis defectu ſpiritaliter morient. & deuorabũt eos aues morſu amariſſimo. Aues iſtæ Mat. 13.
ſunt dæmones ſupbiæ & ambitionis, de qbus in Euangelio legit: Volucres cœli comederũt ſe-
mẽ. Hi etenĩ ſuperbos & ambitioſos amariſſime deuorãt, dũ eos deſiderio aut amore tẽporalis
honoris, plationis, & propriæ excellẽtiæ, priuãt omi eſca grãæ ac uirtutũ, atq; ad ſempiterna tra
hũt ſupplicia. Dẽtes beſtiarũ. i. ſuggeſtiones crudeliũ dæmonũ. immittã in eos, pmittẽdo qd tẽ
tatiõibus ſuperẽt. cũ furore trahẽtiũ ſup terrã atq; ſerpẽtiũ. Per reptilia & ſerpẽtes intelligẽdi
ſunt dæmones auaritiæ & calliditatis, q ad terrenorũ amorẽ uitioſum inſtigant, & blandiunt ut
fallãt: à qbus iniq iuſto dei iudicio ſupplantãt. Foris uaſtabit eos gladius. i. ſi ab eccleſiaſtica uni
tate uel fide, aut à myſtico Chriſti corpore per peccatũ mortale receſſerint, gladio diabolicę tẽ
tationis peribũt. & intus pauor. i. etiã ſi p fidẽ in eccleſia mãſerint, inordinato metu & uarijs paſ
ſionibus aiæ affligent. Et dixi, ubi nã ſunt? Nã ſubito defecerũt, perierunt propter iniqtatẽ ſuã. Pſal. 72.
Sed propter irã inimicorũ diſtuli. ſic plane oipotẽs deus frequẽter pepcit impijs Chriſtianis, nec
eos à uiſibilibus uel inuiſibilibus hoſtibus uinci permiſit: ſecundũ qd ipſi mali Chriſtiani pro-
meruerũt. ne hoſtes eorũ ſuperbirẽt dicẽtes: Manus noſtra excelſa &c. Gẽs abſq; cõſilio eſt &
B ſine prudentia. Hoc de oibus qui in mortalibus iacent pctis dicendũ eſt & condolẽdũ: q dono
ſapiẽtiæ carẽt & dono cõſilij ac uera prudẽtia, q ſolis uirtuoſis ineſt hoibus. Qui utinã ſaperẽt,
ſpiritalia & diuina. & intelligerent, q periculoſe deiecti ſint, & q inſipienter ſe habeant. ac nouiſ
ſima prouiderent. De qbus in Eccleſiaſtico legit: Memorare nouiſſima tua, & in æternũ nõ pec Eccli. 7.
cabis. Quæ ſunt, mors, iudiciũ. pœna inferni, beatitudo cœleſtis. Quõ perſequebat unus mille,
& duo fugarent decẽ milia. Iſtud de inuiſibilibus & uiſibilibus Chriſtianorũ aduerſarijs accipi
põt: nã propter Chriſtianorũ ſcelera frequẽter cõtingit, qd multi eorũ à paucis hoſtibus in exte-
riori interioriq; bello uincant: & hoc. qa deus eorũ uendidit illos, ſicut expoſitũ eſt, qd & aduer
ſarijs Chriſtianorũ ẽẽt cognitũ: ita qd ipſi ſunt iudices. Sub infideliũ quoq; dominio multi habi
tant Chriſtiani. De uinea Sodomorũ uinea eorũ &c. Hoc de eccleſia malignantiũ Chriſtianorũ, Pſal. 25.
conuenticulis hæreticorũ & ſchiſmaticorũ cõgregationibus iniqrũ, exponendũ eſt proportio-
nabiliter, ſicut ſuperius expoſitũ eſt de perfida Synagoga. Iuxta eſt dies pditionis, de q Iob 21. Iob. 21.
Ad diẽ perditionis ſeruat malus: & ad diẽ furoris ducet. Quod ſi dies generalis iudicij putatur
multũ diſtare, tamen de die particularis iudicij, quod in morte agitur ſingulorũ, ambigi nequit
quin prope ſit: præſertim cũ dies noſtri ſint quaſi umbra ſuper terram. Ideo ſcriptum eſt Iaco
bi ultimo: Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit. Iudicabit dominus populum ſuum, quoniam malis 1. Para 19.
Chriſtianis grauiora inſliget ſupplicia: atq; ut ſacratiſſimus Petrus teſtatur, tempus eſt ut inci- 1. Pet. 4.
piat iudicium à domo domini. Videbit quod infirmata ſit manus. i. poteſtatem malorum Chri
C ſtianorum oſtendet deus deficere: quoniã tanq̃ fœnum uelociter areſcent, & clauſi quoq; de- Pſal. 36.
fecerunt. proh dolor iam uidemus, quod religioſi utriuſq; ſexus qui in clauſtris demorantur;
atq; ab omni ſeculari tumultu uitijsq; mũdanis merito eſſent recluſi ac liberi, pro maxima par-
te nũc defecerũt à uita uere regulari, ſpiritali, clauſtrali. reſiduiq; conſumpti ſunt. Horũ enĩ exẽ
plo plurimi ſcãdalizant ac pereũt. Et dicẽt, ueri religioſi. ubi ſunt dij eorũ. i. uanitates, carnalita-
tes, opes, & cætera q deo pretulerũt? Surgãt & opitulent uobis. Hinc & ipſi dicturi ſunt: Quid Sap. 5.
profuit nobis ſuperbia, & diuitiarũ iactantia qd cõtulit nobis? Tranſierũt oia iſta tanq̃ umbra.
Ego occidã & ego uiuere faciã. Bona & ſalutaris occiſio, dũ deus occidit in nobis aciẽ uitiorũ, cõ
cupiſcẽtias carnis, & quicqd contra ſalutẽ inſurgit. percutiã, quia quos amo, arguo & caſtigo. Apo. 3.
Inebriabo ſagittas meas ſanguine. i. reprobos ſceleratos tã repente & acriter trucidabo, ut in-
ſtrumẽta meæ uindictæ uideant inebriata. i. abundãter repleta de morte occiſorũ. Et de capti-
uitate nudati inimicorũ capitis. i. de ipſis iniuſtis, qui dæmonũ uinculis irretiti, & uitiorũ iugo
ſubiecti, caput mentis, uidelicet intellectũ habent à ſapientia ſalutari nudatũ, omniũq; gratiarũ
munere deſtitutũ. Laudate gentes populũ eius. Qui enĩ uere Chriſtiani exiſtunt, à cunctis gẽ
tibus laudari ac honorari merentur. Religioſi quoq; & clerus ſynceriter ac debite conuerſan-
tes, à ſecularibus ſunt laudãdi: & q̃uis hanc laudẽ non debeant affectare, tamen ſic uiuere obli-
gantur, ut ea ſint digni, quemadmodum Apoſtolici chori uertex digniſſimus: Obſecro inquit 1. Pet. 2.
uos abſtinere à carnalibus deſiderijs, conuerſationem ueſtram inter gentes habentes bonam:
ut in eo quod detrectant de uobis tanq̃ de malefactoribus, ex bonis operibus uos conſideran-
tes, glorificent deum. Cætera huius cantici uerba, ex præcedenti ſatis eluceſcunt literali
expoſitione. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui eſt ſuper omnia deus ſublimis & bene-
dictus. Amen.

## COMMENTARIVS IN CANTICVM TRIVM PVERO-rum Dominicæ diei. D

¶ Argumentum authoris.

¶Sequenti cantico tres uiri isti, Sydrach, Mysach & Abdenago, om̃es creaturas per ordinẽ
Dan.3. prouocabant & inuitabant ad dei præconium: & ipsum laudabant & glorificabant benedice-
bãtq́, qui corpora eoꝵ seruauit illæsa & corda fecit igne amoris flammantia. Quò enim quis
in dei amore plus ardet, eò intensius ipsum ab uniuersis laudari, amari ac honorari desiderat:
propterea primo de doctrina Christiana loquitur Augustinus: Quantò quis in amore dei fer
uẽtior est, tãtum agit quibus potest modis, ut deus à pluribus diligatur. Rursus, quò aliqs deũ
syncerius contemplatur, eò seipsum plus paruipendit atq; humiliat: ac per hoc laudẽ, qua ipse
deum laudat, insufficientiorem existimat: & ideo eum à cunctis magnifice laudari cupit, & ut
ualet idipsum procurat.

¶Expositio cantici diei dominicæ.



Enedicite omnia opera domini domino, laudate & superexaltate eũ in secula.⌋
Circa hoc canticum ait Hieronymus: Omnis creatura non uoce, sed opere lau-
dat deum: quia ex creaturis creator intelligitur: & in singulis operibus atq; effe
ctibus, magnificentia dei monstratur. Insuper aduertendũ, ꝙ q̃uis hoc ueꝵ sit
de creatura Irrationali seu non intellectuali, intellectuales tamen creaturæ, uo-
cibus mentis & oris dominum benedicunt: Nam & angeli, q̃uis in propria na
tura non nisi mentalibus uerbis utãtur, in corporibus tamen assumptis uerba sensibiliter pro-
ferunt. Dæmones quoq; aliquando (q̃uis inuite) deum uerbis extollũt, quẽadmodum in Mar- E
Mar.3. co legitur: Spiritus immundi cũ Iesum uidebant, procidebant ei dicentes: Tu es filius dei. Hoc
aũt cunctis commune est creaturis, ꝙ deũ benedicunt, laudant & superexaltãt dupliciter: Pri-
mo materialiter, qm̃ sunt materia laudis sui creatoris in quantũ sunt bonæ, & diuina in eis relu
Gen.1. cet perfectio, juxta illud: Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona: Et illud Sapiẽtiæ:
Sap.13. A' magnitudine speciei creaturæ, poterit creator horum cognoscibiliter uideri. Quibus con-
sentiens, Paulus fatetur: Inuisibilia dei, per ea quæ facta sunt conspiciuntur: sempiterna quoq;
uirtus eius & diuinitas. Secũdo hoc faciunt per suas operationes naturales, in quaꝵ industria
seu ordinato processu, motu & ordine, diuina sapientia non mediocriter cõmendatur: sic & in
naturalibus eorum proprietatibus, uiribus, plumis, pilis, coloribus & cæteris. Postremo ꝙ ait,
⌊opera domini dño,⌋ dupliciter sumitur. Primo de effectibus seu creaturis dei in natura pro-
ductis: Sic em̃ omnes creaturæ, etiã naturæ reꝵ dicuntur opera dei, quẽadmodum ait scriptu-
Psal.101 ra: Opera manuum tuaꝵ sunt cœli. Et iteꝵ: Manus domini fecit hæc omnia. Secundo de operi
Esa.26. bus uirtutũ, quæ efficit deus in bonis, juxta illud Esaiæ: Omnia opera nostra operatus es in no
bis. In quibus operibus nobis à deo collatis omnipotentia atq; clementia eius ostenditur. Sic
nanq; ait Psalmista: Mirabilis deus in sanctis eius. Et Apostolus: Gratias inquit deo super ine-
Psal.67. narrabili dono eius. Circa hęc oritur quæstio: Benedicere em̃ uidetur esse maioris, dicẽte Apo
2.Cor.9. stolo: Sine ulla contradictione quod minus est à maiore benedicitur. Quomodo creaturæ be
Heb.7. nedicere creatorẽ monentur? Et respondẽdum, ꝙ duplex est benedictio, puta consecrationis F
aut perfectiuæ collationis, de qua ueritatẽ habet instantia: Sic enim deus benedicit creaturis.
Vnde Gregorius ait: Benedictio dei est collatio muneꝵ eius, & multiplicatio eorundẽ. Præla-
ti quoq; tanq̃ medij inter deum & subditos aut subiecta, benedicunt eis hoc modo. Alia est be-
nedictio laudis, seu gratiaꝵ actionis, de qua modo est mentio: quõ Simeon iustus deum legit
Luce.2. benedixisse. Et Dauid testatur: Benedicã dñm in omni tẽpore. ⌊Laudate & superexaltate eum
Psal.33. in secula.⌋ Eisdem modis laudant deũ & superexaltant quibus & benedicunt: asseritq; Alber-
tus: Laudant quia uirtus dei in ipsis monstratur: superexaltãt, quia creator supereminere pro-
prietatibus creaturæ monstratur. Omnibus nẽpe rite considerantibus dant causam, præbent
materiam, excitãt mentẽ ad creatoris pręconia, atq; ad agnoscendũ ꝙ ipse sit uniuersis sine mẽ-
sura sublimior. Causa equidem in suo relucet effectu, & creatura est quasi radius quidã sui cre-
atoris: Nam agẽs producit sibi simile secundũ philosophos. Ideo in omni creato, bonitas, sapi-
entia & omnipotẽtia dei apparent. Quãuis aũt laudare & benedicere accipi soleant pro eodẽ,
qm̃ tamen in cantico isto distincte exprimuntur, potest benedictio ad gratiaꝵ actionẽ referri;
laus ad simplicem cõmendationẽ. Vel unũ istoꝵ ad præconiũ dei sine cõparatione eius ad cre
aturas, aliud ad pręconium eius per cõparationẽ ad eas: Iuxta quẽ modũ laudat eũ sanctus Di-
onysius in libro de diuinis nominibus, ubi de dei tractat nominibus secundũ processum influ-
entiæ de ad creaturas. Generali exhortatione præmissa, uiri hi ad particularia descendunt cre
ata: & quod dixerunt in summa, exequuntur per partes à superioribus inchoantes, in quibus
maior est similitudo primi opificis, juxta q̃d Plato fatetur: Fluens à primo bonitas, forma est in
proximis, imago in distantibus, & uelut obscura reflectio in ultimis. Primo ergo inuitant crea
turã angelicã in reꝵ ordinibus deo propinquiorẽ, prout undecimo cõfessionũ loquit' Augusti
nus

A nus: Duo fecisti o dñe, unũ prope te, scilicet angelũ: aliud prope nihil, puta materiã. Inuitant
aũt angelicos spiritus, non ꝙ ipsi nostra admonitione indigeant, aut à dei benedictione, laude
& superexaltatione unq̃ desistant, sed uerba hæc cõgratulando, quia sic faciũt magis q̃ exhor-
tando. Vt sic faciant, rite sunt exponenda: Sicut & illud: Laudate eum omnes angeli eius: Et: Be Psal.148.
nedicite dño angeli eius potentes uirtute. Et: Lauda Hierusalem dñm, si de cœlesti Hierusalem Psal.102.
2 „ explanetur. ¶ Benedicite angeli domini dño, benedicite cœli domino.⌋ Angelus secundum Psal.147.
magnum Dionysium, quandoq; est nomen cœlestis spiritus de infimo choro, interdum pro
omni cœlesti spiritu sumitur, sicut nunc, propter quod ait Albertus: Omnes cœlestes spiritus
uocat angelos, propter hoc ꝙ ad minus per descensum, & influentiam illuminationum mittun-
tur, quæ illuminationes à superioribus ad medios, & à medijs ad inferiores descendunt: unde
3 „ dicit Apostolus: Nõne omnes administratorũ spiritus sunt? ¶ Benedicite aquæ omnes quæ Heb.1.
„ super cœlos sunt dño.⌋ Hoc loco apertissime dicuntur aquæ consistere super cœlos, & conso-
nat illud Genesis: Dixit quoq; deus: Fiat firmamentum in medio aquarũ, & diuidat aquas ab Gen.1.
aquis. Et fecit deus firmamentum, diuisitq; aquas quæ erant sub firmamento ab his quę erant
super firmamentum: uocauitq; deus firmamentum cœlum. Itemq; in Psalmo: Laudate eum Psal.148
cœli cœlorum, & aquæ quæ super cœlos sunt laudent nomen domini. Quæ licet prima facie
uideantur forsitan naturali rationi, & dictis philosophorũ contraria, tamen (ut scribit Augusti
nus super Genesim) maior est scripturæ illius Geneseos auctoritas, q̃ om̃is humani intellectus
perspicacitas siue capacitas. Vnde & Thomas in prima parte, quæstione 68. de ista loquens ma
teria ait: Certissime ergo sciamus esse aquas super cœlos: sed quæ uel quales aquæ, nõ est adeo
certũ. Origenes eñ per aquas has intelligit spirituales substantias: sed hoc non placet Basilio.
Sunt ergo ibi corporales aquę: sed quales, uarie traditur. Si enim dicamus firmamentũ esse cœ
B lum sydereum, tunc illæ aquæ possunt dici illius naturę cuius est hoc cœlum. Vnde qui dicunt
cælum esse de natura elementorum, dicere possunt aquas illas esse elemẽtares: Qui autem asse
runt cœlum esse specialis naturæ, affirmant has aquas non esse elementares, sed naturę cœle-
stis. Et sic per aquas intelligitur nona sphęra, quę est sine stellis, & dicitur aliquando sydereum
propter diaphaneitatem, sicut cœlũ beatorum uocatur empyreum. i. igneum, propter splen-
dorem. Qui autem ponunt aquas elementares super cœlum, ut Beda, Cassiodorus, & alij mul-
ti, dicere possunt ꝙ non sint graues, sed subtiles, nec fluidę, sed instar glaciei firmę ac durę. Vn-
de à quibusdam cœlum crystallinum dicuntur. Et aliqui ponunt ibi aquas ad temperandũ ca-
lorem cœlestium corporum, quę dicunt esse de naturą ignis: & ut ait Augustinus, huius expe-
rimẽtum quidam sumpserunt, ꝙ Saturnus est maxime frigidus ob uicinitatem ad aquas illas.
Deinde Albertus scribit hoc loco: Aquæ istę quę super cœlos sunt (ut dicit Augustinus) in mi
nutissimis guttis ibi suspensæ sunt: & quidam autumant inde rorem descendere. Vel forte me-
lius dicitur ait Albertus, ꝙ aquæ nomen est primum materiæ, Genesis primo: Spiritus domini
ferebatur super aquas: & ratione perspicuitatis, sunt in cœlo crystallino, ratione humiditatis
& fluiditatis, in cœlo inferiori, puta aereo. De ista difficultate tractat Magister 2. Sententiarũ, &
doctores multa ibi conscribũt. Cõmunius autẽ tenetur ꝙ per aquas has intelligatur cœlũ cry
stallinũ, seu aqueum: scilicet nona sphæra, non propter naturã, sed similitudinẽ aquę in diapha
C neitate: Moraliter uero per aquas quæ super cælos sunt, quidã intelligũt perspicuas seu illumi
natas mentes sanctorũ, in quibus uelut in speculo resplendent diuina. ⌊ benedicite oẽs uirtu-
„ tes dñi dño.⌋ Per uirtutes quidã intelligũt hic orbiũ motores cœlestiũ, qui à philosophis intel
„ ligentiæ, à theologis angeli asseruntur: & ut Thomas in Summa contra gentiles opinat, sunt
de medio ordine medię hierarchiæ, puta de choro uirtutũ: iccirco nũc uirtutes uocant: de qui-
bus fertur: Laudate eum omnes uirtutes eius. Benedicite dño omnes uirtutes eis, ministri eius Psal.148.
qui facitis uoluntatẽ eius. Deniq; secundũ diuinũ Dionysium: Sicut om̃es supernæ mentes an Psal.102.
geli, ita & uirtutes uocantur propter uigorẽ, agilitatẽ, efficatiamq; agendi quicquid eis diuini-
tus cõmendatur siue præcipit. Itaq; locus iste multipliciter potest exponi. Primo de angelicis
mẽtibus, sicut pręctactũ est. Secũdo de uiribus causatiuis cœlestiũ corporũ: quæ sunt potestates
causales p creationẽ insitę cœlestibus cũctis corporib⁹, p q̃s agũt & influũt in elemẽta & mixta
prout Aristoteles ait: Homo gñat hoiem & sol. Sũt eñ cœlestia corpora p ỽtutes hiñoi instru-
mẽtaliter causę motuũ, & alterationũ, gñationũ & corruptionũ in inferiorib⁹ istis: ut etiã beat⁹
Dionysius ait 4. de diuinis noibus, p̃sertim de sole loquẽs ibidẽ. Consonatq; uerbo philosophi
asserentis, ꝙ accessus solis in obliq̃ circulo, puta zodiaco est causa gñationis & renouationis in
inferioribus, seu terræ nascentibus. Recessus uero eius in circulo isto, est causa corruptionis &
arefactionis illorũ, sicut ad oculũ est uidere: unde peripatetici posuerũt quatuor causas uniuer
sales, sũmas primarias, quarũ altissima deus est. Secũda est intelligẽtia. Tertia aĩa nobilis. Cœle
stia eteñ corpora aĩata dixerũt, quorũ aĩas nobiles nũcupabãt. Quarta est naturæ uis, seu uirt⁹
insita cœlestibus corporibus. Hinc ait Albertus: In orbib⁹ cœlorũ uirtutes sunt mouẽtes, & in
staurãtes naturã, scilicet ĩferiorũ p indiuiduorũ procreationẽ, in q̃rũ successiõe cõtinua species
perpetuatur.

perpetuatur, quas hic ad dei laudē inducit. Tertio potest exponi de uirtutibus imperialibus, D
quas ponit Damascenus, ab eis cœlos moueri affirmans. Quarto de omniū naturalium, seu cre-
atarū rerū ac specierū naturalibus uiribus siue potentiis, per quas ad operationes sibi cōnatura-
les ac debitas extant idoneæ: nullū enim naturalium propria caret operatione secundū Dama
scenū, alioquin frustra esset, cum res non queat suū attingere finē, nisi per propriā actionē seu
motū. Has uirtutes putauit Rabi Moyses in scripturis angelos appellari, in quo tamē errauit,
putans angelicas mētes, seu separatas substantias non esse plures q̃ sunt orbes cœlestes, prout
Albertus & Thomas suis locis de ipso enarrāt. ¶ Bñdicite sol & luna domino. hæc sunt duo » 4
Gen.1. luminaria cœli, illustrantia terram, de quibus dicitur Genesis primo: Fecit deus duo magna lu
minaria. In quorum præsertim in solis diligenti consideratione diuina maiestas mirabiliter cō
spicitur ac relucet. Nempe ut 4. de nominibus diuinis capitulo loquitur Dionysius: Sol iste
uisibilis euidens est imago bonitatis diuinæ, quæ est sol æternus & intellectualis, sol sapientiæ
atq; iustitiæ, imò in magnitudine, uelocitate, claritate, causalitate, influentia & efficientia solis,
diuinæ potestatis ac sapientiæ eminentiā satis admirari non possumus. Et dicit sol quasi solus
omnibus lucens: quia non solum luna, sed cætera quoq; astra ac planetæ secundū plures philo
sophos lumen sortiuntur ab eo. Hinc & signifer ille sanctus Franciscus considerando intuen-
doq; fratrem solem non mediocriter delectabatur in creatore superaltissimo. De hac re ecclesi
Eccl.43. astici 43. legit: Species cœli in uisione gloriæ, sol in aspectu uas admirabile, opus excelsi, radios
igneos exufflās. Magnus dñs qui fecit illū, & in sermonibus eius festinauit iter. Luna ostēsio tē
poris, & signū æui. Mensis secundū nomen est eius, crescens mirabiliter in consummationem.
Vas castrorum in excelsis, in firmamento cœli resplendens gloriose. Spiritaliter aūt sol signifi- E
cat intellectū ueri & boni, ac rationis fulgorē super cæteras uires ei subiectas, quæ illuminant
ab ea, ne ruant errantes in lubrico uitiorū. Luna designat inferiorē animæ portionē: ut ab ani-
mæ suprema portione, directione uirtuosa perfusam eiq; subditam. Et quia electi horū habent
Apoc.12. utrūq;, iccirco de ecclesia scribit, mulier amicta sole & luna sub pedibus eius. benedicite stel- »
læ cœli dño. Magnificentiam eñ sui creatoris multipliciter reprǽsentant sua pulchritudine, »
motione, causalitate, pluralitate, situ, influxu & ordine. Paruę equidē uidentur: sed minima ma
ior asseritur tota terra, quoniā remotissime distant à nobis. Propter quod scriptum est: Species
Eccl.43. cœli gloria stellarum, mundū illuminans in excelsis dñs. Stellę aūt designant uirtuosos, sapien
tia præditos, qui uerbo, exēplo, fama, seu moribus aliis lucent, quæ sunt uelut lucerna lucēs &
Phil.2. ardēs. Quēadmodum scribit Apostolus: Omnia facite sine murmurationibus, ut sitis sine que-
rela simplices filii dei in medio nationis prauæ atq; peruersæ, inter quos lucetis sicut lumina-
Dan.12. ria mundi, uerbū uitæ continentes. Hinc scribitur: Qui erudiunt multos ad iustitiā, fulgebunt
quasi stellæ in perpetuas æternitates. ¶ Bñdicite imber & ros dño. Istę sunt duæ impressio » 5
ones in aëre factæ, perutiles ad terræ nascentium fœcundationē, & uitæ humanæ conseruati-
onē: ex quarū diligenti cōsideratione oritur nobis grandis materia gratiarū actionis, ac laudis
Esa.55. diuinæ. Imber quippe seu pluuia terram irrigat & fœcundat. Iuxta illud Esaiæ: Descendit im-
ber de cœlo, & illuc ultra non reuertitur: sed inebriat terrā, & infundit eam, & germinare eam
facit, & dat semen serenti, & fructum cōmedenti. In modo quoq; descensus pluuiæ quo gutta-
tim per cohærentiā riuuliformē, uelut per subtilissimos aquæductus atq; canalia defluit ac de-
scendit, sapientiam & bonitatē prouidentiæ dei satis mirari nequaq̃ ualemus. Hinc scriptū est: F
Iob.12. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur, si emiserit eas, subuertēt terrā, uidelicet si simul cū im-
petu caderent. Ideo rursus habetur: Qui ligat aquas in nubibus, ut non erūpant pariter deor-
Iob.26. Psal.146. sum. Et Psalmista decantat: Qui operit cœlū nubibus, & parat terræ pluuiam. Insuper ros, flo-
res & germina dulci nutrit humore. Imber aūt doctrinā & prædicationē, ros spiritus sancti cō
solationē & unctionē designat. Sicut dñs loquitur: Mandabo nubibus meis, ut non pluant su-
Esa.5. per eam imbrem. Et ibi ad literā sermo est de Synagoga Iudæorū, secundū quod uinea dñi sa-
baoth perhibetur. benedicite omnis spiritus dei domino. Spiritus hic pro uento accipitur, »
qui à diuersis terræ plagis procedit, atq; ad terræ nascentiū pullulationē hominūq; consolati-
onē ac refrigerationē plurimū confert. De quo secundū unā expositionē accipitur illud: Spiri
Gen.1. Ioan.3. tus dñi ferebatur super aquas. Illudq; euangelii: Spiritus ubi uult spirat, & nescis unde ueniat.
Psal.134. Vnde ait Psalmista: Qui producit uentos de thezauris suis. Per uentū uero spiritus sancti aspi
ratio ac refrigeratio denotat. Posset quoq; per omnē spiritū dei quælibet spiritalis & subtilis
essentia insinuari. ¶ Benedicite ignis & æstus dño. Si subtilitatē, actiuitatē & magnitudi- » 6
nē ignis elementaris pensemus, dei excellentiā in eo perpendere quimus. Cætera eñ terra am
bit & continet elementa. Estq; elementū magis formale & actuosum. Imò ut Thomas ait, per
ignē proprietates diuinorū cōuenientissime exprimuntur. Nā & deus ignis cōsumens ab Apo
Heb.12. stolo dicitur. Charitas quoq;, imò & spiritus sanctus ob uarias causas ignis uocatur. Similiter
à sublimi Dionysio proprietates seraphim à similitudine ignis accipiunt & describunt. Quēad
modum super angelicam hierarchiā Hugo & Lynconiensis exponūt. Quo demū aqua subti-
lior

A lior est terrã,&aër aqua,tantũ ignis iste aëre extat subtilior. Vnde in sua sphera nec uisibilis nec
lucidus fertur. Aestus aũt seu cauma est effectus ignis: uel secundũ Albertũ regio aëris,proxi-
ma igni. Ignis quoq; qui apud nos est cõpactus atq; uisibilis, & æstus causatus in aëre prope
nos,dãt nobis materiã laudãdi,benedicẽdiq; deum. Spiritaliter ignis est charitas, æstus,ardor,
est charitatis. De quo ait Christus: Ignem ueni mittere in terrã. Et discipuli duo dicunt: Nõne Luc. 12.
cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu,dũ loqueret nobis in uia? Canticorũ quoq; 8. de chari Luc. 24.
tate habet: Lãpades eius lãpades ignis atq; flãmarũ. Hic ignis diuinus,spiritalisq; æstus sunt præ Cant. 8.
clarissima bona,& præstantissima dei dona,quæ dũ nobis collata senserimus æstimantes præ-
» cordialissimas,& itẽ humillimas deo superpiẽtissimo grates referre debemus ac laudes, Benedi
» cite frigus & æstas dño. Frigus pro aëre, uel ipsa tẽporis illius aspera qualitate hic sumit. Tẽ-
porũ aũt distinctio in hyemẽ & æstatẽ,autumnũ & uerẽ,annũ, diẽ & noctẽ à motu cœlestium,
præsertim ipsius solis causat,secundũ q̃d inducit. Dixit deus: Fiant luminaria in firmamẽto cœ Gen. 1.
li,& diuidãt diẽ & noctẽ:& sint in signa,& tẽpora,& dies,& annos. Interea in ordinatissima tẽ
porũ & qualitatũ eorũ distinctione sapiẽtia dei mirabiliter declarat, & humanæ uitæ sapiẽtissi-
me prouidet. Queadmodũ in hymnis tangit Ambrosius dicẽs: Aeterne rerũ conditor, noctẽ,
diẽq; qui regis,& tẽporũ das tẽpora,alleues fastidiũ. Et alibi: Vestiens diẽ decoro lumine,noctẽ
soporis gratia: unde cũ Psal. dixisset: Fecit lunã in tẽpora,sol cognouit occasum suũ, & cætera Psal. 103.
quæ sequunt,admirando subiecit. Quã magnificata sunt opa tua dñe,oĩa in sapientia fecisti.
Mystice frigus est extinctio flãmæ concupiscentiarũ ac uitiorũ. Aestas calor maturitasq; uirtu-
7 » tũ,in quibus electi deũ magnifice laudant,tam recessum à malo q̃ accessum ad bonũ diuinæ pi
» B etati humiliter ascribẽtes. ¶ Benedicite rores & pruina dño. Ros est effectus temperati ca-
loris,& frequentius fit in uere. Pruina effectus est frigoris, & fieri solet in autumno iuxta Phi-
losophũ,quorũ primũ designat prosperitatẽ,aliud aduersitatẽ,in quibus uirtuosi deo æquali-
ter regratiant: imò quãdoq; amplius in aduersis,q̃ nõ prosperis extollunt,neq; aduersis deiici- 2. Cor. 6.
» unt,armati armis iustitiæ à dextris & sinistris, Bñdicite gelu & frigus dño. Gelu causat à fri-
gore,atq; à frigore uenti seu plagæ septẽtrionalis fortissimũ orit gelu,iuxta illud Ecclesiastici: Eccli. 43.
Frigidus uẽtus Aquilo flauit,& gelauit crystallus ab aqua. Et in Psalmo: Ante faciẽ frigoris ei' Psal. 147.
quis sustinebit? Per gelu & frigus mẽtis cõstrictio atq; duritia ex dispẽsatoria substractiõe,seu
suspensione cõsolationis,ac sensibilis deuotionis intelligi põt,in q̃ euẽtu benedicẽdus est deus,
& patiẽtia cõseruãda,orãdũq; lõganimiter pro refusione doni subtracti,& interim in exterio-
8 » ribus ac indignis renuat cõsolari aĩa nr̃a. ¶ Bñdicite glacies & niues dño, quę causant ex fri Psal. 76.
gore. Et quidã per glaciẽ intelligi grandinẽ uolũt. Niues aũt sunt aquæ q̃ raræ seu tenues con
gelatæ descẽdunt,in q̃bus sapiẽtia dei relucet,dicente Psalmista. Qui dat niuẽ sicut lanã. Et itẽ: Psal. 147.
Ignis,grãdo,nix,glacies,spũs procellarũ,q̃ faciũt uerbũ eius. Per hæc duo designãt dei flagella, Psal. 148.
q̃bus pcutimur,in q̃bus deũ laudare debemus,dicẽtes singuli illud Iob: Peccaui,& uere deliq, Iob. 33.
» & ut erã dignus nõ recepi, Bñdicite noctes & dies dño. Nox ab opacitate terræ causat,& tri
bulationẽ designat,dies prosperitatẽ. Quãdoq; aũt nox ueteris testamẽti obscuritatẽ, uel uitio
rũ caliginẽ. Dies euãgelicæ gratiã ueritatis uel mẽtis claritatẽ signat. Vt cũ ait Apl'us. Nox præ Rom. 13.
9 » cessit,dies aũt appropinquauit. ¶ Bñdicite lux & tenebræ dño. secũdũ Albertũ lux spargit
C uigiliã,tenebra refouet & cõtinet spiritũ ne dissoluat. In lucis aũt à cõsideratiõe puritate, amœ
nitate,subitanea diffusione,multiplici fœcũditate ac utilitate,ortu atq; occasu,diuina maiestas
sublimiter innotescit, Queadmodũ dicit: Dulce lumẽ,& delectabile oculis uidere solẽ. Per lucẽ Eccles. 11.
etiã sensibilẽ increata lux dei multiformiter designat. Et mystice lux est illustratio mẽtis,cõso-
latio, & exhilaratio bona. Tenebra uero defectuositas seu ignorãtia cordis, aut obscuratio ei'
Vnde ad innuendũ mirabiles proprietates istorũ,dñs ait: Indica mihi si nosti in qua uia habitat
lux,& tenebrarũ q̃s loc' sit ut ducas unũ q̃dq; ad terminos suos,& intelligas semitas eius? Si aũt Iob. 38.
obiicit,cũ tenebra sit sola lucis priuatio,quõ ipsa ad bñdicendũ dñm inuitat? Et respõdendũ ꝙ
opposita iuxta se posita clari' elucescũt. Ideo in cęcitate,surditate,tenebris,cęterisq; priuatiuis
positiua eis opposita euidẽtius agũt ad dei pconiũ. Rursus in distinctiõe tenebrarũ à luce bñdi
cit sapiẽtia dei,oĩm ordinatrix. Sed & noĩe tenebrarũ aliq̃d positiuũ insinuat, scilicet tẽp' illud,
aut effectus,q tũc magis accidere solet, seu utilitas q̃ ex recessu lucis diurnæ euenit hoĩ ut sopo
re reficiat & cõqescat. Iterũ quæri põt quõ homo sensatus ad hęc inanimata dirigat uerbũ,allo
quẽs ea q̃ sensu carẽt ratione ac uita? Et respõdendũ ꝙ nõ ideo ut ipsa audiãt atq; intelligãt,sed
ut ipse q ea affat,seipsum & alios ad dei præconia inflãmet. Sic quippe in psalmis frequentissi-
» me agit, Bñdicite fulgura & nubes dño. Fulgura sunt incẽsiones seu ignes q̃ micãt in nubib'.
Spiritaliterq; significant miraculorũ coruscationẽ,uel terribiliũ cõminationẽ. De q̃bus dñs lo-
quit: Nunq̃d emittes fulgura & ibunt,& reuertẽtia dicẽt tibi,assumus? Et In Psalmo: Illuxerũt Iob. 38.
coruscatiões tuæ orbi terræ,cõmota est & cõtremuit terra. Nubes uero sunt aq̃ uaporabiliter Psal. 76.
eleuatę, q̃ iã cõdẽsari incipiũt, & designãt gratiarũ fluẽta,ac pdicatores, imò & angelos secũdũ
Dionysiũ. De nubibus aũt in libro Iob multa dicũtur ad cõprobandũ ꝙ in cõsideratione earũ, Iob. 37.
& ope

& operationũ quas habent pietas ac prouidentia dei, egregie declaratur. Itaq; Iob 36. de deo D
inducitur. Si uoluerit extendere nubes quasi tentoriũ suum, & fulgurare lumine suo desuper.
Cardines quoq; maris operiet, per hæc enĩ iudicat populos: & dat escas multis mortalibus. Et
Iob 37. sequenti ibi capitulo, Frumẽtum desiderat nubes, & nubes spargunt lumen suum, quę lustrãt
cuncta per circuitum, quocunq; eas uoluntas gubernãtis duxerit. Ad omne q̃d præceperit il
lis super faciem orbis terrarum, siue in una tribu, siue in terra sua, siue in quocunq; loco miseri-
Eodem. cordiæ suæ iusserit eas inueniri. Denuo: Nunquid nosti magnas semitas nubium, & perfectas
scientias? Interea scire oportet ꝙ nisi in consideratione naturalium & meteorologicarum
impressionum considerabilis est perfectio, prouidentia & maiestas dei uiuentis, nequaq̃ scri-
ptura hoc loco & in psalmis, ac libris propheticis tam frequenter horũ faceret mentionẽ. Itaq;
dum pręmemorata & subscripta creata ad dei præconia inuitamus nosipsos, ad eius laudes effi
caciter inflammemus, atq; rerũ istarũ naturas & proprietates, cursum, actũ, ordinemq; pensan-
tes ex omnibus his ad dei supergloriosissimi cõtemplationem, laudem admirationẽ, & amorẽ
Hier. 10 feruentem iugiter conscendamus. Hinc enim scriptũ est: Dñs deus uerus est, ipse deus uiuẽs &
Psal. 134. rex sempiternus, ad uocẽ suam dat multitudinẽ aquarũ in cœlo, & eleuat nebulas ab extremita
tibus terræ, fulgura in pluuiam fecit, & educit uentum de thezauris suis. De quo scriptum est
Amos 5. Faciens arcturũ & Orionẽ, cõuertens tenebras in mane & diem nocte mutans, qui uo-
cat aquas & effundit eas super faciem terræ, dominus nomen eius. Iob quoq; 37. Subito aer co
Iob. 36. getur in nubes, & uentus transiens fugabit eas. Et præcedenti illic capitulo. Qui aufert stillas
pluuiæ, & effundit imbręs ad instar gurgitum qui de nubibus fluunt, quæ protexerũt cuncta E
desuper. ¶ Benedicat terra dñm, laudet & superexaltet eum in secula. ⌋ Terra est infimũ mi- » 10
nimumq; elementorum, cuius tamen pars maxima operta est aquis, cuius quantitatẽ, dispositi-
onem, fœcunditatẽ, ac cæteras proprietates, rite pensantibus, & quomodo ipsa est uelut cẽtrũ
uniuersi, & suo loco permanet fixa, immobilis, q̃uis sit maximæ grauitatis, occurrit grandis ra-
tio laudis diuinæ. Iccirco ad insinuandum, quõ maiestas ac sapientia diuina in elemento terræ
Iob. 38. possit perpendi, ipse creator omnipotens ait: Vbi eras quando ponebã fundamenta terræ? In-
dica mihi si habes intelligentiã. Quis posuit mensuras eius? si nosti? Vel quis tetendit super eã
lineam, super quo bases illius solidatæ sunt? aut quis demisit lapidem angularem eius? Deniq;
ut Plato loquitur in Thimæo: Partẽ terræ uoluit deus esse aquis discoopertam, ut esset homi-
nibus ac brutis in habitaculũ & altricẽ. Terra itaq; fructũ suum producendo, & cætera ad quę
diuinitus condita est peragendo, dñm non mediocriter iuxta sensus præhabitos laudat, quæ
ob suam stabilitatẽ ac fœcũditatem, hominẽ uirtuosum stabilẽq; designat, quẽ spiritus sanctus
cœlesti semine scilicet uerbo dei fœcundat. Vnde ait Saluator: Semen est uerbũ dei, quod autẽ
Luc. 8. in terram bonã cecidit, hi sunt qui in corde bono & optimo, audiẽtes uerbũ, retinent, & fructũ
afferunt in patientia. Hinc secũdum Gregorium ager est mundus. i. habitatores terræ, quibus
1. Cor. 3. & Paulus dixit: Dei agricultura estis. ¶ Benedicite montes & colles domino. ⌋ secundũ Al- » 11
bertũ mõtes & colles uapore subterraneo eleuãt. Vel ab aquis nimiũ cõgesta mole causant, & F
notãt maiores ac minores in ecclesia, præsertim pręlatos, aut in donis grãæ fulgẽtes, iuxta illud
Iohel 3. Iohelis. Stillabunt mõtes dulcedinem & omnes colles culti erunt. ⌊ benidicite uniuersa germi »
uentia in terra domino. ⌋ Si eorũ quæ intra terrã & in superficie eius, atq; ex ea gignuntur uarie »
tatẽ, ualorẽ, pulchritudinẽ, suauitatẽ, amœnitatẽ, ac cæteras innumerabiles proprietates sapi-
enter attendimus, præ admiratione excellentiæ creatoris altissimi deficiemus, nec sapientiam,
dulcedinẽ, & decorẽ eius in his satis mirari poterimus. Hęc quippe sunt metalla, flores, fructus,
species, arbores, gẽmæ, quorũ uires & proprietates tot & tales, ac tantæ sunt, ut mortalibus ple
ne non innotescant, & quicquid speciositatis, amœnitatis, uirtutis & amabilitatis in eis est, spar
sim atq; finite hoc in superpręstantissimo deo est indiuisim simplicissime; omnino perfecte, ac
infinite: ex quorũ etiam formatione, renouatione, dispositione, prouidẽtia creatoris probatur, »
& à quibusdam magnis philosophis est pensata. Queadmodũ decimo de Ciuitate dei Augu-
stinus ostendit, dicẽdo: Plotinus Platonicus de prouidentia disputãs eam à summo deo, cuius
est inintelligibilis atq; ineffabilis pulchritudo usq; ad hæc terrena & ima pertingere, flosculo
rum ac foliorũ pulchritudine cõprobat, quæ omnia quasi abiecta & uelocissime pereuntia de-
centissimos formarũ suarũ numeros habere non posse confirmat, nisi inde formẽtur ubi forma
intelligibilis & incõmutabilis simul exẽplariter habens omnia, perseuerat. Hoc & Christus in
Mat. 6. Euangelio pandens, Considerate inquit lilia agri quomodo crescunt, dico autẽ uobis ꝙ nec Sa
lomon in omi gloria sua coopertus est sicut unũ ex illis. De hac quoq; materia Hugo & Richar
dus eius discipulus pulchre loquuntur, uno eorũ dicente quod & alius in sentẽtia ponit: Quid
de gẽmis & pretiosis lapidibus narrem, quorũ nõ solum efficacia utilis, sed aspectus quoq; mi-
rabilis? Ecce tellus redimita floribus, q̃ iocundum præbet spectaculum. Videmus rubentes ro
sas, candida lilia, purpureas uiolas, in quibus non solũ pulchritudo, sed origo quoq; mirabilis,
quõ scilicet dei sapientia de terræ puluere species tales producit. ¶ Benedicite fontes dño. ⌋ » 12
Fons

A Fons à fundendo nomen fortit, quia aquarum fundit fluenta, & sua diffusione, perspicuitate, exuberãtia, claritate, euidẽs quædã imago seu repræsentaculũ est bonitatis diuinæ, ob eius cõmunicabilitatẽ, claritatẽ, munificentiã, exuberãtiã q; immẽsã, propter q deus æternus frequẽter fons noiat. In origine quoq; fontiũ, qualiter scilicet ex terræ uisceribus prodeunt, & multiplicatiõe ac utilitate eorum sapientia dei eximie cõmẽdat, q taliter hoim necessitate prouidit, utilitate cõsuluit. De mirabilibus demũ quorũdã fontiũ proprietatibus ac uirib' Augustinus, & alij tã theologi q̃ philosophi uaria conscripserũt, in qbus oĩbus diuina claret maiestas. Fons aũt doctores, prædicatores, ac sacerdotale designat officiũ: quorum est riuos sapiẽtiæ, aquã salutaris scientiæ, charismata gratiæ, influentiã sacramẽtorum alijs cõmunicare, propinare, profundere, de qbus in Psalmo habet: In ecclesiis benedicite deo, dño de fontibus Israel. Et in Esaia: Haurietis aquas in Psal.67.
» gaudio, de fontibus saluatoris. ⌊benedicite maria & flumina dño.⌋ Vnũ est mare totale dictũ Esa.12.
Oceanus, scilicet aquæ elemẽtũ cingens & ambiens terrã, q̃d Secũdus philosophus appellauit cingulũ terræ, scribens Adriano Imperatori. Sunt aũt plura particularia maria, uel ut brachia magni maris: sed & minora quædã sunt maria, de qualibus & in Euãgelio legit. De qbus potissime uerum reor q̃d hic ait Albertus: Maria inquiens causant à confluxu fluminũ. Sicq; iuxta proprietatẽ idiomatis Hebræorum, q̃libet magna cõgregatio aquæ uocat mare secũdũ illud Genesis: Gen.1.
Congregationes aquarum appellauit deus maria. Flumina aũt ex fontibus scaturire ferunt, quis uicissim aliunde causent. Hinc dicit Albertus: Flumina à confluxu fontiũ generant. Deniq; Genesis 1. habetur q fons ascẽdebat e' terra, irrigãs uniuersam superficiẽ terræ. Et denuo: Fluuius
B egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigandũ paradisum, qui inde diuidit in quatuor capita, scilicet in quatuor principalia flumina ex paradiso manãtia, de qbus Genesis 2. fit mẽtio. Itaq; ex fonte illo paradisi, fluuius paradisi profluxit: & fluuius ille quadripartit: Veruntamẽ secundũ Damascenũ fons præfato ex mari Oceano habet originẽ. Sicq; uerificat illud Ecclesiastes: Omnia flumina intrant in mare, & mare nõ redundat. Ad locũ unde exeunt flumina reuertũt, Eccles.1.
ut iterum fluant. Per mare aũt interdũ exprimitur seculi huius. i. seculariũ hoim inquietudo, amaritudo, atq; tumultus. Impij eñ quasi mare feruens q̃d quiescere nõ põt, ut dicitur in Esaia: Interdũ aũt per mare corda pœnitentiũ, se in amaritudine, & fluctibus interne cõpũctiõs afficiẽtia denotantur. Flumina uero nunc gratiarum copiosa charismata, nunc tribulationũ abundãtiã Esa.57.
significant. Quantũ ad primũ ait Christus. Qui credit in me, flumina de uẽtre eius fluent aquæ uiuæ. Quo ad secundũ ait Psalmista: Eleuauerũt flumina fluctus suos à uocibus aquarum multarum. Ioan.7. Psal.92.
13 » ¶ Benedicite cete & omnia quæ mouentur in aquis dño. ⌋ Hæc sunt elementi aquæ præcipua ornamẽta. Porrò si ea quæ de cete à philosophis & à theologis scripta sunt attendant: magna ualde offertur materia laudandi, admirãdi, honorãdiq; deũ. Nẽpe de hoc gñe piscis secundũ unam expositionẽ, sumũtur saltẽ pro parte, quæ Iob 40. de Leuiathan scripta sunt. Hinc inter pisces specialiter nominatur & prænominatur, quia est maximus piscis, inter creaturas dei opus eius non parum mirabile, queadmodũ eñ inter homines magnitudine eminentẽ ipsi gigantes, inter uolucres griphi, inter bestias terræ quadrupedes elephantes, sic inter pisces sunt cete. De quibus Genesis 1. Creauit deus cete grandia, & omnẽ animã uiuentẽ atq; motabilẽ, q̃ produxerant aquæ in species suas. Interim quanta sit uarietas, decor, utilitas, robur, uis, atq; propri-
C etas piscium maris, quis mortaliũ poterit rimari aut explicare? Sed quia ad Petrũ & Andream Mat.4.
loquutus est Christus: Faciam uos fieri piscatores hoim, constat noie pisciũ intelligi homines: ita q cete designant maiores atq; potentes baptismatis unda renatos. Cætera quæ mouent in aquis minores ac simplices in aqua baptismi motũ, uirtutũ, uitãq; gratiæ sortiẽtes. De huiuscemodi aqua & piscibus Ezechielis 47. multa legũtur, quo inter cætera fertur. Omnis anima uiuens, quæ serpit quocũq; uiuent torrens, uiuet, & erũt pisces multi satis postq̃ uenerint illuc aquæ istæ, & sanabuntur: & uenient omnia ad quæ uenerit torrẽs, & stabunt piscatores super
» illas. ⌊benedicite omnes uolucres cœli. ⌋ scilicet aërei, ⌊dño. ⌋ ubi uolucres uolãt. Et quis in diuersitate, pulchro colore, cantu suaui, multiplici actu, celeri motu, penneo tegumẽto, multiformi ornatu, cæterisq; auiũ proprietatibus, superbenedicti & supergloriosissimi dei sapientiam, perfectionẽ, ac maiestatem digne miret? Quãuis aũt per uolucres quandoq; superbi, in altũ uanitatis se erigentes, quãdoq; diaboli in aëre uolitantes significent, Vt cũ ait saluator. Volucres cœli comederunt illa. i. semina, uerba dei abstulerunt. Nunc tamẽ per uolucres intelligẽdi sunt cõtẽplatiui pẽnis orationũ, meditationũ, uirtutũ, atq; donorum in sublimia eleuati. Quibus cõpetit dicere illud Psalmistæ: Quis dabit mihi pẽnas sicut colũbæ, & uolabo & requiescã? De quibus loquit Esaias: Qui sunt isti qui ut nubes uolãt, & quasi colũbæ ad fenestras suas? Et itẽ. Qui sperant in dño, mutabũt fortitudinẽ, assumẽt pẽnas, ut aquilæ uolabunt, & non deficient. ¶ Be- Luc.8. Psal.54. Esa.60. Esa.40.
14 » nedicite omnes bestiæ & pecora dño. ⌋ In his quoq; summi artificis excellẽtia ineffabiliter cõ-
» mẽdatur. Vnde ad declarandã sapiẽtiã suã in istis suis effectibus opifex deus multa ad sanctũ Iob loquit 39. libri eius capitulo. Aristoteles quoq; & Albertus magnus in libris suis de animalibus mira & pulchre scripserũt. Sed Augustinus in libris de Ciuitate dei, aliqua de his tãgit:

enĩ de Ciuitate testatur, Deus nec exigui & contẽptibilis animãtis uiscera, nec auis pẽnulã, nec D
herbę flosculũ, nec arboris foliũ, sine suaꝝ cõueniẽtia partiũ, & quadã ueluti pace reliq̃t. Et Hu
go: In terra inq̃t cõmoranť animalia tã diuersimode figurata, q̃ꝝ nõnulla miramur ex corpoꝝ
magnitudine, q̃dã ex paruitate, q̃dã ex raritate, q̃dã ex speciositate, q̃dã (ut sic loquar) ex quadã
cõuenienti ineptitudine & delectabili deformitate, quæ uocanť ridicula. Insuper secundũ Au
gustinum, aĩalia quæ minimũ habẽt q̃titatis, plus habẽt admirationis. Plus enĩ formicularꝝ &
apicularꝝ opera stupemus q̃ immẽsa corpora beluarꝝ. Hugo q̃q; his consonans ait: Animalia q̃
ob paruitatẽ miramur tã artificiose ac sapiẽter sunt instituta, ut uix discernere ualeam⁹ qd ma-
gis debeamus mirari dẽtes apri uel tineę alas, gryphis uel cyniphis, caput equi uel locustę, cru
ra elephãtis uel culicis, aquilã uel formicã, leonẽ uel pulicẽ, tigridẽ uel testudinẽ. His nẽpe tam
exiguis corporibus sic omnifariã lineamẽta suæ naturæ cõgrua plene distribuit deus, ut nihil
deesse uideať tã minimis eoꝝ quæ natura formauit in magnis. Itaq; quicqd in creaturis & pul
chritudine, proprietate, actibusq; eoꝝ uisui aut considerationi nostræ occurrerit, protinus ad-
superadorandi, ac supdeliciosissimi atq; in infinitũ sapiẽtissimi creatoris contẽplationẽ, reuerẽ
tiã, laudẽ & gloriã, amorẽ & superextollẽtiã referamus, cuncta creata pensantes, ut sunt creatu
ræ, sapientiæ quidã effectus, non ut sunt res quædã in suis speciebus atq; ordinibus cõsistẽtes,
sicut dũ ædificia pulchra conspicimus, statim ex consideratione eoꝝ artificis collaudamus in-
dustriã. Hinc etiã naturalis philosophia, si quis ea utatur legitime, ad diuinorum contemplatio
nẽ confert non modice, ad quã et naturaliter ingeniosi præsertim ad metaphysicaliũ speculati
onẽ bene dispositi, utpote in ui cogitatiua apti ac prõpti, cæteris paribus aptiores censenť, q̃uis E
in alijs defectũ naturæ ac naturalis scientiæ gratia dei facilime queat supplere, imò & illis subli
miores efficere. Per bestias aũt & pecora hoĩes sensualitatẽ sequentes signanť q ad benedicen-
dũ dñm inuitanť, eo ꝙ tã diu eis pepcerit, & adhuc ad emẽdationẽ eos præstolať ac prouocat.
Psal. 95. Cũ uero cõuersi fuerint, dñm grata mẽte solẽt laudare, dicentes. Nisi quia dñs adiuuit me, pau
lominus habitasset in inferno aĩa mea. Veꝝ bestiæ propriæ appellenť animalia syluestria atq;
indomita. Pecora aũt bruta, domita siue domestica. Per bestias hoĩes carnales, crudeles, intra-
ctabiles. Per pecora hoĩes carnales, mansueti, tractabiles, congrue intelliguntur. Benedicite filij
hoĩm dño. ¶ Benidicat Israël dño, laudet & supexaltet eũ in secula. ¶ Benedicite sacerdo- 15
tes dñi dño. Rationales & intellectuales creaturæ dupliciter dñm benedicunt, uidelicet gene 16
raliter ac specialiter. Generaliter dando materiam laudis diuinæ, considerantibus eas, & exer-
cendo operationes sibi naturaliter conuenientes, eo utiq; modo quo (ut dictũ est) cæteræ crea
turæ irrationabiles & inanimatæ dñm benedicere asserũtur. Specialiter q̃q; dñm benedicunt
intellectiue ac dilectiue formaliter atq; uitaliter, corde & ore dei laudibus insistendo per sapi
entiam & amorẽ. Primo igiť modo benedicunt deum, siue considerẽtur quo ad dona naturæ,
siue quoad dona gratiæ, siue quoad dona gloriæ. Nam & q̃tũ ad naturalia, homo est mirabilis
creatura dei sui imagine decorata, ex spirituali rationali essentia, & carne mortali mirabiliter cõ
paginata, mẽbris corporis & uiribus animæ artificiose dotata. Et breuiter si hominẽ considere
mus quoad corpus & animam, & circũstantia ac concernentia, eum inuenimus tanto copiosio
rem, excellentioremq; materiam benedicendi creatorem, quo cæteris creaturis præfatis ho- F
mo est altioris naturæ, eminẽtiorisq; formaturæ quoad corpus & animã. Vnde de pulchra hu
mani corporis dispositione loquitur Augustinus: In ipso hominis corpore quãta dei bonitas,
quanta tanti creatoris apparet prudentia. Nonne ita sunt in eo loca sensuum, & cætera mẽbra
disposita, speciesq; ipsa ac figura, & statura totius corporis ita modificata, ut ad ministeriũ aĩæ
rationalis se indicet factũ? Nã enĩ ut animalia irrationabilia prona in terrã esse uidem⁹, ita & cre
atus est homo: sed erecta in cœlũ corporis forma ammonet eum quæ sursum sunt sapere atq;
aspicere. Porrò mira nobilitas linguæ ac maioribus attributa ad loquẽdum & scribendũ, & ad
opera artium plurimarꝝ ac officioꝝ complenda conueniens, nonne satis ostendit quali quãq;
præclare animæ tale corpus ad seruiendum consistat unitum? De dispositione quoq; interio-
rum corporis, scilicet perplexitate uenarum atq; neruoꝝ, & secretis uitaliũ uisceꝝ loquitur
Augustinus ibidem, ostendens ꝙ si talium harmonia, cõnexio ac dispotio notæ essent, ita dele-
ctaret pulchritudo rationẽ in eis, ut omniũ formæ quæ oculis placet, ipsius mẽtis præferreť iu-
dicio. Insuper quis in institutione sensuũ & modo immutatiõis eoꝝ à suis obiectis & in mutuæ
sensuũ ac sensibiliũ proportione ac cohabitudine, in dispositione quoq; sensuũ interioꝝ, & no
bilitate uiriũ animæ superioꝝ intellectiuaꝝ omnipotentiã sapiẽtiæ, ac sapiẽtiam oĩpotẽtiæ dei
actoris primi totius natur, satis mireturę, digne collaudet? Si uero supernaturalia dona hoĩbus
præstita intueamur, uidelicet dona grẽ gratũ facientis, & etiã dona gratiæ gratis datæ, abun-
dãtiorẽ sublimioremq; materiã bñdicẽdi dñm inuenimus, & maxime si bona glorię eis promissa,
& multis iã data pẽsemus. Postremo q̃ alicui plura & potiora diuinitus collata sunt bñficia, eo
dñm plus bñdicere obligať, & amplioꝛẽ præbet materiã bñdicendi illũ. Iccirco postq̃ in gene-
rali dixerunt, benedicite filij hominum domino, de Israëlitica plebe specialiter subiũxerunt:
Benedicat

A Benedicat Israël dñm, scilicet propter specialia, multa, & magna bñficia sibi cõcessa, de qua fert
in Psalmo: Qui annunciat uerbũ suũ Iacob, iustitias & iudicia sua Israël. Non fecit taliter omñi Psal.147.
nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Itemq; : Quanta audiuimus & cognouimus ea,
& patres nostri narrauerunt nobis. Numerorum quoq; 24. Quis similis tibi popule, qui salua- Psal.77.
ris in dño? Et Baruch 4. Beati sumus nos, quia quæ deo placita sunt, manifesta sunt nobis. Verũ Num.24. Baruch 4.
qm̃ plebs illa per suam incredulitatem indigna effecta est nomine Israëlis, de qua ait Aposto-
lus: Videte Israël secundũ carnẽ. Nunc per Israël intelligendus est populus fide & opere Chri 1.Cor.10.
stianus, de quo idem Apostolus ait: Pax super Israël dei. Hic enim populus fide deũ prospi-
ciens, etiam in prophetis frequẽter ad literã nominibus Hierusalẽ & Sion, ac Israël designatur, Gal.6.
præsertim quia primitiua ecclesia ex populo illo fuit. Sed & multo maiora data sunt beneficia
ac munera gratię populo Christiano, q̃ plebi Iudęæ, quis de illa dicat Apostolus. Israëlitę quo- Rom 9.
rum est adoptio filiorum dei, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & pro-
missa, quorum patres ex quibus Christus secundũ carnẽ, qui est super omnia deus benedictus
in secula. Expressio demum in generali nomine Israël, in speciali sacerdotes nominantur, qui-
bus maiora dona erant concessa, & ratione officij sui, specialiter ad spiritalia exercitia, laudesq;
dei fuerant obligati: de quibus dñs dixit: Inebriabo animas sacerdotum pinguedine. Quibus Hier.31.
ait Ezechias: Filij mei nolite negligere, uos elegit dñs, ut stetis coram eo, & ministretis ei, cola- 2.Paral.29.
tis eum, & cremetis ei incensum. Leuitici quoq; 10. dñs præcepit eis dicens: Doceatis filios Isra Leui.10.
ël omnia legitima mea: Et alibi. Sacerdotes sancti erunt deo suo. Si aũt tam spiritaliter continẽ- Exod.29.
16 B ter & sobrie uiuere tenebantur sacerdotes illi legales: quorum sacerdotium typicum erat, pu-
ta figura sacerdotij Christi atq; ecclesiæ, q̃ spiritaliter caste ac temperate uiuere obligantur sa
cerdotes ecclesiæ: Nonne tanto perfectius quo spiritalius atq; diuinius eorum est sacerdotiũ?
& quo pręstantiorem deo hostiam offerunt, ac præstantiora sacramenta contractãt? Itaq; deo
iugiter benedicant, laudibus uacent diuinis, & spiritalibus se prorsus mancipent actibus, uitia
» gulæ & luxuriæ primo ac uehemẽtissime abhorrentes ac repellentes. Benedicite serui domi
» ni domino. quod uel de ministris sacerdotũ in cultu diuino, puta Leuitis, quibus modo in ec-
clesia succedunt diaconi, uel de quibuscunq; dei famulis dicitur. Omnes aũt fideles sunt serui
dei tãq̃ creati ac redẽpti ab ipso, quibus summa ingenuitas & libertas est deo seruire. Hoc nãq;
est uitijs & proprio animo dominari, carnem, ac dæmonẽ simul cũ hoc seculo nequã superare
17 » quod excellentissimũ uictoriæ genus est. ¶ Benedicite spiritus & animæ iustoꝝ dño. Inte-
rim sicut refert Hieronymus, quia superius dictum est: In anima contrita & spiritu humilitatis
suscipiamur. Et nunc dicitur: Benedicite spiritus & animę iustorum. Quidã dixerunt in homi
ne præter spiritũ sanctũ duo distincta esse, spiritum & animã, quibus secundũ Hieronymum la
borandum est quomodo absq; carne & gratia spiritus sancti duę substantiæ & duo interiores
homines in uno homine esse dicãtur, hoc quippe ex eorum sequitur dicto. Itaq; spiritus & ani
ma hoc loco eandem animæ rationalis essentiam exprimũt, quæ anima dicitur inquantũ infor
mat & animat corpus, spiritus ob suam simplicitatem & inquantum contẽplatur cœlestia, ut
habetur ex libro de Spiritu & anima. Laus aũt iustorum deo gratissima esse dinoscitur, sicut &
» laus humiliũ ac sanctoꝝ, de quibus mox additur, Benedicite sancti & humiles corde dño.
C non propriæ potestati aut labori siue industriæ, uirtutes & merita uestra attribuendo, sed pie-
tati & gratiæ spiritus sancti qui operatur in uobis uelle ac perficere. Cor aũt contritũ & humi- Phil.2.
liatum deus nõ spernit. Et cũ ipse sit essentialiter pure infiniteq; sanctus, sanctitas sibi maxime Psal.50.
placet, humilibus quoq; dat gratiam. Itaq; dum canticum istud deuotum ac feruidum pronun Iaco.4.
ciamus, ex ardẽti id agamus affectu, & deum ab omni suo effectu honorare cordialissime affe-
ctemus, & ipsi quoq; eũ deuotissime benedicamus laudantes eum in seipso & in suis operibus.
Iuxta illud Ecclesiastici 39. Benedicite dñm in operibus suis. Et denuo: In omñi corde & ore nũc Eccli.39.
collaudate & benedicite nomen domini. Omnia etenim deus maiestatis propter seipsum crea Eccli.17.
uit, ut sua perfectione in omnibus relucente, ipse in omnibus & ex omñibus laudetur ac uenere
tur. Iuxta quod scriptum est: Fecit deus opera sua ut timeatur. Ideo glossa dicit: Cũ cernimus
aliquid pulchrum uel honestum, inde deum laudare, & ei gratias referre debemus. Circa præ-
cedentẽ quoq; uersiculum ponit, q spiritus est quo discernimus, & anima qua uiuificamur, ut
uitam & intentionem ad dei præconia referamus. Postremo benedicere & laudare deũ excel
sum angelicus actus est & cœlestis, magisq; diuinum ac meritoriũ opus cæteris paribus q̃ deũ
orare. Ob hoc ait Propheta: Cãtabo dño in uita mea, psallam deo meo quã diu sum. Et: Benedi- Psal.103.
cã dñm in omni tẽpore, semper laus eius in ore meo. Tandem uiri isti seipsos ad dei prouocant Psal.33.
18 » laudẽ. ¶ Benedicite Anania Azaria, Misaël dño. Ex præsenti scilicet liberationis beneficio
ab igne atq; miraculo, scientes eũ omni creaturæ supereminere, nec ei cessantes de cætero gra
tias agere. Sequentem uersum ecclesia addidit in laudẽ superbeatissimæ trinitatis loco Gloria
patri, quod Damasus papa ex ordinatione & persuasione beati Hieronymi in fine singulorum
19 » psalmoꝝ decãtari instituit, itaq; ¶ Benedicamus. i. corde, ore, corpore & opere deuotionẽ,

D laudem,honorẽ,reuerẽtiam,atq; dignum latriæ cultũ & odorationẽ in spiritu & ueritate exhibeamus,bene loquamur,bene sentiamus,omne bonũ ascribamus,ab uniuersis creaturis laudari & amari optemus,⌊patrẽ,⌋creatorẽ,⌊& filium⌋.i.redemptorem,⌊cũ sancto spiritu,⌋consolatore nostro,quia filij incarnationẽ operatus est,& ab eodem patre & filio missus,& per se uenit super apostolos & ecclesiam sanctificauit,& de omni bono nobis prouidit. Et quia hæ tres personæ sunt unus & indiuisus,superamabilissimus deus,⌊laudemus,⌋eum in his tribus personis unica laude,⌊& superexaltemus eũ in secula,⌋pluraliter loquitur: Verus enĩ dei amator, & gratus donorũ eius susceptor, non solũ à se sed ab oĩbus appetit deũ benedici & laudari.

Gen.1. ¶ Benedictus es dñe in firmamento cœli⌋.i.in firmamẽto q̃d dicit cœlũ, de quo in Genesi: Fiat firmamẽtum in medio aquarũ. Et itẽ: Vocauit deus firmamentũ cœlũ. Quod dicit firmamẽtũ, quia firmat omnia in se contenta, quorũ est locus cõmunis. Locus aũt est conseruatiuus locati secundũ Philosophũ,qui etiã dicit ꝙ motus cœli est uita quędã,uirtus & cõseruatio inferiorũ. Vnde in firmamẽto est deus tanq̃ principalis motor, rector,atq; influxor in inferiora, qui licet non sit proximus motor cœlestiũ orbium in genere causę efficientis,seu efficiẽter mouẽtis: est tamen motor primus & summus in genere causæ finalis, qm̃ mouet sicut desideratũ seu bonũ optatũ mouit desideriũ & optantẽ secundũ meliores philosophos tam Peripateticos q̃ Platonicos.⌊& laudabilis,⌋Ob tuam bonitatẽ,uirtutẽ,& sanctitatẽ. Laus enĩ debetur uirtuti sicut & honor. Sed laus consistit in uerbis,honor in actibus. Est nanq; exhibitio reuerentiæ in signum testimoniũq; uirtutis,& sicut uirtus & sanctitas dei in infinitũ cũctis præeminet,sic ipse superbeatissimus deus infinite laudabilior est q̃ eum aliqua possit creatura laudare,iuxta illud: Glorificantes dñm q̃tũcunq; poteritis,superualebit adhuc. Benedicentes dñm exaltate illũ quantum potestis:maior est enim omni laude,& quis magnificabit eum sicuti est à principio? Itaq; & si incessabiliter laudibus dei intenti fuerimus,etiam mente deuota non inaniter gloriemur nec præsumamus,quasi quid magni egerimus, sed pensantes omne nostrum præconium atq; obsequiũ,infinite à dignitate ac laudabilitate altitudinis dei nostri deficere,ipsum humillime deprecemur,ut per pietatẽ suam immẽsam laudes nostras acceptare dignetur potissime, quia & quicquid in eis boni est ipsius,est donũ:quicquid uero defectuositatis admixtũ, id prorsus est nostrũ.⌊& gloriosus,⌋prout gloria multis modis accipitur, sic & deus multipliciter gloriosus asseritur. Est enim gloriosus.i.plenus gloria siue per gloriam intelligatur iocunditas siue felicitas siue excellentia,siue maiestas,aut clara cum laude notitia, aut fama præinclyta. Et absolute loquendo ipse solus plenus est istis, plenitudine prorsus infinita. Interdum etiam sumitur gloria dei pro magnifico aliquo eius effectu,ut cum scribitur in Ezechiele: Egressa est gloria domini à limine tẽpli,& stetit super cherubin. Huiuscemodi quoq; effectibus deus effectiue plenus est. Deniq; Moses deum esse gloriosum protestans disseruit: Nisi timueris nomen domini gloriosum atq; terribile,augebit plagas tuas,⌊& superexaltatus,⌋quoniam uniuersis & singulis simul acceptis incõparabiliter & immense melior altiorq; consistit. Siquidem finiti ad infinitum nulla est comparatio. Ideo cãtat Psalmista: Magnus dominus & laudabilis nimis,& magnitudinis eius non est finis,⌊in secula,⌋utiq; uniuersa.i. omnium spatio seculorum generationum seu temporum in æternum & in seculum seculi. Amen. F

(Marginal references: Eccli.43 — beside "atissimus deus infinite laudabilior"; E — beside the same line; 1.Cor.10. — beside "incessabiliter laudibus"; Ezech.10. — beside "ria dei pro magnifico"; Deu.28. — beside "nus est. Deniq; Moses"; Psal.44. — beside "gnitudinis eius non est finis".)

# CANTICA NOVI TESTAMENTI.

## COMMENTARIVS IN GLORIOSISSIMAE VIRGINIS matris Mariæ canticum, Magnificat anima mea dominum.

¶ Argumentum authoris.



VIBVSDAM ueteris testamenti sanctis concessum est ut perceptis beneficijs dei præcipuis, canticum deo componerent & offerrent, sicut nunc ait sancta Maria: Considerans enim ineffabilia dei beneficia super se, & in se, laudes gratiasq; referre non distulit. Præsertim quia ex ea incarnari dignatus fuit unigenitus dei. Cuius rei typus in Anna præcessit, quæ supernaturali dei munere Samuelem enixa cecinit carmen primo Regum cõtentum: Exultauit cor meum in domino. Quod in aliquibus cum carmine uirginis diuinę coincidit. Itaq; deuotissima atq; gratissima mente fatetur domina mũdi, regina cœli, genitrix dei.

EXPOSI

## EXPOSITIO CANTICI MARIAE.



A
1 AGNIFICAT ANIMA MEA DOMINVM.
Magnificētia & excellētia cantici huius primo ex parte actri Lucæ.1.
cis perpenditur, quæ quanto gratiosior, illuminatior, atq; di-
uinior erat, eo præclarius canticū edidit. Secundo ex senten-
tiæ ubertate ac maiestate. Tertio ex igne deuotionis in ipsa
exuberantis. Sic ergo magnificat inquit anima mea dominū,
tanq̄ dicat. Tu me o Elizabeth laudas, extollis, magnificas:
uerum ego sciens q̄ à meipsa nil habeo, uniuersa bona deo
ascribo, ipsum laudo, me deprimo. Illum magnifico id est ma
gnum, summum, immensum fateor, contestor, demonstro, il-
lum totis uiribus magnificenter honoro, omni zelo uenerari
desidero, me paruipendo. Dicimur itaq; deum sanctificare, Esa.8.
magnificare, glorificare, dum uerbis & actibus eius sanctitatem, maiestatē, beatitudinē prote- Ezech.38.
stamur, extollimus, demonstramus. Impij uero dicuntur nomen dei polluere, paruifacere, in- Hag.1.
honorificare: quoniā quantū in ipsis est uerbis & factis ostendunt, seu ita se habent, quasi deus Malach.1.
non esset honore & gloria, omniq; reuerentia dignus, sed paruipendendus, neq; curandus. A- Iohel.8.
lios quoq; ad dei offensam, irreuerentiam, iniuriamq; inducunt. Hinc per Ezechielem deus fre Eccli.41.
quenter improperat filijs Israël q̄ polluerunt nomen sanctum suum in gentibus. Fecit ergo Ezech.36.
B Maria quod sanctus pater eius propheta Dauid admonuit: Magnificate dominum mecum. Psal.81.
Porrò secundum Ambrosium magnificamus dominum, seu dominus magnificatur, non q̄ ei Gen.1.
quicquā accrescat: sed quia magnificat in nobis .i. per suos in nobis effectus, seu actus nostros Sap.2.
eius auxilio exhibitos, magnus ostendit. Propterea addit Ambrosius: Imago em̄ dei Christus
est. Et ideo si quid iustū, religiosumq; fecerit anima, imaginē dei, ad cui⁹ similitudinē est creata
magnificat. Quod sumptū uidetur ex uerbis Origenis dicentis: Saluator noster est imago dei
inuisibilis, & anima nostra est imago illius imaginis. Cū ergo illā cognitione, sermone, & opera
tione magnifico, tunc imago mea in me grandis efficitur: & ipse dominus (cuius imago est ani
ma mea) amplius in me magnificatur. Interea aduertendum q̄ in cantico isto nomine dei, &
dn̄i intelligi potest absolute ipse deus unus ac trinus, seu quælibet diuina persona. Quamuis
nonuulli per deum ac dominum specialiter filij personam intelligant, asserētes q̄ uirgo dignis
sima in cantico isto filium suum commendat. Et non ait magnifico, sed magnificat anima mea
dominum, ad innuendum q̄ ex præcordiali id agat deuotione: quo arguuntur qui sine reue-
rentia deum orant & laudant, nec eum sicut uerum deum tota cordis honorant custodia, de
quibus per Esaiam dominus loquitur: Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum lōge Esa.29.
2 est à me. ¶Et exultauit spiritus meus, scilicet anima mea rationalis, in deo salutari meo, Mat.15.
C ex contēplatione ac dilectione sui ipsius in se, & beneficiorum eius circa me. Exultatio autem seu Mat.7.
gaudium ex contemplatione & charitatis actu seu actuali dilectione procedit. Quo igitur in
diuinorum contemplatione illuminatior, eorundemq; amore feruētior fuit Maria, eo plenius
exultauit, nō in se, sed in domino, tanq̄ in causa, obiecto & fine sicut Apostolus scribit. Qui glo- Hier.9.
riatur, in domino glorietur. Porro dominus dicitur ratione gubernationis. Deus ratione causali- 1.Cor.1.
tatis & creationis. Salutare uel salutaris ratione iustificationis, seu recreations, itemq; glorifica 2.Cor.10.
tionis, quæ singulariter fuit & est deus ac dominus, & salutare Mariæ propter præcipua bene- Lucæ.2.
ficia eius ad eam & maximam deuotionem, dilectionem, & cultum illius ad illum. Quamuis Iob.13.
autem anima & spiritus hominis realiter idem sint, tamen ratione sunt differentes. Nam ani- Gen.49.
ma dicitur quoniam informat & animat corpus. illudq; bene regendo, deum magnificat. Spi-
ritus uero uocatur ob subtilitatem naturæ, & quoniam contemplatur cœlestia, sicq; competit
sibi exultare, & præ ingenti lætitia quasi extra se saltare in deo. Hinc uirgo deifera distincte lo
quuta est: Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus in deo. Postremo ut to
tis uiribus deum magnificemus, magnificent eum nostra memoria, eius beneficia iugiter reco
lendo, nostra intelligentia eius ueritatem & excellentiam contemplando, nostra uoluntas eius
bonitatem amando ac appetendo, nostra interpretatiua seu expressiua eum ore laudando. Et
quia pro suis beneficijs gratiarum actio, & uox laudis deo debentur, consequenter uirgo Esa.51.
5 præclara cantici sui rationem subiungit. ¶Quia respexit, per approbationem, oculo suæ
pietatis immensæ, humilitatem ancillæ suæ, id est, me humilem eius ancillam, meamq; humi
litatem ac paruitatem. Et merito specialiter suæ meminit humilitatis magis quàm uirginitatis,
charitatis, aut reliquarum uirtutum, quibus præeminenter fulgebat: quia per humilitatem Mat.1.
præcipue meruit taliter exaltari, eratq; per eam præsertim disposita ad concipiendum unige- Lucæ.1.
nitum dei secundum quod in carnationis mysterio consideratur incarnati maiestas, quæ tanta
est quod nonnisi ab humillima & pene incomparabiliter humili puella decuit eum incarna-
ri & concipi. Virginitas autem fuit dispositio magis remota: nec ipsa sine humilitate domino

placuiſſet. Veruntamen incarnationis myſterio utriusq; naturæ immediatam & hypoſtaticã D
unionẽ penſando, uirgo ſacra per charitatẽ eiusq; ardentiſſimũ actũ fuit ſumme & immediate
diſpoſita ad unigeniti filij dei conceptionẽ. Nã charitas præſtãtiſſima ac diuiniſſima, deoq; ple
niſſima uirtus eſt, cõiunctionẽ, trãſformationẽ, & inſolubilẽ colligationẽ efficiẽs. Quãuis itaq;
tota trinitas ſuperbenedicta Mariæ humilitatẽ ſuperclementer aſpexit, præcipue tamen filius
ex ea humanã induẽdo naturã, faciens ſe eius prolẽ, atq; ſubijciẽs ei ſeipſum. Sed & deus pater
eam aſpexit, intantũ ut eundẽ cũ ea habere filiũ dignaret. Similiter ſpũs ſctũs illo eã germine
adorando fœcundãs, à quo ipſe uere æternaliter procedit. Secundũ Origenẽ humilitas in ſcri
pturis una de uirtutibus dicit quæ à philoſophis modeſtia nominat, ſed & nos eam poſſumus
appellare quodã circuitu, cũ aliquis non eſt inflatus: ſed ipſe ſe deijcit, ⌊ecce eñ ex hoc,⌋ tẽpo »
re & ratione tanti beneficij mihi collati. Ex hoc quoq; mea humilitate, ⌊beatã me dicẽt oẽs »
Gen.30. generatiões⌋ .i. quidã ex oĩbus, ut ſit diſtributio pro generibus ſingulorꝝ. Oẽs quippe ex
Iudæis & Gentilitate cõuerſi beatã, imò & beatiſſimã profitentur uirginẽ tã incõparandã. Sed
& Saraceni qui legẽ Machometi ſuſcipiunt, dicũt eam præ uniuerſis mulieribus omniũ ſeculo
rũ electã, ſicut & Chriſtũ filiũ eius fatentur ſuo legiſlatore Machumeto maiorẽ. Sic & Lya de
qua orta eſt uirgo Maria, cernens ſe tam fœcundam, hoc inquit pro beatitudine mea. Beatam
Gen.30. quippe me dicent mulieres, ſicut in Geneſi legitur. ¶ Quia fecit mihi magna qui potẽs eſt⌋ » 4
.i. præclariſſima mihi beneficia eſt largitus in ſanctificatione, in gratiarꝝ augmentatione, in to-
tius perfectionis collatione, & nũc potiſſime in incarnatione, in qua ueri dei uera mater effecta,
quodãmodo infinitæ dignitatis prærogatiuã ſum conſequuta ab eo qui potens, imò omnipo- E
Gen.17. tens eſt, & adeo potens ut eius reſpectu omnis creatura ſit impotens, nec ſine illius manutenen
Tob.13. tia, per momentũ ſubſiſtere ualens. Illi equidẽ idẽ eſt eſſe, & potentẽ eſſe, cuius eſſentia eſt ſua
potentia independens, illimitata & penitus infinita, cui ſunt oĩa æque facilia, qui dñat in uirtute
ſua in æternũ, à quo omnis poteſtas dicẽte Aplo: Non eſt poteſtas niſi à deo. Vnde ſcriptũ eſt:
Pſal.65. Sapiens corde eſt, & fortis robore, qui facit magna & inſcrutabilia, & mirabilia, quorꝝ nõ eſt nu
Rom.13. merus, qui per me mundũ liberare dignatus eſt, & præ omni creatura me honorauit, itaq; deũ
Iob.9. omniũ creatorẽ ac dñm cõcepi & porto, ⌊& ſanctũ nomẽ eius,⌋ nominatũ, id eſt ipſemet noĩe »
nominante deſignatus in ſeipſo, eſſentialiter purus, uirtuoſus & ſanctus eſt: imò ſanctitas pri-
ma fontana, exẽplaris, immenſa, in quo quicquid perfectionis, ſanctitatis, atq; uirtutis eſt, cogi-
Pſal.95. tari ue põt, cũ immenſa plenitudine ſuperſimpliciſſime continetur. De quo ait Pſalmiſta: Ado
rate in monte ſancto eius, qm̃ ſanctus dñs deus noſter. Et item. Cõfiteãtur nomini tuo magno
Pſal.98. qm̃ terribile & ſanctũ eſt. Vnde ſcriptũ eſt: Deus ſanctus & fortis æmulator eſt, nec ignoſcet
Ioſ.24. ſceleribus ueſtris. Et iterꝝ: Abſit à deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Deniq; tam ſan-
Iob.34. ctus eſt deus noſter omnipotẽs, ut eius cõparatione oĩs ſanctitas & æquitas noſtra ſit quaſi
Eſa.64. pannus menſtruatæ. Ecce eñ luna non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius,
Iob.25. qui & in angelis ſuis repperit prauitatem. Siquidẽ quid eſt ipſa diuina eſſentia, niſi ſapientia ſu- F
Iob 4. pereſſentialis, ueritas exẽplaris, uirtus prima, æquitas ſumma, charitas infinita, lux incircũſcri-
pta, puritas impermixta? Nemo ergo ſe iactet aut aliqd putet, aut aliũ ſpernat, nec ad publicos
tranſgreſſores ſe cõparet, ſed in diuinæ ſanctitatis cõſpectu atq; præſentia ſe ſemper cõſtituẽs,
quicqd in ſe uirtutis eſt aut eſſe poſſe aduerterit, illius intuitu pro nihilo habeat, ſeq; in profun
do humilitatis inceſſanter conſeruare conetur. Hucuſq; ſancta Maria recoluit beneficia ſibi ſin
gulariter data: nũc generaliter ſibi ac alijs præſtita exprimit. ¶ Et miſericordia eius⌋ .i. ſuæ » 5
æternæ pietatis effectus & gratia extenditur, & fuit, ⌊à progenie,⌋ quæ ab initio mũdi ante di »
Eſa.6. luuiũ fuit, ⌊in progenies.⌋ poſteriores, Miſericordia eñ dñi plena eſt terra. Vel à progenie Iu- »
Pſal.32. dæorꝝ in progenies Gentiũ. Salus nanq; Gentibus cõmunicata ex Iudæis fluxit & cœpta eſt.
Ioan.4. Quẽadmodũ Chriſtus teſtatur: Salus ex Iudæis eſt. Nã & Chriſtus ex eis incarnari elegit, &
Act.16. per apoſtolorꝝ natione Iudæorꝝ doctrinã conuerſus eſt mundus, ⌊timentibus eũ,⌋ timore fili »
ali & caſto. Nã talibus tantũ finaliter prodeſt gratia dei: & ipſi dũtaxat participes ſunt fructus
ac meriti dominicæ paſſionis, quæ licet ſe ad uniuerſos extendat per ſuã ſufficientiã: non tamẽ
per efficientiã, ſed ad ſolos electos. Hinc ait Pſalmiſta: Miſericordia aũt dñi ab æterno, & uſq;
Pſal.102. in æternũ, ſuper timẽtes eum. In Eccleſiaſtico quoq; habetur: Qui ſine timore eſt, iuſtificari nõ
Eccli.1. poteſt. Veruntamen nullus tam reprobus eſt, ut diuinæ clemẽtiæ penitus expers conſiſtat, ſed
miſericordia ad ſalutẽ ueram perducens, ſolis timentibus deum filiali & reuerentiali timore,
Exo.15. qui eſt fuga mali culpæ impenditur. ¶ Fecit potentiã⌋ .i. potenter operatus eſt, & potentes » 6
Pſal.13.5. egit effect⁹, ⌊in brachio ſuo⌋ .i. in ſua ſublimi uirtute, iuxta illud: Eduxit filios Iſraël in brachio »
excelſo. Vel in brachio ſuo .i. per unigenitũ ſuũ incarnatũ. Et tũc refert ad patrẽ, de cui⁹ filio lo
Eſa.53. quitur Eſaias: Brachium domini cui reuelatum eſt? quẽ Apoſtolus nominat dei uirtutẽ. Porrò
1 Cor.1. per filiũ pater uniuerſa creauit, p ipſum redemit mũdũ, proſtrauit diabolũ, fregit infernũ, ape-
Rom.8. ruit cœlum, infinita quoque per ipſum fecit miracula. Vnde & filius proteſtatur: A' me ipſo
Ioan.14. facio nihil. Pater uero in me manens, ipſe facit opera. Nihilominus Chriſtus ut deus propria
operaba

A operabatur uirtute, quæ in tribus superſanctis perſonis una eſt in ſe, indiuiſa quoq; in opere.
Deniq; magnificentiſſimũ opus dei in incarnatione, ſeu uerbo incarnato apparuit, dũ naturæ
duæ in infinitũ diſtantes, in unã conuenerunt perſonã, dum Chriſtus de clauſo uirginis utero Luc.1.
prodiit, dũ ſacramentũ altaris inſtituit. Magnã demũ deus poteſtatẽ exercuit, tã humilẽ iuuen Mat.1.
culã faciendo ſuã matrẽ, angelorumq; dominã, & omni pura creatura in eſſe creato ſubſiſtenti Mat.26.
præſtantiorẽ: quoniã uniuerſę uię domini miſericordia & ueritas, ſeu æquitas, cõmendato deo Mar.14.
» ratione ſuę clemẽtię, cõmendat eum nunc uirgo ſapientiſſima ab effectibus ſuę iuſtitię. ⌊diſpet 1.Cor.11.
» ſit ſuperbos⌋ .i. per uarios errores ac uitia diſpergi permiſit, & per diuerſa ſupplicia perdidit, Pſal.24.
ac damnauit effectiue elatos, quorũ ſpiritus tumet inique, qui deo ſubiici & parere omittũt nec
» curant ſub eius omnipotenti manu ſe humiliare. ⌊mente⌋ .i. intentione & libito. ⌊cordis⌋ .i. in-
» tellectus. ⌊ſui⌋ quo cuncta diſcernit, iudicat & diſponit. Hinc ſcribitur: Radices gentiũ ſuper- Eccl.10.
barũ arefecit deus. Qui Sopho.1. minat: Viſitabo ſuper omnẽ qui arrogãter ingredit. Et Eſa.2.
Incuruabit ſublimitas hominũ, & humiliabit altitudo uirorũ. Dęmões quoq; ſuperbiẽtes Chrs Mat.7.8.
in mundũ ueniẽs diſperſit, uicit, & de hominũ cordibus expulit. Sed & ſupbos Iudęos uidem⁹ Mar.1.12.
7 » ab eo in omnẽ regionẽ diſperſos. ¶Depoſuit potẽtes de ſede⌋ Non de quibuſcunq; potenti Luc.4.11.
bus dicit hoc, cũ dicat: Deus potentes nõ abiicit cũ ipſe ſit potẽs, ſed de potẽtibus ſua poteſtate Iob 36.
uitioſe utẽtibus, de quibus ſcriptũ eſt: Sedes ducũ ſuperborũ deſtruxit deus, & ſedere fecit mi- Eccl.10.
tes pro eis. Verũ cũ huiuſmodi potẽtes uideamus uſq; ad ſenectutẽ regnare, quõ deus deponit
eos de ſede dignitatis ac pręſidentię? Et reſpondendũ q ſaltẽ in morte, & frequenter propter
eorũ peccata occidunt, plagant, ſeu ante tẽpus naturalis periodi auferunt. Omnis enim potẽta- Eodem.
B tus breuis uita: Sic & rex hodie eſt, & cras morietur. De quibus loquit Eſaias: Et quidẽ neq; ſa Esa.40.
tus neq; radicatus in terra truncus eorũ, repente flauit in eos, & aruerunt. Hinc ſcriptũ eſt: Vidi Iob 4.
impios dño flante periſſe. Et rurſus: Iniqui ante tẽpus ſuũ ſublati ſunt. Inſuper potentes Iudęo Eccle.8.
rum magiſtros deus de ſede doctrinæ amouit. Iudiciariã quoq; poteſtatẽ pauperibus tribuit
» in die iudicii exercendam: Sedebitis, inquiens, ſuper ſedes duodecim. ⌊& exaltauit humiles.⌋ Mat.19.
Nunc per dona gratiæ gratũ facientis, & gratis datæ, quia & tales frequenter ad prælationem
erexit. In futuro autẽ per dona gloriæ & ſublimatione uſq; cœlũ empyreũ. Propter quod ait
ſcriptura: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autẽ dat gratiã. Et denuo: Beati pauperes ſpiritu, Iaco.4.
ſcilicet humiles, quoniã ueſtrũ eſt regnũ cœlorũ, quo nihil eſt altius. Potiſſime autem Chriſtus Mat.5.
exaltauit ſuos apoſtolos uere humillimos, quos cõſtituit principes ſuper omnẽ terrã. De qui- Pſal.44.
bus iterũ ſcriptũ eſt: Quoniã dii fortes terræ uehementer eleuati ſunt. Cæteros quoq; primiti Pſal.46.
uæ eccleſiæ filios ſuos diſcipulos non mediocriter exaltauit: non in futuro duntaxat, ſed & in
præſenti, dans eis uirtutẽ calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, omnemq; inimici uirtutẽ. Luc.10.
8 [» ¶Eſurientes⌋ .i. ſpiritualia bona auide cupientes. ⌊impleuit bonis⌋ .i. gratiæ donis, internis di-
uitiis, refectionibus mentis. Pauperes quoq; & corporaliter fameſcentes deus alit & implet.
Quẽadmodũ ſcriptũ eſt: Oculi omniũ in te ſperant domine, & tu das eſcã illorum in tempore
opportuno. Et item: Omnia à te expectant ut des illis eſcam in tempore. Dante te illis colligẽt. Pſal.144.
De eſurientibus autem primo modo ait ſaluator: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniã Pſal.103.
» ipſi ſaturabunt. Et iterum: Ego ſitienti dabo de fonte aquę uitæ gratis. ⌊et diuites⌋ .i. diuitiarũ Mat.5.
» corporaliũ inordinatos amatores terrena cœleſtibus præferentes ⌊dimiſit inanes⌋ .i. à ſpirituali Apoc.21.
C bus bonis uacuos, ſuiſq; uanitatibus inhærentes, De quibus loquitur Chriſtus: Poſſibilius eſt Mat.19.
camelum tranſire per foramen acus, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Iacobus quo- Luc.18.
q; in ſua Canonica: Agite nunc diuites, plorate ululantes in miſeriis, quæ aduenient uobis, De Mar.10.
quibus habetur. Væ uobis diuitibus, qui nunc habetis conſolationem ueſtram. Diuitiæ enim Iaco.5.
pene ad omnia uitia præbent fomentum, ad ſuperbiam, gulam, luxuriam, otioſitatem ſcelerũ Luc.6.
matrem. Propter quod ſcribit Apoſtolus: Qui uolũt diuites fieri, incidunt in tentationem & la 1.Timo.6.
queum diaboli, & deſideria multa inutilia et nociua, quę mergũt hominem in interitum & per-
ditionem. Ideo ait ſcriptura: Nihil eſt iniquius q̃ amare pecuniã. Hic enim animam ſuã habet
uenalem. Veruntamen ſunt aliqui diuites uirtuoſi ſua opulentia bene liberaliterq; utentes, mi- Eccl.10.
ſericorditer diſtribuentes, non delicate uiuentes, nec ad terrena inordinate affecti, ſicut horta-
tur pſalmiſta: Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere: ſed q̃ pauci ſint tales liquet ex eo quod Pſal.61.
ſcriptum eſt: Beatus diues qui inuentus eſt ſine macula, qui poſt aurum non abiit, nec ſperauit Eccl.31.
in pecuniæ theſauris. Quis eſt hic & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in uita ſua. Nemo
ergo ſe committat periculo, ſed acquieſcat Apoſtolo: Habentes inquit uictum, & quibus tega 1.Timo.6.
mur his contenti ſumus. Hinc enim Salomon deprecatur. Mendicitatem & diuitias domine Prouer.30.
ne dederis mihi: tribue tantum uictui meo neceſſaria. Quidam per eſurientes bonis impletos
intelligunt gentiles conuerſos, quibus uerbum dei cum magno deſiderio audientibus, maxi- Act.17.
ma gratiarum chariſmata contulit deus. Per diuites uero inanes relictos intelligunt magiſtros
Iudæorum in ſcripturis abundantes, qui in ſua cæcitate dimiſſi ſunt. Conſequenter tangit uir-
9 » go beata beneficia Iudæis exhibita. ¶Suſcepit⌋ ipſe dñs. ⌊Iſraël puerũ ſuum⌋ .i. Iſraëliticũ Gene.49.

populũ sibi nunc gratiose & pie applicuit & coniunxit, de ipso naturã assumendo humanam. D
Per quod totũ populũ illũ (quantũ in se fuit) saluare proposuit, propter quod scribit Aposto-
Heb.2. lus: Nusquã angelos, sed semen Abrahæ apprehendit. ⌊recordatus misericordiæ suæ⌋ .i. me-
morem se ostendens pietatis & gratię quã populo huic promisit, ꝙ scilicet de eo formam serui
acciperet. In incommutabili autẽ deo nec recordatio, neqꝫ obliuio proprie locum habent: sed
per modum recordantis se habet dum misereri non differt, per modũ obliuiscẽtis dum differt.
¶ Sicut loquut⁹ est ad patres nostros⌋ scilicet ⌊Abrahã & semini eius in secula.⌋ Primo eñ 10
Gene.12. Gene.22. Gene.26. Gene.28. Psal.131. Act.3. Abrahę, deinde Isaac, postea ipsi Iacob facta legitur in Genesi diuina illa promissio, In semine
tuo benedicentur omnes gentes. Deinceps dictũ est Dauid: De fructu uẽtris tui ponam super
sedẽ tuã. Generaliter quoqꝫ sancti patriarchę ac uates de Christi aduentu loquuti sunt, quẽad-
modũ Petrus affirmat: Omnes prophetę à Samuel & deinceps annuntiauerunt dies istos. Por
ro clausula ista in secula referri potest ad uerbũ illud suscepit, itẽ ad recordatus, necnõ & ad cõ
plexũ istud semini eius. Nam illa gratiosa susceptio electoꝝ, & recordatio dei circa eos, semẽqꝫ
Abrahæ in prædestinatis manet perpetuo & nunq̃ periturum habet effectum.

¶ Expositio eiusdem cantici moralis.

POstremo quilibet nostrũ canticũ hoc in propria potest decantare persona, dicendo in
timis ex medullis. Magnificat anima mea dñm. Et exultauit spiritus meus in deo &c.
iuxta expositionẽ præhabitã. Sic autẽ deũ laudare, est actus omnino angelicus & præ-
clarus. Quia respexit humilitatẽ ancillæ suæ. i. animæ meæ quæ in oculis suis uilis &
Eccl.10. modica est: Vel ancillæ suæ .i. creaturæ quæ ego sum. Creatura enim creatoris sui ministra est.
Ecce enim ex hoc beatã me creaturã dicent, ut pie confido, omnes generationes electæ. Nil eñ E
(ut ait Hieronymus) felicius Christiano, cui regna promittuntur cœloꝝ. In patria quoqꝫ unus-
quisqꝫ electoꝝ ab aliis beatus dicetur. Sed & Christiani ueraciter sibijnuicẽ dicere possunt gra
Eph.1. ta & humili mente illud, Beati sumus nos, qm̃ quę deo placita sunt, manifesta sunt nobis. De-
Psal.32. niqꝫ: Beata gens cuius est dñs deus eius, populus quẽ elegit in hæreditatẽ sibi. Quia fecit mihi
magna. Hoc dicendo cogitet unusquisqꝫ beneficia dei circa se, generalia & specialia bona natu
ræ, dona gratiæ, promissaqꝫ gloriæ, quanta pro se filius dei fecit, assumpsit ac pertulit, quoties
sibi in peccatis pepercit, ꝙ ad istã pœnitentiæ gratiã se adduxit. Cætera specialẽ expositionem
non exigunt, sed iuxta interpretationem præscriptam, à quolibet queunt proferri.

Ecce canticum istud dulcissimum q̃ sententiosum est sub breuitate uerboꝝ, quod sapienti
spiritus sancti consilio statuit ecclesia in uesperis decantandũ, ut hora illa dũ aduesperascit &
inclinata est dies, incipiat se mens nostra ab exterioribus ad interiora colligere, ad deũ erigere,
eius bonitatem beneficiaqꝫ pensare, ei ex toto affectu gratias agere, ipsum cum iocũditate lau-
dare, atqꝫ pro uiribus uerbo & opere in omnibus honorare. Itaqꝫ ad summi dei honorẽ, & tan-
tæ uirginis reuerentiã non sine mentali attentione & actuali sanctæ deuotionis feruore canti-
cum istud promamus, imo & tunc recordemur cum quanta deuotione & alacritate beatissima
uirgo carmen istud cecinerit, & q̃ ineffabilẽ ei gratiam præstiterit deus, sicqꝫ eidem uirgini cõ-
gratulemur in domino.

## COMMENTARIVS IN CANTICVM SYMEONIS, Nunc dimittis.

¶ Argumentum authoris.

¶ Postq̃ sanctus iste senex Symeõ affectuosissime, deuotissime, reuerendissime ac iocũdissi- F
Luc.2. me accepit Christũ Iesum in ulnas suas & inter brachia sua, quãuis se contactu sancti sanctorũ
putaret indignũ, sed uehemens amor rationẽ deuicit, & ad unionẽ amplexumqꝫ impulit: bene-
dixit, deũ laudauit, gratias egit, & sequens canticũ cecinit pro impletione diuini promissi, & cæ
teris beneficiis dei. Itemqꝫ quia iam plus accepit q̃ sibi fuit promissum. Promissum siquidẽ sibi
fuit ꝙ Christum uideret, & iam non solum uidit, sed brachiis strinxit, portauit, contrectauit, &
puto ꝙ osculatus sit infantem dulcissimum, & ait:

¶ Expositio cantici Symeonis.



NVnc⌋ postq̃ tuũ promissum implesti, Christum mihi monstrando ut promisisti. 1
⌊dimittis⌋ .i. statim dimittes, uel supplico ut dimittas me. ⌊seruũ tuũ⌋ non ser-
uitute seruilis timoris qui metuit pœnã magis q̃ dei offensam, seu culpã, de quo
Ioan.8. ait saluator: Seruus non manet in domo in æternũ, filius autẽ manet in domo in
Ioan.15. æternũ. Et alibi: Iam non dicã uos seruos, sed amicos. Sed seruũ seruitute filialis
Mat.25. Luc.19. timoris, cui seruo ait saluator: Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui. ⌊dñe⌋
deus pater, seu trinitas deus. ⌊secundũ uerbũ tuũ in pace⌋ .i. à mũdi huius inquietudine, tribu-
latione & uitiis eripi, quiescere, seu mortis somno cessare: & in limbo patrũ, sinuqꝫ Abrahæ re-
pausare in dulci spe, cum certus sim cito per Christũ inde educi, ad gloriãqꝫ transferri. Sic ergo
dimittes me in pace secundũ uerbũ tuũ .i. secundũ ꝙ mihi dixisti, ꝙ mortẽ non experirer, nisi
prius Christũ uiderẽ, per quod insinuasti ꝙ Christo uiso mox obdormirẽ in dño. ⌊Quia uide-
runt

A runt oculi mei⌋ exteriores & interiores.⌊salutare tuum.⌋.i.Christũ saluatorẽ, qui dicitur salu
tare tuũ, quia per ipsum decreuisti mundũ saluare, omniũq; salutẽ constituisti in eo, de quo fert
in psalmo: Notũ fecit dñs salutare suũ. Vnde Iacob patriarcha testat: Salutare tuũ expectabo Psal.97.
dñe. Cui salutari loquitur pater: Dedi te in lucẽ gentiũ, ut sis salus mea usq; ad extremũ terræ. Gene.49. Esa.49.
Hoc salutare Symeon corporaliter ac intellectualiter uidit, Christus nanq; in una persona est
deus & homo. Ideo dum homo uidebatur oculo corporali, eodẽ oculo uidebatur & deus, quã
uis non secundũ diuinitatẽ ipsius: imò (secundũ Ambrosiũ) dum caro uidetur, uidetur & uer- Exo.33.
bum. Hinc quod habetur: Deũ nemo uidit unq̃: de deo secundũ diuinitatis essentiã dicitur: In- 1.Ioan.4.
super oculo interiori uidit Symeon saluatorẽ: quia per fidẽ cognouit ipsius diuinitatẽ, eius q; 1.Timo.6.
humanitatẽ intellectualiter cõsiderauit, & ut à uerbo esset assumpta pensauit. Hinc de Christo
scriptũ est: Post hæc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Itẽq;: Simul lauda- Baru.3.
5 » bunt: quia oculo ad oculum uidebunt. ¶Quod parasti⌋.i. per incarnationẽ uideri & agno- Esa.52.
» sci aptũ fecisti, seu manifestare disposuisti ac decreuisti.⌊ante faciẽ omniũ populorũ.⌋.i. in con
» spectu hominũ uniuersorũ, seu clare cunctis hominibus, non solũ Iudæis, sed etiã gentilibus: sic
tamen ut sit distributio accõmoda, seu pro generibus singulorũ, non pro singulis generũ, iuxta
quẽ modũ legitur: Omnes populi, tribus & linguæ seruient ei. Deus ergo unigenitũ suũ in di- Dani.7.
uinitate incomprehensibilẽ atq; inaccessibilẽ lucẽ inhabitantẽ per hoc fecit hominibus mani- 1.Timo.6.
festum, uisibilem & cohabitantẽ, quod eum humanæ coniunxit naturæ in unitate personæ, quod
ita prædictum est: Parauit dominus brachiũ sanctum suum in oculis omniũ gentium: Brachiũ Esa.52.
enim domini est unicus filius dei patris, per quem pater omnia fecit: sicut & digitus dei est spi-
B ritus sanctus, per quem cũcta reuelat: de quo brachio fert psalmista: Saluauit sibi dextera eius, Psal.97.
& brachium sanctum eius. Pater ergo parauit salutare hoc ante faciem omnium populorum,
quibus per apostolos prædicatus est Christus, iuxta illud psalmistæ: In omnem terram exiuit Psal.18.
sonus eorum. Et rursus: Viderũt omnes termini terræ salutare dei nostri. Quod in Esaia habe- Psal.97.
tur: Videbunt omnes fines terræ salutare dei nostri. Quamuis interim Christus ita paratus sit Esa.52.
ante omnem faciem populorum, aliter tamen quantum ad Iudæos, & aliter quo ad gentes, pro
4 » pter quod subditur: ¶Lumen ad reuelationem gentium⌋ id est salutare, seu Christum para
sti sic, ut specialiter sit lumen gentiliũ, seu ad illuminationem eorum, qui ueri dei cognitione &
cultu priuati, idola coluerunt ac dæmones: sed Christus per suos discipulos reduxit illos ad
ueri dei cognitionem, amorem & cultum, imo per interiorem suam illuminationem hoc potius Esa.66.
fecit, sine qua exterior apostolorum prędicatio nihil iuuisset, sed & trinitas deus merito cõuer-
sationis passionisq; Christi tantam dedit gentilibus gratiam. Ideo Christus paratus & datus
est lumen ad reuelationem seu illuminationem gentilium qui sedebant in tenebris perfidię, er
roris ac omnium uitiorum. Vnde protestatur: Ecce testem populis dedit eum ducem ac præ- Esa.55.
» ceptorem gentibus. Insuper parasti salutare hoc. ⌊gloriam plebis tuæ Israel⌋ id est ad hoc ut
sit gloria Israeliticæ plebis, quæ fuit specialiter proles dei: ut plenius dicetur super illud: Visi- Luc.1.
tauit & fecit redemptionem plebis suæ. Hoc enim est plebi illi quantũ ad eos qui crediderunt,
ex ea præcipua prærogatiua, exultatio, honor & gloria, quod unigenitus dei ex ea incarnari ele-
git: ad eam personaliter uenit, propter eam primo ac specialiter descẽdit, iuxta quod loquitur:
Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Insuper fuit in gloriam plebis suæ Mat.15.
C Israel, quia per ipsum sancti ueteris testamenti in limbo detenti, adepti sunt beatificæ gloriam
uisionis. Deniq; Christus tam Iudæis quàm gentibus fuit lumen & gloria. Omnes enim electi
per ipsum sunt illustrati, & cunctis gloria est, quòd dei filius humanam naturam assumpsit. Ni
hilominus per appropriationem dicitur lumen gentium, & gloria Iudæorum: propter quod
ait: Salus ex Iudæis est. Potest autem hic quęri, quomodo Symeon templum ingressus, cogno- Ioan.4.
uit puerum Iesum quem ante non uidit? Ad quod facile respondetur, quòd eodem spiritu re-
uelante quo cognouit esse uenturum, & forte aliquod signum sensibile fuit sibi diuinitus præ-
nuntiatum, quo cognosceret puerum, sicut Ioanni Baptistæ deus prædixit: Super quem uide- Ioã.1.
ris spiritum descendentem & manentem, hic est &c. Forsitan nanq; uidit diuinum quendam
splendorem in uultu pueri adorandi: de quo aliquando uerum fuit dicere: Hic est infans unius
diei, & deus æternus.

¶Expositio eiusdem cantici moralis.

POstremo quilibet nostrum canticum istud dicere in propria potest persona, loquẽdo ad deum patrẽ seu trinitatẽ: Nunc in tempore gratiæ huius dimittis seruũ tuũ dñe secundũ uerbũ tuũ in pace.i. in pectoris trãquillitate quã mihi donasti, me modo (ut spero & oro) quiescere gratiose pmittes, ac facies ne turber aut ruã, sed in pace in idipsum dormiã & requiescã, atq; in omni aduersitate, tentatione, & inquietudine, mens mea quieta & fixa persistat in te secundũ uerbũ tuũ.i. prout in te plene sperãtibus promisisti, quibus tuã defensionẽ ubertim in scripturis promittis, iuxta illud: Qm̃ in me sperauit liberabo eũ, protegã eũ &c. Quia uiderunt oculi mei interiores per fidẽ, per sapientiæ donũ, per scripturarũ doctrinã, Psal.4. Psal.90.

per ſacramentales ſpecies, uarioſq; ſupernaturales tuos effectus. ſalutare tuum, quia his modis iam Chriſtũ cognoſcimus. Cætera uerba cantici huius aliã interpretationẽ non flagitant. D

Conuenientiſſime demũ ſtatutũ eſt canticũ iſtud in Cõpletorio dici, quia tunc cum præcipua pace interna deo uacare, ad ſtratumq; ire ac obdormire, & Chriſtũ in pectore noſtro quaſi ſepelire debemus, omni tentatione, auerſione, & culpa prorſus excluſis. Tunc ergo canticum iſtud cõpendioſum atq; dulciſſimũ, deuotiſſime proferamus: & qualiter Symeon beatiſſimus Chriſtum in brachiis ſtrinxit, ac cætera quæ dicta ſunt contigerunt, intentiſſime recordemur: & quæ Symeon corporaliter fecit, ſpiritualiter peragamus.

## COMMENTARIVS IN CANTICVM ZACHARIAE

Benedictus dominus deus Iſraël.

¶ Argumentum authoris.

¶ In cantico iſto Zacharias gratias refert deo ſuper uariis beneficiis eius, potiſſime de uerbi incarnatione ac paſſione, generiſq; humani, maxime Iſraelitici ſaluatione. Quamuis autẽ in cantico iſto per dominũ deũ Iſraël intelligi poſſit deus abſolute, ſeu trinitas tota ſuperbenedicta, quælibetq; diuina perſona: appropriatius tamen de filio totũ exponitur. Itaq;

¶ Expoſitio cantici Zachariæ.



Enedictus ⌋ eſt, & æternaliter benedictus ſit, atq; ab omnibus iugiter benedica
Pſal.118. tur, ⌊ dñs ⌋ uniuerſorũ, ratione poſſeſſionis, gubernationis, ac præſidẽtię omniũ,
Gen.14. de quo Abrahã ait: Leuo manũ meã ad dñm deũ poſſeſſorẽ cœli & terræ. De q
Iob 34. etiã ſcriptũ eſt: Quẽ conſtituit aliũ ſuper terrã, aut quẽ poſuit ſuper orbẽ quẽ fa
bricatus eſt? Interim nomen & ratio dñi ſoli omnipotenti, deo plene, ſumme, pu E
re, ac proprie cõpetit, quippe qui ſolus uniuerſale, primordiale, independens, ac
nulli ſubiectũ habet dominiũ. Omniũ uero ſequẽtiũ angelorũ hominũq; dominia ſunt particu
Eſa.47. laria, ſecundaria, indigentia ac ſeruituti permixta, quia deo ſubpoſita. Hinc in Eſaia, Hieremia
Hiere.32. quoq; & Amos ait ſcriptura: Dominus exercituũ nomen eius. Et in pſalmo: Dñs nomen illi. Et
Amos 4. 9. iterũ per Eſaiã: Ego dñs, hoc eſt nomen meũ, gloriã meam alteri non dabo. ⌊ deus Iſraël ⌋ qui
Pſal.67. omniũ deus generaliter fuit iure creationis. Specialiter autẽ deus tunc dicebatur Iſrael, id eſt
Eſa 42. Iſraëlitici populi de Iacob, qui alio nomine dictus eſt Iſrael nati: quoniã præcipua ac ſpecialia
Pſal 67. beneficia populo illi donauit, quemadmodũ ſcriptũ eſt: Qui annuntiat uerbũ ſuũ Iacob, iuſti-
Gene.32. tias & iudicia ſua Iſrael. Et quia à populo illo ſpecialiter colebatur, cęteris ad idololatriã lapſis.
Gene.35. Vnde Moyſes huic populo ait: Te elegit dñs ut ſis ei populus peculiaris de cũctis populis qui
Pſal.147. ſunt ſuper terrã, qui adilexit uos dñs. ⌊ quia uiſitauit ⌋ .i. per incarnationẽ acceſſit, & ſicut piiſſi-
Deu.7.14. mus & peritiſſimus medicus operari aggreſſus eſt. ⌊ & fecit redemptionẽ plebis ſuæ ⌋ .i. libera
Deute.26. tionem Iſraelitice plebis ab inuiſibilibus hoſtibus, à damnatione æterna, à reatu originalis pec
Oſee 13. cati, imo ab omni peccato quantũ in ipſo eſt, quemadmodũ loquitur: De manu mortis liberabo
Hiere.23. eos, de morte redimã eos. De quo dictũ eſt: Dñs rex noſter ipſe ueniet, & ſaluabit nos. Qui hor
Eſa.33. tatur: Lauda & lætare filia Sion, quia ecce ego uenio & habitabo in medio tui. Chriſti equidẽ
Zacha.2. incarnatio noſtra eſt deificatio, ut aſſerit Leo papa: Itaq; eius incarnatio inchoatio fuit noſtræ
redẽptionis atq; ſalutis, quæ per Chriſti paſſionẽ cõpletæ ſunt. Non enim per ſolã ſuã incarna-
tionẽ nos ſaluare decreuit: ſed ſaluationẽ noſtrã per ſuã paſſionẽ conſummare inſtituit. Vnde
quod Zacharias loquutus eſt: Fecit, more prophetico accipi poteſt per modũ futuri .i. factu- F
rus eſt, quoniã ſua paſſione fuit redemptionẽ iſtã plene facturus, utpote noſtra crimina deletu
Eſa.53. rus, noſq; deo reconciliaturus, ſecundũ illud Eſaiæ: Ipſe autẽ uulneratus eſt propter iniquita-
Eodem. tes noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Et rurſus: Dñs poſuit in eo iniquitatẽ omniũ no-
ſtrum. Etenim Chriſtus ſua paſſione ac obedientia pro omnibus ſatisfecit: ſed ſi fructum ſuæ
paſſionis conſequi debemus, oportet ut meritũ eius nobis per ſacramenta ſeu modo alio appli-
Luc.19. cetur & cõmunicetur. Hinc Chriſtus de ſeipſo teſtatur: Venit filius hominis quærere & ſaluũ
facere quod perierat. Deniq; per plebẽ ſuã ſeu populũ dei intelligi poteſt non ſolum plebs Iu-
dæorũ, ſed tota gens electorũ, qui ſunt populus dei per prædeſtinationẽ æternã, & ſpiritaliter
Gal.6. Iſrael .i. deũ uidens, ſeu fide contẽplans, de quo populo dicit Apoſtolus: Pax ſuper Iſrael dei.
Veruntamen per plebẽ ſuã hoc loco literalius intelligitur populus Iudæorũ, ad quorũ redem-
ptionẽ Chriſtus primo directe ac principaliter uenit, ſecundũ quod aſſerit: Non ſum miſſus ni-
ſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Quibus uerbũ dei ſpernentibus iuſta facta eſt apoſto-
Mat.15. lorũ tranſmigratio ad inſtruendos gentiles, pro quorũ ſaluatione Chriſtus quaſi ſecundario ue
Act.13. nit. Propter quod Iudæis Paulus Barnabaſq; dixerunt: Vobis oportebat primũ loqui uerbũ
dei: ſed quoniã repuliſtis illud, conuertimur ad gentes. ¶ Et erexit ⌋ .i. ſuſcitauit, leuauit, &
declarauit. ⌊ cornu ſalutis ⌋ .i. Annuntiationẽ beatitudinis ueræ atq; cœleſtis. ⌊ nobis ⌋ .i. ad no-
ſtrã ſaluationẽ, ut ei credendo ſaluemur. ⌊ in domo Dauid pueri ſui ⌋ .i. in tribu ſeu familia Da-
Mat 1. uid prophetæ, de cuius ſemine ortus eſt Chriſtus, iuxta illud ad Romanos: Qui factus eſt ex
Roma.1. ſemine Dauid ſecundũ carnẽ. Sed quomodo deus Iſrael ſcilicet Chriſtus, erexit hoc cornu ſa-
lutis?

A lutis: Et respondendũ ꝙ per hoc ꝙ iamore angelico reuelauit Zacharię statim se incarnandũ,
uenturũ, & saluaturũ genus humanũ, cuius utiq; Christi incarnationẽ nouit Zacharias in uirgi
ne Dauidicæ stirpis peractã. Itaq; per cornu publica denũtiatio magnæ rei significaƭ, quia per
cornua solẽt magnalia notificari: Etiã nõ solũ per angelũ, sed & per Mariã deus de hac re pro- Luc. 1.
phetauit. Hinc dicit Theophilus: Videbaƭ deus dormire, peccata multa respiciens, neq; hęc cu
rans, sed in nouissimis tẽporibus incarnatus, excitatus est, contriuitq; dęmones nos odiẽtes. In-
super per cornu potestas seu altitudo exprimiƭ, eo ꝙ cornua sint in animali partes eminẽtes ac
solidę: Eritq; sensus, ꝙ deus robur apicẽq; salutis, hoc est inuiolabilẽ & cœlestẽ felicitatẽ nobis
denuntiauit in domo Dauid .i. in Christo de progenie Dauid exorto, per quẽ & in quo beatitu
do hæc daƭ: quia nõ nisi in Christũ credẽti pręstaƭ. Quẽadmodũ princeps apostolorũ disseruit:
Non est aliud nomen sub cœlo datũ hominibus, in ꝗ oporteat uos saluos fieri. Postremo ꝑ cor Act. 4.
nu designaƭ rex, regia potestas, seu regnũ, præsertim in Apocalypsi & Daniele. Vnde in Apoca
lypsi legiƭ: Vidi de mari ascendentẽ bestiã habentẽ capita septẽ, & cornua decẽ. Danielis cap. 7. Apo. 13. 17
Bestia quarta habebat cornua decẽ, & ecce cornu aliud paruulũ ortũ est de medio eorũ, & tria
de cornibus primis euulsa sunt à facie eius. Itaq; hic per cornu intelligi potest Christus rex re-
gũ, seu regnũ ipsius. Hoc eñ cornu erexit .i. per incarnationẽ apparere fecit, & declarauit pri-
mo in domo Dauid .i. in progenie Dauidica, de qua natus est Christus, qui primo in terris uisus Luc. 2.
& conuersatus est inter quosdã de sua hac genealogia progenitos. Sic ergo erexit deus pater Baruch 3.
seu trinitas, uel Christus secundũ ꝙ deus, cornu salutis .i. Christũ regẽ nostræ salutis. Erexit in-
B quã eũ nobis secundũ ꝙ homo est. Christus nẽpe secundũ diuinitatẽ erexit seipsum secundũ
humanitatẽ. Quidã istã erectionẽ referunt ad Christi resurrectionẽ uel ascensionem, quia tunc
Christus cornu salutis .i. potestatẽ & gloriã beatitudinis erexit, seu publice demõstrauit, resur-
gẽdo ad uitã immortalẽ, patres ꝗq; educẽdo de limbo, & regna ascendẽdo cœlestia. Sicq; Za-
charias loquiƭ de futuro ꝑ modũ pręteriti (ut moris est prophetarũ) Hoc itaq; deus fideliter egit,
3 » non improuise, sed sicut prędixit uere impleuit. ¶ Sicut loquutus est ꝑ os sanctorũ q à seculo
» sunt prophetarũ eius. ⌋ .i. sicut prenũtiauit ꝑ sanctos, q à principio mundi fuerũt, q uerbis, signis,
figuris seu factis de Chr̃o loquuti sunt, eiusq; mysteria ꝑdixerũt: qa in nulla mũdi ætate defuit
prophetia de Christo, ut Augusti. declarat: Nã & Adã de Chr̃o uerbis & rebus loquutus est. Si-
militer cęteri patriarchæ ac uates. Propter quod Petrus testaƭ: Deus q pronũtiauit ꝑ os omniũ Act. 3.
prophetarũ pati Christũ suũ, impleuit sic. Et alibi: Huic oẽs prophetę testimoniũ ꝑhibẽt. Tantũ Act. 10.
quippe mysteriũ decuit diu ante, ac multipliciter prenũtiari, ut eius dignitas agnoscaƭ, & factũ
credibilius ostẽdaƭ firmiusq; credaƭ. Vnde in hoc fides nostra certissime cõfirmaƭ, ꝙ oĩa quę
de Chr̃o credimus & tenemus, taliter prophetata probamus. Sed & ipsi Hebręorũ doctores fa
tenƭ ꝙ oẽs prophetę nõ sunt loquuti, nisi super dies Messię .i. pro tẽpore Christi: qa uidelicet qc
quid loquuti sunt, ad Christũ finaliter retulerũt, & de ipso principaliter sunt effati. Vnde nunc
4 » singulariter diciƭ per os sanctorũ, eo ꝙ oẽs uno spiritu concorditer sint loquuti. ¶ Salutẽ ex
» inimicis nostris, & de manu omniũ q oderũt nos. ⌋ His uerbis expõit qd sit ꝗd dixit: erexit cor
nu salutis nobis: ut sit sensus, erexit &c. sicut loquutus est .i. sicut per prophetas promisit erige-
re seu procurare nobis salutẽ .i. saluationẽ ex inimicis nostris, pręsertim inuisibilibus: Hoc est li
berationẽ à dęmõibus, imò etiã à carne & mũdo, omniq; uerę beatitudinis impedimẽto. Vnde
C scriptũ est: In hoc apparuit filius dei, ut dissoluat opera diaboli. Porro ꝙ ait de manu omniũ qui 1. Ioan. 3.
oderũt nos: quidã exponũt de gẽtilibus, ꝗs Christus cõuertit: & sic inter illos & Iudæos cõuer
sos pax fuit, inter ꝗs ante inimicitia erat. Potest ꝗq; de cũctis peruersis hominibus accipi, à qui-
bus liberanƭ electi: nõ ꝙ ab illis in uita hac nõ tribulenƭ, aut trucidenƭ: sed quia per timorẽ inor
dinatũ eis nõ subiiciunƭ, nec ad uitia inducunƭ, & per tẽporalẽ quã ab illis patiunƭ persequutio
nẽ, ad gloriã perducũƭ æternã, sicq; æternaliter liberanƭ ab omi infestatiõe illorũ. Quẽadmodũ
Augusti. plenius declarat super illud psalmi: A timore inimici eripe animã meã. Hoc est quod Psal. 63.
promissum est primitiuę ecclesię: Exaltabiƭ manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui Mich. 5.
interibũt. Et ibidẽ de Christo prædictũ est: Et erit iste pax cum uenerit, & quando calcauerit Eodem.
5 » in domibus nostris. Sic ergo erexit nobis salutẽ. ¶ Ad faciendã misericordiã cũ patribus no
» stris. ⌋ id est ad hoc ut patriarchis & iustis olim defunctis, consummatã misericordiã, puta ple-
nam felicitatem impenderet, educendo eos de limbo, & constituendo in cœlesti palatio. Quẽ-
admodũ dicitur Christo: Tu quoq; in sanguine testamenti tui emisisti uinctos tuos de lacu in Zach. 9.
quo non est aqua. Vel ad faciendam misericordiam cum patribus nostris .i. ad hoc ut misericor
diter impleat quod ipsis se pręstiturũ prædixit. Ideo quoq; hæc uerba dicunƭ, quia non ob no-
stram iustitiam, sed propter suã pietatẽ immensam Christus hæc nobis largitus est, nostramq;
assumpsit naturam, sicut scribit Apostolus: Apparuit benignitas & humanitas saluatoris Titum 3.
nostri dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam sal-
» uos nos fecit. L & memorari testamenti sui sancti. ⌋ id est ad hoc ut per operis exhibitionem
ostenderet se memorem sancti testamenti, hoc est pacti seu fœderis sui firmissimi, quod fecit &

inijt

iniit cum patriarchis & uatibus ueteris testamenti, quibus promisit Christus se incarnandum, D
Esa. 52. atq; in mundũ uenturũ, secundũ illud Esaiæ: Propter hoc sciet populus meus nomen meũ in
die illa: quia ego ipse qui loquebar ecce assum. Cuius testamenti ostendit se memorẽ naturam
assumendo humanã ex uirgine. Sic ergo memoratus est testamenti sui sancti q̃d est: ¶ Iusiu- 6
randũ⌋ quia iuramento firmatũ. ⌊quod iurauit⌋ iurando per seipsum. ⌊ad Abrahã patrẽ no-
Gene. 22. strum⌋ Quemadmodũ habetur: Per meipsum iuraui dicit dñs, quia fecisti hanc rẽ, & non pep-
cisti unigenito tuo propter me multiplicabo te, & benedicã tibi, & benedicentur in semine tuo
Ro. 4. omnes gentes. Vbi per semen Abrahæ secundũ Apostolũ intelligitur Christus: sicq; uerbis il-
lis promisit deus pater unigenitũ suũ ex semine Abrahæ incarnandũ, uel ipsemet unicus dei
patris filius uerbis istis promisit se taliter incarnandũ. Pater autẽ dando nobis filiũ suũ per in-
carnationis mysteriũ, etiã seipsum præstitit nobis per gratiã ampliorẽ. Hinc subditur: ⌊daturũ
1. Ioan. 2. se nobis⌋ filius quippe dedit se nobis, exhibendo se fratrẽ saluatorẽ, aduocatũq; nostrũ, imò &
Matt. 25. alijs modis cõmunicauit se nobis, quia nascẽdo & cõuersando in mundo fecit se sociũ hominũ,
in cœna dedit se nobis in cibũ, moriẽdo in pretiũ liberatiuũ: in patria demũ dat seipsum in ob-
iectale ac beatificũ præmiũ, quod sanctus Thomas in hymno de sacramento cõpendiose teti-
git, dicens: Se nascens dedit sociũ, conuescens in eduliũ, se moriens in pretiũ, se regnans dat in
Gen. 15. præmiũ. Hinc etiã Abrahæ ait: Ego protector tuus & merces tua magna nimis. Deniq; illis di-
citur deus se dare, quibus charitatẽ & gratiã suã infundit. Illi etenim habent & possident deum
tanq̃ suæ delectationis & occupationis obiectũ, in quo plena liberalitas, summa dignatio, puris-
simaq; dei ad nos dilectio demonstrat. Quoniã dando nobis dona sua, pariter præstat seipsum,
uidelicet ad habendũ, ad possidendũ, ad intuendũ, ad diligendũ, ad perfruendũ, ad conseruan- E
dum, ad auxiliandũ, ad defendendũ, ad commanendũ in sempiternũ. Illa nanq; est liberalissi-
Psal. 15. ma dilectio qua quis alteri præstat seipsum. Ideo ait psalmista: Dñs pars hæreditatis meæ &
Threno. 3. calicis mei. In Threnis quoq; legitur: Pars mea dñs dixit anima mea, propterea expectabo eũ.
Nunc autem ad literã sermo est de datione qua unigenitus datus est nobis, per hoc q̃ nostram
Esa. 9. assumpsit naturã, ad peragendã nostrã salutem. Vnde Esaias ait: Paruulus natus est nobis, & fi-
lius datus est nobis. Deinde ratio huius subiungitur: ¶ Vt sine timore⌋ inordinato, carnali, 7.
seculari, seruili. ⌊de manu inimicorũ nostrorũ⌋ inuisibiliũ seu uisibiliũ. ⌊liberati⌋ per Christi ad
Deu. 6. uentũ, ac passionẽ. ⌊seruiamus illi⌋ scilicet uero deo seruitute latriæ, de qua habetur: Dominũ
deũ timebis, & illi soli seruies. Est etenim latria uirtus deo cultũ ceremoniamq; impendens.
¶ In sanctitate⌋ i. in puritate mentali, omni terrena & carnali affectione exclusa, puta in per- 8
Exo. 12. fecta cordis conuersione ad deũ, uniuersis animę affectibus reformatis, ordinatis, atq; in deum
Leu. 11. reductis. Sic nempe supersancto penitusq; immensæ munditiæ deo est obsequendũ, propter
Mat. 4. quod loquitur: Nolite cõtaminare animas uestras, ego enim sum dñs deus uester: sancti estote
Deu. 18. quoniã ego sanctus sum. Dicitur quoq;: Perfectus & absq; macula eris cũ dño deo tuo. Deniq;
ideo uenit Christus ut per eius passionẽ redẽpti, seruiamus ei secundũ euangelicæ legis teno-
Matt. 5. rem. Hæc autem est lex perfectionis, propter quod ait: Estote ergo & uos perfecti, sicut pater
uester cœlestis perfectus est. Ad quod exigitur, ut homo non solũ habeat se reuerenter & pure
ad dominũ, sed & iuste ad proximũ, dando cuiq; quod suũ est, & proximos ædificando in omi
Ro. 14. bus, iuxta quod fertur: Quæ pacis sunt sectemur, & quæ ædificatiõis sunt inuicẽ custodiamus.
Et rursus: Ne ponatis offendiculũ fratri, uel scandalũ. Noli illũ perdere pro quo Christus mor- F
tuus est. Ideo subdit: ⌊& iustitia⌋ i. actibus iustitię tã distributiuę q̃ cõmutatiuę. Imo per iusti-
tiam intelligi potest quælibet uirtus, prout iustitia dicitur omnis uirtus, seu uirtus communis.
Omnis etenim uirtus est quædã iustitia, quia per eam debitũ quoddã exoluitur, seu deo (ut iu-
stum est) ministratur, sicut per charitatẽ deũ diligimus (ut tenemur) per misericordiã proximo
subuenimus (ut obligamur) Deo aũt non solũ in iustitia quæ est uirtus specialis, sed in omni uir
tute seruire debemus, præsertim in fide, spe, & charitate quibus directe colitur deus tanq̃ im-
mediatum, propriũq; obiectũ. ⌊corã ipso⌋ i. recta intentione, & cum attẽtione interna, ut in dei
præsentia nos constituamus, eumq; ut regẽ ac iudicẽ omnia intuentẽ pensemus: & ita ei soli fi
naliter placere optemus, eius honorẽ & gloriã in omnibus exquiramus, timorate ac reuerẽter
Mat. 6. cuncta agentes simplici corde, non uelut hypocritæ corã hominibus bona agendo ob propriã
Eccl. 1. utilitatẽ, seu laudẽ, ut illud psalmistæ ueraciter dicere mereamur: Seruaui mandata tua & testi-
Psal. 118. monia tua, quia omnes uiæ meæ in conspectu tuo. Et illud Heliæ: Viuit dñs, in cuius conspectu
3. Reg. 17. sto hodie. Porro q̃ ait sine timore, referri potest ad illud quod sequitur, liberati & ad uerbum
seruiamus. Primo modo est sensus, q̃ sine nostro periculo ac timore Christus nos liberauit, cũ
tamen plures de hostium manibus non absq; ingenti suo pauore atq; periculo eruantur. Chri-
Mat. 26. stus quoq; absq; suspitius inordinato timore nos liberauit: Quamuis enim passione instãte na-
Mar. 14. turali timore concussus sit, hoc tamen sponte & potestatiue seu ex præuio rationis iudicio cõ-
Luc. 22. tigit, & eundem timorem cumuoluit, abiecit, atq; intrepidus obuiã profectus est hostibus. Si
autem referatur ad uerbum hoc seruiamus, iste est sensus, q̃ Christus ideo promisit daturũ se
nobis

A nobis, ut liberati per ipsum ab hostibus seruiamus ei absq; inordinato timore in sanctitate, nõ
ꝙ nullos aduersarios habeamus: Cum omnes qui uolunt pie uiuere in Christo, persequutionẽ 2.Tim.3.
patiantur. Sed ꝙ illos inordinate non metuamus, nec peccando subdi cogamur, nec dæmonũ
manus (ut antea) incidamus, nec inferni suppliciis deputemur, imò ab omni gloriæ obstaculo
eruamur, merito dominicæ passionis, dummodo nos ipsi obicẽ non ponamus. Hæc est spiritalis
securitas internaq; pax, & uera libertas militãtis ecclesiæ, quantũ ad eos qui fide & opere Chri-
stiani consistunt, quę in primitiua ecclesia maxime abundabãt, sicut in Actibus apostolorũ do- Act.2.4.5.
cetur. Vnde dñs pronuntiauit: Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernacu- Esa.32.
lis fiduciæ, & in requie opulenta. Et in Sophonia quoq; legit: Lauda filia Sion, exulta in omni Soph.3.
corde filia Hierusalẽ: auertit dñs inimicos tuos, non timebis malũ ultra. Insuper cũ dñs protu-
lisset: Suscitabo Dauid germen iustum, id est Christũ filium Dauid (ut omnes exponunt) mox Hiere.23.
subditur: In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter: quia uidelicet conuer-
si ad Christũ non timuerunt eos qui corpus occidunt, puta parati mori pro fide & ueritate ac Mat.10.
deo, eo ꝙ essent repleti charitate & gratia Christi, per quam optimæ & inuictissimæ fuerunt fi
duciæ. Itaq; seruiamus ei, non uno die uel raro, aut modico tẽpore, sed incessanter & perseuerã-
ter, ut subditur: ⌊omnibus diebus nostris.⌋ Qui enim perseuerauerit usq; in finem, hic saluus
erit. Ideo monet Apostolus: Bonũ facientes non deficiamus. Tempore enim suo metemus nõ Gal.6.
deficientes. Nihil demum tam stultum q̃ tempus non solum infructuose, sed etiam uitiose ex-
pendere. Iugiter igitur deo altissimo obsequamur, semperq; perfectius ac amorosius obsequi
studeamus, pensantes quod scriptum est: Maledictus qui facit opus dei negligẽter. Postremo Hiere.48.
B inquiritur quomodo per Christum liberatum sit genus humanum, cum tam pauci saluentur,
pereantq; tam multi? Et respondendum ꝙ Christus sua passione pro totius mundi seu populi
satisfecit peccatis quantum in ipso est, ita ꝙ meritum suum tantum fuit ꝙ pro omnium pecca-
torum deletione sufficiens fit: sed non subuenit nisi his quibus applicatur seu cõmunicatur per
fidem, charitatẽ, aut sacramenta. Sua quoq; sanctissima conuersatione ac passione meruit omni
bus nobis gratiam copiosam, specialiter tamen pro originali peccato satisfecisse asseritur: quo
niam propter reatum illius à gloria totum genus differebatur humanum. Cõuersatio demum
& passio Christi ex tam perfectissima charitate ac obedientia orientes tam acceptæ deo patri,
seu superbenedictæ trinitati fuerunt, ꝙ pro totius mundi liberatione & iustificatione ita fue-
runt idoneæ, meritoriæ, & prædignæ, præsertim propter hypostaticã seu personalẽ unionem
humanitatis Christi cũ uerbo, ex qua infinitã quodãmodo promerẽdi ac satisfaciendi idonei-
9 tatem efficaciãq; sortita est. ¶ Et tu puer propheta altissimi uocaberis.⌋ secundũ Origenem,
Zacharias plenus spiritu sancto duas prophetias generaliter nuntiat. Primã de Christo, quæ
se extendit hucusq;. Alterã de Ioanne, quæ incipit hic, ubi prædicit ꝙ gratia prophetiæ fuerit
danda Ioanni, ita ꝙ erit atq; uocabitur propheta Christi, qui secundũ Apostolũ est super omnia Rom.9.
deus benedictus in secula. Veruntamen Ioan.1. legitur, iste Ioannes interrogatus: Propheta es
tu? respondisse, non sum. Ad quod dupliciter respondetur. Primo secundũ glossam ibidẽ, ꝙ Iu-
dæi interrogantes, per prophetã intellexerunt Helizeũ, quod aduertens Ioannes, intentioni
eorũ rite respondit: Secundo ꝙ prophetã, id est prophetã duntaxat esse se negat, quia & plus
q̃ propheta fuit: non solum denuntiando futura, sed & Christũ demonstrãs præsentẽ. Rursus Matt.11.
C inquiritur cur Zacharias alloquutus sit infantẽ octo dierũ, in quo usus nondũ extitit rationis?
Ad quod respondit Ambrosius, ꝙ Zacharias agnouit infantẽ illũ supernaturaliter sua intelli-
gere uerba: sicut in utero suæ matris intellexit filii dei incarnationẽ atq; præsentiam corpora- Luc.1.
lem. Ait quippe Ambrosius: Potuit Ioannes uocẽ patris sui natus audire, qui Mariæ salutatio-
nem anteq̃ nasceretur audiuit. Sciebat Zacharias alias esse aures prophetæ quæ spiritu dei nõ
corporis ætate reserantur. Habebat Ioannes intelligendi sensum, qui exultandi habebat affe-
ctum. Alii sicut Beda dicit, ꝙ non propter Ioannis aduertentiam, sed eorum qui aderãt instru-
ctionem ista prędixit. Nam & inanimata ac bruta alloquimur, ea ad dei pręconium inuitando,
non solum ut illa intelligant, sed ut nos ipsi ac audientes ad dei laudẽ sic prouocentur. Pręterea
multis nominibus inuenit appellatus Ioannes. Dictus nanq; est amicus sponsi, pręcursor Chri- Ioan.3.
sti, Baptista, angelus, lucerna ardens & lucẽs, propheta, & plus q̃ propheta, atq; Helias, propter Mala.3.
uaria gratiæ dona sibi collata. ⌊præibis enim ante faciem domini⌋ id est ante corporalẽ ac ma- Ioan.5. Mat.11.
nifestam præsentiã Christi, qui est rex regum & dominus dominantiũ. Ioannes etenim natus Eodem.
est ante Christũ. Insup orsus est prædicare & baptizare ante eundẽ, præcessit etiã eũ in limbũ: Apoc.19.
iccirco uocatur præcursor. Quidã per faciem domini intelligunt Christum filiũ patris, ut di-
catur similitudo & facies patris, quia per eum pater cognoscitur: per faciem enim notitia desi-
gnatur. Notitia autem in diuinis filio appropriatur, quẽadmodũ sapientia & ueritas, quia per Ioan.14.
modum intellectualis emanationis procedit à patre. ⌊parare uias eius.⌋ id est disponere homi-
nes ad Christi fidẽ, charitatẽ, ac susceptionẽ, quod egit Ioannes prędicando, monstrando, & ba Ioan.1.
ptizando. Itaq; uiæ Christi, i. uiæ seu media per quæ Christus uenit ad hominũ corda, fuerunt

Prædicatio & baptismus Ioannis, quæ ipse parauit .i. sapienter exhibuit, sicut quis præparat D
mensam. Vel uiæ istæ sunt baptismus & prædicatio Christi, ad quæ duo Ioannes suo documẽ-
to atq; baptismate homines disponebat. Rursus uię istę sunt opera uirtuosa, seu pręceptorũ cu-
stodię, ad quę homines Ioannes induxit, uitia extirpando, ac uirtutes dispositiue seu instrumẽ
Malach.3. taliter inducendo. Propter quod loquitur dominus de Ioanne: Ecce ego mitto angelum meũ,
Matth.11. Mar.1. & pręparabit uiam ante faciem meam. Rursus uię istę sunt misericordia qua deus uenit ad nos,
& pœnitentia qua imus ad eum. Ad primam parauit Ioannes Christi gratiam ac baptismum
insinuando: Ad secundam ad pœnitentiam exhortando, & rigorose uiuendo. Pręterea secun-
dum Chrysostomũ, quemadmodũ reges quosdã habent qui eminus seu longe eos pręcedunt,
& itẽ cõmilitones qui de propinquo pręcedunt: Sic Christus habuit prophetas aliquos eũ lon
ge ante pręnuntiantes & pręcedẽtes: Ioannẽ uero eũ de proximo pręcedentẽ ac pręsentẽ, dein
de monstrantẽ. Deinde secundũ Theophilũ Zacharias exponit quomodo Ioannes uiã dñi pre
parauit, puta dicẽdo: ¶ Ad dandã scientiã salutis plebi eius ⌋ id est ad exhibendũ, seu prędicã » 9
Apoc.12. dum populo Iudęorũ notitiã, qua ad ueram felicitatẽ pertingitur, seu notitiam Christi qui est
salus nostra. Hęc est scientia salutaris, doctrina moralis, declaratio aduentus, mysteriorumq;
Christi, & sacramentorum ecclesię. Itaq; non ait ad dandam salutem, sed scientiam salutis: quia
Ioan.1. Ioannes salutem non dedit sed prędicauit. Propter quod scriptum habetur: Non erat ille lux,
Phil.3. sed ut testimonium perhiberet de lumine. Hanc scientiam cœpit Ioannes dare quã Christus & 
apostoli postea plenius contulerunt: de qua ait Apostolus: Existimo omnia detrimentum esse
propter eminentẽ scientiã domini nostri Iesu Christi. Hanc autem scientiã dedit ⌊ in remissio- »
nem peccatorũ eorũ. ⌋ uidelicet plebis suę puta credentiũ. Hęc aũt scientia dispositiue ac incita- » E
tiue ualuit ad diluẽda peccata, quia per eam ad pœnitentiã, Christiq; fidẽ explicitam populus
Mar.2. inducebatur: Solus autem deus dimittit peccata effectiue secundum illud: Quis potest dimit-
Luc.5. Apoc.1. tere peccata nisi solus deus? Passio Christi meritorie, iuxta qđ in Apocalypsi habetur: Christus
Act.15. dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Fides autẽ formata hoc agit formali-
ter, prout dicitur: Fide purificans corda eorũ. Opera uero pœnitentiæ faciunt hoc satisfacto-
rie. ¶ Per uiscera misericordię ⌋ intimã, secretã, uiscerosam, seu amorosam misericordiã. ⌊ dei » 10
nostri ⌋ unigeniti scilicet propter nos incarnati. ⌊ in quibus ⌋ uisceribus misericordię. ⌊ uisitauit »
nos ⌋ .i. per incarnationẽ ad nos descendit, & nostrã sibi coniunxit naturã, nosq; ęgrotos uelut
pius medicus nunc accessit. Itaq; uiscera in deo spiritaliter & metaphorice appellãtur charitas
Gal.2. & misericordia eius quibus inductus est succurrere nobis, sicut de Christo ait Apostolus: Qui
Ephe.2. dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Rursus quoq; de patre: Propter nimiam inquit cha-
ritatem qua dilexit nos pater, filium suum misit. Itaq; non propter merita nostra, sed ob suam
pietatem & charitatem deus hæc beneficia nobis largitus est. Recte ait per uiscera misericor-
1.Ioan.4. diæ dei nostri, in quibus uisitauit nos. Vnde legitur: In hoc est charitas, non quasi nos dilexeri
Esa.63. mus deum: sed quoniam ipse prior dilexit nos. Hæc uiscera dei olim quasi latebant, iuxta illud
Esaiæ: Multitudo uiscerum tuorũ & miserationum tuarũ super me, continuerunt se. Itaq; uisi-
tauit nos ⌊ oriens ex alto ⌋ id est de summo cœlo ad terram descendens, de sinu, imo de corde »
patris sui in uterum uirginis ueniens, ab altitudine suæ habitationis qua inaccessibilẽ lucem in
Psal 18. habitat, ad peregrinos & exules se inclinans. Quemadmodum scriptum est: A' summo cœlo
Hebræ.1. egressio eius. Christus quoq; oriens nuncupatur, qui candor est lucis æternæ, & splendor pa- F
ternæ gloriæ, ex supersplendidissimo dei patris corde æternaliter oriens & emanans, deinde
Eccl 24. per humanitatẽ assumptam hominibus innotescens & resplendens, qui testatur: Ego in altissi-
Eodem. mis habitaui. Et rursus: Ego feci in cœlis ut oriretur lumen indeficiens. De quo secũdum serui
Zach 3. Zacha.6. formam deus pater ait: Ecce ego adducam seruum meum orientem. De quo denuo scriptum
est: Ecce uir oriens nomen eius. At uero sicut à parte cœli orientali qui oriens dicitur, lux solis
terrigenis oritur, ita à Christo lux gratiæ nobis profluxit, solq; sapientiæ deus unus & trinus,
per eius humanitatẽ nos illustrauit. Hinc subditur: ¶ Illuminare his ⌋ id est ad illuminãdum » 11
eos ⌊ qui in tenebris ⌋ ignorantiæ & erroris, seu infidelitatis. ⌊ & in umbra mortis ⌋ .i. in uita im- »
pia, quæ umbra mortis uocatur, quia à deo separat mentem, sicut mors naturalis seu corpora-
Esa.59. lis à corpore segregat animam: iuxta illud Esaiæ: Iniquitates uestræ diuiserũt inter uos & deũ
uestrum. ⌊ sedent ⌋ Vel umbra mortis est seculum præsens, quod cum sit uallis lachrymarum, »
peregrinatio & exiliũ, umbra & similitudo mortis respectu patriæ nominatur, imo & uita prę-
sens umbra mortis uocatur, dicente Gregorio: Vita temporalis æternæ uitæ comparata, mors
est potius dicenda quàm uita. Quidam per umbram mortis obliuionem intelligunt: quia sicut
mors tollit ab existentia in natura, sic obliuio ab existentia in memoria. Insuper aliqui per se-
dentes in tenebris accipiunt patres in limbo detentos, qui fuerunt in tenebris, id est carentia
lucis gloriæ, & loco obscuro, ad quorum illuminationem Christus post mortem in cruce sta-
tim descendit, eosq; mox ibi lumine gloriæ illustrauit, ita q̃ tunc deum per speciem uidere cœ
perũt secundum doctores. Tunc nanq; pro originalis peccati reatu fuerat satisfactũ, pretiũq;
redem-

A redemptionis solutum, pro quo reatu duntaxat sancti illi differebantur à gloria. Per sedentes
uero in umbra mortis, intelligunt uiatores & peccatores. Proprie quoq; per sedentes in tene-
bris intelliguntur gentiles idololatræ, ad quorum illuminationem Christus descendit, sicut
loquitur: Alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. De hac re Ioan. 10.
multa in Esaia leguntur, ut est illud: Populus qui ambulabat in tenebris uidit lucem magnam: Esa. 9
Habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Rursusq; pater loquitur Christo: Dedi Esa. 42
te in lucem gentium, ut aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione uinctum, de do-
mo carceris, sedentes in tenebris. Sed & Christus de patre testatur: Glorificatus sum in oculis Esa. 49
domini, & dixit, parum est ut sis mihi ad suscitandas tribus Iacob, & ad feces Israel conuerten-
das, dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usq; ad ultimũ terræ. Hinc de ipso asseritur: Erat Ioan. 1
» lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mũdum. ⌊ad dirigendos pedes
» nostros⌋ id est affectus nostros, de quibus cantamus: Statuit supra petram pedes meos. Et in Psal. 39
» Canticis loquitur sponsa: Laui pedes meos. ⌊in uiam pacis.⌋ id est ad conuersationem iustam Can. 5
ac uirtuosam, quæ est iter ad pacem pectoris in præsenti, atq; ad pacem æternitatis in futuro.
Ad hanc duplicem pacem præstandã Christus potissime uenit & passus est, propter quod te-
stabatur apostolis: Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Hinc de Christo ait Aposto- Ioan. 14
lus: Veniens euangelizauit pacem his qui longe, & his qui prope, id est gentilibus ac Iudæis, Ephe. 2
quæ uerba ex Esaia accepta sunt. Deniq; cum pax ista spiritalis ac uera, fructusq; spiritus (secũ- Esa. 60
dum Apostolum) sit quies, tranquillitas, seu quietatio mentis in deo, seu gaudium imperturba
tum in eo, certum est q per conuersationem uirtuosam homo ad pacem pertingat, uitiorũ ac
B passionum tumultus inquietudinesq; sedando & extirpando. Præcipue tamen pax à charita-
te procedit quasi efficienter. Charitas nanq; unionem & concordiam parit, quietem quoq; &
gaudium in amato, dum ei coniungitur. Hinc ait psalmista: Pax multa diligentibus legem tuã. Psal. 118
Ex iustitia uero procedere dicitur quasi prohibens à remouẽte: quia iustitia impedimenta pa-
cis aufert & perimit, iuxta illud: Erit opus iustitiæ pax. Rursus pax ponitur effectus prudẽtiæ, Esa. 32
tanq̃ uirtutis dirigentis ad pacem per ueram discretionem, qua quis ordinate se habet, unde
nec perturbatur: ideo ait Apostolus: Prudẽtia spiritus uita & pax. Hanc itaq; pacem amemus, Ro. 8
exquiramus, & conseruemus, cum dicat saluator: Beati pacifici, quoniam filii dei uocabuntur. Mat. 5
Postremo canticũ istud sententiosum ac dulce, deuotissime concinamus, grata & affectuosa
mente ineffabilia dei beneficia, præsertim uerbi æterni incarnationem intime recolentes, & gra
tes deo innumerabiles præcordialissime referentes, qui est super omnia deus gloriosus, subli-
mis & benedictus in secula. Amen.

PIO LECTORI S.

Post exhibitos in cantica utriusq; instrumenti commentarios, ne uspiam tibi deessemus, in Athanasii q-
q; symbolum, necnon in sanctorum Ambrosii & Augustini, Te deum, canticum, haud minus pietate q̃
utilitate cõspicuos, libuit cõmentarios adiicere: q̃s ut Dionysii forte nõ esse quisq̃ calũniari possit, nos q;
temere asseuerare non uolumus, ita à studioso illius lectore eoq; Carthusiano conscriptos, liquido nobis cõ
stat, id quod haud uanis indiciis persoasum habemus. Tu ergo sedulo illos reuoluens fruere ac Vale.

C

## IN ATHANASII SYMBOLVM COMMENTARIVS.



1 » QVICVNQVE uult saluus esse⌋ id est superessentiali felicitate po- Quid sit sal-
titi, superuoluptuosissimo, æterno, summo incomparabiliq; bono (in uũ esse atque
quo uniuersorum bonorum, omniumq; pulchrorum ac desiderabi- beatum.
lium, incircunscriptibilis plenitudo & superessentialis perfectio est)
frui, illo impleri, illiq; immobiliter, inauertibiliter, uoluptuosissime ac
felicissime immergi, deo uidelicet superpulcherrimo, qui est pulchri
tudo substantialiter pulchra, speciositas infinita, ad intuendum iucũ-
dissima, ad perfruendum suauissima, ad possidendum deliciosissima:
quia in eo tota potẽtialitas reducetur ad actum, tota capacitas nostra
supernaturaliter implebitur, omnemq; desiderium perficietur, sic q nil boni optati poterit in
» æternũ abesse, nil mali abominati adesse. ⌊ante omnia opus est ut teneat catholicã⌋ i. uniuersa-
» lem, orthodoxã. ⌊fidem,⌋ sine qua impossibile est placere deo illiq; uniri: quippe quę principiũ Hebr. 10.
est cultus dei, atq; fundamentũ eius quę secundũ pietatẽ est doctrinæ, quam quotidiana docet
2 » Christianę institutionis professio. ¶ Quã nisi quisq; integrã inuiolatamq;⌋ recte credendo,
» & pure ac religiose, secundũ fidẽ charitate formatã, seruiendo. ⌊seruauerit, absq; dubio⌋ cũ hę-
» reticis & schismaticis tanq̃ omnipotentis dei inimicus. ⌊in æternũ peribit.⌋ æterna illa priuabi
tur felicitate, atq; in infernalẽ lacũ, in ignẽ æternũ, in tenebrosissimũ inferni carcerem, in anima Mat. 25.
3 » & corpore cũ dæmonibus detrudetur in perpetuũ cruciandus. ¶ Fides autem catholica⌋ ab Luc. 16.
» omnibus Christicolis amplexanda. ⌊hæc est,⌋ uidelicet ⌊ut unũ deũ⌋ qui naturaliter est primũ
ens, æternũ, incausatũ, indepẽdens, perfectũ, infinitũ, immateriale, simplicissimũ & adorandũ

*Descriptio dei.*

Prima causa omnium gubernatiua, pura ueritas sempiterna, unitas simplicissima, purus actus, omnipotens uirtus, sanctitas exemplaris, sapientia æternalis, causa & ratio omniũ idealis, esse purũ in se subsistens ac separatũ, uniuersorum principiũ, prima omnis rectitudinis omnisq; iustitiæ, ueritatis & uirtutis regula, & mẽsura. In quo est omnis nobilitas, omnis pulchritudo, omĩs felicitas & dulcedo: quippe qui solus naturaliter & essentialiter bonus est, & immensa, perfecta puraq; bonitas: in qua est omniũ desiderabiliũ infinita ac incõprehensibilis plenitudo, ęterna uidelicet sapientia, incircunscriptibilis maiestas, omnipotens uirtus, inobtenebrabilis splẽdor, inexcogitabilis pietas, pax summa atq; dulcissima, ardentissimus amor, iucundissima felicitas, gaudiosissima uita indeficiensq; imperiũ. ⌊in trinitate⌋personarum. Quia enim deus (ut iã patuit) uere immẽsa, pura, supplena superditissimaq; bonitas est: necessario infinitæ cõmunicabilitatis est, quũ oẽ bonũ naturaliter sit suę bonitatis cõmunicatiuũ. Ideoq; seipsum intelligẽs & diligẽs incõmutabiliter, q̃a suũ intelligere & suũ diligere est sua natura atq; essentia, cõmunicat (ut secundũ nostrũ loquẽdi modũ loquar) uis intellectiua diuina totũ suũ eẽ uerbo, ut secundũ Ambrosiũ in hymno, sit in patre totus filius, & totus in uerbo pater. Et ab illo actu intelligẽdi, cũ ibi cognoscit tota diuinitatis amabilitas, utraq; incõmutabilis psona cõmunicat amori, q spiritus sctũs appellat, & p modũ uolũtatis procedit, totã diuinitatis naturã. Et hęc oĩa naturaľr fiũt unico ęterno incõmutabili actu, itaq; tres illę psonę & subsistẽtię est incõmutabilis, inseparabilis trinitas, & una simplicissima deitas. Quę cõicatio excellẽtissime bona præ sui magnitudine & nobilitate excedit oẽm creatã intelligẽtiã: Bonitas eñ istius cõicationis habet, q pr̃ nõ potuit nõ gñare filiũ: & pater & filius nõ potuerũt nõ producere p modũ spiratiõis spiritũ sanctũ: & hoc facit incõmutabilitas atq; æternitas, & est triũ psonarum una uolũtas &c. & cõicat se bonitas diuina effundẽdo bonitatẽ suã sup uniuersam creaturã quã creauit, ut eẽt q̃d diuinę bonitatis eẽ posset particeps. Atq; p hoc cõmunio sapiẽtior fuit (ut ita dicã) rõ originalis psonæ unius cõmunio amoris, uelut q̃dã rõ psonæ alterius. Et q̃uis psonę productio, procedat de uolũtate paterna, est tñ in hac productiõe uel processiõe rõ alia & alia. Nã secũda, filius. s. p gñationẽ est à sola prima, à pr̃e uidelicet: tertia p spirationẽ & processionẽ, à prima & secũda, à pr̃e. s. et filio⌊& trinitatẽ⌋psonarum: Quid eñ ẽ uelle habere cõparẽ in natura & cõdignũ, nisi uelle habere quẽ intime diligat, & coęq̃litatis merito digne diligere debeat? Quid ũo ẽ uelle habere cõdilectũ, nisi uelle habere q secũ à suo dilectore pariter diligat, & exhibiti sibi amoris delicięs secũ perfruat? Sed istud primũ potest consistere in sola psonarum dualitate: istud aũt posterius oĩno subsistere non potest, sine personarum trinitate.

*Cur i simplicissima diuinitate sit trinitas personarum.*

*Personarum distinctio.*

⌊in unitate⌋essentię⌊ueneremur⌋colamus: credẽtes firmiterq; confitẽtes, trinitatẽ psonarum nõ excludere ab essentia diuina summã unitatẽ, simplicitatẽ, immẽsitatẽ, æternitatẽ & incõmutabilitatẽ: quin potius includere summã fœcunditatẽ, charitatẽ, liberalitatẽ, æqualitatẽ, germanitatẽ, cõformitatẽ & inseparabilitatẽ. Quia eñ cuiuis diuinarum psonarum inest summa nobilitatis & honoris excellẽtia (in seipso eñ æternaľr germẽ suæ fœcũditati adequatũ pater producit: seq; ac filiũ diligẽdo & uolẽdo simul cũ illo spirat spiritũ sanctũ, q est amor & nexus utriusq;) ipsis necessario infinitas inest, & ęternitas oĩusq; potestas: quapropter parẽ sibi habere nõ possunt, nec ęqualẽ: ideoq; nõ potest eẽ nisi una diuina substãtia, infinita, oĩpotẽs & ęterna. Et sicut cõueniẽs ẽ unã solã substãtiã in tribus eẽ psonis, sic q̃q; congruũ est tres diuinas psonas in una simplici eẽ essentia, propter maximã psonarum cõuenientiã, propinqtatẽ, unitatẽ & simplicitatẽ.

*Personarum trinitas summam unitatẽ includit.*

*Ratio prędictorum.*

¶ Neq; cõfundẽtes psonas, ⌋ut Sabellius q in psona ipsum dicit eẽ patrẽ, quẽ & filiũ & spm̃ sctm̃: Necessario eñ tres sunt psonę credẽdę, propter gñationẽ & pcessione in supsanctiss. trinitate necessario intellectã. Dictat nãq; catholica fides, altissime de deo & piissime sentiendũ eẽ. Nõ sentiret aũt altissime, q̃sq̃s non crederet deũ se posse summe cõicare: nec sentiret piissime, q crederet eũ posse, sed nolle. Ideoq; ut altissime & piissime sentiam⁹, credam⁹ deũ se summe cõicare ęternaľr habẽdo dilectũ siue cõdignũ, hoc ẽ filiũ ex se natũ, cui se plene nõ participatiue cõicat, nõ minus diligẽs ipm̃ q̃ seipm̃: & simul cũ ipso filio ęternaľr pducere, & habere cõdilectũ sibi natoq; ex se ęque dilectũ: nõ creatũ nec natũ, sed ad intra procedentẽ inuariabiliterq; spiratũ, nõ potest aũt psona generãs eẽ psona gñata aut procedẽs uel ecõuerso. ⌊neq; substantiã separãtes⌋hñt eñ istę tres psonę unũ & indifferẽs esse ex differẽti proprietate q̃ ẽ gñare, gñari & procedere. Propriũ eñ ẽ ingenito patri propria authoritate æternaľr eẽ, & patrẽ esse, filiũq; æternaľr gñare, & spm̃ sctm̃ cũ filio æternaľr spirare, & à nullo eẽ aut aliqd accipe. Propriũ ẽ filio eẽ à solo patre, & ab eo qcqd ẽ, uel habet, habere: & cũ patre spiritũ sanctũ spirare. Propriũ est spiritui sancto à patre simul & filio esse, & habere quicquid est uel habet, & nullũ de se existentẽ æternaliter habere. Et hæc omnia personæ istæ à patre non habẽt ex munere gratiæ, sed ex proprietate diuinæ naturæ: pater eñ per generationẽ præbet substãtiaľr originẽ filio & per spirationẽ spiritui sancto: proinde.

*Altissime & piissime de deo est credẽdum.*

*Diuersæ personarum proprietates.*

¶ Alia est eñ psona pr̃is⌋q̃a solus ingenitus &c. (ut iã patuit)⌊alia filii⌋q̃a à solo pr̃e ẽ genitus⌊alia spũs sancti⌋q̃a ab utroq; à patre scilicet & filio procedit. Non aũt aliud est psona patris, aliud psona filij, aliud persona spiritus sancti: quũ aliud essentiã significet communẽ quæ una & simplicissima est

*non aliud & aliud est in simplicissima diuinitate.*

(diuinarum

A (diuinarum nanq; personarum consubstantialitas maxima, æqua & infinita est) alius uero di-
stinctionem duntaxat suppositi nominat. Cum igitur pater alia persona sit, seu aliud supposi-
tum à persona filii, necessario sequitur patrē aliū esse à filio, & spiritū sanctū esse aliū ab utroq;:
5 » ita ut nulla distinctio sit in essentia, sed in personis duntaxat. ¶ Sed patris & filii & spiritus
» sancti una est diuinitas.⌋ Pater enim cum sit plenitudo essentiæ, uitæ, sapientiæ, bonitatis, poten
tiæ & omnino omnis desiderabilis plenitudinis plenitudo, à nullo aliquid accipiens, sed pro-
pria sola authoritate supersubstantialiter consistens, omnem eandē plenitudinē supernatura-
liter & supersubstantialiter dat filio suo (qui est splendor paternæ gloriæ & figura substantiæ
eius) ipsum per sui cognitionem generando: eandemq; cum filio dat supernaturaliter spiritui
sancto (qui iubar quoddā est à prima substantia & splendore gloriæ eius procedens) ipsum su
persubstantialiter (eandem quam in seipso habet excellentię magnitudinem, in filio suo depre
» hendens) spirando. Omnibus ergo tribus personis una est diuinitas. ⌊ æqualis gloria, coæter-
» na maiestas.⌋ æqualis claritas, gloria & potestas (ut patet ex dictis.) Plenitudo nanq; summę fe
licitatis, requirit plenitudinem summæ iocunditatis: plenitudo summæ iucunditatis, plenitu-
dinem requirit summæ charitatis: plenitudo summæ charitatis, exigit plenitudinem summæ
perfectionis: ubi itaq; oportet omnes esse æque perfectos, necesse est omnes in summa æquali-
tate congruere. Quapropter in omnibus æqualis erit sapientia, æqualis potentia, indifferens
gloria, uniformis bonitas æternaq; felicitas: quatenus trium personarum diuinarum una sit di-
uinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas, nullaq; altera maior, nulla altera minor, nulla prior,
nulla posterior. Coæternæ ergo sunt & coæquales: nam si coæternę non essent, eo ipso coæqua
6 » les esse non possent. ¶ Qualis pater talis filius, talis spiritus sanctus.⌋ In superlaudabili enim
hac personarum discretione nullus gradus superior aut inferior esse potest: sed uniformiter
B eis omnia conueniūt essentialia, puta diuinitas, essentia, bonitas, potentia, iustitia, æternitas &c.
Nam summum illud & summe simplex esse, in ea plenitudine, atq; perfectione qua est perso-
næ unius (ut patuit supra) in eadem plenitudine est, & cuiuslibet personæ alterius: cum una
eademq; substantia non maius aliquid uel minus, melius deterius'ue seipsa esse possit: non igi-
tur maius uel melius aliquid, quæuis erit in trinitate persona, quàm quælibet alia (cum certissi
me singulis sit una eademq; substantia) sed omniformis & omnifaria incomprehensibilisq; ma
gnitudinis æqualitas in qua unitas pluralitati non cedit, nec excedit pluralitas unitatem.
7 » ¶ Increatus pater ⌋ seipso innascibiliter & ab æterno prima in diuinis persona existens. ⌊ in-
» creatus filius ⌋ patri coæternus, quem æterne eructauit diuinum cor eius, ut esset secum prin-
cipium in principio, apud eum ab eo solo originem ducens æternam. Vt enim radius solis de
corporeo sole isto procedit, & originem trahit, coæuus ipsi soli existens (ex quo enim sol fuit
de se radium produxit, & sine radio tempore nullo fuit) sic dei filius quoq; (qui splēdor est pa-
tris & candor lucis æternæ) tanquam coæuus radius de luce spirituali & innascibili emanauit:
» estq; secunda in diuinis persona. ⌊ increatus spiritus sanctus. ⌋ à patre & benedicto uerbo eius
æternam habens perfectionem atq; originem: estq; tertia in diuinis persona. Proinde pater in-
genitus deus seipso est: uerbum eius, deus à patre: spiritus sanctus quoq; deus est à patre & uer
bo eius seu filio: nec tamen uerbum seu filius à patre est singulari proprietate, ut deus, sed ut
uerbum: sicut nec spiritus sanctus, à patre & filio, ut deus, sed ut spiritus sanctus: imò neq; omni
potens pater seipso est ut deus, sed ut pater, ut innascibilis: absolutus est enim ut deus ab his
proprietatibus. Ex his igitur paucis clare conuincitur patrem à nullo esse, filium à solo patre:
C & spiritum sanctum ab utroq;, tanquam amor patris & filii, & condilectus illis. Quæ quidem
tres personæ quia ab æterno sunt & coæquales, clarum est q; sicut increatus est pater, sic increa
tum esse filium & spiritum sanctum: imo sicut creator pater sic & filius & spiritus sanctus. Vn-
de de patre scriptum est: In principio creauit deus cœlum & terram. De filio: Et qui creauit
me habitauit in tabernaculo meo. De spiritu sancto autem cantat ecclesia: Veni creator spiri-
tus. De beatissima uero trinitate: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.
8 » ¶ Immensus pater ⌋ qui est omnis principii superprincipale principium, in propria natura
immensurabilis: quia illocalis & incircunscriptus, ubiq; totus, ubique præsens, ubique potens,
omni carens initio & fine, atq; per hoc infinitus. Verum quia primum principium est, quod est
perfectissimum, repugnat & infinitas materialis, & conuenit ei infinitas formalis: Cum enim
primum sit omnium principium, & esse subsistens atque forma non determinata per aliquam
materiam, constat eum simpliciter infinitum esse & immensum, non modo per æternitatem,
uerumetiam per magnitudinem. Credimus nanq; ex dictis, diuinam substantiam seu essentiā
esse idem cum diuina potentia, sapiētia, æternitate & magnitudine, unde æterna est & magna.
Quapropter sicut infinitus est secundū æternitatem (quia sine initio & sine fine) infinitus quo-
q; erit secundum magnitudinē: alioqui manifesta ratione conuinceremur fateri unā eandemq;
substantiam & seipsa maiorem esse, & seipsa minorem: Nam si æternitas eius est infinita, magni
tudo autem finita, una eademq; substantia secundum æternitatem maior erit magnitudine sua

Marginal notes:
Sāctissimę di unitatis cōmunio.
Heb. 1. Filius splendor patris.
Spiritus sanctus iubar utriusq;.
Declaratio æqualitatis personarum.
in beatissimā trinitate nihil superius est, nihil inferius.
Nihil ī ea maius, meli' aut deterius.
Quō filius patri sit coæternus.
Similitudo de sole.
Sap. 7.
Discretio personarum.
Qua proprietate fiat in diuinis generatio & processio.
Tres personę sunt icreatę.
Gene. 1.
Omnes tres un' creator.
Ecci 14.
Gene. 1.
Quō deus sit infinitus.
Psal. 144.

hoc eſt ſcipſa (eſt enim deus ſua magnitudo) & erit ſecundum magnitudinem minor æterni- D
tate ſua, hoc eſt ſeipſa, eſt enim deus ſua æternitas: ergo immenſus pater, ⌊immenſus filius, im »
menſus ſpiritus ſanctus.⌋ quia immẽſitas dei eſt ęternitas dei: filius autem patri eſt coęternus »
In diuinis ſumma identitas & ſimplicitas eſt.
ſicut & ſpiritus ſanctus, ergo & immenſus: Sic nanq; in diuinis perſonis omnimoda identitas
eſt & ſumma ſimplicitas, ꝙ quę pluriũ & quę omniũ, prorſus eadẽ unius ſint: & quę unius, ea-
dem prorſus & omniũ: Nec una minus aliquid habet q̃ duę, & q̃ tres ſimul: nec tres ſimul, plus
aliquid habent q̃ una ſola, ſed earum eſt una diuinitas, ęqualis gloria, coęterna maieſtas, & reli-
qua eiuſmodi, quę ſummam aliquam perfectionem dicunt: quę omnem ſenſum comprehenſio
nemq; nimia ſui pręcellentia excedunt. ¶Aeternus pater ⌋ quia incommutabilis: ęternitas » 9
Solus deus incommutabilis.
enim ſequitur immutadilitatem: ſolus autem deus eſt omnino immutabilis, ipſe enim ſolus ſe-
cundum Apoſtolum habet immortalitatem, id eſt omnimodã incommutabilitatẽ: ergo & ſo-
lus ſimpliciter æternus, eſſeq; ęternum, ipſi ſoli eſt proprium. Q; autem aliqua dicuntur ęter-
na (ut ignis ęternus, uita ęterna) ſecundũ hoc dicuntur quod magis de eius incommutabilitate
participant ſemperq; permaneant, ⌊ęternus filius, ęternus ſpiritus ſanctus.⌋ quia in omnibus »
ſimul ſumma ſimplicitas, ſumma & uera unitas, & tam ſingulatim q̃ cõiunctim ſumma & admi » 10
randa identitas: ergo quęq; earum uerus deus, cui proprium eſt eſſe ęternum. ¶Et tamen »
non tres ęterni ⌋ Cum enim unus ſolus deus ſit, & ſumme unus ac unice ſummus (quia ſumma
ſimplicitas) omnes ſimul diuinę hypoſtaſes, ut tres & duę, non plus quàm ſingula quęq; unus
Trinitas ex perſonis nõ eſt coalita.
deus, ac proinde non tres æterni. ⌊ſed unus æternus.⌋ deus, uiuus & uerus. Nec credere debe »
mus, diuinitatem in perſonarum trinitate conſiſtentem ex perſonis eſſe coalitam: ipſa enim in-
diuidua eſt & ſimpliciſſima, in qua nulla cadere poteſt compoſitio, ſed omnes perfectæ ſunt & E
integræ, quibus eadem bonitas eſt, ſapientia, poteſtas, æternitas, incommutabilitas. ¶Sicut » 11
In diuinis perſonis ſeorſũ & coniũctim una ſimpliciſſima deitas.
non tres increati: ⌋ unica enim & eadem prorſus in diuinis perſonis deitas eſt, tota in patre, tota »
in filio, tota in ſpiritu ſancto: una in tribus uirtus, una ſapientia, una æternitas, una ſubſtantia:
quæ cum à ſemetipſa ſit & independens, eſt prorſus immutabilis, ac per hoc increata. Omne
enim creatum mutabile, quippe quod proceſſit de non eſſe ad eſſe, quale eſt omne aliud à deo.
Solus ergo unus deus increatus, ſicut & ſolus ſeipſo & proculdubio ab æterno. ⌊nec tres im- »
menſi ⌋ immenſum dicimus quod nulla menſura comprehenditur, nec ullæ menſuræ æqualis »
Non poſſunt dici plures immenſi.
ſeu comparabilis inuenitur: ſi ergo plures dicamus immenſos, erit quilibet eorum cuilibet alte
ri incomprehenſibilis atq; incommenſuralis: nullius itaq; menſura ab altera cuiuslibet alterius
comprehendetur: & conſequenter unaquæq; mẽſura quamlibet alteram ſupergredietur: erit
proinde unaquæq; quauis altera maior & quauis altera minor, quod eſt impoſſibile. Impoſſi-
bile eſt igitur plures eſſe immenſos. Quòd ſi nullus eſt quolibet altero maior uel quolibet alte-
ro minor, ſicut unuſquiſq; eorum eſt comprehenſibilis & commenſuralis ſibi, ſic erit compre-
henſibilis & commenſuralis alteri, ſicq; immenſi non eſſent: Non ergo tres immẽſi. ⌊ſed unus »
Pater reliquarum perſonarum origo.
increatus & unus immenſus. ⌋ pater tamen origo eſt reliquarum perſonarum non originatus, »
cum ſit ſeipſo: ſed filius originatus eſt, & origo ad ſpiritum ſanctum: ſpiritus autem ſanctus ori
Modus exiſtendi patris principalior eſt.
ginatus eſt ad patrẽ & filiũ: nõ origo ad aliã diuinã perſonã, quũ nulla ſit reliqua. Modus ergo
exiſtendi patris qui à nullo eſt, eſt principalior q̃ cæterarum duarum quæ à patre ſumunt originẽ:
principalior itẽ ſubſiſtẽdi modus filii eſt & ratione ordinis prior, q̃ ſpiritus ſancti ab eo prode-
Perſonalis perfectio nullã in trinitate facit differentiam.
untis. Hæc tamen perſonalis perfectio & originis eminentia nullam arguit in eis differentiam F
aut diſtantiam, nullamq; unius perſonæ ultra alias, in his quę ad naturam attinent, perfectionẽ:
Omnes enim tres non niſi unicum rerum conditarum principium. ¶Similiter omnipotens pa » 12
ter ⌋ cui ſubeſt cum uoluerit poſſe: omniũ enim obtinet poteſtatẽ. Si omniũ, quid eſt ꝙ non po »
Prou. 24.
teſt? hoc non poteſt quod omnipotẽti poſſe non cõpetit: falli non poteſt, quia ſapiẽtia eſt: mori
Quid nõ poſſit deus.
non poteſt, immortalis enim uita eſt: mentiri non poteſt, quia ueritas eſt: finiri non poteſt, q̃a
Sap 6.
infinitus & perennis eſt, qui parcendo & miſerando omnipotentiã ſuã maxime manifeſtat (pa-
Ioan. 14.
ter enim miſericordiarum eſt, & deus totius conſolationis) peccataq; libere dimittendo ſuã maxi
2 Cor. 1.
me poteſtatẽ demonſtrat: eius etenim qui ſuperioris legi aſtringitur, non eſt libere peccata cõ
Col. 2.
donare. ⌊omnipotẽs filius ⌋ qui eſt ſapientia patris, in quo ſunt omnes theſauri ſapiẽtię & ſciẽ- »
tiæ dei reconditi: Plenitudo autẽ ſapientiæ eſſe non poteſt ſine plenitudine potentiæ: ſicut nec
Quod dei filius neceſſario ſit omnipotens.
potentię plenitudo ſine plenitudine ſapientię. Sapientiæ aũt non haberet plenitudinẽ, q̃ quõ
obtinere poſſet quod ſibi de omnipotentia deeſſet, ignoraret: econuerſo, careret abſq; dubio
potẽtię plenitudine qui aliquẽ ſapientię defectũ poſſet inuitus ſuſtinere. Plenitudo itaq; unius
haberi non poteſt ſine alterius plenitudine. Quod diximus de ſapiẽtia, conſequẽs eſt & idẽ de
omnipotẽtia intelligere. Nã omnipotẽtia ſi deeẽ nõ poteſt ubi ſapiẽtię plenitudo eſt, liq̃do cõſtat
tã potẽtię q̃ ſapiẽtię plenitudinẽ poſſe in ſingularitate pſonę poſſideri: erit itaq; in omib⁹ ęqua-
lis ſapiẽtia, indifferẽs potẽtia & gloria, uniformis bonitas, & felicitas ęterna. ⌊oipotẽs ſpũs ſan- »
ctus ⌋ q̃a tres pſonę tã ſingulatim q̃ cõiunctim nõ ſunt niſi unus deus, una diuinitas, una ſumma »
natura, in quibus ſubſtantia, omnipotentia, bonitas, ueritas, uita, æternitas, & id genus omnia,
& ſeor-

A & seorsum & simul sumptis, coincidunt. In illa enim summa & usquequaq; perfecta persona-
rum discretione & æqualitate, summum illud & simplicissimum esse omnibus commune est. In
eis igitur tam singulatim quàm cõiunctim sumptis summa est & admiranda identitas, & uere
admirãda identitas, eo ꝙ trinitas est unitas. Idem ergo in omnibus & singulis personis est esse,
quod uiuere, uiuere quod intelligere, intelligere quod posse: Ibi non est aliud sapiẽtia q̃ poten
tia, q̃ essentia, q̃ magnitudo, q̃ æternitas. Et iuxta hunc modum similis est in similibus sentẽtia.
13 » Idem ipsum ergo est totum quod est in qualibet personarum. ¶ Et tamen non tres omnipo
» tentes, sed unus omnipotens. Sunt enim propter infinitam diuinæ essentiæ simplicitatẽ sum-
me ęquales, ac summe similes: quęlibet earũ immẽsa, quęlibet deus, quęlibet omnipotens, sũme
sapiẽs, summe bona, & omniquaq; pfecta, summe sufficiẽs, immutabilis, inuariabilis, summe una
& simplicissima, & quæcunq; possunt de supergloriosissimo deo prædicari. Quælibet summe
amans, quælibet summe amata: nam quælibet summũ bonum, summe felix & superbeata: quę-
libet summe gloriosa & infinita maiestate uerenda. Quia eñ summa perfectio est in illa æqua-
litate, & summa æqualitas in illa perfectione, necessario singulis simul & oĩbus est summa ple-
nitudo sapientiæ, summa plenitudo potẽtiæ: & hęc qd est nisi oĩpotẽtia? quæ cũ inde dicta sit,
ꝙ oia possit facilime efficere, põt ut quælibet alia potentia nihil possit. Manifestũ proinde est,
oĩpotentiã non posse esse nisi duntaxat unã, cũ ipsa diuina essentia prorsus simplicissima coin-
cidentẽ. Sicuti ergo cõmune est simul omnibus personis habere oĩpotentiã: imò & esse oĩpotẽ
tes (ibi eñ non aliud (esse) est q̃ habere) cõmune proculdubio est omnibus, unã esse eandẽq; es-
sentiã, unã eandẽq; oĩpotẽtiã &c. Itaq; cõfiteamur & cãtemus, oĩpotẽs pater, oĩpotẽs filius oĩpo
14 » tẽs spũs sctũs: & tñ nõ tres omnipotẽtes, sed unus oĩpotẽs. ¶ Ita deus pater à q̃ oĩs paternitas
B in cœlo & in terra noĩat: q honoratissimus, supersapiẽtissimus, actualissimus & inuariabilis est
intellectus, seipsum æternaliter, comprehensiue inuariabiliterq; cognoscens, sapientiaq; sua
in esse uniuersa deducẽs, expers omnis potentialitatis: quippe qui actus purissimus est, & ens
primũ, cuius est alia mouere, influere atq; in esse deducere: Actus aũt simpliciter potẽtia prior
est: quũ nihil reducat de potẽtia in actũ, nisi per ens actu. Ex q̃ patet, deũ nõ esse corpus, quip-
pe q̃d nõ mouet non motũ: deus aũt (qa actus purissimus) mouens est nõ motũ. Corpus quoq;
cũ continuũ sit, in potẽtia est: ut continuũ, inquantũ hmoi, diuisibile est in infinitũ: uerũ de hoc
satis. Quando aũt in scriptura sacra deo attribuunt corporalia talia, nõ secundũ proprietatem,
sed secundũ metaphorã sumẽda sunt: eo ꝙ spiritualia per ipsa sensibilia nobis innotescunt. Per
profunditatẽ igitur dei (ut Dionysius 9. ca. de Diuinis noĩbus testat) incõprehẽsibilitas diuinæ
essentiæ intelligitur: per longitudinẽ, processus uirtutis eius omnia penetrãtis: per latitudinẽ,
superextensio eius ad omnia. Partes quoq; corporales in ipso per similitudinẽ ponuntur, eaq;
quæ ad sitũ pertinent & motum localẽ, uti brachiũ, quod potentiã significat: & sedens dicitur,
propter immobilitatẽ auctoritatẽq; suam: & stans, suam propter fortitudinẽ ad debellandum
omne quod aduersatur. Dicitur quoq; uenire ad nos & recedere à nobis, propter spirituales di
uinæ uoluntatis eius effectus quos operatur in nobis, & aliquando subtrahit, exigentibus de-
» meritis nostris, deus filius, deus spiritus sanctus, quia in illa summa superbenedicta trinita-
C te propter summum & simplicissimum esse, quod omnibus est commune, omnimoda est iden-
titas & summa simplicitas, ita ꝙ quæ plurium & quæ omnium, prorsus eadẽ unius sint: & quæ
unius, eadẽ prorsus & omniũ, nec una minus aliqd habeat, q̃ duæ & q̃ tres simul: nec tres simul
15 » plus aliquid, q̃ una sola: sed est eis una diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas. ¶ Et tamẽ
» nõ tres dñi, sed unus est deus, solus & summe unus ac unice summus, quia summa simplicitas.
Nam si ex pluribus esset conflatus, naturaliter profectio diuisibilis esset, & per consequens mu
tabilis, quod repugnat simplicissimę & inuariabili diuinitati: nam ut sic, quomodo æternus?
quõ uere felix? quõ oñipotens? oẽs ergo tres diuinæ hypostases ut tres & duæ, non plus q̃ sin
16 » gula q̃q; unus deus uiuus & uerus. ¶ Ita dñs pater libere oĩm dominãs, oñipotẽs rector to
tius uniuersi, omnisciens, inuariabilis, benignissimus: cuius potestati nil potest resistere, cuius
scientiã nil potest euadere, cuius benignitas oñia ad finẽ proprium atq; perfectionem dirigit,
uniuersaq; propter suam inuariabilitatem uniformiter indeficiẽterq; gubernat: iuxta liber-
rimam, omnipotentem, sanctam & supersapientissimam uoluntatem suam faciens, tam in cœli
uirtutibus, q̃ in terræ habitatoribus: cui nullus dicere potest, quare sic facis? sed libere quibus
uult miseretur, & quos uult indurat. à quo est omne datum optimum descendens, omneq; do-
» nũ perfectũ, dominus filius, cui cũ patre est una actualissima uita, nullæ materiali potentiæ
subiecta, sapientia infinita, omnipotens uirtus, uoluptuosissima beatitudo, immẽsa dulcedo, in-
terminata iucunditas, supermundissima sanctitas, superopulentissima bonitas: & quicquid de-
siderabilitatis, amabilitatis seu amœnitatis excogitari potest, in ipso cum infinita plenitudine
reperitur: ipseq; met illud est attingens à fine usq; ad finẽ fortiter & disponẽs omnia suauiter.
» dominus spiritus sanctus, ex patre & filio æternaliter manans, cuius supermũdissima essen
tia bonitas est penitus infinita, amabilitas purissima, dulcedo immensa: cuius diuinũ esse æter-

Omnia quæ ad naturã & essentiã spectãt, in singulis & oĩbus coincidunt personis.

Miranda diuinarũ personarũ idẽtitas.

Sũma diuinarũ personarũ æqualitas.

Nõ potest esse nisi una omnipotentia.

Ephe. 3

Deus nõ est corpus.

Quõ attribuãtur deo corporalia lineamẽta.

Quid per partes corporales.

Dei patris liberrima dominãdi potestas.

Esa. 47

Eccle. 8

Ro. 9

Iaco. 1

Filij dei superfelix beatitudo.

num est ac primū, causalissimum, præstantissimū, simplicissimū, purissimū, immensum, plenissi-
1 Cor. 2. mū, actualissimū, formalissimū, illimitatū, ac per cuncta incedens, omnia scrutans, omnia pene-
Apo. 2. trans etiā archana dei immutabilissimū ac præsentissimū: Non eñ ipsi accidens est esse suū, sed
Heb. 4. subsistens ueritas manēs causa & naturalis proprietas cū summa simplicitate cū patre & filio,
omnem nobilitatē cū immensa plenitudine cōprehendens. Est quippe quoddam fluens ac re-
fluens mare, incessabiliter in omnes suos fluens dilectos, secundū uniuscuiusq; indigentiā ac di
gnitatē refluensq; & in se rettahens uniuersos quos replet & ditat: & hoc cū omnibus quæ ha » 17
bent & possunt. ¶ Et tamen non tres domini, ⌋ quia omnibus est una diuinitas, æqualis glo-
ria, coæterna maiestas (ut iam sępius probatū est) & reliqua quæ summā aliquā perfectionē di-
cunt, omnēq; sensum & cōprehensionē nimia sui præcellētia excedunt: ideoq; quicquid dictū
Quicquid perfectionis de una diuinarum personarum dicitur, hoc asseri pōt & de reliqua. est de una, dici potest & de reliqua, excepta duntaxat ea proprietate, qua pater principiū est si-
ne principio temporis, durationis, siue originis, sed seipso existens idipsum quod est, & non
aliunde, dat reliquis personis suæ existētiæ & originis causam & qua spiritus sanctus finis infi-
nitus est sine fine, à patre & filio æternā habens professionē atq; originē: & qua filius medium
est immediatū sine ullo medio, à solo patre originē ducens, æternā cū patre dans (ut dictū est)
Ioan 8. spiritui sancto originē: quibus unica est & eadē deitas tota in patre, tota in filio, tota in spiritu-
Apo. 1. 22. sancto, nullam habentes inter se differentiā aut distantiam: personalis eñ perfectio & originis
Psal 101. eminentia nullā unius personæ ultra alias in his quę ad naturā attinent, arguit perfectionē, sed
sunt omnes tres non nisi unicū rerum conditarum principiū: sequit̄ ergo: ⌊ sed unus est dominus, ⌋ »
cuius libertas nulla premitur potestate, cuius potestas uel dñium nulla impossibilitate īpedi- E
tur. ¶ Quia sicut singulatim unāquāq; personā deū ac dñm confiteri Christiana ueritate cō » 18
pellimur, ⌋ interrogati eñ quid pater, quid filius, quid spiritus sanctus, necessario de singulis, «
quia deus est & dominus, fide orthodoxa cōfitemur. ⌊ Ita tres deos aut dominos dicere, catho »
lica religione prohibemur, ⌋ quia in singula quaq; personarum est summa simplicitas, & in »
omnibus simul summa & uera unitas: atq; tam singulatim q̄ cōiunctim sumptis summa & ad-
Solus unus uerus deus ac dominus. miranda identitas: ideoq; tres & duæ non plus q̄ singula quæq; unus deus, unus dominus, unū
omnium conditarum rerum principiū, una essentia, una bonitas, una deitas, una maiestas, una beati-
tudo, una æternitas &c. Quē quidē deum unū, uiuum ac uerum, noui & ueteris testamenti autho
Rom. 3. ritas demonstrat. Audi Israël, inquit Moyses: dominus deus tuus, deus unus est. Et, deū tuum
Deu. 6. adorabis, & illi soli seruies. Diuina eñ (ut dictū est) requirit simplicitas, in deo eandē esse essen-
Mat. 4. tiam & personarum eiusdē essentiæ trinitatē: In diuinis nanq; hoc nomen (persona) relationem
Quid persona. significat, ut rem in diuina natura subsistentē: cū igitur in deo plures sint relationes reales, se-
quit̄ necessario plures in diuina natura res esse subsistētes: plures uidelicet hypostases, in essen-
tia tamen nō distinctas, propter incōprehensibilem diuinæ essentiæ simplicitatē. ¶ Pater, ⌋ » 19
Infinita dulcedo & maiestas dei patris. uere superbeatissimus, superdulcissimus atq; in infinitū præamabilis, & superdesiderabilis, su-
perfelicissimā & supersuauissimā ducens uitā: imò ipsemet uita est actualissima & superpurissi-
ma, in qua totius uitæ plenitudo, opulentia & delectatio cum inexcogitabili ac super deliciosis
sima excellentia continet̄: quippe qui in Christo & per Christū omniū origo est, solus seipso
existens non aliunde quod est, sumens, sed ex se & in se bonū est infinitū, imò infinita bonitas: F
quia nō ipse in aliquo, sed intra eum omnia: omnipotentia sua regens, possidens, implensq; oīa
Quō deus intra oīa sit & extra oīa etc. quæ creauit, non ut contineant ipsum, sed ut illa potius contineantur ab ipso. Intra omnia est,
non inclusus: omnia continens, ut omniū creator esse ostendat̄: nihilominus extra omnia non
Hest. 13. exclusus, incircūscriptæ magnitudinis, sua immēsitate omnia concludens: ut omnium guber-
nator esse demonstretur, ubiq; præsens: quippe qui locis non distenditur, nec tēporibus uaria
Deus ubiq; præsens. tur, omni accessu carens & recessu, sed in se quietus manens, ubiq; circūit totū, ubiq; prorsus to
Ioan. 4. tus: ita magnus, ut omnia ipso plena sint & sint in ipso: sic tamē est sine omni spatio, nec mediū
nec dimidium, nec ulla pars penitus sit in ipso, sed est indiuisibilis, incorporeus, interminus, &
unū æternum, infinitū: in quo primū & ultimū, summum & imum, maximū & minimum coin-
cidunt, qui est ante omnia duratione, omnia antecedēs & post omnia: duratione oīa sequens
Deus antè omnia & post omnia. & excedens: omnia præueniens, omnia subsequens excedensq; in infinitū, oīa etiā æuiterna
inuisibilis, ineffabilis & penit⁹ infinit⁹, ad quē & eloquēdū sermo sileat, & inuestigādū sensus he
betet̄, & cōplectendum intelligentia coartetur: Habet tamen naturæ suę nomen in patre & pa
ter solus est, ⌊ à nullo est factus, ⌋ non eñ humano modo aliunde habet q̄ pater est, sed ingeni- »
tus & ęternus existens coęternum habet filium, cui soli notus est: Quia patrem nemo nouit ni-
Lucæ 10. si filius, & cui uoluerit filius reuelare, hoc est spiritussanctus. Cęterum q̄ seipso sit inuisibilis in-
Argumentū deuotionis erga deum. comprehensibilis & ęternus, in his quidem honoris confessio est, sed naturę nostrę sermo suc-
cūbit: & rem ut est, uerba non explicant. Perfecta scientia est deum scire: ut licet scias nō igno-
rabilem, tamen inenarrabilem: credendus est, intelligendus est, adorandus est, atq; in his offi-
ciis eloquendus, ⌊ nec creatus, ⌋ sic enim creatorem haberet uerum quum non sit nisi à seipso, »
habere creatorem nō potest. Quid dicimus creatum nisi de nihilo factum? de nihilo autē fieri
non

A nõ potuit, qui nũq̃ nihil fuit, quippe qui seipso & ab æterno, esse habuit. ⌊nec genitus,⌋ esse in-
» genitũ patri propriũ est: Nã sicut in creaturis reperiť principiũ primũ & principiũ secũdũ, ita
in diuinis quoq;, in quibus nõ est prius & posterius, reperiť principiũ non de principio, & prin
cipiũ de principio. Solus itaq; pater primũ omniũ principiũ est: Principiũ q̃ppe dicimus, om̃e,
à quo aliq̃d procedit: cũ igiť à patre procedat filius & spiritus sct̃ũs, conueniẽter ingenitũ diciť
principiũ: Non tamen filius, sicut nec spiritus sct̃ũs principiatũ diciť, cũ hoc quandã sonet mi-
norationẽ: personæ aũt diuinæ coæternæ sunt & summe coęquales: licet eñ patri q̃dã attribu
atur authoritas principij, ex hoc tñ minoratio nõ attribuẽda est filio uel spũi sct̃õ, cũ principiũ
in diuinis non importet ordinẽ prioritatis, sed tm̃ originis: sunt nãq; (ut dictũ est) filius & spũs
21 » sct̃ũs cũ patre unicũ reȝ cõditaȝ principiũ. ¶ Filius ⌋uerbũ patris quod æterne cor paternũ
eructauit, non foris sonans, nec transiens, sed intus incõmutabiliter manens, est emanatio intel
lectus, ⌊à patre solo est, ⌋progenies ingeniti patris: unus ex uno, uerus à uero, uiuus à uiuo, pfe
ctus à perfecto, uirtutis uirtus, sapientiæ sapientia, gloria gloriæ, imago inuisibilis dei, forma
» patris ingeniti, ⌊non factus nec creatus, sed genitus.⌋ Quã aũt progeniem opinabimur unige
niti ab ingenito? Clamat enim de cœlis sæpenumero pater: Hic est filius meus dilectus, in quo
mihi bene complacui. Non est abscisio aut diuisio: impassibilis est enim ille qui genuit, & ima-
go inuisibilis dei est ille qui natus est: & testatur quia pater est in me, & ego in patre. Non est
assumptio: uerus eñ dei filius est qui clamat: Qui me uidet, uidet & patrem: habet nãq; uitam
in se, ut habet in se uitam ille qui genuit: Sicut enim pater (inquit) habet uitam in semetipso, sic
dedit & filio uitam habere in semetipso. Sed neq; pars patris in filio est: testatur eñ: Om̃ia quę
patris sunt, mea sunt. Et rursum: Et mea omnia tua sunt, & tua mea. Et secundũ Ap̃lum, in ipso
B inhabitat om̃is plenitudo diuinitatis corporaliter. Quod quoq; portio est nõ om̃ia habet esse
naturæ. Perfectus aũt à perfecto est: quia qui habet omnia, dedit omnia: neq; existimãdus est
non dedisse quæ habet, uel non habere quæ dedit, simplicissimus eñ est & indiuisibilis. Habẽt
ergo natiuitatis huius uterq; secretũ: cuius generationis ego nescio sacramentũ nec regro, &
consolabor me: quũ & archangeli nesciant, angeli non audierint, secula non teneãt, prophetæ
non senserint, apostoli non interrogauerint, filius ipse non ediderit: ueȝ quia in supereminẽtis
ac superbeatissimę trinitatis contẽplatione, uera & summa deuotio est, singulare meritũ, & ma
ximus profectus, aliquid de ignota hac generatione iuxta nostram capacitatẽ dicamus. Supe
rius diximus patrem honoratissimum, supersapientissimũ, actualissimum, & inuariabilem esse
intellectum, seipsum ęternaliter, comprehensiue ac inuariabiliter cognoscentem: Quia uero in
omni natura intelligibili, & spirituali intellectus naturalis naturaliter ex necessitate operatur,
necessario aliquid producit: naturaliter ergo & necessario pater omnipotens & æternus sibi
coæternum producit uerbũ: Seipsum nanq; plene & æternaliter intuendo atq; intelligendo
suipsius cõceptum intra se superpurissime profert, exprimit & producit, sicut sol radium suũ:
quæ quidem expressio siue prolatio ad intus immanenter prolata, uerbũ eius est quod in prin
cipio erat apud eum, filius eius & imago: Quod enim ab aliquo de substãtia eius naturali ope-
ratione proxime procedit, proles dicitur: & id à quo prodit, dicitur parens: quæ quidem pro-
C ductio seu generatio neq; desiit unq̃, nec est desitura in posterum. Infinite enim atq; incessan-
ter eum generat: alioqui ex gignẽte factus esset aut fieret non gignens, admitteretur q; aliqua
circa substantiam eius mutatio: hoc autem (ut ex prædictis patet) impossibile est: gignit proin
de perfectissimum assidue filium, sibi coæternum, ut ab æterno genuit: neq; ab huiusmodi of-
ficio gignendi est desiturus unquàm: summo amore & complacentia totum esse suum, posse
& sapere eidem communicans. Neque enim non amare potest filium sibi consubstantialem,
non complacere in æterna naturali & uiua imagine sua: Nam cum sapientissimus sit, non mo-
uetur, non operatur sine ratione: cumq; sit potentissimus, nihil operatur sine uoluntate: imò cũ
uelle eius sit posse, & posse eius sit omnipotens posse, atq; absoluta necessitas, quod æterne natu
raliter uult, non potest non æternaliter esse æternum: Cum enim æternaliter, inuariabiliter,
penitus comprehensiue & perfecte seipsum concipiat & cognoscat, & intra se proferat: pa-
lam est uerbum eius ipsi consempiternum esse, incommutabile, & æquale. Neque enim se-
ipsum integre ac perfecte intra se protulisset, si uel maius aut minus aliquid esset in uerbo
eius quàm in seipso: amore igitur, ratione & uoluntate pater sibi coæternum generat filium:
dans ei totum esse suum diuinum. Non tamen dedit ei esse à seipso: sed nec potuit: quia tunc
filius à patre non distingueretur nec alius esset à patre. Dedit tamen ei esse quod est seipso:
nam habet cum patre summum & simplicissimum esse, quod seipso est: & summum sa-
pere, summum posse & reliqua id genus quæ seipsis sunt. Et hoc est quod ait: pater me-
us (inquiens) quod dedit mihi, maius omnibus est: dedit enim ei totum (ut dictum est)
suum esse diuinum, nihil penitus retinens quin id ei communicauerit. Ideo'que inter pa-
trem & filium summa coæqualitas est, summa consubstãtialitas, summa coæternitas, potestas
eadem, eademq; maiestas. Denique quoniam unico actu intelligendi pater seipsum cæteraq;
uniuersa

Propriũ ẽ patri esse ingenitum.
Apo. 22
Filius nõ dicitur principiatũ, nec spũs.
Ioan. 1
Psal. 44
2. Cor. 4
Col. 1
Inenarrabilis filii dei generatio & penitus incomprehẽsibilis.
Mat. 3. & 17
Mar. 1
Luc. 3 & 9
Psal. 2
Col. 1
Ioan. 14
Omnia quæ patris sunt, sunt & filii.
Mat. 27
Ioan. 14
Ioan. 5
Ioan 17.
Col. 2.
Archãgeli sacramẽtũ generatiõis huius nesciũt &c.
Perfecta deuotio in sctissimæ trinitatis cõtẽplatione.
Inenarrabilis generationis huius aliqualis descriptio.
Ioan. 1.
2. Cor. 4.
Pater infinite & incessãter generat suum filium.
Pater consubstantialem coęqualẽ & coæternum sibi, generat filium.
Ioan. 10.
Ioan. 16.

uniuerſa pleniſſime clariſſimeq́ intelligit, hinc unico uerbo ſeipſum cæteraq́ omnia perfectiſſi- D
Filius dei exemplar ē oīs entis creati.
me profert, ita φ tota natura, excellentia ſeu maieſtas atq; perfectio eius in hoc unico uerbo ſuo ſibi coæterno plene omnino continetur, repręſentatur reſplendetq́: quare uerbū eius non modo perfecta ac naturalis imago eius eſt, uerum etiam exemplar ac ratio omnis entis creati. Quum igitur uerbum patris patri æquale ſit, in quo quicquid patris eſt omnino pleniſſime cōtineatur ac ſplendeat, conſtat ipſum non eſſe creaturā (ut Arrius mētitus eſt) ſed totam paternæ diuinitatis naturā in ſe cōprehendere, cōtinere & habere. Cumq́ ſuperexaltata patris deitas non ſit plurificabilis, liquet in patre & filio eius unam numero credendā atq; confitendam eſſe eſſentiam, ueramq́ deitatē ac impartitam maieſtatem. Quod conſimiliter tenendū eſt atq; credendum de ſpiritu ſancto, de quo nunc nobis ſermo. ¶ Spiritus ſanctus à patre & filio, ⌋ » 22

Modus ſpirādi ſpiritū ſanctum.
quem pater & filius inuicem ſeſe æternaliter & æque perfecte ac cōprehenſiue contēplantes, eſſentialiq́ amore (qui nec perſonaliter nec eſſentialiter diſtinguit in eis) ſe amātes, ex ipſa mutua complacentia quā ad inuicem habent, amorē quēdam producunt ac ſpirāt increatum, qui utriuſq; dulciſſimus cōplexus eſt ſempiternus, ac indiſſolubilis nexus, qui & ipſe uerus, æternus incircūſcriptusq́ deus eſt: Quoniāquidem amor iſte minor aut certe indignior eſſe neqt, q̄ ſint complacentia mutua patris & filij, ipſorūq́ amabilitas à quibus hic ſpiritus ſanctus tanq̄ ab uno fluit principio, haud aliter q̄ ſenſibilis iſte mūdus à patre & filio & ſpiritu ſancto ſuperſanctiſſima, ſupbenedictiſſima & ſupexaltata trinitate, ſicut ab uno exordio emanauit: Eoipſo

Pater & filius in producti. ōe ſpiritus ſancti non diſtinguuntur.
nanq; quo pater & eius uerbum producūt ſpiritū ſanctum, nō diſtinguuntur ſed dicūtur unū, puta in uoluntate: ſunt eñi unū uolens, eſtq́ eis una uoluntas, ideoq́ ab utroq; tanq̄ ab uno & E
indiuiduo ſpiratore idem amor uidelicet ſpiritus ſanctus profluit. Iſta ſpiratio ſpiritus ſancti (ſicut & prædicta generatio filij) qua pater (ſeipſum ac filium ſuū uolendo & diligendo) ſimul cū filio (ſe ac patrē uolente & diligente) producit in momēto, & nunc æternitatis ſpiritum ſanctū, intellectualis eſt, inuariabilis, ſancta, & immanēs, in qua nō eſt eſſentiæ aut deitatis diſtinctio, ſed unitas atq; idētitas perſonarūq́ trinitas, & inſeparabilis unio: Quicquid eñi eſt patris, plene atq; perfecte relucet, continetur, reſplendet, atq; perſeuerat in filio: Sicut eñi pater æternus, eſt potētiæ, ſapientiæ ac pulchritudinis penitus infinitę, ita & unigenitus eius: iccirco infinitam in ipſo habet cōplacētiam, in ipſo interminabiliter gloriatur, tamq́ infinite & ſuperardētiſſime diligit eum ſicut ſemetipſum. Conſimiliter ſuperpulcherrimus dei unigenitus æternū patrē ſuū diligit amore intēſiue immēſo, eumq́ cōprehēſiue & ſuperclariſſime intuetur cū gaudio penitus infinito. Inſuper quoq; pater æternus & coæternus filius eius, ſpiritū ſanctū utriq; conſubſtantialē, coęternū & coæqualē diligūt cū cōplacētia & delectatione intēſiue immēſa: Sic & adorādus paracletus ſpiritus ſanctus plenarie cōprehēdit ac ſuperdulciſſime diligit patrē & filium. O q̄ uoluptuoſiſſima, ſuperoptima & ſuperbeatiſſima eſt adorādæ inuariabilis & ſuperſanctæ trinitatis uita æterna. Hic ſpiritus ſanctus unus ubiq;, oēs patriarchas, prophetas

Luc. 1
Act. 1
Act. 2
1. Cor. 12.
illuminauit, Ioannē quoq; Baptiſtā in utero matris inſpirauit: datus deinde apl'is eſt cæteriſq; credentibus: cuius uariæ donationū atq; miniſteriorū ſunt diuiſiones: Alij eñi datur pereū ſermo ſapiētiæ, alij ſermo prudentiæ, alij ſcientiæ ſecundū eundem ſpiritum, alij fides in eodē ſpiritu &c. ut patet in Corin. Hunc niſi per fidē humanus hauſerit animus, habebit quidē naturā F
intelligendi deū, ſed lumen ſciētiæ nō habebit. Munus aūt hoc intantū dat, inquantū qs uolet

2. Cor. 5
ſumere: intātū reſidet, inquantū quis uolet promereri: hoc, uſq; in cōſūmatione ſeculi nobiſcū: hoc expectationis noſtrę ſolatiū: hoc, in donationū operationibus futuræ ſpei pignus eſt: hoc mētium lumē & ſplendor aīorū. Hic ergo ſpiritus expectādus eſt, promerēdus eſt, & deinceps præceptorū fide atq; obſeruatione retinēdus: qui ⌊ nō ⌋ eſt ⌊ factus, nec creatus, nec genitus, ſed »

Pulcherrima ſimilitudo.
procedens. ⌋ Quēadmodū eñi intimū mētis noſtræ uerbū mētem nunq̄ deſerens, ore prolarū »
uocis proprietatē accipit quaſi iam diſcretū & in ſe ſubſiſtens, ſpiritū oris ſemper habet comitē & coæuū: halitū ſcilicet illū corporeū, qui inter loquendū à nobis emittit (ſi quis eñi ſpiritū illū oris nō emiſerit, nequaq̄ uerba depromit) ita & ſupbenedictū & ſuperlaudabile dei patris uerbū ſpiritū habet ſanctū cōgeneris ſecum cōſimiliſq́ naturę, qui ipſum manifeſtat, explicat,

Ioan. 16.
Spiritus ſanctus aliū habet prodeūdi modū à filio
& interna reuelatione alijs inſinuat. Ipſe (inqt) me clarificabit &c. Habet aūt hic ſpiritus ſanct⁹ aliū prodeundi modū à patre q̄ filius: Filius quippe prodit (ut dictū eſt) per modū gn̄ationis à patre, quod nullo modo pōt cōuenire ſpiritui ſcto (nā ſic duo eſſent in diuinis filij, & ęterni qdē filij, cōfunderetur q́ ordinatiſſimus ordo ille in diuinis) ſed per modū proceſſionis prodit à patre & filio, modo quodā inenarrabili & penitus incōprehenſibili. Dicamus tamē aliqd iuxta ca-

Rom. 16
Hic apertius de. larat, quō à patre & filio ſpirat ſpiritus ſanctus
pacitatē noſtrā. Pater æternus pleniſſime ſeipſum cōprehēdēs, ſeipſum cognoſcēdo, diligēdo & fruendo: ſapiētia, amore, & gaudio infinitus, ſolus indepēdēs, exiſtēs ſua ipſius æterna eſſentia & ſuū eſſe, neceſſario unicus perpetuus actus eſt ſubſtātialis, in quo neceſſario quoq; procedit unicus perpetuus conſubſtantialis conceptus diuinæ mētis eius, ſeipſam in ſeipſa intelligētis: q qdē cōceptus uerbū dicit dei patris, nihil aliud exiſtens q̄ deus immēſæ maieſtatis. At qa ſummū bonū eſt pater, & omnimoda plenitudo eſſentiæ, beatiſſimæ uitæ, æternæ ſapiētiæ, &

omnino

A omnino omnis desiderabilis plenitudinis plenitudo, omnemq; eandem plenitudinem super-
naturaliter & supersubstantialiter det filio: hanc eandem quam in seipso habet excellentiæ
magnitudinem, in filio per sui cognitionem deprehendens, seipsum ac filium suum uolendo
ac diligendo, simul cum filio suum patrem ac se diligente & uolente, æterne producit spiritũ
sanctum: Ex hac enim mutua dilectione, cognitione & uolitione (ut sic loquar) procedit per si
militudinem amorosæ inclinationis secũdum modum uoluntatis æternus & increatus amor:
& hic est superbenedictus spiritus sanctus, qui (ut dei filius à patre cõmunicatum habet omne
esse, omne posse, om̃e sapere propriãq; hypostasin) & ipse similiter à patre communicatum ha-
bet omne esse, omne posse, omne sapere, propriamq; hypostasin siue personam: habetq; cũ pa-
tre & filio cõmunẽ substantiam, essentiam & naturam unam, eandemq; diuinitatem, omnipo-
tentiam, summam sapientiam, summã bonitatem. Et sicut in filio dei nos miseri adoptamur in Rom. 8.
filios & hæredos dei & Christi cohæredes, & in dei imagine reformamur: ita in spiritu sancto Gal. 4.
signamur & renouamur in spirituali signaculo: sine quibus nulli patet aditus regni cœlestis. Titum 3.
Spiritus hic spiritus sanctus præ cæteris personis dicitur (nam & pater sanctus est, sanctus est 2.Cor. 5.
quoq; & dei filius) quia sanctitas rebus illis attribuitur quæ in deum ordinantur: cum igitur Quare spũs
spiritus sanctus procedat per modum amoris quo amatur deus, conuenienter spiritus sanctus filius dicatur
est appellatus: Tres uersus sequentes expositione magna nõ indigent, quia ex iam dictis ipso- sanctus.
23 » rum intelligentia elici potest. ¶ Vnus ergo pater, ⌋ æterne seipso ortum & originem habẽs
solaq; authoritate propria consistens, & à nullo aliquid accipiens, ⌊ non tres patres, ⌋ significat
B enim superbeatissima trinitas determinatum numerum personarum, nec ulli personarum cæ-
terarum hæc proprietas conuenire potest: æterne scilicet à seipso esse, & à nullo aliquid acci-
» pere, ⌊ unus filius, ⌋ à solo patre æternam ducens originem, & cum patre spiritui sancto origi-
» nem supernaturaliter donans, ⌊ non tres filij, ⌋ quia & hæc proprietas nulli reliquarum conue
» nit personarum, ⌊ unus spiritus sanctus, ⌋ à patre & filio æternam habens profectionem atque
» originem, ⌊ non tres spiritus sancti, ⌋ iuxta quamlibet enim eiusmodi differentiam impossibile
esse plus quàm unam personam. Nam à sola una persona non potest esse nisi tantummodo
una: similiter quæ est tantum à gemina non potest esse nisi una sola: nam si gemina de una tan-
tum procederet, pro certo procedentium neuter alteri immediate adhæreret. Quoniam igi-
tur ab una sola persona non potest esse nisi una tantummodo existentia, nec à gemina nisi una
sola: constat utranq; existentiam siue personam esse incommunicabilem. Sicut igitur in diui-
nitate esse non potest nisi una sola persona quæ sit à seipsa, id est pater: sic non potest esse plus q̃
una quæ sit ab una tantummodo persona, id est filius: nec nisi una sola quæ esse non habeat ni-
24 » si à gemina, à patre scilicet & filio, id est spiritus sanctus. ¶ Et in hac trinitate nihil prius aut
» posterius, ⌋ nec ullus gradus superior aut inferior, sed in ea uniformiter conueniunt omnia es-
» sentialia, ut diuinitas, essentia, bonitas, identitas, potentia, iustitia, sapientia &c. ⌊ nihil maius aut
» minus, ⌋ neq; in ea plus aliquid neq; minus una q̃ aliæ, neq; cæteræ plus minus ue q̃ una, sed est
in ea omnimoda identitas, summaq; simplicitas: ita q̃ ea quæ plurium sunt personarum & quę
oĩm trium scilicet, prorsus eadẽ unius p̃sonæ sint: & quę p̃sonæ unius, eadẽ prorsus sint & triũ:
C nec una minus aliquid habet q̃ duæ & q̃ tres simul: nec tres simul plus aliqd habent q̃ una sola.
25 » ¶ Sed totæ tres personæ, ⌋ pater & filius & spiritus sanctus unũ existentes in substantia &
» indiuidua unitas, ⌊ coæternę sibi sunt, & coæquales, ⌋ ita (ut iam dictum est) & quæ omnium,
eadem unius sint: & quæ unius, eadem & omnium: Quælibet enim est bonitas pura, perfecta
& immensa: quare & unaquæq; amabilitatis est infinitæ. Est quoq; summa, plena & infinita si-
militudo adinuicem, in hoc solo distincta, q̃ una personarum procedat ab alia. Sunt autẽ eius-
dem & paris pulchritudinis, sapientiæ, pietatis, potentiæ, inuariabilitatis, beatitudinis, gloriæ,
maiestatis & omnifariæ perfectionis: unaquæq; aliam superclarissime intuetur & comprehen
dit. Est quoq; in eis plena communio & superiocunda diffusio, imò infiniti boni sempiterna cõ
municatio atq; donatio. Adeo enim uicinæ sunt (uti iam ad longum patuit) ut una de alterius
substantia immediate procedat: omnesq; tres essentialiter idem sunt. Quælibet quoq; à quali-
bet amore penitus infinito scit se amari: diligit enim tantum, tantumq; cognoscit unaquæque
personarum quamlibet aliam, quantum diligibilis cognoscibilisq; consistit, & quantum sei-
psam. Quo autem maior est mutuus amor, eo quoque unio & fruitio est delectabilior. Qui
cum immensus sit, liquet supersanctarum diuinarum personarum coniunctum & unionẽ deli
ciositatis esse omnino immensæ, superfelicissimamq; & superdeliciosissimam æternalem ipsarũ
uitã esse, seseq; cũ infinita uoluptate inuicẽ ac opulentia perfrui: quippe in quibus est omnium
bonorũ pulchrorũ atq; desiderabiliũ superdiues & perfecta possessio. Nã unigenitus pater cõ-
spiciens unigenitũ filiũ suũ infinitæ pulchritudinis esse ac sapiẽtię, in infinitũ delectat in ipso.
Et cum ipso conspiciẽs spiritum sanctum ab utroq; æternaliter procedentem infinitæ bonita-
26 » tis esse & pietatis, immenso utiq; gaudio gaudet in ipso. ¶ Ita ut per omnia, sicut iam suprà
dictum est, & unitas in trinitate, & trinitas in unitate uenerãda sit, ⌋ nõ ergo cogitemus de uera

& summa trinitate illa, quasi sit ibi aliud & aliud, sed unum alteri æquale. Nam (ut supra decla- D
ratum est) quicquid est in una aliqua personarum, idipsum totum est in qualibet altera: summum
enim & simplex illud esse in ea plenitudine & perfectione qua est personæ unius, in ea quoq;
Pulchra cōtē plaτio de su- perfectione & plenitudine est cuiuslibet personæ alterius. Contēpletur nūc quęuis anima de-
peratissima uota q̄ superferuentissima, ac incomprehensibiliter & infinite ardentissima superuehementissi
& superdeli- maq; dilectione pater æternus consubstantialem, coæqualem coæternūq; sibi amet, amplexe-
ciosissima ui tur & stringat unigenitū filium suum quem conspicit sibi omnino conformem, æqualem atq;
ta supsanctis de paterno corde suo progenitum, adeo ipsi propinquū, ut cum eo eiusdem substantiæ sit, cui
simæ trinita se totum cōmunicauit, in quem totius suæ plenitudinē diuinitatis diffudit: à quo infinito amo-
tis. re se uidet amari. Stat nimirum ad ipsum æternaliter inuariabiliterq; conuersus, superæstuantis-
simo, superdulcissimo, prorsusq; intensiue infinito amore contēplans atq; inspiciens eum, cum
immēso supersuauissimo gaudio, & complacentia uere quomodolibet superdelectabilissima
atq; immensa. Similiter & filius eius ipsi consempiternus stat ad eum conuersus cū infiniti fer-
uoris amore, cū superdeliciosissima intuitiōe, cū immēsa lętitia & cōplacētia penitus illimitata.
Eodemmodo stat cū filio pater cōuersus ad spiritū sanctū: & spiritus sanctus ad patrē & filiū
cū tanto feruore, cū tam claro intuitu, cū tanta cōplacentia atq; lætitia sicut pater ad filium, &
cū filio ad ipsum spiritū sanctum. ¶ Qui uult ergo saluus esse, ita de trinitate sentiat, & infi » 27
Diuinis con- nitæ excellentiæ eius immensæq; eius maiestati congratuletur: de eius incōprehensibili beati
gratulari de- tudine glorietur, de omni pulchritudine totius incircūscriptibilis perfectionis eius, toto corde
bemus ple- ipsi congaudendo, uolendo & fauendo iocundetur. Qui enī in horum contēplatione non dele- E
ctionibus. ctatur, nec deo intime congratulatur, q̄ substantialiter, imò supersubstantialiter perfectus sit,
& à propriæ perfectionis immensa plenitudine nunq̄ mutari aut deficere possit: non eum dili-
git, sed ingratus est, & ignobilis. Hoc nanq; amoris propriū est, ut amantē de bonis amati tanq̄
Act. 4. de proprijs faciat exultare. Sed nec uere diligit, qui pure & religiose non seruit: amicorum enim
Psal. 47. debet esse una uoluntas & consimilis affectio. Si magnis dominis magnifice ministrare opor-
Psal. 94. teat, & tantò synceriús atq; fidelius quò dn̄s iustior fuerit atq; præstantior: solicite pensemus,
cum quanta sanctitate & æquitate, diligentia & munditia nos domino deo nostro, tam sancto,
Mich. 6. iusto, puro ac superdignissimo, & in omni nobili dignitate supersummo, superpfecto & immē
so deseruire necesse sit: Similitudo nanq; causa unionis est, & dilectionis: dissimilitudo autem
separationis origo est atq; rancoris. Si ergo tam sancto domino & iustissimo, amabilissimo atq;
superdesiderabilissimo deo nostro uniri & placere cupimus, omnino oportet ut sancti ac iusti
esse conemur, deo nos, cui seruimus, conformantes. Ah quanta impietas est, negligentia & in-
gratitudo, si ea quæ iam de dei perfectione diximus, memoria tenemus, nec tamen sancte corā
Leuit. 11. eo cōuersari conamur: si deniq; uitijs carnis seu seculi uanitatibus implicati, cæterisq; uarijs se-
Esa. 29. culi peccatis tam supergloriosissimū deum nostrū labijs tantū honoremus ac ueneremur, cor
Mat. 15. de aūt contēnamus, imò plerūq; simul corde, ore & opere ipsum quē noscimus altissimū tāquā
Mar. 7. uilissimū aspernamur & deserimus, propria nostra nos excæcante cōcupiscētia atq; malitia. » 28
¶ Sed necessarium est ad ęternam salutē, consequendā: ut incarnationem quoq; domini no »
Zach. 2. stri Iesu Christi, qualiter uidelicet præuenerit nos, uenerit ad nos, subuenerit nobis: uenit enī F
propter nos in uterum uirginis deus immēsæ maiestatis: ibiq; homo factus, naturā nostrā huma-
nam quæ inobediendo deliquerat (ideoq; ipsi inimicam) in signū fœderis sempiterni, absq; pec
Quare Chri- cato in unitate personæ assumpsit, quatenus per eā uniuersæ mortalitatis culpā aboleret, esset
stus humanā concaptiuus, fieret & redemptor: humanam naturā per diaboli deceptionē miserabiliter cor-
naturam ruptam & destructā, pristino honori suo iterum restituens. Quod nunq̄ fieri potuisset, nisi uerbū
assumpsit. caro, deus homo, factus fuisset mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Venit quippe
Ioan. 1. coæternū dei patris uerbū in temporis plenitudine, per mandatū patris de sedibus regalibus,
1. Timo. 2. occultata seu deposita diuina maiestate sua, in forma serui inter nos homines uerus homo ap-
Baru. h. 3. parens passibilis, palpabilis, uisibilis & mortalis, ut aëreas potestates (quæ dominabantur no-
stri) non maiestate sed nostra imbecillitate & infirmitate, humilitate scilicet, patientia, obedien
Esa. 8. tia & satisfactione debellaret uinceretq;, prædamq; earundem diriperet, diuideret spolia, atq;
captiuorum animas imperiali dominatione reuocaret ad superos. Quod quia per humanam
fecit naturam, ipsa iterum restaurata est, perditumq; recuperauit honorem: quippe quæ uicta
dudum suum rursus uicit uictorē: quocirca iam nulli nisi soli deo sicut ante lapsum subiecta
Quare deus est. Si enī per aliam aliquam creaturam sub deo diabolus fuisset uictus & homo redēptus, ho-
ipse ad nos mo utiq; illi ad gratitudinē fuisset (utputa suo redemptori) in perpetuū obligatus: sicq; ad pri-
redimēdū uo stinū honorem non redisset, quo soli deo subiectus fuerat. O q̄ inęstimabilis est dignatio dei, et
luerit uenire penitus inexcogitabilis. O uere magna munificētia, largitas inaudita, charitas superexcellēs.
O q̄ uehemens fuit ille pręueniens amor dei ad hominem, ut homo propter homines fieri uel-
Phil. 2. let naturalis filius dei apparere in forma serui: deus maiestatis, propter sordidos pulueres uer-
mis contemptibilis fieri: & summa celsitudo in carceris huius horrorem fœtoremq; mortalita
tis no

A tis nostræ descendere, naturam nostram tanq̃ uestem altissimæ diuinitatis assumens. Inaudi-
tum quippe omniumq; nouitatum singulare hoc fuit prodigium, ut deus homo fieret, & no-
stris communicare passionibus uellet, non necessitate ulla compulsus, nec proprio permotus
commodo aut quouis debito obligatus. Talem profecto charitatis exhibitionē huiusmodiq; Phil. 2.
exinanitionem maiestatis ignorauit seculum, generationes preteritæ nescierunt, stupet cœlū,
ipsa natura miratur, uenerantur angeli, adorant iusti, & dæmones contremiscunt. Quoniā to- Iaco. 2.
tū quod in ea est, sanctum est, inscrutabile atq; diuinū. Nunquid diuinum nō est, ꝙ uerbū dei, Heb. 1.
splendor patris, candor lucis æternæ (quo nihil purius, nihil clarius, nil spiritualius) caro putri Sap. 7.
da (qua nihil uilius, tenebrosius, impurius, miserabiliusq;) factum sit: ꝙ deniq; fieret per quod Hest. 13.
facta sunt omnia habitaretq; in nobis, qui ex primorū præuaricatione parentū filij eramus ge- Ioan. 1.
hennæ? Quod eñ deus factus sit homo, & æterna sapiētia humanata: ꝙ carnē assumpsit, ꝙ car Hier. 7.
nis nostræ infirmitates subijt, sacramentū profecto magnū est, ex sola charitatis suæ (secundū Roma. 5.
ꝙ in æterno atq; incōmutabili deificę trinitatis cōsilio initialiter definitū fuerat) profluxit di- Ioan 1.
» uersitate, ⌞fideliter credat.⌟ nā sine fide nō pōt quis sibi homo incarnationis meritū applicare, 1. Timo 3.
neq; dignationis tātæ particeps fieri: noscat igitur susceptę carnis filij dei hanc fuisse causam. Heb. 11.
Postq̃ eñ inuidia diaboli parens ille primus seductus uaniter cecidit, confestim exul, & perdi-
tus in omni genere suo, radicē malitiæ & peccati traduxit, crescebatq; in malū uehementius
omne genus humanū, diffusis ubiq; sceleribus, & quod est nequius omnium cultibus idolorū.

Per fidem Christi redēptionis participes.
Gene. 3.
Causa incarnationis Christi.

B Volens ergo deus terminare peccatum, consuluit uerbo, lege, prophetis, signis, plagis, prodi-
gijs: Sed cū nec sic quidē errores suos admonitus agnosceret mūdus, propter nimiā charitatē
suā qua dilexit & diligit nos deus, misit sibi superdilectissimū unigenitū filiū suū, ut putridā & Ephe. 2.
mortalē carnē nostrā indueret (absq; peccato tamen) & hominibus appareret, peccatoresq; sa 1. Ioan 4.
naret. Qui ideo in hominē uenit, quia per semetipsum ab hoībus cognosci nō potuit: ut aūt ui- Baruch. 3.
deret, uerbū dei caro factū est, assumēdo carnē nō mutatū in carnē: assumpsit eñ humanitatē, 1 Timo 3.
nō amisit diuinitatē. Ita idē deus & idē homo in natura dei æqualis patri (patebit infra) in natu Tit. 3.
ra hominis factus est mortalis in nobis: pro nobis eñ de nobis, manēs q̊d erat, suscipiens quod Ioan. 1.
29 » non erat, ut liberaret q̊d fecerat. ¶ Est ergo fides recta ⌟ perducēs ad uitā deoq; amicitia iun
» gens, ⌞ut credamus & confiteamur⌟ corde, ore & opere ⌞quia dn̄s noster Iesus Christus dei fi
» lius ⌟ cui pater dedit uitam habere in seipso (sicut & ipse uitam habet in semetipso) & iudiciū fa
cere, quia filius hominis est: ut iustis pręmia, iniustis supplicia retribuat, unicuiq; secundū ope Ioan. 5.
ra sua. Neq; eñ pater iudicat quenq̃, sed omne iudiciū dedit filio, ut omnes honorificent filiū Hier. 25.
sicut honorificant patrē. Ipse eñi sicut ratione immensæ bonitatis suæ amabilitatis est infinitę,
ita ut nullus poterit eum intātū diligere quantū amari dignus est, sed in infinitū hic deficit: sic
& ratione immensæ maiestatis suæ dignitatis & sanctitatis est quomodolibet honorabilitatis

Pater omne iudicium dedit filio.

C infinitæ, ita ut oñis creatura in infinitū occūbat ab exhibitione (qua dignus quātū est ex par
te eius) reuerētiæ. Quod omnes electi eius pensantes, omnē conuersationē suam quantūcunq;
perfectā nullius arbitrantur momenti. Deberemusq; merito potius subire mortē, q̃ deliberato
animo unū uel minimū cōmittere ueniale peccatū: præsertim cū peccatū, in quantū diuinę de-
rogat immensæ maiestati, sit enormitatis quodāmodo infinitæ, ideoq; horribiliter in purgato
rio uel in inferno ulciscendū, nisi hic lamentis expietur. Verū uiri sancti non inferni uel purga-
torij pœnā, non uitæ cœlestis attendunt specialiter præmiū, sed illū duntaxat dulciter contem
plantur amplexanturq; amoris excessum, quo dn̄s & redemptor noster cum esset eiusdem glo Esa. 45.
riæ cū deo patre, exinaniuit semetipsum pro nobis uilissimis terræ uermiculis, sordidissimisq; Phil. 2.
pulueribus, formā serui & plusq̃ serui assumens, contumelias & obprobria suscipiens, crucēq; Esa. 53.
subiens omni confusione contēpta: uicem amoris ipsi reddere non confundunt, sed passionis Mat. 27.
eius ludibrijs incitati feruntur effrenes in amoris abyssum, in profundū charitatis, quadā san-
» cta sana insania: parū se amare reputantes sic à dilecto amati. ⌞deus⌟ essentialiter bonus, & bo-
nitas infinita, bonitas sempiterna, non dependens ab alio, nec indigens aliquo: quia bonitas pri Psal. 15.
ma est, & increata, à nullo causata: propria eñ natura eius bonitas pura est, incircūscripta oñi-
formiterq; perfecta: à cuius excellentia oñe bonū creatū distat deficitq; in infinitū: cui nil ma
li, nil inuidiæ, nil impuritatis est admixtū, quippe quæ simplicissima est & sanctitas plena & infi
nita. Ipse eñ solus supernaturaliter, supersubstantialiter, totus & omnifarie bonus est, solus su
per omnia summe & incōparabiliter amabilis, desiderabilis, copiosissime cōmunicās & diffun
dēs bonitatē suā. Nō tā naturale est soli lumē diffundere, seu fonti riuū deducere, q̃ naturale est
deo intellectualiter ac libere in creaturis secundū suæ propositū uoluntatis suā bonitatē com
» municare. ⌞& homo est,⌟ quū eñ uere summa, inmēsa, pura, superplena ac superditissima bo-
nitas sit, & omne bonū naturaliter suæ bonitatis cōmunicatiuū sit (ut dictū est) infinitę necessa-
rio cōmunicabilitatis est: quocirca cōuenit ipsi, ut summo modo creaturæ cōmunicet se: quod
maxime fit naturā creatā sibi in unitate personę coniungēdo, ita ut ex tribus, uerbo scilicet, ani
ma & carne, una solummodo persona fiat: utq; per suæ incarnationis mysterium simul bonita

tem, sapientiam & potentiam suam demonstret. Bonitatem quidem eò φ nō despexit proprij D
plasmatis infirmitatē: sapientiam, quia inuenit difficillimę quæstionis ꝗ decētissimā solutionē.
Quæstio difficilima. Sane res admodū dubia & difficilis fuit, quisnā esset redempturus humanum genus. Non enī
id præstare potuit nudus homo, & qui solā haberet humanā naturā, tametsi deberet: quia erat
peccato obnoxius, & debitor deo pro suo peculiari & proprio peccato: quare minime idoneꝰ
habitus est ad satisfaciendū deo pro alioꝝ peccatis, cum & ipse in se haberet quod diuinæ ma-
iestati displiceret: neq; minus indigeret reconciliari ꝗ cæteri: Omnes enī peccauerunt (ut bea-
Ro 3. tus ait Paulus) & egent gloria dei. Neq; id redēptionis humanæ munus debuit præstare deus,
& si posset: nam is non offenderat. Consentaneum autem et æquitati, eum qui offenderit satis-
facere offenso: & eundem emendare iniuriam qui intulit: non quidem secundum indiuiduum
D. i. ffimi[illegible] & singulare suppositū, sed naturæ communionē et affinitatem. Huiusce autem dubiæ rei inuē
ta est ꝗ decentissima solutio, φ secundum diuinæ sapientię ordinationem redempturus huma
num genus esset deus & homo, peccati prorsus immunis. Quia enim deus satisfacere potuit,
Iob 34. ut qui sit omnipotens & immensus: & quatenus homo, satisfacere debuit, non quidem debito
obligationis necessariæ aut astrictionis (non enim ex operibus iustitiæ quę fecimus nos, sed se-
Tit 3. cundum magnam misericordiam suam saluos nos fecit. Et deus qui diues est in misericordia,
Ephe 2. propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, cū essemus mortui peccatis, cōuificauit nos
Conuenientissimū fuit nos redimi à Christo. Christo, cuius gratia sumus saluati) sed debito congruitatis & decentiæ: quia decētissimū erat
perditum hominem reparari, per hominē similē ei à quo fuerat inducta ipsius ruina & lapsus.
Christus autem (ut dictum est) naturæ nostræ communionem suscepit ex corrupta uitiataq; E
Mich. 7. Adæ massa, sine tamen corruptione & uitio carnem sumpsit: huius affinitatis ratione congruū
1. Cor. 1. fuit, ut quia caro & frater noster est, etiam redemptionem nostram operaretur, fieretq; nobis
Malum pœnæ ex deo infligitur. iustitia, sanctificatio, & redemptio. Iustitiam, quia (ut præscribit) rursum uicit uictorem, nō ma
iestate, sed humilitate & infirmitate: Potētiam uero suam demōstrauit infinitam, quia nihil est
maius ꝗ deum fieri hominem. Vnde cum malum pœnæ propter dei gloriam à dei iustitia sit in-
troductum, malum autem prouenit ex recessu ab ordine boni, hinc est φ nostram assumpsit na
turam passibilem quo ad pœnam, non tamen à culpa immunē. ¶ Deus est ex substantia pa- » 30
tris ante secula genitus. Hoc superius iuxta capacitatē nostrā sufficiēter expressum existimo:
diximus nanq; naturalem esse dei filiū, deo patri per omnia consubstantialē, coæqualē & coæ-
Ioan 1. ternū: est enī deus de deo, lumē de lumine, deus uerus de deo uero, æterne genitus: per quē fa
cta sunt oīa, & sine quo factū est nihil: indicibilis, immobilis, immortalis &c. & homo est pro »
Phil. 2. pter nos nostrāq; salutē usq; ad formā serui exinanitus: homo utiq; uisibilis, passibilis atq; mor
Fructus incarnationis diuinæ. talis: nō amittens ꝗd erat, factꝰ est ꝗd nō erat, ut ꝗd perierat inueniret, sanaret feminecē, illumi
naret cæcum, discordeq; conditoris sui reuocaret ad pacē: quocirca in eius ortu exultantes an
Luc 2. geli decantauere, dicētes: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis.
Tit 1. Venit igit in carne, peregrinaturus in seculo, ut restauraret collapsa, illuminaret opaca, reuoca
Quare Christus in humilitate apparuit. ret deuia, & redimeret perdita. Quia enī per superbiā à deo hoīes recessimus, filius dei per mi-
sericordiā & humilitatē factus est homo, ut idem ipse & per diuinitatē patri, & per humanitatē
congrueret nobis: per humanitatem similem nobis pro nobis posset cū hoste confligere: per
Gen 1. 5. diuinitatē patri consubstantialem ad imaginem nos dei & similitudinem quam peccando ami
Rom 8. simus, posset digne recreare: per mortem nostræ fragilitatis destrueret eum, qui mortis habe- F
Heb 2. bat imperium: & per impassibilem suæ diuinitatis potentiam nos reconciliaret deo patri: utq;
Rom 5. suæ exinationis, incarnationis humilitatisq; exemplo contra omnium uulnera peccatoꝝ uerę
humilitatis medicamentum curemus exercere, pio semper animo recolentes, quantum nos
Gene 3. pro diuino amore, quantum pro nostra salute oporteat humiliari, qui terra sumus & cinis: si
tantum summa illa potestas pro nobis humiliari non respuit, ut ad suscipienda nostræ fragili-
Gen 18. tatis infirma descenderet. Nā humilius quo se deponeret non habuit, ꝗ φ suscepta hominis for
Phil 2. ma cum infirmitate carnis, obediuit deo patri pro nobis usq; ad mortem crucis, nō modo uer-
Mat 11. bo & lingua docens, sed opere & ueritate: Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Quid
enim tam pium affectibus fidelium, tam medicinale moribus, quid sic interficit peccata, cru-
Luc 2. cifigit uitia, uirtutes enutrit ac roborat, sicut incarnati & crucifixi filij dei memoria? Hoc ergo
Mat 2. opus perficiendum suscepit, dum carnem induit, dum uirginalis thalami secreta compleuit,
Luc 2. hinc contemptibilis ortus, præsepis reclinatio, stabuli diuersorium, Aegypti fuga, parentum
Mat 4. subiectio, ieiunij prolixitas, tentationum perpessio, peregrinationis decursus, sedula prædi-
Mat 5. catio, donatio sanitatum, miraculorum ostensio, proditionis contemptus, irrisionum tolerātia,
Mat 10. crucis ignominia, & mortis acerbitas in eo habuerūt principium. Quamobrem nihil eoꝝ quæ
Mat 26. in sacro continentur eloquio, sic humanum ualet excitare affectum, mentem erigere, tempera
Mat 27. re laborem, peregrinationis tædium auferre, & æternæ felicitatis spem immittere, quem-
admodum redemptionis humanæ sacrosanctum mysterium. In illo equidem diuinæ misera-
tionis reseratur abyssus, cœlorum aperitur ianua, charitatis latitudo ostenditur, & quan-
tus

A tus sit homo, apertissime manifestatur. Vile non potest esse, quod uiui filij dei sanguine compa-
ratur. Redemit plane` nos de seruitute diaboli, non corruptibilibus auro uel argento, sed preti 1.Tim.1.
oso sanguine suo, quem abunde pro peccatis nostris effudit in ligno. Sic quippe dilexit nos, ut Quantū christus nos dilexit.
tanti nos emeret, atque de alienis amicos faceret, & de auersis filios. Habes ergó in illo ô homo
unde gaudeas, habes unde tristeris. Tristari profecto debes, cum te passionis eius reum intel-
ligis. Nequaquam dei & hominum mediator, æternitatis ostensor, immortalis uitæ largitor,
fidelium custos, prædestinatarũ ouium reparator, restaurator cœlorum primogenitusq; mor
tuorum homo Christus Iesus passionis aut mortis crucis subijsset iniuriam, si non peccator ho
mo dei incurrisset offensam. Taliũ proinde rememoratio quia propter nos facta sunt, cõpassio
nis atq; tristitiæ debent nos mucrone transfigere. Pro tuis itaq; facinoribus ô homo tristare in
Christo, atq; de ipsius tibi collatis beneficijs, præsertim q hoc pacto ex mancipio diaboli, ex fi
lio gehẽnę in dei filium adoptatus sis, lętare in illo: te agnosce in illo, tua in eius afflictione meti
re delicta: debita tua in Christi uulneratis lege mẽbris. Vulneratus est propter delicta nostra, Esa. 53.
attritus est propter scelera nostra. Ipsius liuor, passio atq; interitus nostræ sunt calamitatis in-
dices, & adeptæ pacis spirituales testes. Sed ecce de mysterio incarnationis subito deuoluti su-
mus ad sacramentum passionis: redeamus ergo unde digressi sumus: ⌊ex substantia matris,⌋ Baruth.3.
quando enĩ placuit supernę gratię dño scilicet Iesu Christo deo nostro ut habitaret in nobis, à
qbus diu elõgatus fuerat, descẽdit à regali solio sublimis gloriæ suę (nõ locũ mutando, sed prę-
sentiam suã per carnẽ nobis exhibendo) in humilẽ & abiectã in oculis suis uirginẽ, primo uir-
B ginẽ, primo uirginalis continẽtiæ uoto sigillatã: In cuius sacratissimo utero sola sancti spiritus Luc.1.
uirtus inenarrabilis, & ipsum cõcipi & nasci, in uera humanitatis natura fecit, ita ut nec maiesta
tẽ diuinitatis in ipso, nec uirginitatis integritatẽ in matre, uiolaret suæ natiuitatis occasio. O ue Gen. 30.
re in mulieribus benedicta, & nõ sibi soli sed & nobis super omnes exaltata: quantũ debemus
illi, per quã totius mundi meruimus accipere saluatorẽ? Quis illi digne iura gratiarũ ac laudũ
præconia ualeat rependere, quæ sola suo singulari assensu meruit perdito mundo succurrere?
quas illi laudes humani generis fragilitas persoluet, quæ sola suo cõmercio recuperandi adi-
tum inuenit? Ipsa est illa benedicta inuentrix gratiæ, genitrix uitæ, mater salutis, alitrix repara-
tionis carnis nostræ, lactatrix saluatoris totius substãtię nostræ: Ipsa ostendit mundo dominũ Quanta per
suum & deũ suum, quẽ nesciebat: ipsa uisibilẽ exhibuit mundo creatorẽ suũ, quem prius non B.Mariã susceperimus
uidebat: ipsa genuit mundo restauratorem, quo perditus indigebat: ipsa peperit mundo re- beneficia.
conciliatorem, quem reus non habebat: dum uirgo deum & hominem genuit, & post partum
uirgo inuiolata permansit. Sola enim digna inuenta est, ut in sua uirginali aula rex regum & 1.Timo.6.
dominus dominantium à regalibus sedibus ueniens, primam sibi mansionem inter filios ho- Apo. 19.
minum eligeret. Vere beneplacitum erat deo habitare in ea, quando ex ipsa illibatę carnis eius Psal. 67.
substantia, quasi de lignis Libani ineffabili architectura domum sibi ædificauit dei patris sapiẽ
tia. Ipsa est unica illa, in qua sola homo Christus Iesus quæsitam in omnibus requiem inuenit. Prou. 9.
Transierant enim multa secula, in quibus damnationis immanitas in filijs hominum semper in Eccli. 24.
deterius est roborata, nec in massa uniuersæ carnis uiam sapientia summa inuenit, qua tam lu-
ctuose perditioni (ut statuerat) subueniret, donec ad hanc uirginẽ uentũ est quę mox ut in mũ
C dũ per humanæ generationis lineam uenit, tanta omnis boni copia, tanta uirtutum uarietate,
tanta constantia resplenduit, ut per eam summa & æterna sapientia non solum primorum pa-
rentum peccata delere, uerumetiam nostra propitiari, inimicum sui operis diabolum elidere,
cœlestis patriæ damna redintegrare, hominem e` paradiso terrestri eiectum in cœlestem redu
cere disponeret. Ipsa enim adhuc inter peccatores degens, mundum hunc immundum & lu-
bricum, impolluto calle transiuit: atq; tanta ante deum sanctitate claruit, ut sola æterni regis
solio approximare meruerit: Cui benedictio omnium gentium in unico filio suo repromissa
est atq; in consortem cœlestis & uniuersalis imperij cum deo patre (cui & comparentalis facta
est) est electa, ipsiq; promissa, quòd filius suus absq; fine æternaliter esset regnaturus, ipsaq; pro- Dignitas Mariæ.
pter filium supra omnes mulieres esset benedicẽda: in cuius etiam sinũ omnes thezauros suos
spiritus sanctus infudit: Cui bene complacitum fuit in ea, cum ad tam diuina mysteria uterum Luc 1.
eius consecrare dignatus: cum scilicet inæstimabile illud opus misericordiæ quod prædesti- Psal. 67.
nauit deus ante secula in redemptionem nostram, primum in ea fabricauit sanctissimam ani- Operatio spiritus sancti mirabilis in Maria.
mam eius, in seipso inflãmans, ac splendore diuinæ maiestatis adimplens, uterumq; eius ineffa-
bili modo imprægnans: faciensq; ut deum & hominẽ clausa conciperet, clausa pareret, & post
partum uirgo permaneret: sicq; gratia spiritus sancti cooperante, filius dei à deo patre æterno
genitus hæreditandus in omnibus gentibus diuinæ maiestatis potentiam similitudine carnis Ephe.2.
peccati cooperuit, atq; alti consilij prouidentia inescatus est hamus, qui ad extrahendum serpẽ
tem antiquum ex hoc mari magno, de cœlo est traiectus. ⌊in seculo natus,⌋ dei nanq; ⌊filius⌋ Psal. 103.
secundum plenitudinem temporis, quam diuini consilij inscrutabilis altitudo disposuit, recon
ciliandam auctori suo humani generis assumpsit naturam, ut inuentor mortis diabolus per

ipſam quã uicerat uinceretur: In quo conflictu pro nobis inito, magno & mirabili æquitatis iu D
Mors et uita duellũ cõflixere quãdã.
re certatum eſt: dum omnipotens dñs cum ſæuiſſimo hoſte, nõ in ſua maieſtate, ſed in noſtra
humilitate congreditur, obijciens ei eandemq́ formam eandem naturã, mortalitatis quidẽ no-
ſtræ participem, ſed peccati totius expertẽ. Hæc renouandis mortalibus diuinæ pietatis repa
rata remedia, omnipotens deus & clemens (cuius natura bonitas, cuius uoluntas potentia, cu-
ius opus miſericordia eſt) ſtatim ut nos diabolica malignitas ueneno ſuæ mortificauerat inui-
diæ, inter mundi primordia deſignauit, denuncians ſerpenti futurũ ſemẽ mulieris, quod noxij ca-
Gene. 3.
pitis elationẽ ſua uirtute cõtereret, Chriſtũ ſcilicet in carne deũ hominẽq́ ſignificãs: qui natus
eſt ex uirgine, ut uiolatorẽ humanæ propaginis incorrupta natiuitate damnaret. Ingreſſus eſt
ergo hæc mundi infima filius dei, de cœleſti ſede deſcẽdens, & à paterna gloria non recedens,
nouo ordine noua natiuitate generatus: Nouo ordine, quia inuiſibilis in ſuis, uiſibilis factus eſt
in noſtris: incõprehẽſibilis, uoluit cõprehẽdi: ante tẽpora manẽs, eſſe cœpit ex tẽpore: uniuer-
ſitatis dñs, ſeruilẽ formã obumbrata maieſtatis ſuæ dignitate ſuſcepit: impaſſibilis deus nõ de-
dignatus eſt homo eſſe paſſibilis, & immortalis mortis legibus ſubiacere. Noua aũt natiuitate
generatus, quia inuiolata uirginitas cõcupiſcentiã neſciuit, ſubſtantiã miniſtrauit. Naſcit̃ caro
de carne, non tamen generata per carnẽ: & ſecreto quodã incõprehenſoq́ cõceptu procedit
Non ex uiribus fœminæ, ſed myſtico ſpiramine, naſcit̃ Chriſtus.
de mortali fœmina diuina progenies. Nec mirũ ſane, ſi exiſtit diuina natiuitas, ubi non erat hu
mana cõceptio: aut ſi matrẽ illã nõ uiolauit partus, quã coitus nõ fœdauit. Aſſumpta eſt de ma
tre dñi natura, nõ culpa: creata eſt forma ſerui, ſine conditione ſeruili: & nouus homo ſic contẽ-
peratus eſt ueteri, ut & ueritatẽ ſuſciperet generis, & uitiũ excluderet uetuſtatis. Verax nanq́ E
miſericordia dei, cũ ad reparandũ genus humanũ ineffabiliter ei multa ſuppeterent, hanc po-
Cur Chriſti incarnatio ſit abſcõdita diabolo.
tiſſimũ conſulẽdi elegit uiã, qua ad deſtruendũ opus diaboli nõ uirtute uteret̃ potẽtiæ, ſed rati-
one iuſtitię. Nã ſuperbia hoſtis antiqui nõ immerito ſibi in oẽs hoĩes ius tyrãnicũ uendicabat:
nec indebito dominatu premebat, quos à mandato dei ſpõtaneos in obſequiũ ſuæ uolũtatis il-
Gene. 3.
lexerat. Non itaq́ iuſte amitteret originalẽ humani generis ſeruitutẽ, niſi de eo quod ſubiece-
rat uinceretur. Cum igitur miſericos omnipotensq́ ſaluator ita ſuſceptionis humanę modere
tur exordia, ut uirtutem inſeparabilis deitatis, à ſuo homine per uelamen noſtrę infirmitatis
abſconderet, illuſa eſt ſecuri hoſtis aſtutia: qui natiuitatem pueri in ſalutem humani generis
procreati non aliter ſibi, quàm omnium naſcentium putauit obnoxiam: uidit igitur uagiente, uidit
Luc. 2.
lachrymantem, uidit pannis inuolutum, circuncisioni ſubditum, & legalis ſacrificij oblatione
perfunctum. Agnouit deinceps ſolita incrementa pueritię, & uſq́ ad uiriles annos de natura-
libus non dubitauit augmentis: inter hæc intulit contumelias, multiplicauit iniurias, adhibuit
maledicta, obprobria, blaſphemias, conuitia: omnem poſtremo in ipſum uim furoris effudit,
omniaq́ tormentorũ genera percurrit: & ſciens quo humanã naturã infeciſſet ueneno, nequàquàm
credidit trãſgreſſionis exortẽ, quẽ tot documẽtis didicit mortalẽ. Perſiſtit ergo improbus prę
do, & auarus exactor iu eũ (qui nihil habebat ipſius) inſurgere. Et dũ uitiatæ originis pręiudi-
Diabolus iuſtæ poſſeſſionis perdidit genus humanũ.
ciũ generale perſequit̃, chirographũ quo nitebat̃ excedit, ab illo iniq̃tatis exigẽs pœnã, in quo
nullam reperit culpã. Soluitur itaq́ maleſuada letiferæ pactionis conſcriptio: fortis ille nectit̃
uinculis ſuis: & ligato mundi principe captiuitatis uaſa rapiuntur. Redit in honorem ſuum ab F
Luce. 11.
antiquis contagijs purgata natura, mors morte deſtruitur, natiuitas natiuitate reparatur: quoniam
ſimul & redemptio aufert ſeruitutẽ, & generatio mutat originem, & fides iuſtificat peccatorẽ.

Ioan. 1.
¶ Perfectus deus, perfectus homo. ⌊uerbum enim dei, deo patri coæternum conſubſtãtiale 31
&coæquale: deus filius dei, qui in principio erat apud deũ, per quẽ oĩa facta ſunt, & ſine quo
Heb. 2.
factũ eſt nihil, propter liberandũ hominẽ ab æterna morte factus eſt homo, ita ſe ad ſuſceptio
Phil. 2.
nẽ humilitatis noſtræ inclinãs, ſine diminutione maieſtatis ſuæ, ut manẽs quod erat aſſumẽsq́
quod non erat, ueram ſerui formam ei formæ in qua deo patri eſt æqualis, uniret, & tanto fœ-
dere naturã utrãq́ conſereret, ut nec inferiorẽ conſumeret glorificatio, nec ſuperiorẽ minue-
ret aſſumptio. Salua igitur proprietate utriuſq́ ſubſtantiæ & in unã coëuntem perſonam ſuſci
pitur à maieſtate humilitas, à uirtute infirmitas, ab æternitate mortalitas, & ad depẽdendũ cõ-
ditionis noſtræ debitũ natura inuiolabilis, naturæ eſt unita paſſibili: deusq́ uerus, homo ue-
rus in unitate temperatur, ut quod noſtris remedijs congruebat, unus atq́ idem dei homi-
numq́ mediator & mori poſſet ex uno, & reſurgere poſſet ex altero. Niſi enĩ eſſet deus uerus,
1. Timo. 2.
nõ afferret remediũ: niſi eſſet homo uerus, non præberet exẽplum. Lex anima rationali & hu-
mana carne ſubſiſtens:⌋ neceſſarium nanq́ erat totum aſſumere, qui totũ hominẽ uenerat ſal-
Col. 2.
uare, habens in ſe omnes ſapientiæ & ſcientiæ dei thezauros totamq́ diuinitatis plenitudinem
Eccl. 24.
corporaliter inhabitantem, tanquam uerus deus æternaliter à patre genitus, quatenus me-
diante doctrina eius cœleſti, miraculis innumeris, ſacris moribus, ſpirituali diſciplina, ac
inſtitutione nouæ legis, inſuetæ que conuerſationis perfectione, mortalium illuminaret
corda: agnoſcerent que in lumine fidei, & experientia teſte, ſuæ peregrinationis ærumnas,
infirmitatẽ propriã, animæ uulnera, dirã exactoris diaboli tyrãnidẽ, & onus grauiſſimũ dãna-
bilium

A bilium delictorum. Intelligerent præterea ubi iacerent, quid paterentur, quò tenderent, quid
amiserint, quid diligere quid'ue quærere deberent: Et tanq̃ peritissimus languẽtium animaq;
medicus, confecit spiritualia medicamenta, quatenus fideliter ac digne illis utẽtibus ex gehen
næ atq; irę filijs dei filios efficeret, sibiq; perpetuos cohæredes. Lãguidi quippe eramus om̃es,
& incurabili morbo laborantes, atque ad occasum mortis æternæ sine cessatione uergentes: Ro. 8.
tametsi exterius nobis ipsis & incolumes esse, & spiritualiter uiuere arbitraremur: quocirca
propter nimiam & gratuitam erga nos charitatem suam pro nostrorum medela facinorum Ephe. 2.
proprio sanguine suo pretioso antidotum fecit, quo nostris uulneribus apposito, sanare-
32 » mur. ¶ Aequalis patri secundum diuinitatem, ⌋ hoc existimo sufficienter superius expres-
» sum, ⌊ minor patre secundum humanitatem: ⌋ quia ex matre initium sumpsit sicut legimus per Esa. 7.
Esaiam: Ecce uirgo concipiet in utero & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel, Mat. 1.
quod est interpretatum, nobiscum deus: id est, latens in humana fragilitate maiestas: uerbum Ioan. 1.
enim caro factũ est, & habitauit in nobis, id est in fragilitate corporis nostri, nequaq̃ in deterius
diuinitate mutata. Neque enim, ait euangelista, caro uerbum facta est, sed ait, uerbum caro fa- Quid sit, uerbum carnem factum.
ctum est, uerbũ autem deus, quia deus erat uerbũ. Et quid caro nisi homo? Si ergo uerbũ deus,
& homo caro, quid est aliud uerbũ caro factum est, nisi qui deus erat, factus est homo? qui quia
cõprehenditur, flagellatur, crucifigitur, moritur, sepelitur, minor patre dicitur, imò & matre Mat. 26.
minor inuenitur. Cõstat ergo duos esse, hominem & deum in carne una. Secundũ hominem di Mat. 27.
cit: Filius hominis nõ habet ubi caput suũ reclinet. Sed pauper hic filius hominis diuitias suas Mat. 28. Mat. 8.
in gloria diuinitatis ostendit: Omnia, inquit, quæ pater habet, mea sunt. Dum dicit omnia, ni- Ioan. 17.
B hil hic reliquit, quod minus haberet à patre: omnia, id est unius deitatis potentiã, substantiam,
33 » maiestatẽ. ¶ Qui licet deus sit & homo, ⌋ id est duæ substãtię in Christo (ut iã dictũ est) deitas
& humanitas. Supra cõmemorauimus utrãq; naturã diuinã scilicet & humanam in satisfactio-
ne præuaricationis nostræ debuisse simul concurrere: Satisfactio em̃ non est nisi ab eo qui de-
bet & potest: at non debuit nisi homo: nec potuit, nisi deus. Verũ quia impossibile est naturã di-
uinã concurrere cũ alia, sicut pars ad cõstitutionẽ tertij, uel ipsam transire in aliã naturã, seu aliã
naturã (propter simplicitatẽ immutabilitatẽq; ipsius perfectissimã) transire in ipsam: iccirco di
uinitas & humanitas non uniuntur in unitatem naturę seu accidentis, sed in unitatem personæ
& hypostasis: quia uero diuina natura in nullo potest subsistere supposito, nisi in propria hypo
stasi, ideo unio illa esse non potest in hypostasi seu persona hominis, sed dei: conuenienter pro-
» inde sequitur, ⌊ non duo tamen, sed unus est Christus, ⌋ tanta enim hæc utriusq; naturæ unio
est, ut totus dicatur deus, totus homo, & uicissim deus homo & homo deus. Quæ quidem uer-
bi hominisq; assumpti unio adeo ineffabilis est & incomprehensibilis, tantæq; perfectionis, ut
uerissime dicatur deus ab hominibus uisus, cum hominibus conuersatus, pro hominibus illu- Baruch. 3.
sus, flagellatus, crucifixus & mortuus. Econtrariò, ut homo cœlũ fecisse & terrã, angelos cõ- Mat. 27. Hest. 13.
didisse, uniuersũq; mũdũ gubernare, in sede maiestatis residere, in throno trinitatis, ad dexterã Gene. 2.
dei, ad æqualitatem patris: Nam deus & homo in ipso una persona est: unus quippe est Chri- 1. Timo. 2.
stus, unus mediator dei & hominum, & si quid melius dici potest. Diuinę igitur maiestati eius,
corporea natura nihil abstulit, nihil contulit: quoniam incommutabilis substantia nec augeri
34 » potest nec minui. ¶ Vnus autem non conuersione diuinitatis, ⌋ quæ incommutabilis est &
C incõuertibilis: ⌊ in carnem: ⌋ natus nanq; humani generis causa ex uirgine dei filius, cooperan Luc. 2.
te in hac operatione spiritu sancto, & sua, dei scilicet, obumbrante uirtute, corporis sibi initia
conseuit, & exordia carnis instituit, ut homo factus ex uirgine naturã carnis in se acciperet, per
quam huius admixtionis societatem sanctificatum in eo uniuersi generis humani corpus exi- Christus nostræ naturæ cõsortiũ iniit ut nos suę diuinitatis faceret eẽ partici pes.
steret: ut quemadmodum omnes in se per id quod corporeum se esse uoluit, conderentur: ita
» rursum in omnes ipse, per id quod eius est inuisibile, referretur. ⌊ sed assumptione humanita
» tis in deum. ⌋ Quid ergo à nobis dignum tantę dignationis affectui rependetur? Inenarrabilis
à deo originis, unus unigenitus deus, in corpusculi humani formam sanctæ uirginis utero in-
sertus accrescit, qui omnia continet, & intra quem & per quem cuncta sunt humani partus le-
ge profertur: & ad cuius uocem archangeli atq; angeli tremũt, cœlum & terra & omnia huius Na. 1.
mundi resoluuntur elementa, uagitus infantiæ auditur. Qui inuisibilis est & incõprehẽsibilis, Iaco. 2.
nõ uisu, sensu tactuq; moderandus, cunis est obuolutus. Hęc si quis indigna deo recolet, tantò 2. Cor. 4.
se maioris beneficij obnoxiũ confitebitur, quantò minus hæc dei conuenerint maiestati. Non
ille eguit homo effici, per quẽ homo factus est: sed nos eguimus, ut deus caro fieret & habita- Ioan. 1.
ret in nobis, id est assumptione carnis unius interna uniuersæ carnis incoleret. Eius humilitas
nostra nobilitas est: contumelia eius honor noster est. Quod ille deus in carne consistens, hoc
35 » nos uicissim in deũ ex carne renouati. ¶ Vnus omnino nõ confusione substãtiæ: ⌋ nam perfe Ro. 3.
ctus deus, pfectus homo, ex anima rationali & humana carne (ut patuit) subsistẽs. Sicut em̃ in
deitate una est essentia & tres psonæ, ita & in Christo econuerso una tantũ persona est, & tres
» essentiæ, deitas scilicet, anima & caro, ⌊ sed unitate personæ ⌋; unio enim deitatis ad humanã

cur miss' sit filius non pater aut spiritus sanct'. naturã nõ est in unitate naturæ, sed personę: nõ humanæ, sed diuinæ, hoc est nõ assumptæ sed D
assumẽtis, nec personę cuiuslibet, sed solius uerbi ne missus ab alio pater uideat. & ne (si spiritus
sanctus mitteretur) duę essent in sanctissima & superbenedicta trinitate filij. Superius aũt dixi-
mus, impossibile esse diuinam naturam cũ alia posse cõcurrere sicut pars ad cõstitutionem ter-
tij uel ipsam transire in aliam, seu aliam in ipsam, propter simplicitatẽ unitatemq; eius perfectis
simam: ideoq; impossibile fuit deitatem & humanitatem uniri in unitate naturæ, sed fieri opor
tuit unionẽ diuinitatis & humanitatis inenarrabili cõiũctione in unitate psonæ: ut nõ alter de'
alter homo esset, sed unus Christus: unus uidelicet deus & homo, homo & deus, neutra ex dua
bus naturis in aliam mutata substãtiam, nec quarta superbenedictæ trinitatis mysterio addita
persona: qui eodem instanti & tempore, quo clausus manebat in utero matris, non desiit inti-
mus esse deo patri semperq; illi intime immanere: nec tunc destitit in omnibus esse, & in cœlo
sursum, & in terra deorsum, in mari & in omnibus abyssis &c. ¶ Nam sicut anima rationalis » 36
& caro unus est homo, ita deus & homo unus est Christus. ⌋ quę quidem similitudo uera est »
quantum ad unitatem personæ, non naturæ: caro enim & anima in homine differunt quantũ
ad essentiam, constituunt tamen unam personam: deus autem sic unitus est suo corpori, ut nul
lam patiatur fieri inter deum & hominem humana opinione distantiam, ne forte quod absit
alius filius dei, alius filius hominis credatur. Sacra namq; scriptura sic connectit & cõcorporat
deum & hominem, ut nec in tempore ad modicum quis à deo, nec in passione quidem possit
Ioan. 1. ab homine deum discernere. Proinde cum uerbum caro factum est, non uerbum in carnẽ pe- E
reundo cessit, sed caro uerbo, ne ipsa periret, accessit: ut quemadmodum homo est anima &
caro, sic esset Christus deus & homo: idem deus qui homo, & qui deus idem homo: non confu
sione naturę, sed unitate personę. Deniq; filius dei generãti coæternus semper, ex patre: idem
Ioan. 19. filius hominis esse cœpit ex uirgine: ac sic & filij diuinitati est addita humanitas, & tamen non
est personarum facta quaternitas, sed permanet trinitas. In hoc autem diuinæ humanæq; uni-
onis sacramento nec uerbo detrahendum est aliquid dignitatis, nec assumpto homini sensum
passibilitatis: quippe cum in ea natura qua deus erat, nullam sustinuerit pœnam, obprobrium
nullũ: in ea uero qua homo erat, flagellatus sit & consputus, crucifixus & mortuus, non tamen
sine deo: nã sicut anima rationalis & caro unus est homo, ita deus & homo unus est Christus.
¶ Qui passus est pro salute nostra. ⌋ det nobis omnipotens deus mysterium hoc digne expri- » 37
Oportuit christũ pati, & sic intrare in gloriã suã mere. Omnis offensa tanti æstimanda est, quanta ipsa persona est quæ offenditur. Cũ igitur su
pergloriosissimus deus infinitæ sit maiestatis, sapiẽtiæ, bonitatis, iustitiæ &c. iniuria in eum cõ-
missa penitus nimisq; infinita est, quippe quæ lædit ac destruit, quantum ex se est, honorẽ & glo
riam dei infiniti: ideoq; talis in homine contẽptus fit infinitus, ad infinitã obligãs amaritudinẽ
Peccatũ ad infinitã obligat amaritudinẽ. suppliciũq; sempiternũ, nisi expietur. Verũ quia infinitus est, infinito indiget expiatore. Vt enĩ
sui creatoris amicitiã recuperet, necesse est ut pro obligatione infinita, infinitã reddat satisfacti
onẽ, & hoc cũ tãta faciat humilitate, quãtũ antea superbiuit. Oportet igit talẽ satisfactionẽ esse
uolũtariam, liberã, amorosam, de intimis cordis medullis erũpentẽ, dulcẽ, iucũdam, salutiferã. F
Hanc quis poterit operari? Nũquid homo captiuus, dei aduersarius, dęmonũ amicus? Nũquid
finitus angelus tollere poterit malitiã infinitã? Nũquid deus id facere uolet, ab hominibus tur
piter inhonoratus & despectus? Et tamẽ quod homo soluere tenet creatori, maius est quicqd
citra deum est, & hoc non est nisi deus: nullus ergo potest satisfacere pro peccato, nisi deus: &
nullus tenetur, nisi homo: debuerunt ergo in unam conuenire personam deus & homo,
ut deus sua bonitate hominis miseriam expiare uelit, & homo possit. Misit ergo pro-
Ephe. 2. pter nimiam erga nos charitatem suam deus pater incarnari unigenitum suum: qui cum in-
1. Ioan. 4. finitus sit, ratione deitatis suæ unitæ humanitati, habuit in se aliquid quo circa deũ nihil maius
Hie. 11. est, quod sua magnitudine & dignitate deleuit om̃e debitũ, omnẽq; cõpleuit satisfactionẽ. Hic
Ioan. 1. uerus est innocẽs ille agnus, qui abstulit peccata mũdi: qui mortẽ nostrã moriẽdo destruxit, et
uitam resurgẽdo reparauit. Cũ enĩ esset innocẽtissimus, nõ potuit iuste ab illo deus mortis exi
gere pœnã: spõte igit & ex purissimo amore mortẽ deo offerens plenissimã, pro mortibus pec
catorũ fecit satisfactionẽ: pœna enĩ infinita, iustissime merita, morte pretiosissima & innocẽtissi
ma est damnata. Passus est itaq; contra uniuersalem infectionem passione generalissima: con-
tra libidinem, passione acerbissima: contra prę sumptionem, passione ignominiosissima: contra
debitam & inuitam mortẽ, uoluntaria. O quis hanc tantam dignationẽ, miserationẽ, benignita
tẽ & charitatẽ satis poterit admirari aut dignis prosequi gratiarũ actionibus? plane sputa, cla-
ui, lancea, irrisiones & uerbera quæ perpessus est clamant, ut toto corde totisq; uisceribus dili- »
gatur, qui pro dilectione, tanta ac talia perferre dignatus est. ⌊ descendit ad inferos, ⌋ (quantũ
ad animã) id est ad limbũ (ubi patres antiqui in tenebris & in umbra mortis sedebãt, aduẽtum
eius expectãtes) ad liberationẽ nõ oĩm, sed eorũ duntaxat qui intra Christi membra per fidem
uiuam seu fidei sacramentum discesserant, magnum suæ charitatis affectum erga eos osten-
dens, suæq; claritatis refulgentia eos illustrans, & pietatis suæ beneuolentia ipsorum afflictio-
nem consolans, atque libertatis suæ indulgentia incarceratos liberans, hostibus uniuersis

A suæ deitatis potentia exinanitionisq; & mortis suæ humilitate deuictis & religatis. ⌊tertiâ die, Mat. 28.
» resurrexit à mortuis⌋ resumendo corpus quod prius uiuificauerat, sed non tale quale fuerat: Mar. 16.
fuerat enim prius passibile & mortale, ut in illo & per illud posset pro nobis satisfacere: resur- Luc. 24.
gendo autem impassibile illud resumpsit & immortale: Christus, inquit Apostolus, resurgens Ioan. 22.
ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Q. autē mortuus est peccato, Ro. 6.
mortuus est semel: q aūt uiuit, uiuit deo, & nos omnes in illo: in illo enim nostra portio, nostra 2. Cor. 5.
condirio: & mortē pertulit, & reuixit, & nos in ipso surreximus. Et licet in nobis adhuc resolu- 2. Timo. 2.
tio corpusculi maneat, cœpimus tamen in Christo æterna uita iam uiuere: ante enī futurus ho 1. Cor. 15.
mo resurrexit in Christo, q̄ uitā sortiretur in seculo. Nā non tantū illi dn̄s generationi, resurre- Psal. 118.
ctionis pręstitit gratiam, in cuius generationis tempore resurrexit, sed etiā secuturis postea po
pulis hoc prouidit, ut prius essemus de resurrectione securi, q̄ de morte soliciti, & ante cū deo 1. Thess. 4.
uiueremus in cœlis q̄ cum hominibus conuersaremur in terris. In saluatore enim omnes resur-
39 » reximus, omnes reuiximus, omnes ad cœlestia transmigrauimus: propterea enim ¶ Ascēdit
» ad cœlos. ⌋ Sicut dominus uolens nos ędificare ad fidem, qua eum ue℞ credimus hominē & ue
rum deū: qua deniq; credimus eum uoluisse nos redimere per amarissimā mortem, atq; ad uitā
nos posse reducere per resurrectionem: ad uitā uoluit resurgere immortalē, interiecto tamen
spatio trigintasex hora℞, in quo ostenderetur ipsum uere mortuū fuisse (nam si citius resurre-
xisset, ipsum nō uere mortuū fuisse, sed mortuū se finxisse creditū fuisset: & amplius, si distulis-
set permanens in morte, suæ hoc ascriptū fuisset impotentię, & q nullū ad uitā posset reuocare, Psal. 67.
creditum.) Ita similiter uolens nos omnes ad spem erigere, ad cœlestem ascendit gloriā, ut no- Ioan. 14.
B bis pararet locum, latissimarumq; mansionum in domo patris sui participes nos faceret. Est e- Gratulatio pientissima.
nim in illo Christi homine uniuscuiusq; nostrum caro, sanguis & portio: Vbi ergo portio mea
regnat, regnare me credo: ubi dominatur sanguis meus, me sentio dominari: ubi glorificatur
caro mea, me gloriosum esse cognosco. Et quamuis peccator quiuis sit, de hac tamen commu-
nione gratiæ non diffidat: quia etsi peccata nos prohibent, substantia nos requirit: etsi delicta
propria nos excludunt, naturæ communio non repellit. Nam propter bonitatem diuinitatis
peculiarem nobis saluator debet affectum: quia scilicet sicut deus noster in ipso est, ita & san-
guis noster in illo est. Misericordiam ergo mihi præstare debet diuinitas, necessitudinem exhi Bonum habemus dn̄m.
bere debet affinitas. Neq; enim tam immitis est dominus, ut obliuiscatur hominis, & non me- Heb. 11.
minerit illius quem gestat ipse: ut quem causa mei susceperit, non eius causa quem susceperit
me requirat. Non, inquam, tam immitis est dominus, ut non diligat carnem suam, membra sua,
uiscera sua. Sed quia spes non oritur nisi ex fide immortalitatis futuræ, ideo non statim ascen-
dit, sed spatio quadraginta dierum interiecto, in quo per multa signa & argumenta ueram af- Luc. 24.
firmaret resurrectionem, per quam animus in fide solidaretur atq; ad sperandam gloriam cœ Act. 1.
lestem subleuaretur: Ascendit itaque uiam nobis præostendens, iterq; ante nos pandens. ⌊se-
» det ad dexteram dei patris omnipotētis, ⌋ id est in æternæ beatitudinis imperturbabili pace, Sedere ad
» & in propriæ diuinitatis pacatissimo solio. Sedere enim ad dexterā patris, nihil aliud est, quàm dexteram patris, quid.
simul habere cum patre gloriam diuinitatis, & beatitudinem iudicialemq; potestatem, & hoc
incommutabiliter & regaliter. O grande cunctis gaudium, quòd partus nostræ uirginis post
sputa, flagra, post crucem, paternæ sedi iungitur. Agamus ergo gratias nostræ salutis iudici,
C nostrum quòd corpus uexerit sublimem ad cœli regiam. Nam in ipso solo nostra est nobilita-
ta natura, atq; supra angelicam euecta est ad dignitatem. Nunquam profecto ad thronum ue-
nisset dignitatis, nisi Christus martyrium pro nobis amarissimum subijsset passionis: per se ne-
quaquam restaurata fuisset, nec ad cœli peruenisset gloriam, nisi unigenitus dei in humilitate
sua à nobis assumpta, immanissimi exactoris iugum à nobis excussisset: nostra misericorditer
perferens, ut sua munifice largiretur. Pertulit enim humiliationē magnā inhumiliabilis deus,
ut tribueret nobis sublimitatē suā: nostras sustinuit calamitates & miserias, ut daret nobis lar-
gas diuitias suas: ignominiā magnā perpessus est & cōtumeliā, liuidosq; opprobria, ut inenar-
rabilem illā, quā oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, nobis daret glo Esa. 64.
riam suā: dira deniq; subiit uincula, ut perfectā tribueret libertatē: mortemq; tandem sustinuit 1. Cor. 2.
» ignominiosissimam, ut uitam suam nobis cōmunicaret sempiternamq; beatitudinē. ⌊inde uen
» turus iudicare uiuos & mortuos. ⌋ Oportet ergo nos omnes presentari ante tribunal Christi, Roma. 14.
ut recipiat quisq; quod in corpore gessit siue bonum siue malū. Ille enim qui quondā in assum- 2. Cor. 5.
pto homine iudicandus ueniens non clamauit, neq; uocē eius quisquā in platæis audiuit, quia Psal. 49.
ita humilis uenit, ut à nemine cognosceretur, tunc deus manifeste ueniet deus noster & non si- Dani. 7.
lebit, stipatus ministerio angelorum qui cum eo ad iudicium uenient, ut in eorum pręsentia iu Mat. 13.
dicentur qui sub eorum custodia male uixerunt. ¶ Ad cuius aduentum omnes homines re- Luc. 21.
40 » surgere habēt cum corporibus suis. ⌋ aduocabit enī cœlum de sursum, & terram discernere po- Psal. 49.
» pulum suum. ⌊& reddituri sunt de factis proprijs rationē. ⌋ necesse est ergo, ut in cōmune nos 2. Cor. 5.
om̄es, qui futuri examinis resurrectionisq; promissæ salutarē suscepimus fidē, habeamus metū

quidem de iudice, de redemptore lætitiam: Omnis nanque fidelis anima timore corrigitur, cor- D
rectione lætatur. Et in hoc, charissimi, quanta erga humanũ genus omnipotentis patris dispen
satio est, quanta'ue benignitas pensemus: ut quem iudicem præparabat incredulis, hunc credi
turis præmitteret redemptorem: quatenus præcurrens misericordia, seueritatem aduenien-
tis iudicis præueniret. Timeamus ergo actus nostros. Ecce coram tot milibus angelorum nu-
dabuntur omnes iniquitates nostræ: tot agminibus angelorum patebunt uniuersa peccata no
stra, non solum actuum, sed etiam cogitationum simulque locutionũ. Tot iudicibus inopes asta-
bimus, quot nos in bono opere præcedentes habuerimus: tot arguentibus cõfundemur, quot
bene uiuendi exempla præbuerint nobis: tot conuincemur testibus, quot nos monuerint pro-
ficuis sermonibus seseque imitandos iustis dederunt actionibus. ¶ Et qui bona egerunt, ibũt » 41
in uitam æternam⌋ quæ consistit potissime in clara, immediata ac iucundissima uisione diuinæ »
essentiæ, atque in plenissima ac suauissima fruitione æternæ ac infinitæ bonitatis diuinæ. O q̃ in-
comparabiliter putatis charissimi esse iucundum, summi & adorãdi dei uultum superpulcher-
rimum in seipso clarissime intueri, in quo relucet exemplar omnis pulchritudinis, omnis boni-
tatis, omnis suauitatis: quem uidendo, omnia scienda sciemus, & quicquid uoluerimus in eo ha
bebimus: in eius enim uisione beatificabimur, quia infinita dulcedine diuina ad libitum frue-
mur: non enim nobis præparauit creaturam aliquam seu bonum finitum, sed semetipsum bo-
Ioan. 14. num infinitum, ut eum diligamus, uideamus atque possideamus in æternum (de quo aliàs) ⌊qui »
1.Ioan. 4. uero mala, in ignem æternum.⌋ O si profunde consideremus q̃ miserabile, triste atque horribile »
erit cum corpore & anima in infernalem lacum descendere, in ignem æternum corruere, in te
nebrosissimo inferi carcere, in æternum ac desperabiliter clausum manere, dæmonum doloro
sissima societate potiri, & ultra q̃ dici possit, indefinenter torqueri: peccata proculdubio uitabi E
mus, commissa deplangemus, atque cor nostrum timorate custodiemus. O utinam hęc saperent
nobis: q̃ promptissime mundum hunc miserum & fallacem despiceremus. Quis quæso pro uni
uerso mundo uellet nunc uel per unius horæ spatium in ardenti fornace iacere? Ah cur nõ ui-
tamus peccata quotidiana etiam uenialissima, quibus tanta in purgatorio infligenda est pœna?
nimirum grauior omni supplicio quod in præsenti uita poterit infligi. ¶ Hæc est fides catho » 42
lica: quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit,⌋ in Christo fide formata credendo, credẽs »
sperando, sperãs amando, illique finaliter adhęrendo.⌊saluus esse⌋ id est diuinæ pacis dulcedinẽ »
degustare suique creatoris amore prorsus absorberi. ⌊nõ poterit,⌋ sed in carcerem infernalem, »
in medium fornacis ardentis, in lacum miserabilem sine spe liberationis æternaliter claudi, in-
effabiliter cruciari, innumerabilibusque pœnis affligi eum oportebit. Inspiciamus igitur charis-
Iob 10. simi oculis fidei semper carcerem illum tenebrosum & opertum mortis caligine, in quo densis-
simæ & palpabiles sunt tenebræ, in quo umbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror,
perennis desperatio atque amarissima omnis boni desolatio habitat. Certa est ibi æterna damna
tio, & quicquid desiderabile iucundumque existit, longissime & perpetuò abest: quicquid au-
tem odibile atque pœnosum, ineuitabiliter adest. Nam in infelicissimis reprobis & damnatis
omnia se habebunt opposito modo gaudiis beatorum: in quibus erit grauissimum & pœnalis-
simum odium dei, & detestatio omnis boni honesti, mutuus quoque importabilis rancor, incon-
uersibilis à summo bono auersio, supermœstissima mens, desolatissimus animus, perpetua & in
tolerabili desperatione plenissimus, sulphureum, inextinguibile afflictissimumque incendium:
sed & intensissimum frigus, infelicissimum inuidiosissimumque consortium, maledictio atque bla- F
sphemia supersanctissimi creatoris: pœna sensus & pœna damni. Vt ergo tãtas reproborũ eua-
damus miserias, indicibilemque electorum beatitudinem consequamur, & in æternum salui esse
possimus, hic nunc deum bene instructi, robusti & longanimes in fide laudare, spiritu & men-
1.Cor. 14. te psallere incipiamus, ut facie ad faciem superpulcherrimum deum intuentes, illuc cum omni
1.Tim. 4. bus dei electis perpetuò perficiamus ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est super omnia
1.Pe. 4. deus sublimis & benedictus in secula. Amen.

COM-



A
## COMMENTARIVS IN CANTICVM SANCTORVM Ambroſii & Auguſtini.



E DEVM⌋ patrem ingenitum, te filium unigenitum, te ſpiritum ſanctum paracletum, ſanctam & indiuiduam trinitatem, unumq; ſimpliciſſimum & incommutabilem deum, uiuum & uerum, ſuperbenedictum, ſublimem naturaliter, & quomodolibet ſuperoptimum, dulciſſimum, clementiſſimum, cauſaliſſimum, præſtantiſſimum, puriſſimum, pleniſſimum, actualiſſimum: & cui maxime diffuſiuum & communicatiuum: omnium ſeculorum fontale principium, cuiuslibet entis & particularis eſſe ſubſtitutorē, totiuſque liberalitatis ac munificētiæ infinitum fontem, in teipſo omnem eſſendi plenitudinē præaccipientem, omnemq; nobilitatem in teipſo comprehendentē, & hoc cum immenſa plenitudine ſummaq; ſimplicitate: imo quia ſimpliciſſimus es, quicquid eſt in re, non eſt niſi ipſummet diuinum eſſe tuum, nihil habens de non eſſe, de potentialitate, de minoratione ſeu eſſendi terminatione admixtū: quū ſolus ipſe eſſentialiter bonus ſis, & bonitas prorſus infinita, ſempiterna, independens, prima, increata, & à nullo penitus cauſata: ſed naturaliter, ſubſtantialiter, totus ac omnifarie bonitas pura es, incircunſcripta ſimpliciſſimaq;: ſanctitas plena ac infinita omniformiterq; perfecta: ſolus ſuper omnia ſumme & incomparabiliter deſiderabilis & amabilis, comparatione cuius creatura omnis eſt quaſi non ens: quia tibi ſoli competit plene ac infinite om̄is

Diuinæ proprietates ad amorē & deuotionē excitantes.

Eſa.40.

B eſſendi nobilitas: Nam is ſolus es, à quo cūctis deriuatū eſt eſſe ac uiuere, his quidem clarius, his autem obſcurius: Es etenim primum uiuens, ac uita æterna, inuariabiliter ac infinite delicioſa: immobilis in teipſo permanens, omnia ad finem ſuum propriū mouens. Te omnia appetunt, ſine quo nec ad momentum quidem ſubſiſtere queunt: à te cuncta bona emanant, tuamq; bonitatem uniuerſa aliquo modo communicant: copioſiſſime enim (præ nimia ſui fœcunditate & plenitudine) communicas & diffundis eam: in teipſo ſemper ſuperplenus permanens, quippe qui ob propriā incommutabilitatē nullū augmentū ſeu diminutionē ullā admittere potes. Te igitur æternum deum, non particulariter ſed uniuerſaliter & abſolute bonū, imò ſuperoptimum, ſuperfeliciſſimū & ſuperperfectū, nullius prorſus egentē, qui ob propriæ bonitatis tuæ plenitudinē, ob propriæ dilectionis exuberantiā, ob propriæ perfectionis liberalitatem cuncta condidiſti, uniuerſa conſeruas, ſingulisq; prouides, ⌊laudamus⌋ .i. totis uiribus aſſidue & feruenter, cum humili tamen totius inſufficientiæ noſtræ recognitione cernui te ueneramur, inſufficientiſſimos nos ad te digne laudandū reputantes: recognoſcentesq; (cū te toto poſſe noſtro laudauerimus) nihil condignū laudibus tuis nos egiſſe: imo adhuc in infinitū ab excellentia ac plenitudine laudis tuæ (qua in teipſo digniſſimus es) nos diſtare: quippe qui in omni pfectiōe penitus es infinitus, & infinite in om̄i excellētia, nobilitate, uirtute ac felicitate ſuperpfectiſſimus: Quicquid em̄ pfectiōis, nobilitatis & decoris: quicquid bonitatis, deſiderabilitatis ac ualoris: quicquid deniq; dulcedinis, poteſtatis & opulentiæ: quicquid etiā uirtutis, ſanctitatis & excellentiæ in totius uniuerſi entibus inuenitur, hoc totum in te cum infinita eminentia firmiſſime credimus contineri. Proinde mi ſupergloriofiſſime deus meus, ſi unumquodq; tanto laudabilius eſt, quanto eſt uirtuoſius atq; perfectius te, quis digne poterit laudare? Planè

Pſal.15.

C ſicut omnis creatus intellectus infinite deficit à plena tui comprehenſione, comprehenſiuaq; cognitione: ita nimirum occumbit à plena laude tua tuiq; honoratione: Diuina etenim natura tua, limitem neſcit: diuinum eſſe tuum, circunſcriptionem ignorat: diuina potentia tua, coartari nequit: diuinæ ſapientiæ tuæ non eſt numerus: diuinæ magnitudinis tuæ non eſt finis: diuina quoq; felicitas tua, iucunditas, iuſtitia, pietas ſimilesq; proprietates diuinæ mentis noſtræ, imo omnis creati ingenii perſpicacitatem naturalemq; uirtutē in infinitum excedunt, reuerberant, latent. Hæc cum delectatione cordialiq; fauore (ſupergloriofiſſimo deo ſuo congratulando) contemplari: eſt deum perfecte (pro uiribus) laudare: ad quod propheta admonet, dicens: Laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius: quod non uoce, ſed amore, ſed deſiderio, ſed affectu & congratulatione perficit: ita ut toti in ipſo iocundemur, ipſiq; intimo ac ſummo gaudio & fauore afficiamur: ſuper ineffabili incōprehenſibiliq; gloria & maieſtate ſua: toti ardeamus charitate eius: toti liquefiamus ſuauitate & dulcedine eius: fluamus toti pietate eius qui (ut iam patuit) ſubſtātialiter, imo ſuperſubſtātialiter pſectus eſt, nec à propriæ perfectiōis immenſa plenitudine unq̄ mutari aut deficere poteſt. ⌊te dn̄m⌋ ſuperomnipotentē, maieſtate infinitū, propria, non aliunde ſortita poteſtate, omniū ſupergloriofiſſime ad libitū dominantē, uniuerſamq; quā cōdidiſti creaturā in laudē & gloriā tuā cōſeruantē: ſine errore quoq; & laborē in maxima multitudine, magnitudine ac uarietate moderantē, ita ut nihil ſe ſubtrahat regimini tuo. ⌊confitemur⌋ ſapientiæ uidelicet tuæ immenſitatē, beneuolentiā & poteſtatē tuam, quæ ſola uera eſt, ſola honoranda, metuenda, & in te ſolo conſiſtens: non (ut principum mundi huius

Pſal.144.
Pſal.144.
Pſal.150.

huius potestas) à populis, sed à te solo procedēs ab æterno: quapropter potētissima est, potens D
omnia in omnibusq; perfectissima: quoniamquidem una sola simplicissima, omnipotentissima
Dani. 7. & immutabilis essentia es, in qua nulla est contrarietas sed neq; ulla adesse potest. Potestas tua
dominiumq; tuum infinitum est, nec in aliquo minui potest, quippe quod ab æterno fuit eritq;
in æternum & ultra. Non potest alterari nec permutari, quia non est æternitas alia præter tuā,
nec alia nisi in te solo infinitas: neq; alia deitas ulla: quocirca status tuæ potestatis dominiūq; tui
alterationem permutationemq; nullam recipit in se: est enim essentialiter substantialiterq; in
te: quapropter ubicūq; est essentia tua, ibi est & potestas tua dominiumq; tuum. ¶ Te æter- »
1. Cor. 1. num patrem.] Patrem misericordiarum & deum totius consolationis, qui uniuersitatem mun »
Gene. 1. di ex nihilo creasti, atq; in quas uoluisti formas atq; mensuras, terrenam cœlestemq; substan-
tiam omni potenti ratione, secundum unam simplicem causam produxisti. Magna profecto
Psal. 118. & mirabilia sunt omnipotēs & sublimis deus opera tua: quæ (cum sis ens per essentiam, ens pri
Psal. 15. mum, æternum & independens) sola bonitate propria & potestate (bonorum enim nostrorū
non indiges, nec commodum aliquod ex creaturis captas) produxisti, in rerum uniuersitatis
Roma. 1. creatione omnipotentiam tuam nobis demonstrans: sapientissime ordinans, ut inuisibilia tua
à creatura mundi, per quæ facta sunt intellecta, conspicerentur, sempiterna quoq; uirtus & di-
Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt cōspiciuntur. uinitas tua. Quocirca ut in entibus communicatam bonitatem tuam uideremus, cūcta creasti
uisibilia: omnia uidelicet corpora cœlestia, elementa primaq; rerum indiuidua. Tuo quoq; ex
statuto & imperio, & similibus similia nunc usq; sunt procreata. In multiplici quoq; ac celerri
Sap. 1. mo cœlestium orbium, astrorum & planetarum motu, influxu ac causalitate, omnipotentiā & E
Eccl. 18. sapientiam tuam, magnifice manifestas. Deniq; in elementorum collatione, coordinatione mu
tuaq; alteratione, sapientiæ ac uirtutis tuæ ostendis excellentiam: quippe qui inter elementa
magis contraria elementum cum utroq; conueniens situ astitit infinitaq; sapientia tua uniuersa-
rum species, naturas, differentias, proprietates, uires ac ordines originaliter instituisti atq; pro-
duxisti: & ut omnia atq; singula uno complectar uerbo, quicquid entitatis, bonitatis, ueritatis
unitatisq; cōsistit in uniuerso, ex te fontaliter profluxit. In totius ergo mundi pulcherrimo sta-
biliq; regimine, atq; in rerum à te conditarum tam diuersarum mira connexione, conseruatio-
ne omniumq; dispositione ac prouisione. [Omnis terra ueneratur,] cum intima gratiarū actio- »
Iaco. 1. ne recognoscens, omne datum optimum & omne donum perfectum, & quicquid est, habet,
aut potest, à te patre luminum descendere. Proinde quicquid sumus, possumus aut habemus,
corpus & animam, uires & membra, sensus, intellectum, rationem, memoriam, uoluntatem: esse
quoq;, uiuere, sentire, uegetari, mouere, ratiocinari: & quicquid scientię & uirtutis in nobis est,
à te datum esse, & dari recognoscimus & lætamur. Bona denique fortunæ, necessaria uitæ, imò
supernecessaria, sanitatem & robur: supernaturalia gratiæ ac uirtutum dona, gratias gratis da-
tas, & ecclesiæ sacramenta à te sortiti sumus, atque in uita hac multipliciter hucusque tibi pec-
cantes misericordissime tolerati & conseruati: paratissimus semper post tot tantosque excessus
gratiarum tuarum charismata nobis (modo abs te expetierimus) elargiri: imò frequenter nos
Psal. 67. misericorditer præuenis & præuenisti: angelos tuos sanctos ad custodiendum nos deputasti:
Heb. 1. diuinis instinctibus tuis sæpissime nos admones & admonuisti. Cœlos quoque & luminaria, so
lem, lunam, astra, planetas, elemēta & mixta in ministerium nostrum creasti, atque ad tuī ipsius
beatificam uisionem deliciosissimam'que fruitionem nos condidisti. Pro temporali, modico & F
breui quod tibi nunc exhibemus obsequio, non creaturam aliquam aut bonum finitum, sed te
infinitum, superuoluptuosissimum, æternum, summum, superexaltatum & incomparabile bo
num (in quo uniuersorum bonorum omnium'que pulchrorum ac desiderabilium incircūscri-
Quāta erga nos diuina benignitas. ptibilis plenitudo incomprehensibilisque & superessentialis perfectio est) præparasti: donaq;
gloriæ tuæ dotes animæ & corporis, glorificationem utriusque plenissimam & omnium bea-
torum societatem iucundissimā pro præmio nobis promisisti. O quanta est charitas hæc, quan
ta pietas, quàm immensa est ista liberalitas. O immensa prorsus & uere pura ac liberalissima bo
nitas creatoris nostri. O infinita, indeficientissima & superefluentissima benignitas, quàm mu-
nificentissimus est erga nos amor tuus, ut nequaquā satis tibi foret rebus creatis naturales pro-
prietates, specificas perfectiones, diuersaq; bona naturalem capacitatem transcendētia, gratis
ex mira bonitate tua communicasse & influxisse, tuæq; æternæ eas & adorandæ bonitati in ta-
libus assimilasse, uerum ad tuæ bonitatis maiorem superopulentissimæq; perfectionis declara
tionem, ad tuæ dilectionis pleniorem ostensionem, ad creaturarum exuberantiorem eminen-
tiam & decorem, donis insuper naturæ, munera gratiæ bonaq; gloriæ, plura etiam supernatu-
ralia data & ornamenta adiecisti: atque per hoc rerum capacitates superimpleuisti, ipsumq; en
tium ordinem, eorumq; naturas, proprietates & uires ineffabiliter decorasti sublimastiq;. Quod
in intellectualibus electis creaturis tuis potissime locum habet, quas tibi per hæc supernatu-
raliter conformasti, mentes præcipue creatas in quibus sapientia, potentia atque clemētia tua
excel-

3 » excellentissime repræsentantur & splendent. Ideoq; ¶ Tibi omnes angeli, quos in mundi
A exordio secundum choros, hierarchias siue ordines condidisti: intellectuales substantias sem-
per mobiles, arbitrio liberos, incorporeos, tibi iugiter ministrantes, secundum gratiam nõ na
turã immortales, quibus infinitæ gloriæ tuæ arcana, nuda fecisti & aperta, desiderabilesq; ma-
iestatis tuæ thezauros in eorũ prospectu posuisti, amans eos tanq̃ filios tibi simillimos: propo-
situmq; unigeniti filii tui, quo decreuit ab æterno pro factura per te creanda (ne ipsa ex infirmi
tate atq; abusu propriæ uoluntatis diaboliq; fallacia periret) ad tuã laudẽ, gloriã & honorem
incarnari, pati, & in cruce mori, eis à suæ creationis initio manifestasti: ut eos qui se conuerte-
rent ad te (humanitati & merito passionis filii tui se submittendo) æterna felicitate munerares
confirmaresq;. Adeo enim decretũ hoc filij tui nunq̃ mutatũ nec impeditum placuit tibi, ut ab
æterno prędestinares discerneresq;, nullã prorsus intellectualẽ creaturã angelicã seu humanã
saluare, nisi per meritũ Christi, beato Paulo idipsum testificante: Benedictus inquit deus & pa- Ephe.1.
ter domini nostri Iesu Christi, qui elegit nos in ipso ante constitutionẽ mundi, ut notũ faceret
nobis sacramentũ uoluntatis suæ quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporũ Roma.3.
instaurare omnia in Christo quæ in cœlis & quæ in terris sunt in ipso &c. Et iterũ: Iustitia dei
manifestata est per fidẽ Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt in eũ, non est enim
distinctio: Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiã ipsius, per
redẽptionẽ quę est in Christo Iesu, quẽ proposuit deus propitiatorẽ per fidẽ in sanguine ipsius
ad ostensionẽ iustitiæ suæ propter remissionẽ præcedentiũ delictorũ. Et huic quidẽ diuinę uo-
luntati tuæ angeli boni mox consenserunt: ideoq; in superessentiali felicitate diuinæ scilicet &
B increatæ ueritatis tuæ fruitiua uisione hoc in diuinæ bonitatis tuæ summæ ac infinitæ dulcedi
nis deliciosissima, exuberantissima atq; totaliter contentiua in suo fonte seu in seipsa, gustatiõe
confirmati sunt. Verũ Lucifer angelus supremus cũ excellentiã, claritatẽ, subtilitatẽ, angelicæq; Esa.14.
naturæ suę perpenderet nobilitatẽ, & ex aduerso naturæ humanę ruditatẽ ac uilitatẽ, se extũc
meliorẽ reputauit q̃ tali se submittere: cogitauitq; si aliqua creatura foret tantũ exaltanda, ut
reliquæ uniuersæ ei subiicerentur creaturę, hoc ipsi potius q̃ alicui alteri cõpeteret: sicq; digni-
tatem filii dei usurpare sibi pręsumpsit, angelosq; multos sibi cõsentiẽtes habuit. Factũ est tũc
præliũ in cœlo: Michaël & angeli eius præliabant cũ dracõe (Lucifero scilicet) & draco pugna Apoc.12.
bat, & angeli eius, & nõ pręualuerũt neq; locus inuentus est eorũ amplius in cœlo: sed secundũ
Rabanũ, uirtute crucis & passionis Christi ex cœlo detrusi, & in diabolos uersi, perpetuo igni
propter contemptũ passionis Christi deputati sunt. Iccirco autẽ irremissibiliter peccauerunt,
quia tantò robustius stare poterãt, quantò eos carnis admixtio nõ tenebat. O felix societas sup
norũ ciuiũ. O quę cantica, quę organa, quę cantilenę, quę melodię ibi sine fine decantant: Sonãt
ibi semper melliflua hymnorũ organa, suauissima angelorũ melodia, cantica canticorũ mira, quę
ad laudẽ & gloriã tuã dignissime deus meus à supernis ciuibus decantant. O quo modo milia Dan.7.
miliũ ministrant tibi fonti æterno, uniuersorũ principi, deciesq; milies cẽtena milia assistũt tibi,
in omni reuerentia animorũ & cultus interni. O q̃ prompte obediunt, q̃ diligenter inuiolabili-
terq; legem sibi à te semel prefixã custodiunt, ineffabili perfectione, supernaturali decore, ue
nustissima claritate, splendidissima sapientia, mira potentia, eximia sublimitate, exuberantissi-
ma uoluptate dotati à te: tuiq; exemplo in quibus sunt sublimiores, omni sunt humilitate, pie-
C tate charitateq; pleniores, atq; de exuberantia opulentiæ suæ inferioribus largiflue distribuẽ-
» tes: horum militum tuorum domine non est numerus. tibi etiam cœli id est beatorum ha Iob 25.
bitaculum, domus decoris tui, locus habitationis gloriæ tuæ, paradisus cœlestis, super æthe- Psal.25.
rea aula, supermundanum palatium deificæ uoluptatis tuæ, locus æternalium deliciarum tua-
rum, tabernaculum ubi te regem regum in decore tuo uidebunt oculi nostri omnesq; dome- Esa.33.
sticos tuos innumerabiles in bono immobilitatos, diuina luce tua impletos, impassibiles, im-
mortales, tibi summo deo inauertibiliter æternaliterq; intentos: quos decuit altissimus ille lo-
cus, speciosissimus, inalterabilis, uniformis, latissimus atque dignissimus. Ipse est primum cœ-
lum, summum atque immobile, quantitate permaximum, uisibilium & inuisibilium creaturarũ
contentiuum, claritate prę excellenti conspicuũ, totũ uniforme, inalterabile, inter corporalia
» subtilioris naturę: In quo quia mansiones multæ sunt, numero plurali designatur. & uniuersę Ioan.14.
» potestates medię hierarchię nouissimi spiritus, quæ unam æqualemq; cũ altissimis dominatiõ
nibus & uirtutibus accepere sortẽ, ad diuinasq; susceptiões sine ulla confusione seu perturba-
tione percipiẽdas, pulcherrimũ ordinẽ, insuperabili cõstantia tẽdentes ad diuina: inferioresq;
choros ad pleniorẽ dei cognitionẽ, amorẽ & imitationẽ promouentes, summę potestatis illius
(ex qua ut potẽtes sint acceperũt) nitentes in se similitudinẽ exprimere, ita ut ipsorũ ministerio
deus inferioribus angelis resplẽdeat: quæ etiã potẽtius in suo ordine pceperũt, ut eorũ ditiõi
uirtutes aduersę subiectę sint, quorũ potestate frenãtur, ne corda hominũ tentare tantũ præua
4 » leant quantũ uolunt. ¶ Tibi super gloriosissime dñe deus meus, Cherubim quę pà te sibi
indultã

A immò infiniti boni (totius uidelicet deitatis) sempiternam communicationem donationemq; ui
dentes unam immediate de alterius substantia procedere, atq; omnes tres essentialiter idẽ esse,
unam scilicet simplicissimam deitatem & indiuisam unitatẽ: Ideoq; non immerito proclamãt: Esa.6.
5 » ¶ Sanctus, id est mundus seu à terrenis eleuatus: deus pater æternus. Contemplãtes enim,
eum lumen esse superplendidissimum, superpurissimum, infinitum, incomprehensibile, super-
pulcherrimum, superessentiale, supergloriosissimum: pulchritudinem infinitam, incircunscri-
ptam sanctitatem, æternam dulcedinem, superquietissimam pacẽ, supersubstantialem essentiã,
omniumq; bonorum, pulchrorum ac desiderabilium superdiuitẽ, superperfectã, & superple-
nam possessionẽ: filium suũ sibi omnino conformẽ, consubstantialẽ, coæqualẽ & coæternũ, de
diuino corde suo immediate progenitũ, easdẽq; prædictas proprietates seu nobilitates digni-
tatesq; in se habentẽ (pater nanq; se totũ communicauit filio, quippe in quẽ per diuinã genera
tionem diffudit totius diuinitatis plenitudinem) infinito amore amplectẽtem uicissimq; amari Esa.6.
6 » à filio, non possunt non clamare, sanctus. ¶ Sanctus, superbenedictus dei filius, patri cõsub Sap.7.
stantialis, coæqualis & coæternus. Contemplantes deniq; filiũ dei esse splendorẽ paternæ glo Heb.1.
riæ candoremq; lucis æternæ, & figuram substantiæ eius (qua pater æternus innotescit) cũ in-
finiti feruoris amore cumq; superdeliciosissima intuitione, cum immensa lætitia atq; penitus il
limitata complacentia (ob prædictas & consimiles proprietates diuinas in patre, ex patre, in se
cognitas) in patre gaudentem & gloriantem, ex suauitatis plenitudine uicaria uoce eructant,
7 » sanctus. ¶ Sanctus, superbenedictus spiritus sanctus, deo patri & filio coæqualis, consub-
stantialis & coæternus. Contemplantes quoq; spiritum sanctum esse iubar quoddam patris &
B filii eiusdem cum ipsis gloriæ & maiestatis, non plus aut minus patre seu filio habentem, sed cũ
tanto feruore, cum tam claro intuitu, cum tanta complacentia atq; lætitia amantem utrunque,
& in utroq; gaudentem, delectantem gloriantemq;, sicut patrem in filio ac filium in patre, &
utrunq; in ipso, assidua ammiratione (quæ eorum est proclamatio) non cessant socia exultatio-
ne concelebrare sanctissimam trinitatem. Huius enim diuinæ fruitionis & uisionis consolatio-
ne, stant continue rapti & intelligentia eleuati, amoreq; quodammodo ebrii, ut mille anni non
uideantur eis (propter maximam & ineffabilem suauitatem) dies unus (nam sola inspectio diui
nitatis efficit ut beatius esse nihil possit, imo quicquid haberi poterit ea non habita, miserum
faciat non beatum) contemplantes deum ab omni immunditia esse liberrimũ, imo ipsum esse
munditiã ipsam superperfectissimã, & penitus immaculatã, euangelista testante: Quia tenebræ 1.Ioan.1.
in eo non sunt ullæ: quippe qui est sanctus sanctorum, & sanctitas ipsa, omnis creatæ sanctitatis
fons, principiũ, finis & mensura. Sanctitas enim cum in actu intellectus & uoluntatis consistat,
sicut diuinæ sapientiæ non est numerus: neq; diuini amoris ullus terminus, ita diuinæ sanctita- Psal.146.
tis nullus est finis: sed est superincõprehensibilis, supersplendidissima infinitaq; sanctitas: quũ Psal.144.
diuina essentia sit lux immensa, purissima, intellectualis, & omnis creatæ munditiæ fontana ori
go. Adeo nanq; sanctus est dñs deus noster, ut omnes creatæ iustitiæ comparatione sanctita- Esa.64.
tis diuinæ appareant quasi pannus menstruatæ. Merito proinde angeli humiliantes se diuinæ
8 » maiestati, uoce proclamant incessabili dicẽtes: Sanctus, sanctus, sanctus. ¶ Dñs deus sabaoth, Esa.6.
id est deus uirtutũ cœlestiũ, dominator omnipotens, princeps exercituũ supernorum, magnus & Psal.47.
laudabilis nimis, imo superlaudabilis, supergloriosus, superexaltatus in secula: quippe q solus Dan.3.
C absolute perfectus es: quẽ nullus potest cõprehendere intellectus, nullus affectus satis dilige-
re seu optare nulla creatura condigne sufficit honorare: quippe qui substantialiter incircũscri
ptibiliterq; pulcher es, superpulcherrimus, & ad intuendũ incõparabiliter delectabilis & amœ- Quàm pul-
nus. Quicquid enim absolute loquendo dignius est & melius inesse q̃ deesse, idipsum inest & cher sit deus
cõpetit tibi: imo tuipse cũ infinita prorsus perfectione hocipsum es: ideoq; in teipso superfelix & in quẽ desi-
superdeliciosus es, immensaq; iucunditate superplenus. A pulchritudine tua deficit in immẽ- derant ange
sum omnis pulchritudo creata: tuaq; pulchritudo immensa, est tua incircũscripta essentia, omniũ li prospicere.
bonorum possessionẽ in æternũ simplicissime possidens, sine cuius omnipotẽti uirtute beneficaq;
manutenẽtia, nihil esse uel bene esse potest. Imò cũ ueritas prima sis & sapientia increata, à qua Ioan.1.
omnis ueritas & illuminatio est atq; cognitio: constat te omni interiori uisui (cui q̃d pulchrũ
est placet) intellectualiũ creaturarum bene dispositarum (uti angelorum & beatorum) summe, optime, in
cõparabiliterq; placere, tanq̃ summe ei conueniẽs: imo cũ bonitas tua nulli creatæ menti in tan
tũ placeat, seu (ut digna est) placere possit, neq; tam certe perfecteq; innotescat sicuti cognosci
bilis est: sed solo diuino intellectui tuo perfecte pleneq; cõplaceat & innotescat, palàm est diui
nam essentiã tuam per comparationẽ ad diuinũ intellectũ tuũ, esse infinitæ pulchritudinis im-
mensiq; decoris. Angeli proinde contemplantes deum ut bonũ superpulcherrimũ, sicutq; pul
chritudinem superessentialem, ac uere prorsusq; immẽsam, semetipsum cõprehendentẽ, & ex
hoc infinita cõplacentia sibiipsi complacentẽ, in semetipsoq; beatitudinẽ sempiternã, indepen-
dentẽ, perfectã & propriã possidentẽ, taleq; eũ apprehendentes, Sanctus, sanctus, sanctus dñs Esa.6.

deus sabaoth clamare non cessant. ¶ Pleni sunt cœli & terra maiestatis gloriæ tuæ.⌋ Lux " D 9
Ioan.1. nanq; es domine deus meus incircunscripta, quæ illuminat oculos angelorum: & lumē super-
Ioan.1. splendidissimum, superperfectissimumq́;, quod illuminat omnem hominem uenientem in hūc
mundum. Diuinum esse tuum substantiali ter lumen est immensum, actus purissimus simpli-
cissimusq́;, unitas simplicissima & puritas omnimode impermixta: lumen essentialiter purū,
& pure immensum seu potius lux immensæ puritatis, & puritas lucis interminæ: pulchritudo
substantialiter pulchra, & speciositas infinita, ad intuendum iucundissima, ad perfruendū sua-
uissima, deliciosissima ad possidendū. Quicquid excellētiæ reperitur in creaturis, tibi omnium
Rom.1. creatori cum incomparabili eminentia immensaq́; exaltatione conuenit: qui etiā (ut inuisibilia
tua per ea quæ facta sunt conspicerentur) infinitā pulchritudinē tuā in mundo hoc perituro
Gene.1. contentisq́; in eo aliquo modo declarasti. O si singula bona sunt, pulchra & delectabilia quæ
creasti, q̄ pulcher esse potes & superpulcherrimus, superdeliciosissim9, superdelectabilissimus
omniū creator, omniū bonorum iucunditatē in te continens, non qualē in rebus creatis experti
sumus, sed tanto differentem quanto creator differs à creatura. Habent etenim & hæc infima
delectationes suas, suosq́; amores. Veruntamen non tali modo delectant, sicut tu amabilissime
Iesu deus noster: q merito præ omnibus tanto desiderari, diligi & laudari debes, quanto omni-
bus melior es, præstātior, ditior, atq; perfectior. Cū enim bonitas sis superessentialis, purissima
atq; immensa: incōparabiliter plane sup omnia appetēdus es, ardentissimo affectu cōcupiscen
dus, ardore feruētissimo amplexādus: amore affectuosissimo constringēdus, diligētissimo cul
tu tenēdus & uenerādus. Quicquid eñ sparsim, diminute & finito mō in creaturis amabile in-
uenimus, hoc in te deo nostro supꝑfectissimo collectim, supperfecte, & cū infinita plenitudine E
scimus contineri, quippe qui es increata sapientia, æterna & perfecta, in qua omnia idealiter re
Apo.1. splendent inuariabiliterq́; manēt. Tua etenim maiestas nec incipit nec desinit in seculū: omniū
Apo.22. principium es & finis (quia per te omnia facta sunt, & sine te factū est nihil) ante primordia se-
Ioan.1. culi anteq́; omnes seculorum origines existens. Apud te omniū stabiliū stant causæ, omniūq́; mu
Hester 13. tabiliū immutabiles apud te manent origines: rationabiliū quoq; & irrationabiliū, sed & tēpo-
raliū omniū in te sempiternæ uiuunt rationes, ex splendidissimo quoq; fonte sapientiæ tuæ,
omnis creata sapientia, scientia & notitia originē sumpsit. Si diuitias quærimus, omniū bonorum
superperfecta es possessio, omniū pulchrorum & desiderabiliū incōprehensibilis plenitudo, qui
se uilipendentes honoras, se humiliantes exaltas, obedientes principes, facis reges & sacerdo-
Mat.5. tes: nesciri amantes, famosos constituis: lugentes ipse lætificas & cōsolaris &c. Sed quis cōpre-
hendet quo modo omnia ista in simplicissimo diuino esse tuo comprehendant, nisi qui hoc te
præstante utcunq; mereretur experiri? experiet autem, quando ad hoc peruenerit, ut de nulla
creatura suā consolationē quærat, diuinæ uoluntati tuæ per omnia (omni semota exceptione)
Psal.49. subijciens se, omnemq́; cogitatū & solicitudinē suam fiducialiter in te iactans: tunc nimirum inci-
Psal.33. pies ei perfecte sapere, gustabitq́; q̄ suauis sis in te domine. ¶ Te gloriosus apostolorum cho- " 10
Mat.19. Psal.144. rus.⌋ qui relictis omnibus te secuti sunt, ideoq; gustantes dulcedinē tuā, magnalia opera tua po
tentiamq́; tuā libera uoce pronuntiauerunt, magnificentiā gloriæ sanctitatis tuæ locuti sunt,
mirabiliaq́; tua posteris narrauerunt, uirtutē terribiliū tuorum dixerunt, magnitudinēq́; tuā non
subticuerunt, memoriā abundantiæ suauitatis tuæ dulciter eructauerunt testificantes nobis,
Psal.102. quia miserator & misericors dominus es, patiens & multū misericors, suauis uniuersis & mise- F
Psal.144. rationes tuæ super omnia opera tua. Nunc uero tibi deo æterno fonti felicitatis & gloriæ sup-
ditissimo, inauertibiliter, auidissime, ardentissime deliciosissimeq́; infixi, intenti & immersi, cla-
ra irreuerberataq́; facie incircunscriptibili luci tuæ uacantes & inhærētes, uoluptuosissime, li-
bentissime insatigabiliterq́; fontalē pulchritudinē tuā inspicientes, diuinæq; bonitatis tuæ dul
cedinē deliciosissimā, exuberantissimā, summā & infinitā degustantes, laudare non cessant bo-
nitatis tuæ exuberantiā, dilectionē, clementiā, potestatē, sapientiā tuā: recognoscentes se gratis
prædestinatiōis tuæ cooperatores prouidentiæq́; tuæ executores effectos: gratias tibi iugiter
agentes, q per eos totū mundū ad te conuertisti, totq́; homines ad tui amorē & cognitionē re-
duxisti & saluasti. O q̄ amœnissime in superbeatissimæ trinitatis tuæ uisione, fruitione & ample
xu modo lætant. O q̄ singulariter tuā diligunt assumptā humanitatē, quā in medio sui esurientē,
sitientē, fatigatā, similiaq́; carnis infirma tolerantē uiderāt, eandē nunc contēplantes gloria &
Psal.8. Heb.2. honore coronatā, omniaq́; sub pedibus habere subiecta, superglorioſissimeq́; nunc fulgere in
suo diuino lumine, cuius & ipsi modo gratia eius & merito participes sunt effecti. ¶ Te pro " 11
phetarum laudabilis numerus.⌋ sapientiā, potentiā, bonitatē, liberalitatē, dilectionē atq; elemētiā
tuā in seipsis exaltātes propter multiformes gratias ipsis pstitas, oīa uidelicet sanctæ ecclesiæ
sacramēta eis manifestādo. O quantū gaudēt in te contēplantes uniuersa tā gloriose mirificeq́;
impleta & q̄tidie adhuc impleri, seseq́; fideles in cūctis sermōibus suis inueniri, q̄s p spm̄ sctm̄
tuū habiti sunt digni pcognoscere & nobis pnūtiare. ¶ Te martyrum cādidat9 laudat exercit9.⌋ " 12
q̄bus (cū hoīes essent fragiles ex se & in se nihil potētes, lutea uasa portātes) tantā supnaturalē
dedisti

A dedisti uirtutem, ut ea quæ totum ordinem, rerum cursum & legẽ transcendunt, diuina uirtu-
te tua ac potestate efficerent, mortuos suscitando, à natiuitate cæcos illuminando, claudos cu-
rando, super aquaꝝ undas meando, similiaq; multa (ut sanctorum gesta testificantur) eis fecisti
possibilia. In atrocissimis præterea pœnis inuictissimã præstitisti eis constantiã, ut ob amorem
tui hominũ minas, cõtemptus, ludibria, risus, uerbera, carceres, pectines, ad teneriora membra
accensas faculas, decerpentes ungulas, flagra, ferreas (quibus super ardentes prunas uersabant
assati) crates, frixorias sartagines, asperas pice & plumbo accẽsas fornaces, scorpionũ sagittas,
rotas, nouaculas, eculeos, contemptibiles cruces, leonũ truculentissima ora, omniaq; tormento
rum genera contemnerent & sustinerent, in suisq; pœnis gratias tibi referre satagerent: in tor-
mentis suis gaudentes tyrannisq; insultantes, & ad alia inferenda tormenta inuitantes, uerba
& lætitiæ gestus prætendebant, torti stabant torquentibus fortiores, laniantesq; ungulas ipso
rum laniata uincebãt membra. Pro quibus quidem & similibus beneficiis te laudare modo nõ
cessant, ineffabili nunc gaudio in te sui certaminis præmio gloriantes, teq; summũ & infinitũ
bonũ plene & perpetuò possidentes. ¶ Te per orbẽ terraꝝ sancta confitetur ecclesia. ⌋ quã
13 » secreta dispensatione consilii (primã pietatis tuæ dispositionẽ sacramento occultiori cõplens)
glorificare atq; exaltare disposuisti ab æterno in unigenito filio tuo, ipsumq; in illa, quippe q
eam secundũ plenitudinẽ tẽporis (quã diuini consilii tui inscrutabilis altitudo disposuerat) tibi Ioan.1.
authori suo reconciliandã in unitate personæ assumeret (uerbũ permanens apud te & in te) ita
ut homo ille nasciturus suo tempore de purissima uirgine uerus deus & dei filius honoraret
exaltareturq; in tantũ, ut non modo naturã humanã sibiipsi personaliter, uerũ etiã totã Christia
B nam ecclesiã tanꝗ capiti gloriosissime uniret, ueluti q; speciosissimã spõsam sibi copularet. Nul-
lum maius donũ prçstare deus posset homini, ꝗ ut uerbũ suũ per quod condidit omnia, faceret
illis caput, & illos ei tanꝗ membra coaptaret, ut esset filius dei & filius hominis, & unus deus cũ
patre unus homo cum hominibus. Hic ergo ab hora cõceptionis suæ secundũ animã in uerbo
deificatã, diuinis absq; interuallo inhærens amplexibus exultabat uehementer, ꝙ dei & homi-
num fieret mediator, caput electoꝝ, sponsus ecclesiæ, mortuoꝝ primogenitus, princeps pacis, 1.Tim.2.
pater futuri seculi, rex regũ, dñs dominãtium, hominũ redẽptor, reparator angeloꝝ, atq; deus Col.1.
& homo, uerus Emmanuel, unus Christus, quẽ desponsanda ecclesia perpetuo amaret, in quo Apo.1.
iam desponsata cum humili gratiaꝝ actione ut in suo factore exultaret, ad cuius imaginẽ tam Esa.9.
pulchra effecta est in eo, ut in suo benignissimo patre gauderet, ex cuius spiritu & sanguine na Apoc.19.
ta est, exultaret in eo, ut in sui amantissimo redẽptore, qui eam de perpetuis tormentis, & de ru Esa.8.
gientis crudelissimi tortoris potestate suo pretiosissimo sanguine eripuisset & saluasset, lætaret Luc.1.
deniq; in eo ut in nobilissimo, gloriosissimo ac fidelissimo spõso & amatore suo, q in eius salutẽ Gen.5.
tã dura sustinuit, tã magnifica peregit, tã ignominiosam mortẽ subiuit: homo factus est ex ipsa, Eccl.17.18.
ab ipsa, pro ipsa & propter ipsam. Et breuiter (ut maiorẽ honoris, amoris, salutis, perpetuiq; gau Sap.2.
dii in ipso & per ipsum haberet causam) qui esset ei omnia in omnibus: in quo solo omnes causas Col.3.
amoris, laudis, gratiaꝝ actionis quçreret & inueniret, tanꝗ in eo per quẽ ab omni malo liberata,
omniq; bono esset ditata. Nam ex quo unigenitus tuus humanã assumpsit naturã, ea quç diui-
næ naturæ tuæ propria sunt, hominibus copiosissime cõmunicasti, dãdo sacerdotibus potesta- Mat.16.
tem remittendi peccata, consecrandi corpus & sanguinẽ eiusdẽ unigeniti tui, agnoscendi arca
C na cordiũ alioꝝ, prouidendi ac pronuntiandi futura mere contingentia: Super aëreas quoque
potestates maximã fidelibus tuis adiurandi, eiiciendi, cõpescendi superandiq; eos tribuisti uir-
tutẽ. Non immerito proinde supermagnalia, supernaturalia atq; diuina hçc beneficia (ut scili-
cet homo homini peccata dimittat, ut corpus & sanguinẽ saluatoris sui dei ac dñi sui consecret,
& ex hoc omniũ laboꝝ & meritoꝝ Christi particeps fiat, ac si in persona propria operatus seu
passus ea fuisset, deumq; ueꝝ uere prçsentẽ habeat, ante cuius tribunal ipse mox ueniet, imò ad 2.Cor.5.
cuius iudiciũ uniuersi in die extremi iudicii uenturi sunt, quẽ omnis cœloꝝ militia cum ingẽti
14 » reuerentia laudat, colit & adorat attonita) te per orbẽ terraꝝ sancta confitetur ecclesia. ¶ Pa-
» trem immensæ maiestatis. ⌋ congratulando immensç maiestati tuç, & gloriando de tua incom
prehensibili beatitudine, à quo omnis essentia, omne esse, & quicquid in rebus inuenitur entita
tis processit, nec aliud est nisi quædã participatio diuinæ bonitatis tuç, ab eaq; dependet & con
seruatur, plenissimã superditissimãq; uitã possidẽs in teipso. Tu quippe primũ uiuens es, omnisq;
uitç principiũ, quia purus actus, simplicissima unitas & maxime simplex, ita (quod etiã aliàs di
ctũ est) ut omne quod in te est, sis ipse deus, essentialiter totusq; uiuus, substãtialiter ipsa uita tua
existens, ita ꝙ nihil est in te, quod non sit omnimode uiuens, & integra infinita ac simplicissima
uita, immensçq; uitç totalitas. Qui quia immutabilis es & penitus simplex, à naturali dignitate
propriaq; perfectiõe nusquã degenerãs, tibi soli uera & infinita cõpetit nobilitas. Cũq; sis ipsa
tua immensa perfectio, uita tua, immensç omniformiterq; perfectç nobilitatis est, imo infinita
& quomodolibet perfecta nobilitas. Et cũ purissime simplex sis & simplicissime purus, liquet
uitã tuã tibi summe conuenientẽ esse. Cũq; sis tua ipsius essentia, & teipso & substãtialiter qcqd

 es, con-

es,constat omne quod in te est, tibi esse connaturale. Sed & propter plenissimã diuinæ naturæ D
tuæ perfectionẽ,quicquid in te est,cũ infinita plenitudine tibi inest: quocirca uita tua non solũ
delectabilis est,sed uere delectabilissima,imo delectatio intensiue & penitus infinita. Quapro-
Iaco.1. pter te solũ uere credimus æternũ simpliciterq; perfectũ, superessentialẽ æternitatẽ supersub-
stantialẽq; perfectionẽ,in qua nulla est transmutatio,nec ulla uicissitudinis obũbratio. Qui ex
Gen.1. gratuita & infinita bonitate tua nobis non modo inferiora omnia,uolucres cœli, pisces maris,
bestias terræ,elementa & mixta in usum nostrũ creasti,nobisq; subdidisti, uerũ etiã orbes cœ-
lestes,signa cœli,solẽ,lunã ac sydera in ministeriũ cunctis gentibus condidisti. Sed parua sunt
Psal.90. hæc:nam & angelis tuis mãdasti de nobis,ut custodiãt nos in omnibus uiis nostris. Et unicuiq;
hominũ propriũ delegasti angelũ,ecclesiasticã per angelicã gubernas hierarchiã, infimos quã
doq; ordines angelicos propter nos ad exteriora mittens obsequia:per quosdã eorũ dæmones
(ne quantũ uolũt ac ualẽt nobis noceãt) coercẽdo,ꝑ quosdã miracula faciẽdo,ꝑ q̃sdã bonũ cõ-
mune procurãdo,ꝑ q̃sdã uero maiora denuntiãdo. O æterne deus, pater immẽsæ maiestatis, q̃
magna sunt hęc super nos beneficia tua: quanta est dilectio tua erga nos tantillos uermiculos:
quanta est circa nos dignatio tua,qͣ mentes illas supernas,intellectus deiformes, uirtutes cœle
stes, animos supermundanos: empyrei cœli sacratissimos ciues immortales simplicesq; essen-
tias ad nos pusillos atq; pauperrimos ita transmittis. O quantum nos honorasti,quantum te di
ligere,uenerari, laudare, quàm incessabiliter tibi gratias referre tenemur. ¶ Venerandum ⌋ » 15
quoq; sancta confitetur ecclesia ⌊ tuum uerum & unicum filium ⌋ qui est æterna sapientia tua, »
inaccessabilis sapientiæ altitudo, abyssalis profunditas,incomprehensibilis latitudo æternaq;
Psal.148. longitudo, quoniamquidẽ sapientiæ eius nec numerus,nec ullus est finis. Infinita est ò unige- E
nite dei sciẽtiæ tuæ multitudo quã nullus penetrat intellectus,à qua omnium fluxit ordo rerũ,
Eccl.24. omniũ specierũ coordinatio,totiusq; mundi speciosa & ordinata dispositio. Gyrũ cœli circuis,
Sap.8. ludis in orbe terrarũ: attingens à fine usq; ad finẽ fortiter,& disponẽs omnia suauiter. Qui quã
Pro.8 uis in mentibus beatorũ tanquam in thronis pulcherrimis commoreris, tamen esse cum filiis
hominum tuas delicias esse protestaris. Tu lux uere immensa, puritas incontaminabilis, nulli
Ioan.1. permixta, sanctitas in se subsistens, inuariabiliter separata. Te mentem illuminante serenatur,
1.Ioan.1. splendet & contemplatur:tua illuminatione subtracta obtenebratur, peccat & labitur. In mũ
di gubernatione, ordinatione tamq; diuersorum entium connexione gloriose resplendes. In
uniformi cœlorum motu uniuersorumq; gubernatu inclyte repræsentaris,solem,imò uniuer-
sis singulisq; creatis simul acceptis,in infinitum speciosior, incomparabiliter delectabilior,pul
chrior atq; splendidior esse cognosceris. Nam te sol & luna uniuersaq; mirantur astra,id est mi
rari nos faciunt,quia te opificem suum multo se pulchriorem demonstrãt. O si delectabile est
contemplari syderum ordinem,stellarum claritatem,planetarum decorem, solis splendorem,
lunæ candorem,cœlorũ ornatũ,colligantiã elementorum,species rerũ, singulorũ harmoniam,
corporum formationẽ,formarũ perfectionẽ,q̃ tũc delectabile est tuã considerare pulchritudi-
nem & maiestatẽ horũ omniũ causam. ¶ Sanctũ quoq; confitetur paracletũ spiritũ ⌋ summã » 16
bonitatẽ,immensam pietatẽ,mellifluũ amorẽ,omnis boni largissimũ fontẽ iugiter manantẽ, se-
ptemplicis gratiæ pretiosum lumen,omniũ etiã profundissimorũ dei scrutatorẽ,mellifluũ cœ-
Ioan.3. lestis paradisi riuulũ, patris & filii infinitæ dulcedinis spiraculũ,suaueq; charitatis uinculũ,qui F
1.Cor.12. ubi uult spirat:nec tamen unde ueniat cognoscitur,aut quò uadat:q deniq; singulis prout uult
Mat.3. diuidens,omnia in omnibus operatur. Ipse super Christũ baptizatũ in columbina specie appa
Act.2. ruit:& apostolos in die pentecostes omniũ linguarum eloquio peritos reddidit,omnemq; ue-
Ioan.16. ritatem docuit,eosdemq; prius quidẽ literarũ inexpertos & ineruditos, repẽtino afflatu suo to-
tius mũdi doctores effecit,tubasq; altisonas,legẽ euangelicã per totũ mundũ personantes. De-
niq; clarissimũ iubar est,à te deo patre,increato lumine & splendore gloriæ tuæ, à filio uideli-
cet tuo procedens:utriq; consubstantialis,coæqualis & coæternus amor & nexus utriusq;, qp
pe qui cum utroq; & in utroq; adoratur & conglorificat:ab utroq; totã & in uniuersum perfe-
ctam absolutamq; deitatẽ,bonitatẽ,sapientiã,æternitatem cæteraq; essentialia cõmunicans.
¶ Tu rex gloriæ Christe. ⌋ splendor,patris,candor lucis æternæ:lumen de lumine, lumẽ uerũ, » 17
Sap.7. lumen sanctũ,lumen delectabile,lumẽ admirabile & supermirabile, quod illuminat oculos an
Heb.1. gelorũ: q̃d non nisi à purgatissimis uideri cordibus potest. Beati mũdo corde, quoniã ipsi illud
Eccl.11. uidebunt. O lux quã nõ uidit alia lux:lumẽ q̃d non uidit aliud lumẽ: lux quę obtenebras lucẽ,
Mat.5. cuius cõparatione omne lumẽ tenebrę sunt,cui oẽs tenebrę lumẽ:cui (propter diuinę essentiæ
tuæ claritatẽ) omnis obscuritas lux est:ipsa quippe diuina essentia tua substãtialiter lux est infi
nita,& claritas supplenissima. O lux beatissima,obscura uisibilia faciens, tenebrosa illustrãs,&
opaca clarificãs. O lux summa & plena,lux æterna atq; immẽsa,lux supersplendidissima & su-
perpulcherrima, lux quæ in teipsa infinita claritate resplendes: lux pura, in qua nullæ sunt
1.Ioan.1. tenebræ, nulli defectus nullusq; terminus lucis:lux superdelectabilissima, supergaudiosissi-
ma & superbeata, quæ omnem lucem creatam, sensibilem ac intelligibilem incomparabili
puritate

A puritate transcendis, infinita claritate excedis, & superessentiali ac superignoto splendore exu
peras. O lux amabilissima, desiderabilissima & deliciosissima, quanta synceritate in teipsa reful
ges, quanta claritate omnia æternaliter inuariabiliterq; conspicis, quàm uere & intensiue infi-
nita delectatione perfrueris, quàm iucundissimam uitam ducis, quàm stabili securitate liber-
tate ac nobilitate ornaris, quàm consummata perfectione o rex gloriæ Christe subsistis. A te, Ioan.1.
in te & per te omnia sunt: omnia subsistunt uirtute tua (omnia enim per te facta sunt, & sine te
factum est nihil) Cœlum imples & terram maiestate gloriæ tuæ: nec tamen sentiri potes aut ui Esa.6.
deri: omnia ipse sentiens, uidens & sciens: quippe qui per essentiam, præsentiam potentiamq; Iob 42.
tuam, semper & ubiq; ades. Nihil eorum quæ facta sunt, fiunt, aut fieri possunt ignorans: omnia
enim ex te sunt, in te uiuunt & esse habent: ideoq; & ipse habes in te omne esse: quod in te est
omnino incommutabile, nec præteritum recipiens nec futurum, sed præsens solum: quò fit ut
diuinus intellectus tuus non discurrat ab uno in aliud, sed omnia ab æterno tibi præsentia sunt,
nec cadere potest in te ulla obliuio. Et quia esse tuum penitus est infinitum, ipsumq; continue
intelligis, ideo semper infinitum intelligis: cumq; in tuo esse sit totus mundus & quicquid ad-
huc esse potest, ideo ipsum intelligens simul totum intelligis mundum, & quicquid in eo est
seu esse potest, infinitosq; existentiæ gradus: omnes species, naturas omnes, omnia indiuidua,
& quicquid est, fuit, uel futurum est. Vno igitur intelligentiæ obtutu terribilis diuinæ maie- Psal.146.
statis tuæ oculus uidet, numeratq; totam arenam maris, pluuiarum guttas, omnes terræ partes,
cœli stellas, uirtutes & cursus eorum: omnes dies seculi, horas & dierum momenta: omnes de-
niq; hominum, angelorum & dæmonum cogitatus, intentiones occultissimas, singulorum ope-
B ra, uerba & minima quæq; desideria. O quanta nobis est indicta probitatis necessitas (si dissimu
lare noluerimus) cum cuncta agamus sub oculis tuis cuncta contemplantibus: Omnia enim Heb.4.
18 nuda & aperta sunt oculis tuis, & quicquid abditissimum est, clarissime comprehendis. ¶ Tu Ioan.1.
patris sempiternus es filius, id est uerbum dei patris deo patri coæqualis, consubstantialis & Esa.11.
coæternus, & ipse puer paruulus ex semine Israel unus Emmanuel, nobiscum deus. O quæ est Esa.7.
illa nostri generatio saluatoris, qua gignenti patri coæternus est, quia in principio erat uerbum, Mira contemplatio.
& uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. O quod est hoc uerbum quod dicturus an- Ioan.1.
tea non silebat: quo dicto, non siluit qui dicebat: quod est uerbum sine tempore, per quod fa-
cta sunt tempora uerbum quod labia nullius aperuit cœptum, clausit uel finitum, uerbum quod
initium non habet ex ore loquentium, & aperuit ora mutorum: uerbum quod linguis gentium
disertis non fit, & linguas infantium disertas facit. Quæ nam est illa generatio, cui pater mori-
endo non cedit, quia non eum uiuendo præcedit? Leuemus charissimi ad eum quantum ipso Psal.25.
iuuante possumus, animam nostram, si quo modo capere ualeamus & natum non præuenien-
tem qui gignit, & gignentem non subsequentem qui gignitur patrem & filium: nec pariter
patres, nec pariter filios & pariter æternos: non utrunq; generantem nec utrunq; nascentem,
sed alterum sine altero non uiuentem: & patrem sempiternum genuisse, & filium sempiternum
natum esse cogitemus si ualemus: si non ualemus, credamus. Cuius ergo mentis acies illum non-
dum capit fulgorem, Generationem eius quis enarrabit? Sed & uerbum caro factum est, & ha Esa.53.
19 bitauit in nobis. sequitur: ¶ Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti uirginis Ioan.1.
uterum. Parum reputans ad opus nostræ redemptionis consummandum Cherubim aut Se-
C raphim mittere, seu unum ex angelis tuis destinare: sed ipse ad nos per mandatum patris ueni-
re dignatus es, non despiciens in hoc mortalitatis nostræ ergastulum, tuam inclinare altitudi-
nem ubi nostram gustares & absorberes miseriam, nosq; reparares ad gloriam. Quocirca &
ultra omnium infirmitatum seu iniuriarum molestias, quas diuina dignatione pertulisti, & hanc
similiter sicut tempore primam, sic etiam humilitate maximam uoluisti perferre: quòd uide-
licet in utero concipi uirgineo, atq; decem mensium tempore in eo tu maiestas incircunscripta
passa es te contineri. Vbi enim sic te exinaniuisti, aut quando ita penitus à teipso defecisse uisus
fuisti? Tanto tempore nihil, tu æterna patris sapientia (per quam condita sunt uniuersa & dis- Ioan.1.
posita) loqueris: nihil uirtus diuina manifestum operaris, nullo signo uisibili diuina maiestas Hester 14.
tua (quæ clausa latet) proditur? Non sic dulcissime Iesu non sic in cruce uisus es infirmus, ubi quod
infirmum tuum fuit, statim fortius omnibus hominibus apparuit: quando & moriens glorifi-
cas latronem, & expirans inspiras centurionem: quando horarius dolor passionis tuæ non so Mat.27.
lum compati facit elementa creaturarum, sed etiam contrarias fortitudines subigit æternorum
passioni dolorum. In utero autem sic es quasi non sis: sic omnipotens uirtus uacas, quasi nihil
possis, & uerbum sempiternum sub silentio te premis. Porrò intuentibus nobis amantissime
Iesu unde uenias, apparuit inæstimabilis dignatio tua, & penitus inexcogitabilis, quòd in car-
ceris huius horrorem, tanta celsitudo descendere dignata es. Magnum profecto aliquid in causa
fuit, ut maiestas tanta de tam longinquo, de sinu uidelicet dei patris, & de æternis regalibus se-
dibus in locum tam indignum descendere dignareris. Planè magnum aliquid, quia misericor-

D

Luc. 15. dia magna, quia miseratio multa, quia charitas copiosa. Ad quærendam quippe ouem cente-
simam properasti, non locum mutando (quia in mundo eras, & mundus per te factus est) sed
Ioan. 1. præsentiam tuam per carnem nobis exhibendo. Et quasi parum esset te patrem nostrum esse,
Baruch 3. etiam frater esse dignatus es, ut & nos (per perditæ originalis iustitiæ à te factam restitutionē)
Rom. 8 essemus filii dei & hæredes cohæredesq; tui. O beata fiducia, o tutum refugium, iudex noster
factus frater noster: mundi saluator, factus est frater noster: & mater dei, mater est nostra: ma-
ter eius in quo solo speramus, quem solum timemus, mater est nostra: mater inquam eius qui so
lus saluat, solus damnat, mater est nostra. O qua certitudine debemus sperare: qua consolatio-
ne possumus timere, cum nostra siue salus siue damnatio de tam boni fratris, deq; tam piæ ma-
tris pendeat arbitrio. Vnde hoc nobis, qua iustitia, quo merito, ut deus maiestatis pro uilissimis
cineribus fieres uermis contemptibilis? Non aliter profectò quàm gratis: quia tuæ bonitati in
finitæ immensæq; charitati ad nos sic placuit, fecisti: ut uel inde te diligeremus, quia prior nos
Psal. 58. preueniens dilexisti. Nihil enim boni ante feceramus, unde talia dona mereremur. Magis quia
1 Ioan. 4. non gratis inferretur nobis supplicium, ideo gratis præstitum est beneficium. Nihil præces-
Titum 3. serat in meritis nostris, nisi unde damnari debueramus. Tu autem domine non propter iustitiā
nostram, sed propter infinitam misericordiam, per lauacrum regenerātiōis saluos nos fecisti:
1. Pet. 2. Nam ¶ Tu deuicto mortis aculeo, ⌋ passus pro nobis passiōe generalissima: quia in omnibus » 20
Mat. 26. membris corporis, & animæ uiribus etiam supremis quo ad animam, quę usq; ad mortem fuit
Mar. 14. contristata: passione etiam ignominiosissima, nam crucis patibulo fuisti affixus, inter latrones
nudus suspensus, in loco deniq; inhonestissimo &c. Passione acerbissima quoq; propter cōple-
Esa. 53. xionis tuæ teneritudinem, pœnarum protractionem contumeliarūq; exaggerationem. Quia E
Eph. 2. etenim uoluisti passione & morte tua genus humanum reconciliare deo patri, tuamq; nimiam
erga nos charitatem ostendere, atq; in omnibus nos ædificare, sanare, & adiuuare, decuit te ta-
lem subire passionem, quę patris esset maxime honoratiua, tuæ charitatis pręcipuæq; perfectio
nis ostēsiua, hominibusq; ædificatiua & auxiliatiua. Hoc autem genere passionis & mortis ex-
cellentissime deum patrem à nobis exhonoratum iterū honorasti: & tantò planè excellentius,
quantò pro iniuria ei in peccato illata copiosius satisfecisti. Offensus nanq; tantò plus honora-
tur, quantò offensa plenius castigatur. Vt ergo deum patrem summe uenerareris (pro hominū
Phil. 2. satisfaciendo peccatis) amarissimam uoluisti subire passionem: commendareturq; eminentius
eximia illa, quam deo patri exhibuisti, obedientia, factus eidem obediens usq; tam horribile ge
nus mortis: plenitudinem quoq; erga nos infinitæ charitatis tuæ hoc ipso demonstrasti: effica
cissime nos ædificasti, iuuisti atq; sanasti, summæ obedientiæ, inconcussæ constantiæ, inuictæ
fortitudinis exempla exhibuisti: & ⌊ aperuisti credentibus regna cœlorum ⌋ quò enim plura »
& grauiora passus es, eò plus meruisti ac deo patri (tuum nobis meritum communicans) exu-
berantissimā miserendi nostrorum pauperrimorum occasionem prębuisti. Potuisses utiq; omnipo
tēs deus multo minori labore & dolore nos redemisse (puta unica sanguinis guttula seu gemi-
tu uno) si diuina uti potestate uoluisses: uerū ut sciremus quantum deliqueramus, quantum à
te diligebamur, quantiq; nos æstimares, tale genus mortis elegisti (uile profectò esse non po-
test quod filii dei sanguine comparatur) sciremus quoq; quid tibi deberemus, qui pro peccato-
ribus, pro perditis, pro ingratis tantis te dignatus es exponere passionibus, tam diræ morti te F
tradere: quatenus ab æternis nos cruciatibus liberares, & ad tui immediatam fruitionem, bea-
tificam uisionem, superdesiderabilemq; illam tui perfectam perpetuamq; possessionem, perdu
ceres. O quid in ostensionem nimiæ charitatis tuæ erga nos facere debueras & non fecisti? Tu
singularis & infinita maiestas mori uoluisti, ut uiueremus: seruire, ut regnaremus: exulare, ut
amissam patriam, cœlestem scilicet habitationem recuperaremus: & usq; ad seruilissima quæq;
inclinari, ut nos super omnia opera tua constitueremur. Attendamus charissimi ad iudicium
Erectio spei. dilectionis dei: promissionis tales arras accepimus. Vnicus pro quibus mortuus est? utinam
Rom. 5 pro bonis, utinā pro iustis. Sed quid? Etenim Christus (ait Apostolus) pro impiis mortuus est.
Qui donauit impiis mortem suam, quid seruat iustis nisi uitam suam? nō putemus ergo deum
pro minimo habere hominem, propter quem mori uoluit unicum suum. Quapropter se erigat
humana fragilitas, non desperet, non se collidat, non se auertat, non dicat, saluus non ero. Qui
promisit, deus est, & uenit ut promitteret. Apparuit hominibus, uenit suscipere mortem no-
1. Tim. 3. stram, promittere uitam suam. Quid tibi promisit deus o homo mortalis? quia uicturus es in
Titum 2. æternum: nō credis? crede: plus est iam quod fecit, quàm quod promisit. Quid fecit? mortuus
est pro te. Quid promisit? ut uiuas cum illo. Incredibilius est quòd mortuus est æternus, quàm ut
in æternum uiuat mortalis: iam quod incredibilius est tenemus: si propter hominem mortuus
est deus, nonne uicturus est homo cum deo? Non est mortalis uicturus in æternum, propter
quem mortuus est qui uiuit in æternum? ¶ Tu ad dexteram dei sedes ⌋ excelsior omni- » 21
bus

A bus angelis factus, qui adeo pro nobis te humiliasti hic in terris, quatenus reuocares ad te
lapsam naturam nostram quam indueras ubi pro nobis moreretis, ut nos iterum indueres
ubi tecum uiuamus: induisti te morte in uirginitate matris, ut nos uita indueres in æquali-
tate patris. Lætamini in domino charissimi, quiddam nostrum iam sursum est: quod hic acce- Psal. 31.
pit Christus ubi crucifixus est, ubi mortuus est pro nobis. Iam quædam primitiæ nostræ præ- 1. Pet. 2.
cesserunt, non dubitemus quin secuturi simus, uisuri claritatem illã quã habuit apud patrem
anteq̃ mundus fieret. Figamus igitur ibi desiderium nostrũ, quo adhuc nequimus inferre con Ioan. 17.
spectum: ubi scilicet natura nostræ humilitatis ultra cũctarũ altitudinẽ potestatũ ad dei patris
est prouecta cõsessum, ⌊in gloria patris,⌋ ubi superbeatissime, superuoluptuosissime teipsum
intuendo, cõspicis te omnibus interminabiliter præeminere, omnia incõparabiliter trãscẽdere, à
nullo penitus dependere, nulliusq; indigere. Cætera uero cuncta sic egere tui, ut absq; tua cõ- Phil. 2.
seruatione atq; imperio nec ad momentũ possint durare. O quantũ gaudes in teipso superglo
riosissime Iesu, considerãs te in omni nobilitate, cũ infinita plenitudine perfectissimũ & super-
perfectissimũ esse, bonitatẽ immensam, oĩpotentẽ uirtutẽ, supersanctissimã mentẽ, cũ deo patre
& spiritu sancto uniuersorũ fontale principiũ, pulchritudinis immensæ suauitatis & gloriæ illi-
mitatæ. Considerans deniq; q tuæ dignitatis, auctoritatis, clementiæ, libertatis, opulentiæ, secu
ritatis, æternitatis, iustitiæ præexcellẽtiæq; tuæ nullus sit finis, nulla mensura, nullũ obstaculũ,
in teipso nimiũ uoluptuosissimo, & (ut sic loquar) tẽpestuosissimo ac impetuosissimo gaudio
prorsus exuberas: atq; lætitia mentis intẽsiue & uere immẽsa redũdas. Propriam præterea bo
nitatẽ (cũ sit immensa) infinita delectatione amas: qua quantò perfectius frueris pleniusq; eam
B possides, tantò copiosius iocundaris. Ineffabilis itaq;, inexcogitabilis incõprehẽsibilisq; est di-
gnissime Iesu beatitudo tua, omnẽ sensum inæstimabiliter superans, omnẽq; mentis creatæ ca-
pacitatẽ infinite transcendens, omni creato Intellectui inexperta, soliq; diuino intellectui tuo
nota: comparatione cuius creata oĩis felicitas uelut tristitia & defectus reputatur. Quocirca
constat te solum substantialiter esse felicem, ac proinde secundũ te totũ esse beatũ, nec esse ali-
quid in te, q̃d non sit interminabilis, incircũscriptibilis & incõprehensibilis beatitudo: sed quic
quid in te est, id omnimodo esse infinitã hilaritatẽ, illimitatã iocunditatẽ, sempiternam uolupta
tẽ, æternaliter plenam, uicissitudinem nõ admittentem, mẽsurã modum ac terminũ nescientẽ.
O quantum & q̃ uehementer in horũ contẽplatione nobis gloriandũ est: tantò utiq; uehemen.
82 tius, quantò te diligere præ oĩbus ardentius affectuosiusq; debemus. Qui inde ¶ Iudex cre
deris⌋ in nubibus cœli, ⌊esse uenturus⌋ ut sicut ultra omnem spem, ultra omnẽ existimationẽ Thess. 1. & 2.
benignitas tua apparuit, ita similem iudicij tui expectemus districtionẽ, attendentes ex magni
tudine indulgẽtiæ, magnitudinẽ ultionis tuæ: benignitatẽ attamen tuã præerogasti, ut per eã
reconciliati, seueritatem tuam uideamus securi. Venisti nanq; in primo aduentu (cũ inter homi
nes homo uisibilis apparuisti) in humilitate: propterea iudiciũ tuũ sublatũ est: uenies aũt in se- Baruch 5.
cundo, sed in uirtute: uenies (inquã) cũ angelis & archangelis, cũ potestatibus & uirtutibus & 1 Thes. 4.
cũ oĩi cælorũ militia, sedebisq; sup soliũ excelsũ & eleuatũ, adeo, ut ab uniuersis ualeas intueri: Esa. 6.
iudicabis plane orbẽ terræ in æquitate, & populos in ueritate tua. Appẽdes singulorũ merita Psal. 95.
singulis propria reddẽs, nullũ relinquẽs malum impunitum, nec bonũ ullũ irremuneratũ. O Psal. 49.
C quanta tunc peccatorum confusio erit, aduertendum nunc esset, cum ad iudicantis imperium
aperientur libri conscientiarũ, fientq; nota omnibus delicta singulorũ: Omnes (inquit Aposto Rom. 14.
lus) stabimus ante tribunal Christi, & tũc recipiet unusquisq; propria q̃ gessit in corpore, siue
bonũ siue malũ. O quãta tunc erit gloria iustis, q̃ ineffabilis exultatio, quãdo ipse dñs uirtutũ, Psal. 79.
dñs sabaoth, rex gloriæ descẽdet ad reformãda corpora nostra & cõfiguranda corpori clarita- Esa. 6.
tis suæ: quãdo (in quã) creator uniuersitatis, q pro animabus iustificãdis humilis ante uenerat & Phil. 3.
occultus, pro misera carne glorificãda sublimis ueniet & manifestus, nõ iã (ut dixi) in infirmita
te, sed in gloria & maiestate sua. Quousq; igitur caro misera trãsitorias & caducas quæris cõsolati
ones (imò desolatiões) si forte cõtingat repelli & indignã iudicari hac gloria: magis aũt nihilo
minus ineffabili in æternũ excruciari pœna? Proinde charissimi cõsideremus cũ tremore modo
q̃d erit de nobis in die nouissimo, quãdo cõtra nos de cogitationibus loquet cõsciẽtia: quãdo
de cũctis actionibus nostris malis accusabũt elemẽta: quãdo cõtra nos crux Christi portabi-
tur in testimonium: quando uerbera ipsius contra nos clamabunt, uulnera eius allegabunt,
claui loquentur, cicatrices conquerentur: tunc undiq; erunt angustiæ. Hinc peccata accusan-
tia, inde terrens iustitia: intus urens conscientia, foris mundus ardens: intus iustitia iudican-
tis terrens. Et si iustus uix saluabitur, impius & peccator ubi apparebunt? in quam partem
se prement? latere erit impossibile, apparere intolerabile. Eia separemus nos modo à mun- 1. Pet. 4.
do, ut tunc possimus manere cum Christo: fugiamus modo à mũdo, ut sequamur deum:
declinemus modo prauorum societatem & cõsortia, ut tunc sequi ualeamus beatorum agmi-
na, amen. Quæ modo sequuntur, orationes sunt, ut laudantes dominũ ipsum inuocemus in

adiutorium, sicut scriptum est: Laudans inuocabo dominum &c. iccirco paucioribus absoluẽ- D
Psal.17. da. ¶ Te ergo quæsumus famulis tuis⌋ à te ex nihilo creatis, ac proinde semper ex natura » 23
propria ad nihilum tendentibus, atq; in quolibet instanti (nisi omnipotenti manu tua sustentẽ
tur) sicut ex nihilo prodierunt, iterum ad nihilum decasuris: & quicq̃ cogitare uelle, aut perfi
cere à seipsis tãquã ex seipsis omnino insufficiẽtibus ⌊subueni⌋ Nam solus omnium operatio- »
nũ, cogitationum, uolitionũq; principium & motor es, principaliter operãdo, specialiter inspi-
rando, efficaciter adiuuando, imperialiter astringendo, exemplariterq; excitando: Omnia em̃
Esa.26. opera nostra iuxta prophetæ testimoniũ operaris in nobis, concurrente tamẽ proprij arbitrij
nostri consensu. Per nosmetipsos uero nihil possumus, nisi peccare, mori, operaq; tua destrue-
re, seu nimia indeuotione ea permiscere, ut omnes iustitiæ nostræ sint tanq̃ pannus menstruatę
coram te. Eia ergo benignissime Iesu subueni famulis tuis licet indignis, alium tamen dñm prę
Esa.64. ter te nõ agnoscentibus ⌊quos pretioso sanguine redemisti⌋ applicando nobis tuæ passionis »
merita, desendo & lauando culpas nostras in sanguine tuo, qui est satisfactio pro peccatis, me-
ritũ nostrũ & pro om̃ibus beneficijs tuis collatis & cõferendũ copiosissima retributio. Quod
em̃ gessisti in carne passibili, nihil tibi profuit ad satisfactionis meritũ, nihil ad beatitudinis cu-
mulum militauit: Non em̃ quod deberes habuisti, neq; supra id quod eras, ascendere potuisti.
Proinde liuores & dolores tui nostra sunt merita (nam uulneratus es propter iniquitates no-
Esa.53. stras, attritus propter scelera nostra, & liuore tuo sanati sum⁹) profectus tuus nostri est causa.
¶ Aeterna fac cum sanctis tuis gloria munerari⌋ fac nos de pelago ad littus, de exilio ad pa » 24
triam, de carcere ad palatium peruenire: optata iam requie perfruentes, ut uideamus te deum E
nostrum, qui nos ad te fecisti, qui saluasti & glorificasti nos. Tu es hæreditas nostra, possessio
Deu.10. felicitatis nostræ, qui promisisti nobis à labore requiem, à seruitute libertatẽ, à timore securita-
tẽ, à mœrore consolationem, à morte resurrectionẽ, & in resurrectione plenũ & indeficiẽs gau
diũ: cuius cursus est sine termino, usus sine fastidio, & sub antiquis perpetuisq; gaudijs semp no
ua iucũditas & sine amittẽdi timore cõtinuata felicitas. O gaudiũ sup gaudiũ gaudiũ uincens
omne gaudiũ, uidere tot sanctos innumeros, singulos super solis fulgorẽ lucẽtes: uidere te deũ
nostrũ, te habere in æternũ & ultra in pręmiũ, immortalitate uestiri, & de te pane uiuo ęternali
ter saturari. O qualis hęc cœlestiũ regnorum uoluptas, sine timore moriẽdi, & cũ æternitate ui
uendi. O q̃ summa & perpetua felicitas: ibi em̃ est actio non operosa, requies non desidiosa, &
sine defectione atq; fastidio laus tua sempiterna: & ut unà dicam, ibi erit cumulus felicitatis, læ
titia sempiterna, corona decoris, brauium felicitatis, requies opulenta, pulchritudo pacis & su-
Esa.32. pereminẽs gloria: Vna erit omnium lingua, iubilatio indefessa, unus affectus & amor æternus.
Tunc patebit tua ueritas, implebit om̃ia charitas, eritq; integra corporis & animæ sanitas: unũ
cum angelis & beatis omnibus gaudiũ nobis, unũ conuiuiũ, colloquiũ unum. Non languebit
amor, nec liquefiet dilectio p̄sentibus oĩbus bonis: nec ulla erit ultra dilationis afflictio, beatifi
ca siquidem diuinæ maiestatis tuæ pręsentia omnibus erit omnia. Eritq; cõmunis omnium po
tentia, sapientia, pax, iustitia & intelligentia. O quomodo tunc delicijs affluemus in illa diuinæ
claritatis tuæ stupenda cognitione. O quomodo mirabimur in nostri ipsius deliciosa conside F
ratione, angelis iam ipsis similes effecti: quomodo dilatabimur in omniũ creaturarũ perfecta
Psal.83. speculatione: O q̃ digne dictũ est dñe deus meus de te: Melior est dies una in atrijs tuis super
milia. Quæ em̃ lingua dicere, uel quis intellectus sufficit capere illa supernæ ciuitatis tuę quan
ta sint gaudia: angelorũ tuorũ choris interesse, cum beatissimis illis spiritibus glorię maiestatis
tuæ assistere, præsentem uultum tuum cernere, te incircũscriptum lumen uidere, nullo mortis
Psal.27.25. metu affici, munere incorruptionis perpetuæ lætari? ¶ Saluum fac populum tuũ domine⌋ » 25
Ephe.2. qui abundantia pietatis tuæ merita supplicũ excedis & uota (in quo solo est tota salus, uita &
resurrectio nostra, per quẽ saluati & liberati sumus) conseruando famulos tuos & gubernãdo
quos sanguine proprio mercatus es ⌊& benedic hæreditati tuæ⌋ misericorditer à peccato cõ
misso, à carnis fragilitate & sensualitatis corruptione, à pœnaq; pro culpis commissis debita eã »
liberando, atq; contra mundum, carnem & diabolũ roborãdo. ¶ Et rege eos & extolle illos » 26
usq; in æternum⌋ cor nostrum dilatando, appetitum expandendo, mentis sinum distendẽdo, »
habitaculum cordis nostri amplificando, animam nostram supra omnia caduca, terrena, uana
ac materialia eleuando, ultra cuncta creata cõsurgere faciendo, quatenus usq; ad te dominum
totius maiestatis uolare, ac p̄uenire ualeamus: tibi uniri, in te transformari, tibi indissolubiliter,
immediate ac intime colligari, ut tu solus mẽtes nostras inhabites, teneas, possideas, tuæq; san
ctissimæ uoluntati per omnia conformes. ¶ Per singulos dies benedicimus te⌋ ex confide- » 27
ratione eximiæ immensæq; uirtutis & charitatis tuæ, qua hominem à casu redemisti: angelorũ
numerũ ex hominibus redintegrasti, angelorũq; ruinas siue mãsiões reparari atq; repleri ex no
bis ordinasti, & ut angeli prædictæ reparationis quodammodo ministri forent, eos ad singu-
Hebr.1. lorũ hominũ custodiã deputasti. ¶ Et laudamus nomen tuũ in seculum & in seculum seculi.⌋ » 28
de

A de te, & in te solo cordialem complacentiam habendo, de immensa perfectione incomparabi
liq; excellentia tua intime exultando, super infinitæ beatitudini tuæ mentaliter cõgaudendo,
uolẽtes, fauẽtes appetẽtesq; te ens esse simplicissimũ, actualissimũ, in om̃i bonitate, felicitate &
gloria, infinite perfectũ atq; perfecte infinitũ: omnemq; sapientiã, oĩpotentiam, opulẽtiam, uir
tutẽ, pacẽ, gaudium, (& quicqd perfectionis de eo superius descripsimus) cũ immensa plenitu-
dine tibi soli inesse atq; cõpetere: oẽm quoq; honorem, adoratione, gratiaꝝ actionẽ & gloriam
tibi exhiberi: zelo te honorandi in oĩbus uehemeuter feruẽtes, nosipsos cultui tuo ex toto mã-
cipantes, propriã uoluntatẽ nostrã diuino beneplacito tuo conformãtes, amore tui libẽtissime
agentes, patientesq; quicqd pro tuo honore est tibiq; placuerit, atq; pro posse euitãtes impedi
entesq; qd displicere tibi posset. Istud est uere dñm deũ nostrũ laudare: Quapropter stud eat Eccli.15
unusquisq; has semper in se uirtutes possidere: non enim speciosa laus in ore peccatoris esse po Psal.50
28 » test. Ideoq; ¶ Dignare dominee die isto sine peccato nos custodire.⌋nam sensus & cogitatio Psal.98
hominum (ut tibi optime cognitum est, qui agnoscis figmentum nostrum) ab adolescentia sua
ad malũ prona sunt: Propter primoꝝ em̃ parentũ ꝑuaricationẽ, religati in huius uastitatẽ exi-
lĳ, in innumeros corporis & animę languores necessitatesq; q̃ plurimas incidimus. Insuper &
aliã patimur legẽ in mẽbris nostris repugnantẽ legi mentis nostræ, captiuitatẽ nos in legẽ pec
29 » cati: sicq; miseri proprĳs iam meritis exigentibus, heu nobisipsis cõtrarĳ sumus, & à te dño deo
nostro auersi, ea quæ nolumus facientes. Sed ne semper proficiamus in deterius atq; in nihilũ Gen.8
redigamur, aboleatq; funditus diuina imago tua, qua in nostra fueramus insigniti origine. Psal.102 Gen.8
¶ Miserere nostri domine.⌋ culpas & commissa pctã dimittendo ⌊miserere nostri.⌋ præue- Rom.9
B niendo, subueniendo & subsequendo seu conseruãdo, ne iteꝝ in alia incidamus pctã. Nã tu so-
lus es, qui omnipotentiã tuam parcendo & miserendo maxime manifestas: propriũ em̃ tibi est
miserere semper & parcere, ob fœcunditatem infinitæ bonitatis tuæ, nequeuntis se in se conti-
nere. Eia ergo miserere nostri, pœnas in purgatorio debitas plene remittendo, misericordiãq;
31 » tuam largiendo. Ergo ¶ ⌊Fiat misericordia tua domine super nos⌋ educendo nos de car- Psal.32
cere isto, deq; corpore mortis huius liberando, ut confiteamur nomini sancto tuo, & per simili Psal.105
tudinẽ gloriæ tuæ nos tibi assimilando, quatenus te fruentes, te uidẽtes, te possidentes, & sicuti 1.Cor.13
à te cogniti sumus te uicissim cognoscẽtes, te perfecte, atq; purissime diligamus, te amplius nõ Psal.4
offendamus, te fruendo in te solo requiescamus, perpetuoq; cũ om̃ibus sanctis te syncerissime
laudemus & glorificemus in æternũ. ⌊queadmodũ sperauimus in te, ut in uero capite nostro, Ephe.4
» qui pro saluãdis mẽbris incarnari, nasci, paupertate & labore affici, persequi, cõtumelias & op- Psal.30
probria pati, flagellari, coronari, crucifigi, mortẽq; tandẽ ignominiosissimã subire dignatus es:
quatenus perfectæ dilectionis sublimitas fulgeret in te: ut in eo q solus perfectæ amicitiæ ac
inuiolabilis charitatis iura seruasset, quæ amantiũ cordis penetralia replerẽt. Cũ em̃ dilexisses Ioan.13
tuos qui erant in mundo, in finẽ dilexisti eos: excellentiorẽ quippe in fine uitæ tuæ dilectionẽ
erga nos exhibuisti, q̃ in primordio egeris, ut in cordib[9] nostris arctius infixa maneret. Quod
em̃ ex corporali actione deerat, ex immensitate operis in fine tuo suppleuisti. Talia quippe tũc
gessisti, quæ mortaliũ oĩm sibi ualeant uendicare affectũ. Tunc em̃ amore nostri derisus, cõspu
C tus, colaphis & alapis cæsus es: uulneratus propter iniqtates nr̃as, attritus propter scelera nr̃a Esa.53.
(soluens quæ ipse non rapueras) liuore & dolore tuo nos sanasti, & pretioso sanguine tuo ex Psal.68
infinita charitate pro nobis effuso, nos ab ęterno interitu redemisti, cœlestisq; regni participes Esa.53.
32 » hæredes dei patris & cohæredes tuos fecisti: ergo ¶ In te dñe speraui⌋ non in meritis pro- Rom.8
prĳs, sed in profundis uulneribus tuis, in qbus mihi est tuta & firma requies, securus illic habi- Psal.30
to: patent em̃ mihi per ea misericordię tuæ uiscera, in quibus uisitasti nos oriens ex alto. Vulne
ra nanq; tua plena sunt misericordia, plena pietate, plena om̃i dulcedine. Foderũt manus tuas Luc.1.
dñe & pedes tuos, & latus tuũ lancea perforauerunt. Per has rimas licet mihi gustare q̃ suauis Psal.21.
sis domine deus meus: quoniam plane suauis es & mitis, multæq; misericordiæ, omnibus te in- Mat.27.
uocantibus in ueritate: omnibus inquirentibus & maxime te diligentibus. Copiosissima mihi Psal.33 Psal.8.9
data est redemptio in sanguinolentis uulneribus tuis, magna multitudo dulcedinis, plenitudo
» gratiæ, perfectio uirtutũ: & ideo ⌊non confundar in æternum.⌋ Scio enim cui credidi, quia in 2.Tim.1.
charitate nimia adoptatus sum à te in filium, qui uerax es in promissis, & in exhibitione om̃ipo Psal.85.
tens: licetq; tibi facere quod uis. Terreri peccatorum meoꝝ multitudine non possum, si mors
tua amarissima amore mei perpessa uenerit in mentem: peccata siquidem mea uincere illam nõ
possunt. Claui & lancea clamant mihi quòd uere reconciliatus sum tibi: modo te redamauero.
Extendisti brachia tua in cruce, manus tuas expandisti: paratus in amplexus peccatoꝝ, quo- Mat.27.
rum primus ego sum: nec tamen despero, sed inter brachia tua uiuere uolo, & mori cupio. Ibi 1.Tim.1.
securus decantabo: Exaltabo te dñe, qm̃ suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me.
Quoniãquidẽ sicuti bonitas tua (de qua supius multa sunt dicta) infinita est & superplenissima, Psal.2.9.
ita dulcedo, liberalitas atq; clemẽtia tua protsus est illimitata, ineffabilis, inexcogitabilis: oẽm
malitiam

malitiā nostrā indigētiā miseriamq; in infinitum & incomparabiliter utiq; amplius q̄ uniuersa pelagi aqua minimam guttam, aut moles cœlestis orbis minimum granum excedens ac supe rans. Quemadmodum enim natura tua est bonitas, sic proprietas tua est pietas. Tibi nanque proprium misereri ac pacere, largiri, subuenire, gratiam & salutē cōferre: tam infinita nanq; & incomprehensibilis est misericordia tua, q̄ omni peccatori quantumcunq; iniquo omnia sua dimittis peccata, mox ut ingemuerit ex uera pœnitētia, faciens abundare gratiam, ubi abū dauerat delictum. Non ergo uitiorum meorum enormitate desperabo (per hoc enim diuinæ misericordiæ tuæ maximam irrogarem iniuriam, teq; increatam ueritatē uehementissime inhonorarem, quasi minor esset bonitas atq; clemētia tua (quæ omnibus quantumcunq; iniquis ueraciter tamen pœnitentibus ueniam spopondit & gratiam) q̄ iniquitas mea: sed in abyssum diuinæ misericordiæ respirabo: donec fluminis impetus lętificet me, inebriarq; ab ubertate bo norum gloriæ tuæ, & plenissime indeficienterq; poter torrente deificæ uoluptatis tuę: æternā illam fontanam, & primam summæ diuinitatis tuæ ueritatem indefesse delectabilissimeq; intu endo in æternum: quādo scilicet (iuxta promissum tuum) ero idipsum per gratiam tuam, quod ipse es per naturam, ut sicuti ipse beatus es, teipsum per propriam essentiam tanq̄ per intelligibilem speciem contēplando atq; teipso in teipso immediate fruendo, & à tua superplenissima perfectione nullatenus deficiendo, ita & ego beatus sim te per tuam essentiam mihi loco intelligibilis formæ unitam cernendo, tuaq; bonitate in seipsa suauissime perfruendo, ab amplexu tui nusq̄ in sempiternum cessando. Hoc mihi benignissime Iesu pro tua pietate digneris præstare: qui cum patre & spiritu sancto uiuis & regnas deus gloriosus, sublimis & benedictus in secula, Amen.

Ezech. 18. Rom. 5. Psal. 45. Psal. 35. Ioan. 4.

COMMENTARIORVM IN cantica finis.

## IN DIVI DIONYSII CARTHVSIANAE RELIGIONIS PROfessoris commendationem, H. Scheuei Vuestphali de Scharle, Epigramma.

QVisquis Acanthophori cupis iram flectere Christi,
Nec Phlegetonthæis uoluier usq; focis,
Huc ades, ille tibi pia commētaria scribens
Commonstret, posito laudis honore procul.
Ille suæ splendor patriæ Dionysius, ille
Qui Carthusiacæ relligionis apex.
Ingens cui probitas fuit, & cui uiuida uirtus,
Doctrina exundans, nec minus eloquium.
Singula quid referam? uix climata quattuor orbis
Effundent similem moribus, arte, fide.
Singula quid referam? toto non arbitror orbe
Plurima qui scripsit certe fuisse uirum.
Augustinus Apher præsul dignissimus olim,
Edidit innumeros non sine fruge libros:
Non tamen (ut perhibent) Dionysius ille minores,
Ingenij mira dexteritate sui.
Quid moror? e celso sibi gratia fulsit olympo,
Tutatus lectum dum Solomonis erat.
Quare age si spectas nulli dare lampada cursu
Doctorum, doctum perlege semper opus.
Insuper æthereos campos iuuet ire per amplos,
Hæc pia dicta legas fac Dionysiaca.
His etenim Paphio canitur non carmine Cypris,
Aut deus hortorum, Martius atq; furor,
Non opus Alcidæ, nec inania scripta sophorum,
Hic te detineat nec Ganymedis amor.
Quò feror? o sacros (Christum si quando tonantem
Conciliare placet) uolue, reuolue libros.



libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, Reuerēdi patris D. Ioānis Tritenhemij, Abbatis Spanhemēsis.

Dionysius Rickel aliâs de Leuuis natione Teutonicus, ordinis Carthusiēsium domus Bethlehem in Ruremunda, uir in scripturis diuinis studiosissimus, & continua exercitatione peritus, secularis quoque philosophiæ non ignarus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, uita & cōuersatione singulariter deuotus, adeò ut etiā diuinis reuelationibus dignus haberetur (ad quē Nicolai Cusæ Cardinalis uiri eruditissimi, plures extant epistolæ) tot & tanta scripsit, ut numero opusculorum præter Augustinum apud Latinos parem habuerit neminem. Contēplationi & orationi cum tanto feruore instabat, ut eum nihil scribere unquā potuisse putares. Rursum in scribēdo ac legendo tam sedulus erat, ut nec orare nec contemplari eum posse unquā æstimares. Erat parcissimi somni, cibi & potus abstinentia admirabilis, qui beati Hieronymi exemplo die ac nocte in lege domini meditari dulce iudicabat, semper aut scribēs aliquid utile aut legēs, ita ut lectionē oratio sępe interrumperet, & orationem sacra lectio sępe exciperet. De cuius opusculis ipse per se subiecta quodam indiculo recensuit. Moritur sub Frederico Imperatore tertio, & Paulo pseudopapa secundo, Anno domini M.CCCC.LXXI. Indictione iiij. xij. die mensis Martij. Sepultus non sine magna opinione sanctitatis, in cœmiterio fratrum cōmunium domus præfatæ Ruremundeñ.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Super Sententias | libros 4. | In libros Iohannis Clymachi | li.1. | De meditatione | li.1. |
| In Genesim | li.1. | Super Boëthio de Consolatu | li.5. | Sonus epulantis | li.1. |
| In Exodum | li.1. | Sūmariū partium s. Thomæ | li.1. | De modo agendi processiones | li.1. |
| In Leuiticum | li.1. | Sermones de tempore | li.1. | De eleuatione mentis in deum | li.1. |
| In Numeros | li.1. | Sermones de sanctis | | De auctoritate papę | li.1. |
| In Deuteronomium | li.1. | Sermones ad religiosos, tpis | li.1. | De potestate & iurisdictiōe papę | li.1. |
| In librum Iosue | li.1. | Ad eosdem, de sanctis | li.1. | De auctoritate concilij | li.2. |
| In librum Iudicum | li.1. | De Sacramento, sermones sex | li.1. | De reformatione ecclesiæ | li.1. |
| In librum Ruth. | li.1. | Expositionis dominicæ passio. | li.1. | Contra Symoniam | li.1. |
| In Regum libros. | li.4. | Meditationis dñicæ passionis | | Contra eandem | li.1. |
| In Paralipomenon | li.2. | De laudibus dei | li.1. | De reformatione claustralium | |
| In Esdram. | li.3. | De laudibus s. Mariæ | li.4. | Contra pluralitatē beneficiorū | |
| In Neemiam | li.1. | De fonte salutis & semita uitæ | li.1. | De regulis uitæ Christianorū | |
| In Tobiam | li.1. | De lumine Christianæ theoriæ. | li.1. | De reformatione monalium | li.1. |
| In Iudith. | li.1. | De uenustate mundi | li.1. | De professione religiosorū | li.1. |
| In Hester | li.1. | De natura æterni & ueri dei | li.1. | Exhortatorium nouitiorum | li.1. |
| In librum Iob | li.1. | De diuina essentia | li.1. | De uita & regimine pręsulū | li.1. |
| In Prouerbia Salomonis | li.1. | De distantia perfectionis diuinæ & | | De institutione ordinis Carthu. | li.1. |
| In Ecclesiasten | li.1. | humanæ | li.2. | De laudibus eiusdem | li.1. |
| In Cantica canticorum | li.1. | De felicitate animæ | li.1. | De uisitatione claustralium | li.1. |
| In librum Sapientiæ | li.1. | De beneficijs dei | li.1. | De uita canonicorum | li.1. |
| In Ecclesiasticum | li.1. | De mutua sanctorū agnitione | li.1. | De disciplina scholarium | li.1. |
| In Esaiam prophetam | li.1. | De donis spiritus sancti | li.1. | De uita militarium | li.1. |
| In Hieremiam | li.1. | Cordiale, prænotatum | li.1. | De uirginitate | li.1. |
| In librum Baruch | li.1. | De custodia cordis | li.1. | De officio archidiaconorū | li.1. |
| In Ezechielem. | li.1. | De gaudio & pace interna | li.1. | De officio legati | li.1. |
| In Danielem | li.1. | De uia purgatiua | li.1. | De regimine prælatorum | li.1. |
| In duodecim prophetas | li.12. | Dialogus de fide catho. | li.1. | De uita regiminis curatorum | li.1. |
| In libros Machabæorum | li.2. | Dialogus Christiani & Saraceni. | li.1. | De uita nobilium | li.1. |
| In Psalterium | li.3. | Contra magos & Vualdeñ. | li.1. | De regimine principum | li.1. |
| In Matthæum | li.1. | Contra superstitiones | li.1. | Dialogꝰ inter Christū & principē. | li.1. |
| In Marcum | li.1. | De uitijs & uirtutibus | li.1. | Dialogus inter Christum & princi- | |
| In Lucam | li.1. | Contra ambitionem | li.1. | pissam. | li.1. |
| In Iohannem | li.1. | Contra Saracenos | li.3. | De regimine politiæ | li.1. |
| In Epistolas Pauli | li.14. | De grauitate peccati | li.1. | Dialogus inter Iesum & puerū. | li.1. |
| In Actus apostolorum | li.1. | De contemptu mundi | li.1. | De uiduarum uita | li.1. |
| In Epistolas Canonicas | | De modo iudicādi & corripiēdi. | li.1. | De uita coniugalium | li.1. |
| In Apocalypsim | | De remedijs tentationū | li.1. | De uita inclusarum | li.1. |
| Expositionū hymnorum | li.1. | Speculum peccatoris | li.2. | De officio mercatorum | li.1. |
| In septem psalmos pœniten. | li.1. | De quatuor nouissimis | li.1. | De uita solitaria | li.1. |
| De documentis authenticis | li.1. | De reformatione interna | li.1. | Dialogus inter Christū & sacerdotē | |
| Expositionis missæ | li.1. | De iudicio particulari | li.1. | Cōtra proprietatē monachorū. | li.1. |
| Dialogum de celebra. | li.1. | De passionibus animæ | li.1. | Apocalypseos sibi factæ | li.1. |
| De Communione | li.1. | De discretione spirituū | | Epistola ad principes | li.1. |
| Compendiū Philosophiæ | li.1. | De profectu charitatis | | Annotationes suorū operū | li.1. |
| Compendium Theologiæ | li.1. | De perfectione charitatis | | Epistolarū ad diuersos. | |
| Dialogum philoph. & theo. | li.1. | Inflammatorium diuini amoris. | li.1. | Collationes pro capitulis tres | |
| Super li. beati Dionysij | li.4. | De contemplatione. | li.1. | Et alia multa, quæ præsens locus nō | |
| Super ii. epistolis eius. | li.1. | De oratione | li.1. | capit. | |

Impressum Coloniæ apud Petrum Quentel Anno M. D. XXXI, Mense Martio,



